EXAMINIS PERPETUI IN ANNALES CAES. BARONII CARDINALIS, CENTURIA 1. [-3.]. ... CONGESTA À JOH...

Johann Heinrich Otte

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9
11-a
12

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
12 C
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9 - 11 - a - 12
~~9 - 10 - d - 4~~

III III
19 19
E E

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EXAMEN PERPETUUM HISTORICO-THEOLOGICUM

IN

ANNALES CÆSARIS BARONII CARDINALIS.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

EXAMINIS PERPETUI

IN

ANNALES

CÆS. BARONII CARDINALIS,

CENTURIA I.

Qua quidem continentur

Vita & triumphus Chriſti, curſus & certamen Apoſtolorum, Virorúmque Apoſtolicorum, Evangelii plantatio & propagatio, Eccleſiarum præcipuarum fundatio & ſucceſſio, perſecutiones, hæreſes, concilia, ac ſi quæ alia primi hujus ſeculi monumenta.

Unà cum præfatione in totum Opus, ut & indicibus neceſſariis.

Congeſta à

JOH. HENRICO OTTIO,
Hiſtor. Eccleſiaſt. Profeſſore.

TIGURI,
Typis & Sumptibus Davidis Geſſneri,
M. DC. LXXVI.

Digitized by Google

Illuſtris & Potentis Reipublicæ Tigurinæ Senatui Ducentumvirali Inclyto, Auguſto, Pio, Felici:

Dom. CASPARO HIRZELIO, Dynaſtæ in Kefikon.
Dom. SIGISMUNDO SPÖNDLINO.
} Coſſ. Magnificentiſſimis.

Dom. CONRADO HEIDEGGERO.
Dom. CASPARO ÆSCHERO.
Dom. ANDRÆÆ MEJERO.
Dom. JACOBO VVASERO.
} Proconſulibus Ampliſſimis, Prudentiſſimis.

Dom. JOH. JACOBO HABIO.
Dom. HENRICO ÆSCHERO.
Dom. JOH. HULDRICO ÆSCHERO.
} Quæſtoribus graviſſimis.

Dom. CHRISTOPHORO KELLERO, Archiœconomo bonorum Eccleſiaſticorum fideliſſimo.

Cœteriſque { Senatoribus. Tribunis. Ducentumviris.

Dominis ſuis Clementiſſimis, Gratioſiſſimis

humillimè offert & inſcribit

JOH. HENRICUS OTTIUS.

Digitized by Google

CEdro digna ſunt verba JUSTINIANI Imp. bello pacéque, cumprimis autem legum collectione & præſcriptione inclyti, quibus II. CPolitanam, ſive V. Oecumenicam Synodum anno 553. ob graſſantes & peſtilentes hæreſes à ſe convocatam ſtatim initio reſcripti ſui, ita affatur: *Semper ſtudium fuit orthodoxis & piis Imperatoribus Patribus noſtris, pro tempore exortas hæreſes per congregationem religioſiſſimorum Epiſcoporum amputare, & recta fide ſincerè prædicata, in pace ſanctam Dei Eccleſiam cuſtodire, &c.* Nec aliter ſenſit tota illa Synodus cum Patriarchis, quando (a) præſente quidem Cpoli Vigilio Papa Romano, at abſente à Concilio, eo invito tria Capitula, de quibus tunc contendebatur, unà cum hæreticis damnârunt, Imperatori autem, ceu Politico Præſidi & Capiti, ſic acclamârunt: *Multis annis Imperatorem. Orthodoxum Imperatorem multis annis. Chriſtianum Imp. multis annis. Et hoc bonum tibi ſervabatur. Zizania tu ejeciſti. Eccleſias tu emendâſti, &c.* Ne verò quis, prout hodie à variis fit Hierophantis, horúmque conductitiis, modum exceſſiſſe Juſtinianum prætendat, rectè ipſe Imperator Auguſtorum ſuorum præceſſorum exemplum urget. Nec improbat utrorumque factum Pariſinus nuper Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Marca in eximio opere de Concordia Sacerdotii & Imperii l.2.c.10.§.11. Unde etiam inſignis fit injuria Principibus Chriſtianis, ſi eam in Eccleſia poteſtatem illis denegemus, quam Reges Judæorum in ſynagoga habuerunt: vide eundem Marcam ib. cap.4. ſeq. Quin & *ipſa Gallia*, ait *Jugulum Cauſæ* (b) *diu non alium agnovit Caput, Rectorem & ἡγέμονα Eccleſiæ Gallicanæ præter Regem; teſtibus Gregorio Turonenſi, Faucheto, Pithæo, Tilleto, Ranchino: De Clodovæo primo Rege Chriſtiano ſic loquuntur, illum in turba Conſiliariorum agnitum fuiſſe Caput in terris Eccleſiæ Regni ſui, cui ideo obtulerunt Canones Concilii Aurelianenſis. Ranchinus dicit, Eccleſiaſticos viros ſuam Iuriſdictionem non derivare à*

a) *Actione IV.T.XII.Conc.ed.Par.p.63.(b)pag.325.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Papa ſed à Rege, licet Ieſuitæ aliter ſentiant. In Conciliis Reges ſemper locuti ſunt pro imperio, Sancimus, Decernimus, & Statuit Piiſſimus Imperator; vel quando non alii, quàm Viri Eccleſiaſtici loquerentur, aut definirent: & in Concilio Pariſienſi VI. dicunt Patres, Chriſtum ſuam Eccleſiam, quam ſuo ſanguine redemit, commiſiſſe Lothario & Ludovico, regendam tuendámque. Ibidem cap. 2. ajunt, Regis Miniſterium eſſe populum Dei gubernare, & ſubjiciunt ſuos Canones Imperatori, ut ſi quid culpandum in perſona, aut Miniſterio corrigendum inveniret, Domino auxiliante corrigeret. Ibidem vocatur Eccleſiæ Rector. Ita non minùs in Anglia longè ante Reformationem Rex *Vicarius Dei*, & *Caput Eccleſiæ* eſt habitus: inde Eadgari Regis oratio: *Meæ ſolicitudinis eſt gregibus Monarchorum, choris Virginum, & neceſſaria procurare, & quieti eorum conſulere, de quorum omnium moribus ſpectat ad nos examen.* Quo tendant hæc, nemo non ſubodoratur, nempe Religionis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ curam Magiſtratum etiam tangere, & ab ipſo DEO hoc illi negocii datum eſſe & commiſſum: (c) procurationem puri & illibati cultûs eidem præcipuè ſerióque injunctam, adminiſtrationem autem Reipublicæ in ſecundis curis eſſe debere. Eò prolabi poſſunt res humanæ, ut arcano, juſto tamen, Numinis judicio non modò plebs nomine Chriſtiana, pietatem abjiciat, vitæ turpitudini ſe dedat, neque vocationi & honeſto titulo reſpondeat; ſed etiam ut ipſi ductores & doctores dormiant, remiſſi & negligentes ſint, imò vitâ & doctrinâ depravati, lupi rapaces & voraces, ut non paſcant, ſed depaſcant, ſic quidem, ut muneris ſui partes explere nec velint, nec poſſint; tum profectò pio zelo & ex debito divinitus ſibi impoſito munere Magiſtratus ſe interponit, omnéſque tam ſupremos, quàm infimos, tam clericos, quos vocant, quàm laicos in ordinem revocat, ac pro delicti ratione, vel legibus & pœnis conſtringit, vel etiam penitus abjicit & eliminat. Unde Iſidorus cap. 23. q. 5. cap. 20. poteſtatem in Regimine Eccleſiaſtico penes Magiſtratum agnoſcit, & quod ſacerdos verbo efficere non valet, & fortè neque vult, id ſecularis poteſtas implet per diſciplinæ terrorem. (d) Unus eſt gladius externus, cogens & vindictam exercens in Eccleſia, ſecularis nempe ſeu Magiſtratûs, Rom. XIII. 1. Ab hoc non eximit ullos Eccleſiaſticos S. Scriptura, neque diſcrimen iſthoc novit, ut Eccleſiaſtici ſubditi ſint Principi Eccleſiaſtico,

(c) Speidel quæſt. Iurid. Rom. §. 27. (d) vide Iugulum cauſæ part. 2. pag. 318.

cleſiaſtico, laici verò Politico. Eum autem Principem, qui duplicem ſuſtinet perſonam, Eccleſiaſticam & Politicam, qui regnat, qui dominia in propriis territoriis ſub quocunque prætextu, ſive donationis, ſive patrimonii Petri, vel alius, exercet, ignorat, imò rejicit Spiritus ſanctus. Neque eſt ut Hierarchici prætendant, Eccleſiaſtici Ordinis eſſe non ſolùm obſervare ſuos, illis præſcribere, ſed etiam animadvertere in errantes, vocare, deponere, imponere, transferre, honore, gradu, relegatione multare, indicere Synodos, & vel inſcio, vel etiam renitente Magiſtratu, decreta facere, non modò de ceremoniis, de vitiis, ſed & de dogmatis & fidei articulis pro lubitu & arbitrio decernere: quandoquidem ſine fundamento hæc ita ſibi ſumunt, & contra Spiritus S. ſententiam fidei & gregi dominantur, nec ullo jure ſemet ab obedientia Magiſtratui debita ſubducunt, aliud forum erigunt, & Monarchiam talem in Eccleſiam inducunt, à qua alieni ſubditi manumiſſionem, libertatem, immunitatem, exemptionem, vel alia privilegia accipere poſſint. Ita ergo ſine freno, abſque imperio exleges vivere volunt, nec portare onera publica. At levia ſunt ea, quæ corpus & externum regimen ſpectant, præ illis, quæ animam, quæ religionem & ſalutem æternam reſpiciunt. Quid verò ſi ipſi ductores & Summi quidem errent? Quid ſi ille, quem Maximum Pontificem nominare ſolent, deviet à veritatis tramite, id quod decreta illorum, Synodi, & acta abundè ſatis teſtatum faciunt? Quid ſi à ſacerdotibus & epiſcopis omne malum? Quid ſi primi & præcipui peſſimi quique? Annon tum meritò à ſummis incipienda reformatio, ſi vim religioni & veritati inferant, ſi ſerant zizania, nec oves ritè paſcant? Vide ex Hieronymo 24. q. 3. cap. transferunt. Audiant illi magnum ſuum atque famoſum doctorem & ſpeculatorem Guilh. Durandum Mimatenſem in Gallia Epiſcopum, in tractatu de modo Generalis Concilii celebrandi, quem in celebri Concilio Viennenſi Anno 1271. conſcripſit: ita autem inter alia parte prima à ſacerdotibus & epiſcopis incipienda reformatio: ne Papæ quidem legibus ſoluti; nulli Prælati, neque Papa novi quid ſtatuere deberet, vel concedere, niſi Generali Concilio convocato; quia illud, quod omnes tangit, ab omnibus debet communiter approbari: Præſidentes ſpirituali & temporali poteſtati ſunt homines, & ideò tanquam homines de facili poſſunt labi: non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio, ſi jus violetur. Et parte ſecunda; Veritas præferenda conſuetudini;

Dolen-

Digitized by Google

Dolentes dicere poſſumus cum Alexandro P. quòd etſi non ab omnibus, neque in omnibus, & pleriſque tamen, & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione primitivæ Eccleſiæ S. Patrum, Conciliorum, & Decretorum Romanorum Pontificum in tantum videtur eſſe declinatum, ut aliqui ex nobis primæ inſtitutionis videantur obliti. Sanè prolixus adhuc eſſe deberem, ſi omnia, quæ de ſummorum etiam virorum Eccleſ. inprimis de Maximi Pontificis ejúſque Curiæ vitiis atque erroribus producit, exſcribere vellem. Quid multis? Ex eodem ſenſu doloris tot Imperatores, Reges, Principes, Nationes, Viri docti & religioſi ſua gravamina, querelas, preces, vota, obteſtationes in Conciliis, Comitiis, congreſſibus, vel aliàs in ſcriptis depoſuere, nunquam tamen exauditi, ſemper vel inani ſpe lactati, vel cum ignominia remiſſi, vel omnino exciſi fuerunt & abſumpti. Rebus itaque ſic ſe habentibus, annon medicinâ opus? Hinc verò judices erunt & medici, qui rei, qui accuſatores & accuſati, qui nec audire, nec exaudire volunt, nec ulla admittunt argumentorum pondera, ac præjudiciis toti laborant? vid. c. 4. q. 4. nullus unquam, adde quòd una nonniſi jurisdictio in mundo, quæ gladium portat, & coactivam habet poteſtatem, atque imperium, inſpectionem quinetiam in utramque Legis tabulam. Longè itaque alia auctoritas Verbi per Miniſterium Evangelicum; etſi autem nobilior, tamen nonniſi functionis, ſuaſionis, hortationis poteſtas dicenda. Ac cùm jure divino omnes paſtores ſint æquales, nulla erit jurisdictio Prælatorum in alios, nec Papæ in univerſos, multò minùs in Reges & Principes. Nulli Eccleſiæ Servator plus privilegiorum dedit, quàm alteri; quicquid ergo jure divino una poſſidet, id altera quoque obtinebit. Nulla in Eccleſia anima, quæ ſupremæ poteſtati & Majeſtati ſubjecta eſſe non debeat, unde prima poſt Deum poteſtas cluet: nulla ergo anima excipitur, ſive Apoſtolus ſit, ſive Propheta. Firma ſtat Dei ordinatio, immotum æternum Dei Evangelium, Teſtamentum, & ultima voluntas. Nec ea Eccleſia vera dicenda, quæ fidem & mores Evangelio non accommodat. Inde Tertullianus: *Ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas?*

Quare Domini Magnificentiſſimi atque Gratioſiſſimi, ut ad inſtitutum tandem veniam, cùm pientiſſimi & fortiſſimi Majores Veſtri ante ſeſquiſeculum multa & intoleranda in Eccleſia ſua mala, corruptelas & errores clarè vidiſſent, varia etiam & maxima gravamina

Digitized by Google

mina audiviſſent, de manu axiliatrici porrigenda Act. 26. 19. per omnia ſacra ſolicitati fuiſſent, nec remedium aliud inveniſſent, acti tandem divino & planè heroico ſpiritu, non ſubito, non tumultuario conſilio, nec zelo inconſiderato, ſed re diu multúmque perpenſa, probè iterum atque iterum ad cynoſuram, regulam & amuſſim Verbi DEI, adeóque primæ & infallibilis antiquitatis trutinata, examinata, publicè privatimque quâ voce, quâ ſcripto ventilata, diſputata, advocatis etiam & invitatis ad colloquia & Synodos exteris utriuſq; ordinis præcipuis, qui præſidum, arbitrorum, actorum, defenſorum & teſtium munus ſubirent; tandem ita jubente DEO, eam quam DEUS ipſis conceſſit, tanquam ſupremo Magiſtratui, poteſtatem exercuerunt in ſua Eccleſia; cujus tutelæ rationem etiam Deo tandem reddere debebunt: atque vi illius unanimi voto & calculo Eccleſias ſuas ab intolerandis illis malis liberârunt, adeóque in hoc negocio deciderunt, & ad normam ſupremi judicis, Verbi nimirum DEI concluſerunt, atque ad prototypum primæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, quantum licuit, omnia reſtituerunt, reſectis inutilibus atque pernicioſis ad ſimplicitatem & nitorem originarium revocârunt, & ſic Eccleſiam ſuam in libertatem aſſeruerunt, cum aperta proteſtatione, Catholicos ſe eſſe, orthodoxiæ unicè ſtudere, veritatem plùs quàm vitam amare, omni ex Verbo Dei erudienti locum ſe dare & cedere paratos eſſe. Quòd ſi itaque divinum munus fuit, quando oppreſſi majores noſtri & forti & imperterrito animo, non tamen ſine ſanguine, à violentorum tyrannorum manu patriam eripuerunt, & in avitam libertatem reſtituerunt: quantò majus illud beneficium erit, quod non corpus, ſed animam, non hanc, ſed æternam vitam atque libertatem tangit? Annon itaque duplicis libertatis Vindices illi dicendi, quorum Vos locum tenetis? Ita ergo optimi illi patriæ Patres, illi nempe, qui antehac pro Papali dignitate, DEUS novit, quorum aſtu & fraude, copioſum ſanguinem effuderunt, indéque *Defenſorum Catholicæ fidei* nomen meruerunt, jam officio ſuo probè defunguntur, ac ſpretis omnibus venturis atque prævisis adverſitatibus, falſis criminationibus, gravibus minis & hoſtilibus animis atque telis Opus illud SSanctum magno ſpiritu & ſolicitudine aggrediuntur, partem utramque diſſidentem æquanimiter audiunt, conventus & concilia congregant, diſputationes inſtituunt, rationes cum rationibus conferunt, tandémque uno ore decernunt, Verbum Dei purè eſſe annun-

ciandum, omnia ad veterem & primævam Catholicam atque Apoſtolicam fidem, à Chriſto præſcriptam, & ab Apoſtolis traditam, ac ſanguine martyrum obſignatam reformanda. *Id verius* cenſuerunt, juxta Tertull.adverſus Marc.l.4.c.5.*quod prius, id prius quod ab initio, ab initio quod ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuit SSanctum.*Quis ergo non videt,quòd niſi ſuccurriſſent, & tam difficili atque inuſitato operi patrocinati fuiſſent,nihil actum fuiſſet,prout jam plurium ſeculorum inanes querelæ abundè hoc teſtantur. Magnum proinde & ſtupendum fuit Benigni Numinis beneficium, quò Tigurum ante omnes luce Evangelii colluſtravit, Ampliſſimum Senatum fautorem & patronum excitavit, & inde idem beneficium ad agrum quoque,ad loca vicina,quid vicina dico,ad tota regna,principatus, reſpublicas longè diſtantes, imò ad ipſas quoque ſolitudines tranſmiſit,ita ut ſonus ejus in totum exiverit mundum. Injuriam autem inſignem illi Reformatæ Eccleſiæ faciunt,qui Novatores nos vocant , & Religionem noſtram ante Reformationem non extitiſſe contendunt. Atqui nos non ad humanam,ſed divinam Traditionem, ad Spiritûs S.certiſſimum Canonem,ad ſacros Pandectas, ad antiquiſſimam & verè Catholicam atque Apoſtolicam fidem provocamus,omniáque examinamus. Hanc Eccleſiam, hanc religionem continua ſucceſſione ex veterum monumentis etiam in medio Papatu oſtendimus,loquuntur Waldenſes,Wicleſitæ,Huſſitæ,& aliæ integræ atque denſæ phalanges veritatis teſtium,non in Occidente modò,ſed & in Oriente,& per reliquum univerſum terrarum orbem diffuſæ. Infiniti fuerunt,qui beatam in Religione Reformationem in ſummis optatis & votis habuerunt,quam tamen non videre, nedum perficere potuerunt, ſed oppreſſi ſanguine ſuo veritati teſtimonium præbuerunt. Id nunc Zuinglius cum collegis, ut de Luthero nihil jam loquar, ope Veſtra & auxilio,in ea ipſa diœceſi,in qua Huſſus iſthoc prædixit, effectum dedit. Annon verò hic Reformator noſter idem cum aliis fatum ſenſiſſet, num non in ipſa herba ſuccubuiſſet, nî Ampliſſimus noſter & ferventiſſimus Magiſtratus,verus Eccleſiæ nutritius,veritatis amantiſſimus, inſuperabili animo patrocinium ejus ſuſcepiſſet, niſi eum foviſſet, & res tam arduas, tam periculoſas indeſeſſis laboribus, vigiliis,impenſis compoſuiſſet & ad optatum finem deduxiſſet? Ex his manifeſtum eſſe puto, iniquè innocentiſſimos Majores noſtros defe-

ctionis,

Digitized by Google

ctionis, ſchiſmatis, hæreſis arceſſi, quandoquidem rationem reddere omnium de fide & factis percontanti parati fuerunt, imò revera quà ore,quà ſcripto variè id præſtiterunt. Magna,inquam, injuria fit Ampliſſimo Magiſtratui Tigurino,dum temeritatis accuſatur pietas ejus, dum culpatur id quod neceſſitas ipſa expreſſit,quod dictavit conſcientia,quod ipſa vox lexque divina à Vobis exegit. Immeritò poteſtatis abs Deo ipſi conceſſæ limites ita conſtringuntur, quaſi nullam ſuſcipere religionis curam, nullam in viros Eccleſiaſticos exercere cenſuram,nullam vitæ,morum,doctrinæ inſtituere emendationem poſſetis. At edicant nobis potiùs,quo jure 1.Papatus regnum potiùs,quàm Eccleſia ſit. 2. ejus Prælati terrenum commodum magis reſpiciant, & iis commoveantur, non item rebus ſacris. 3. terrore, metu & ignominia omnia agant. 4. aliud præter S.Scripturam fundamentum habeant. 5. immunitatem ſibi ſumant ab obedientia politica, & ab oneribus publicis. Certè utriuſque tabulæ cuſtos & vindex eſt Magiſtratus. In ipſa autem Republica agit Eccleſia. Et extra omne dubium Caput Reipublicæ Magiſtratus eſt: Quòd ſi igitur Eccleſiaſtici quoque viri membra hujus Reipublicæ eſſe, ſi commodis illius, patrocinio & tutela frui velint, meritò onera quoque portabunt,ſe illi ſubjicient, & Caput Reipublicæ atque Majeſtatem agnoſcent. Ob oculos tibi pone regnum aliquod Latino-Catholicum,abſcinde ab illo corpore Clericos & Monachos,exime illorum bona, poſſeſſiones, dominia,redditus,vectigalia; permitte ipſis ſua fora, dicaſteria, aſyla, caſus,quos ſuæ juriſdictioni adſcribunt; relinque eiſdem exemptionem ab oneribus publicis,collaturas,electiones,confirmationes, inveſtituras, cenſuras, viſitationes: Bone DEUS,quota pars remanebit? Quantam abſcindes? Quanto territorio,proventibus quantis,quantis commodis, & neceſſitatibus illud regnum privabis? Imò externo Domino,cui jurati illi ſunt & obnoxii,ea omnia committes, tali nimirum,qui cuncta ad commodum ſuum metitur,nec gratus eſt benefactori. Fruſtrà verò hi tales Chriſti prætendunt inſtitutum atque privilegium,quandoquidem ſine tabulis hoc ita prætexunt, neque vel in Dei honorem,vel Eccleſiæ utilitatem,ſed revera in perniciem vergit,experientiâ teſte, vid.d.96.cùm ad verum. Unde *Religio peperit divitias, & filia devoravit matrem. Vos autem non ſic*, ait Servator. Adeoque non malè illi ſentiunt,qui dicunt poteſtatis Eccleſiaſticæ abuſum

Digitized by Google

uſum accidentaliter Papatum invexiſſe in mundum : rectiſſiméque facturos Principes & Magiſtratus,ſi ea ad ſe revocent,quæ ipſis divino & humano jure debentur, ſi poteſtate à Deo accepta & Regalibus uterentur,ſi Prælati Dominis relinquerentur & redderentur, ſi ſacerdotes legitimos ſuperiores agnoſcerent,ſi debita Principi perſolverentur, ſi annatæ, vacantiæ,& cœtera emungendi genera tollerentur : ſi externum dominium excuterent , ſi à banni & privationis periculis ſe liberarent, & contra internum hoſtem ſe munirent. Animadvertant tandem Majeſtates , quibus artibus ipſa Imperii prima Sedes Italia, præcipuè autem Roma, abſtracta fuerit ab Imperio, & ad alienum Dominum translata,quàm inania documenta oſtentent,quàm ingrati mox fuerint veris benefactoribus,& illis ipſis inſultaverint : Gallia teſtis eſt,Anglia, maximè Imperium : Ottones loquuntur, Henrici, Friderici,ecqui non alii? Tam prodigioſa illi principia habent,ut notam veræ & Catholicæ Eccleſiæ amplitudinem, felicitatem, ſplendorem,magnificentiam faciant: ita accuratè Papale regnum inſtitutum, & arctiſſimis homagii & cœcæ obedientiæ vinculis conglutinatum , ut vi contineantur membra etiam præclariſſima. Verumenimvero,ſi ſacras literas percurras, ſi B.Patrum monumenta, ſi praxin primitivæ Eccleſiæ excutias,ſi piorum Imperatorum leges, ſtatuta, privilegia evolvas,nihil occurret, quo ſe defendere poſſint.

Quare piè prudentérque illi Principes & Magiſtratus non ſuo tantùm, ſed & Eccleſiaſtico Ordini conſulunt, dum hunc ab illo ita diſtinguunt, ut vi Majeſtatis & muneris ſui, utriuſque libertatem defendant,ſacras leges præſcribant,abuſus tollant,omnes in officio contineant, corpori & animæ ſubditorum proſpiciant, vitia & ignorantiam extirpent,Evangelium & cœleſtem veritatem promoveant,cultum ſacrum & purum inſtituant, religionem propagent, ſcholas erigant & nutriant. Hunc ſcopum dum illuſtres Majores noſtri propoſitum ſibi habuerunt,abundè illis Dominus ex alto benedixit, cóſque ſucceſſus dedit,ut non modò in corporali,ſed & ſpirituali libertate vivamus,& primæva Apoſtolica luce fruamur.

Vos verò gratioſiſſimi atque clementiſſimi Domini , Patriæ Patres prudentiſſimi, quòd primæ Hiſtoriæ meæ partis patronos advoco, quòd ſubſidium & præſidium Veſtrum maximis votis imploro, adeóque ad illud tanquam ad aram confugio ; cauſæ variæ eæque

graves

graves me urgent, nec facere aliter permittunt. Civis ſum Veſter, quibus poſt Deum omnia debeo: à Vobis ad officium, quo fungor, gratioſè ſum vocatus, ac de eodem rationem Vobis reddere obſtringor: eadem clementia atque ſerenitate, quâ antehac Hiſtoriam meam Anabaptiſticam, in defenſionem & patrocinium præſentes hoſce labores ſuſcepturos, cœptis progreſſum, mihi verò animum facturos confido. Incunabula autem Nov. Teſt. hæc prima Centuria, ſeu Hiſtoriam Chriſti & Apoſtolorum complectitur, adeóque primæ Nov. Teſt. verè Chriſtianæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ faciem deſcribit, & tale exemplar proponit, ad quod deinceps omnes verè Catholicæ Eccleſiæ, tanquam ad nauticam pyxidem dirigere ſe & poſſunt, & debent. Animus autem mihi jam præſagit, non omnes æquanimiter cenſuros de hac relatione mea: quò magis enim à puritate & ſimplicitate primæva diſceſſum, eò minùs Apoſtolica illa fundamenta placebunt. Nunc autem cùm non modò fortiſſimi & pientiſſimi Præceſſores Veſtri omnes vires ſuas, pro reſtituenda prima & nativa Eccleſiæ puritate, pro tuenda & defendenda alma veritate, intenderint, & maximum ſubſidium ejus aſſertoribus præſtiterint, ſed & Vos ipſi hodierna adhuc luce magno zelo & fervore eorum veſtigia prematis, Evangelii puritate, Apoſtolica ſimplicitate, gloriâ & honore DEI, ſubditorum Veſtrorum corporali & æterna ſalute nihil prius, antiquius nihil habeatis, omniáque Veſtra in hæc profundatis; non dubito, quin humillimi & ſupplicis clientis atque civis Veſtri preces & deſideria exauditури, ejúſque vindicationem contra omnes malignos impetus ſuſcepturi ſitis. Viciſſim DEUM O. M. elatis manibus flexíſque poplitibus veneror, ut hac turbulenta tempeſtate conſilia Vobis ſalutaria inſpirare, eàque porrò ſecundare, Vos ſancto ſuo Spiritu regere, zelum pro gloria DEI, ſtudium pro veritate conſervare, Eccleſiam, Rempublicam, Patriam ſartam, tectam ad ſeros poſteros propagare, Vos tandem glorioſè coronare, & unà cum gregibus beare velit.

Ita ex animo vovet

Dignitatum & Amplitudinum
Veſtrarum

Subjectiſſimus & humillimus cliens
JOH. HENRICUS OTTO.

Ad Lectorem benevolum.

Dulciſſimus juxtà atque fideliſſimus Servator noſter regni cæleſtis negocia clariſſimè propoſiturus hominumque mentibus penitus impreſſurus parabolis notiſſimis ut plumum eſt uſus, unde inter alia fidem veram & immotam domui confert petræ inædificatæ (a) quam proinde nimbi, flumina, venti conquutere & dimovere non poſſunt. Sanè enim nutante fundamento, ædificium firmum ſuperſtrui nequit. Hôc quid aliud innuit Chriſtus, quàm ut res omnes noſtras magna cum prudentia & cautione præmeditemur, aggrediamur, tractemus, ne damnum nobis accerſamus & ludibrium. In ſanitatis conſervatione, in corporis defenſione, in omni terreno negocio magna circumſpectione atque conſiderantia opus, quantò magis in iis, quæ Deum, quæ divina, quæ animam, quæ immortalitatem, & media ad eam ducentia ſpectant? Quò præſtantius cælum terrâ, quò præcellentior una anima toto mundo, æternitas corruptibilitate, gaudium miſeriâ: eò accuratiùs in militia noſtra ſpirituali, inter tot támque formidoloſos hoſtes, univerſa πανοπλίᾳ τοῦ Θεοῦ (b) munire nos debemus. (c) Rugit indeſinenter infernalis Leo, quærens quem devoret, quem peſſundet & præcipitet: ipſe miſerrimus felicitatem homini invidet, laqueos ubique tendit, flammas evomit, tela ejaculatur, exitium intendit. At verò aliter pericula iſthæc non evitabimus, victoriam hoſti aliter non eripiemus, quàm CHRISTO DUCE. Unicum ille aſylum, fulcrum & fundamentum: (d) petra & lapis ille angularis in domo ſua ſpirituali, electus & precioſus, in quem qui credit, nequaquam confundetur (e) contrà qui ceciderit ad lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, comminuet eum. (f) Ideo unicè Apoſtoli & Prophetæ Eccleſiam huic fundamento inædificârunt, in quo totum ædificium congruenter coagmentatum creſcit in Templum ſanctum Domino. Moſes tabernaculum debuit adornare penitus ad formam ipſi oſtenſam. Et nos habemus tabernaculum, cultum, religionem. Quòd ſi verò accepta gratáque hæc Deo eſſe velimus, unicè ad typum divinitus oſtenſum tabernaculum noſtrum præparemus.

Iacet

a) *Matth.* 7.24. (b) 2.*Cor.* 10.4. (c) *Eph.* 6.16.17. (d) 1.*Cor.* 3.11. (e) 1.*Pet.* 2.6. (f) *Matth.* 21.44.

Iacet eheu! mundus in malo, jacet & palpat in tenebris. Vnde hoc? Quiā lucem mundi non recipiunt: (g) quia amorem veritatis non admittunt ut ſalvi fierent: ideo efficax eſt in illis Satanas cum omnipotentia, & cum omni ſeductione injuſtitiæ. (h) Et quia ἀπηλγηκότες *nihil apud illos proficias, nullam vel emendationis, vel correctionis ſpem expectes: imò ne quidem agnoſcunt morbum ſuum. Quemcunque igitur cura ſalutis tangit, de via ad illam perveniendi ſolicitus ſit; in eum, qui via, veritas, vita, unicè oculos dirigat, eique ſuperſtruat. Nemo eſt qui exitium ſibi optet, qui velit ſibi malè, etiam Turca & Apella, at non aſſequuntur, quia impegerunt in hunc lapidem, eúmque rejecerunt: quid enim cum Alcorano ſuo Muhammedani? Quid cum Talmude Verpi? Cum Philoſophia quid Gentes? cum Veda Bramines? Vbi ergo ſcriptum ſit, ubi à Numine præceptum & mandatum quæramus. Divino fundamento heîc opus, VERBO nimirum DEI, unico fidei & vitæ principio, canone & norma. Ecquid enim certius, quàm quòd ore DEI, quod voce Filii ipſius prolatum, quod à Spiritu S. Prophetis & Apoſtolis dictatum, à Numine unicè confirmatum & imperatum, ſanguinéque martyrum obſignatum fuit? Vnde gloriatus Paulus de hoc* λόγῳ ἀληθείας, *de hac Dei virtute, de his juſtitiæ armis 2. Cor. 6. 7. Quo quidem nihil aliud vult, quàm multos deſtitutos ſalutari hoc* φαρμάκῳ *nebulas diverberare, alios inaniter currere, alios* καπηλεύειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ: *(i) quæſtui habere hoc Dei Verbum: adeóque unicè nos illi inhærere debere.*

Atque ut ad inſtitutum veniam, hæc cauſa eſt, quòd à Chriſto in carne manifeſtato hiſtoriam Eccleſiaſticam aggreſſurus, & totius Novi T. ſcripto comprehenſi, ſeriem hoc primo ſeculo contexturus, de principio veræ & indubitatæ Theologiæ, ſeu unico fidei fundamento, agendum mihi putavi, ídque eò magis, quòd Latinam Eccleſiam, cum qua potiſſimùm nobis res eſt, longè à verò diſcedere nobis eſt quàm perſpectiſſimum. Iubet hoc Petrus poſteriori cap. 1. v. 19. Habemus firmiſſimum ſermonem Propheticum: quem bene facitis quòd attendatis, velut lucernam ſplendentem in obſcuro loco, uſque dum dies illuceſcat, & lucifer exoriatur in cordibus veſtris. *Inculcat idem Paulus Hebr.* 4. *v.* 12. Vivus eſt ſermo Dei & efficax, ac penetrantior quovis gladio ancipiti: & pertingit uſque ad diviſionem animæ ſimul ac ſpiritûs, compagúmque & medullarum: atque dijudicat cogitationes & conceptus cordis. *Vnde fit, ut Latini quoque doctores veritatis neceſſitatiſque vi adacti, S. Scripturam pro funda-*

mento

(g) *Joh.* 1. 10. & *c.* 8. 12. (h) 2. *Theſſ.* 2. 9 10. (i) 2. *Cor.* 2. 17.

mento nolentes volentes habeant. (k) *Iure ergo divinam hanc Scripturam, Verbum Dei principium* αὐτόπιϛον *facimus, & ἀναπόδεικτον, per ſe fide dignum & indemonſtrabile, claram, omnibus numeris abſolutam regulam & normam, ad quam, tanquam ad ſupremi judicis vocem unice omnia dirigenda, dirimenda & dijudicanda: adeoque* σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι *B. Hieronymo accinimus ex Comment. in c. 9. Ierem.* Nec parentum, nec majorum error ſequendus eſt, ſed authoritas Scripturarum, & Dei docentis imperium. *Item & B. Auguſtino, de Bapt. contra Donat. l. 5. c. 26.* Quòd autem vos admonet (*B. Cyprianus Martyr*) ut ad fontem recurramus, id eſt, ad Apoſtolicam traditionem, & inde canalem ad noſtra tempora dirigamus, optimum eſt, & ſine dubitatione faciendum. *Ne ergo andabatæ in morem ipſe infeliciter pugnem, ſed ut hujus & reliquorum ſeculorum totam hiſtoriam uni huic fundamento ſuperſtruam, adeóque Verbi Dei gladio accinctus optato cum ſucceſſu decertem, oſtendámque, quantis paraſangis illi aberrent, & à vero recedant, qui Hiberas nænias eidem præferunt: uni huic principio & fundamento, ceu Lydio lapidi paratiſſimus & humillimus faſces ſubmitto: quandoquidem hujus ſolius ope omnes omnino decidi difficultates & quæſtiones poſſunt, imò & debent; adeóque vera & ſalutaris religio inde dignoſcitur, verúmque à falſo diſcernitur: Ioh. 8. & 10.* (l) *Hæc ſcilicet cauſa eſt, quòd ego in primæ meæ Centuriæ, h. e. in primitivæ & originariæ Chriſtianæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ tractatione, ſive in Codicis totius N. Teſt. enodatione paulò prolixior fuerim, quo quaſi ad nauticam pyxidem curſum reliquum feliciùs inſtituere, ſulcare ex voto oceanum, & quavis ingruente tempeſtate appellere ad portum tutiſſimum liceret. Et tamen quid vetat explorare veterum cum Verbo Dei conſenſum, conferre eosdem & examinare ad regulam divinam, notare humani ingenii imbecillitatem, impoſtorum detegere fraudes, hæreticorum & perſecutorum furias monſtrare, luſtrare Conciliorum placita & decreta, eorundem viſere acta; in apricum producere Antichriſti incunabula atque molimina: percurrere Eccleſiarum plantationes, Sedium præcipuarum origines, ſucceſſiones & adminiſtrationes, rituum diſcrimina, Imperiorum geſta & fata, omnium rerum incrementa decrementáque, adeóque admirabiles & ſtupendas periodos ac viciſſitudines. Quid impediat Novitatis crimen, quod impingitur nobis, abſtergere & diſpicere num tandem univerſa antiquitas contra nos clamet? videre num his ipſis armis*

(k) *vid. Drelincourt au faux Viſage* § 34. (l) *Drel. l. c.* §. 27. & 35. 36.

mis adverſarii ſternantur. (l) *Etſi igitur ſolâ S.Scripturâ innitendum,neque ullorſum ab ea deflectendum, nihil illi addendum, nihil detrahendum, (Apocal.22.18.)eadem tamen teſtimonia contra corruptores admittit, & antiquitatem vel probat,vel improbat. Quærunt Latini hodie,num omnibus iis,quæ tribus,aut ſex prioribus ſeculis credita,ſubſcribamus, eáque ſuſcipiamus. Vtut autem non contemnimus ſolidam verámque antiquitatem,ſoli tamen Verbo Dei* Θεοπνεύστῳ *inædificamus: neque enim homines ſuper throno Dei collocamus,neque tam infirmum ædificium extruimus,nec novum altare erigimus, nec peregrinum ignem accendimus, perſuaſiſſimi aliam religionem, ſeu novam aliquam Theologiam Deo minimè placere. Vt ergo toto pectore S. Pandectas ex aſſe admittimus & ſuſpicimus, ita non minori zelo ea repudiamus, quæ extra & contra Scripturam proponuntur quibuſcunque tandem ſeculis,& à quibuſcunque tradita.*

Revera non ſolùm σκιομαχοῦσι, *ſed &* θεομαχοῦσιν *omnes illi, qui* θεὸν μυκτηρίζοντες,*(m)veritatem in mendacio detinent,Fœdus Dei irritant, Teſtamentum mutant,furtivas tabulas ſubſtituunt, qui SS. Scripturam, divinos illos Pandectas vilipendunt,proſcribunt,occultant,è manibus excutiunt,convitiis variis impetunt,imperfectionis,obſcuritatis,periculi arguunt, ut mandatis & præceptionibus ſuis onerare plebem Chriſtianam, ejúſque aures fabulis plus quàm anilibus contaminare & paſcere poſſint, planè ſicut olim Simoniani,qui,referente Irenæo, inenarrabilem Scripturarum Apocrypharum multitudinem, quas ipſi finxerant, ad ſtuporem inſenſatorum adferebant. Latina Eccleſia Matrem ſe, Caput, Magiſtram & Dominam omnium in Orbe Eccleſiarum dici vult & præcipit,negátque unitatem cum Cathedra principali Romana,abs ſchiſmate vel hæreſi, adeóque ſine ſalutis diſpendio,ſolvi poſſe. At nos cum Pariſienſi facultate Alexandri P.Bullæ anno 1665.emiſſæ, ex Facundi Epiſcopi libro X.pro defenſione trium Capitulorum cap.7.ita reſpondemus :* Quantum in nobis eſt, optamus & Deo obedire,& hominibus, dum ea volunt & imperant homines, quæ contraria non ſunt obedientiæ, quàm Deo debemus. *Confer Act.4.19. Eò proceſſerunt,ut dicant,cauſam noſtram jam judicatam,jam nos eſſe damnatos,nec audiendos amplius,ſed executioni mandanda decreta. Ad arma ergo in nos vocant Reges,Principes,Magiſtratus,quinetiam plebes cum omnibus armatis.Quo jure,præſens examen manifeſtum faciet. Romanam itaque Eccleſiam tractandam præcipuè ſumo,*

*** *eám-*

l) Dalleus de Patr. p.364. (m) Gal.6.7.

eámque non modò gravi præjudicio,ſed falſi etiam crimine laborare, imò illorum omnino convictam eſſe ſuſtinemus.

1. *Dum* S. Scripturæ *Canoni addunt & adimunt, de ejus auctoritate,integritate,claritate,utilitate ſecus quàm par eſt ſentiunt; dum Vulgatam Verſionem loco Originalis contextûs obtrudunt, ac translationem in vernaculam linguam,ejúſque lectionem, prohibent; dum alios varios S.Scripturæ abuſus & παρερμηνείας committunt, omnéque interpretandi jus & libidinem Papæ deferunt. Planè ſicut olim Iudæi Legem tractârunt, eíque Oralem Legem ſuppoſuerunt & aſſuerunt, cui ut auctoritatem conciliarent,divinam originem,illuſtres autores prætenderunt, indéque traditiones ſe ſuas ſumpſiſſe finxerunt. (n) Ita Latini Traditionibus omnia adſcribunt, (o) & S.Scriptura muta,inanis & mortua ipſis eſt litera: (c) Proinde S.Codicem vetant: (q) contra eundem decernere non verentur: hinc Iohannes de Raguſo in oratione,quam in Baſil. Concil. habuit,ita erumpit,*Licet priſtinis temporibus viſibiles Dei imagines,imò etiam Sanctorum, prohibitæ fuerint Lege divina, neque ab eo tempore ulla libertas vel in V. vel in N.T. conceſſa fuerit: tamen Eccleſia ductu Spiritûs S. hoc non modò permiſit, ſed ordinavit etiam expreſſo decreto. *In eundem omnino ſenſum decernit Concilium Conſtantienſe Seſſ. 13. & Trident. Seſſ.5. Can.2. pro communione ſub una. (r) Vel unum Decalogum, ſeu divinæ Legis & ſeveræ,immotæ Dei voluntatis compendium & ſummam pro exemplo cape. Ita autem decem hæc præcepta Latini reddunt. 1. Ego ſum Dominus Deus tuus,non habebis alios Deos præter me. 2. Nomen Dei non vanè aſſumes. 3. Memento ut feſta ſanctifices. 4. Honora Patrem tuum, & Matrem tuam. 5. Non occides. 6. Non Mæchaberis. 7. Non furtum facies. 8. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. 9. Non concupiſces uxorem proximi tui. 10. Non concupiſces bona proximi tui. (s) At nos ex Hieron. in Hagg. cap.1. reſpondemus:* Quæ abſque authoritate & teſtimoniis Scripturarum quaſi Apoſtolica traditione ſponte reperiunt, atque confingunt, percutit gladius Dei. *Et ex Theophilo Alex. in epiſt.2. Paſchali:* Diabolicum eſt extra Scripturarum divinarum authoritatem aliquid divinum putare. *Ad eun-*

n) au journal des ſcavans ad 13.Iunii 1667. (o) Bar. an.53.§.11. Lynde part.2.§.7. à pag.63. (p) ib. part.1.§.14.p.140. & part.2.§.2.p.10. ex Lindano, Hoſio, Bell. de Verbo D. l. 1.c.15. (q) Lynde part.1.§14. à p.139. (r) vid. Lynde dans la voye eſgaree: à p 107. (s) Ledeſma in Doctrina Chriſtiana: impr. cum licentia Superiorum anno 1609. & 1614. & ex eo Lynde l. al. part.1.1. Confer Caniſii Catech.c.3.§.5.

eundem Latinorum Canonem ſpectant quoque varia ſcripta, quæ nomine tum Apoſtolorum, tum virorum Apoſtolicorum veniunt, utpote Canones & conſtitutiones Apoſtolorum, diverſæ Liturgiæ, Epiſtolæ Pauli ad Senecam, atque ſimilia, in quibus tamen diſcrepant judicia, adeòque ipſi firmi non ſunt.

2. *Dum non alio loco* Concilia, *veteris Eccleſiæ monumenta habent, quando ſine jure, abſque legitima ratione alia pro lubitu ſuo probant, improbant alia, alia partim probant, partim improbant pro commodo, denique alia nec probant, nec improbant, & plura obtrudunt: quando in genere quoque de illis abſurdas, nec Verbo Dei congruentes ſententias fovent (t) ac ſublatis tandem & conculcatis omnibus Conciliis, omnia in unius Papæ R. ſententiam & placitum reſolvunt: (u) quod apud Canoniſtas, Legiſtas, Caſuiſtas, Scholaſticos, Conciliorum collectores, & ſimiles alios compilatores facilè diſcas. At quid ad hæc clariſſ. Pariſienſis Senatus? ridet & ſugillat meritò Papæ infallibilitatem ut Chimericum figmentum & vacui capitis deliramentum. Ita primatum & dominatum Petri Sorboniſtæ ſubruunt. (x)*

3. *Nec felicior conditio cum* Decretalibus *Paparum, unde primorum ad Syricium uſque, qui obiit anno 398. à nefario homine, & recentiore quidem impoſtore, Iſidoro Mercatore, ut vulgò credunt, qui vixit circa an. 813. fictas eſſe ſaniores cordatioréſque Latini ultrò nobis concedunt. (y) Atqui tanti Romanenſes Decretales faciunt, eo cenſu decreta, quæ inibi continentur, habent, quo pagani olim Delphica oracula: atque inde nimirum rerum ſuarum origines probant, & ſic ſemet ipſos produnt. Hoc innixus fulcro Cornelius Mus Epiſc. in epiſt. ad Rom. c. 14. ita ſcribit:* Ut ingenuè fatear, plus uni Summo Pontifici crediderim, in eis, quæ fidei myſteria tangunt, quàm 1000. Auguſtinis, Hieronymis, & Gregoriis. *Eodem ſenſu Ieſuita certus Eccleſiam per Papam definit, argumento deducto ab unitate, quia aliàs tot eſſent Eccleſiæ, quot Epiſcopi: nec finiremus unquam controverſias, ſi ſingulorum Epiſcoporum ſententiæ finiendæ eſſent &c. (z) Eò etiam prolabuntur, ut nunquam non talia nobis, ceu tutiſſima & certiſſima arma opponant. Hinc Dionyſius Exiguus, Ivo, Burchardus, Iſidorus Mercator & ſimiles in magno ſunt precio. Inde Gratianus Monachus, Gregorius IX. vel potiùs Bonifacius IIX. Clemens V. aliique innumeri Ius Canonicum compilârunt, conferruminârunt & expoſuerunt, quæ tamen re-*

*** 2 vera

t) Dalla. l. all. pag. 78. (u) vid Bellar. de Conc. l. 1. c. 10. coll. cum de Lynde dans la voye eſgaree §. 14. p. 167. (x) in cenſura contra Vernantium (y) vid. Blondell. de Decretalibus (z) au 2. entretien ſur le livre des iconoclaſtes. 4 Pariſ. 1674. p. 14.

Digitized by Google

vera infinita & inextricabilia novitatis teſtimonia falsique crimina continent, ideo multi hodie candidiores Latini Decretalium iſtarum νοθείαν, *nullitatem & fraudem ultrò profitentur & deflent, atque hac ipſa de cauſa Perronius Cardinalis* (*a*) Turrianum Jeſuitam ignorantiſſimum *vocat: &:* Falſa pro veris venditat & defendit Turrianus. *In hæc inſuper verba erumpit.* Magno redimerem, etiam ſanguine meo proprio, ut Epiſtolæ Paparum nunquam fuiſſent impreſſæ; alia enim agenda nobis incumbunt, quàm ut quotidie reſpondeamus ad objectiones hæreticorum &c. *Et hæc quidem fundamenta, has baſes Canonicum, id eſt, Papale jus habet.*

4. *Eadem fata* B. Patres *experti, prout teſtatiſſimum hoc fecerunt Rivetus in Critico Sacro, Scultetus in Medulla, Ioh. Dallæus, Thomas Iameſius, Voſſius, Gerhardus, alii, inprimis Rob. Cocus, qui diſſenſiones, contradictiones & confeſſiones Latinorum operosè & nervosè collegit. Quid verò Cocum loquor, ſimiléſque noſtrates. tu Bonam Cardinalem, Perronium, Bellarminum, & alios Romanæ Sedis hyperaſpiſtas conſule, qui ne ipſis antiquiſſimis & primis ſcriptis parcunt, quæ tamen aliis magnopere arrident. Accedit quòd Expurgatorum Romanorum manus.*

Omnia contingunt, contactúque omnia fædant
Immundo:

Ita quidem ut pleraque antiquitatis monumenta nunc deformata & corrupta, partim aucta, partim mutila extent, id quod horum Criticorum Expurgatorii indices ſatis abundè comprobant, & hoc ipſum Ianſenitæ jure Ieſuitis exprobrant, ac ipſi Lojolitæ gloriantur, ſe divinitus in hac mundi ſenecta miſſos & datos, ut corrigant & emendent Patres. Ita admittunt Patres, tanti faciunt antiquitatem & ipſa Concilia, ut omnia, etiam propria ſenſa ſua Eccleſiæ authoritati, h. e. Papali obedientiæ ſubmittant, ut nova pro antiquis, falſa pro veris ſuſcipiant & ſuſpiciant. (*b*) *Ita Cuſanus epiſt. ad Bohemos vult Chriſtianos ſequi ſenſum & Spiritum non Scripturæ, aut Patrum, ſed præſentis Eccleſiæ, etiamſi veteres aliter ſenſerint: idque loco Ioh. 6. ubi de manducatione ſpirituali, probat. Accinit Alphonſus à Caſtro l. 8. adv. hær. ubi ait, præſentem Eccleſiam tantò majoris eſſe authoritatis, quàm primitivam, quantò cognitione & lumine intellectuali longè provectior & illuſtrior.* (*c*) *Ne vero commentarios hac præfatione tibi ſcribere videar, benevole lector, ipſe tu alios conſule, utpote de Lynde part. 1. §. 9. pag. 125.*

(*a*) *in poſthumis.* (*b*) *Iugulum cauſæ c. 11.* (*c*) *ib.*

Digitized by Google

pag.125. & §.12.p.131. Dallæum de Patribus à p.313. Dorſchæum in Thoma Aquin.§.4. de Eccl. th.11.p.92. contra Bell.l.4. de Eccl. cap.9. Unde malè de Patribus glorientur: Lynde part.2.§.11.pag.137. Nobis non fundamenti loco ſunt Doctores antiqui Dallæ. l.c.p.310. Certè vel ipſa olim antiquitas erravit, vel errat hodie Rom. Eccleſia: Larroq. de Euch.part.1.cap.11.pag.235. Quos etiam novitios Patrum titulo intelligant & allegent alibi ξ.θ dicendi locus dabitur.

5. Quæ hæretici olim & veſani ad conciliandam ſomniis ſuis auctoritatem, vel ſcripta genuina peſſimè corruperunt, vel adulterinos partus ſuppoſuerunt, ſub ſpecioſis titulis, celeberrimi cujusque Doctoris nomen inſcribentes, ut nimirum pretium adderent mendaciis ſuis, fatentibus Vive, Eraſmo, Bochello &c. Qua de re ſcripſerat olim commentarium ad Baſilium M. Amphilochius Epiſcopus Iconienſis. (d) Eorum multa Latini non inviti ſuſcipiunt ad obtrudendos errores ſuos: ſtatim autem eoſdem ceu malas merces repudiant, licèt enim fraudem hæreticorum nonnunquam minimè diffiteantur, à ſuis tamen correcta eſſe prætendunt. Sæpe etiam ſine titulis olim & nominibus extabant, vel latitabant, ac fortè etiam diu, ut non rarò ex ſimplici errore aliis auctoribus accenſa & tributa fuerint. Unde non inanem operam illi contulerunt viri, qui ſua ſuis reſtitui allaborârunt. Huc ſpectant minus fidelia & æqua de auctoribus, recentioribus etiam, judicia, uti cùm callidè affingunt Marco Antonio de Dominis ipſum in ſcripto ſuo de Rep. Eccleſiaſtica nonniſi concordiam ſeu pacem Eccleſ. ſive ſyncretiſmum quæſiviſſe, & in hunc finem etiam ad nos tranſiviſſe, qui tamen ad vivum Papatum denudavit & depexuit. (e) Ita ergo mangones offuciis ſuis ſublinere oculos incautorum volunt.

6. De Ritualibus, Liturgiis, Martyrologiis, Menologiis, Legendis, Eccleſiarum fundationibus & originibus, juribus atque privilegiis, de donationibus & ſexcentis aliis commodior alibi dicendi locus erit. Hinc Launeus inſignis Sorbonicus Doctor propriæ conſcientiæ dictamine multa correxit & emendavit, inprimis in Breviario Rom. uſus argumento negativo, ſeu à ſilentio veterum deducto: quod quidem argumentum peſſimè alii rejiciunt. (f) Adde quòd non modò ſilentium urgeri, ſed contrarium etiam produci poſſit. Nec pudet Baronium, Durandum, Polydorum & alios ri-

d) Arnd.l.de Patr.§.11. Rupert. hiſt Univ p 72. (e) vid. au journal. des ſçavans ad 4 Apr.1667. à p.73. (f) vid. au journal ad 16.Mart.1665 p.125.

Digitized by Google

tus varios ex Moſe & Gentilibus ſæpe accerſere, eos deprædicare illiſque inniti. Vel ſolus Caſalius tr. de veteribus Chriſtianorum ritibus *vice omnium tibi erit. Verùm quid hoc aliud quàm nuntium piæ Chriſtianæ libertati ac ſimplicitati, imò Evangelii veritati & integritati mittere?*

Num verò hæc, quæ dicta hactenus, omiſſis innumeris aliis, antiquitatem ſapiunt, vel fidem & mores ſinceros? num tabulas juſtas & inſtrumenta legitima? Deplorata & deſperatæ cauſæ indicia eſſe quis æquus negabit judex? Atqui tabulas corrumpere, novas & fictas ſupponere, frangere fidem, quid aliud in jure, quàm infame facinus & capitale? Summa idololatria eſt & nefas fingere ſibi cultum, in religione nova & gravia Verbo Dei & Eccleſiæ libertati contraria imponere onera. Quî verò longam poſſeſſionem obtendant, quando iniquitas, fraus, invaſio detecta, & Magiſtratus atque Eccleſia ſua repetunt. Num verò homunciones tales, quibus animarum ſalus & cura commiſſa, quibus τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ concredita ventis tamen nonniſi oves paſcunt, judicium & vindictam excutient Deo è manibus? num ſubterfugere & evadere ventura mala poterunt? vid. Ier. 14. 14. 15. cap. 23. 19. 20. Ezech. 33. ſeq. Luc. 12. 46. Vnde non ſine cauſa Paulus Timotheum ſuum ita hortatur: Stude te ipſum probatum ſiſtere Deo operarium, qui non erubeſcat, & qui rectè ſermonem veritatis ſecet: *1. Tim. 2. 15. &:* Obteſtor te etiam atque etiam in conſpectu Dei, & Domini Jeſu Chriſti, qui judicaturus eſt vivos & mortuos in illuſtri illo ſuo adventu & regno ſuo: prædica ſermonem illum *&c. c. 4. v. 1. Confer c. 6. 20.*

Quanto bone Deus! mundus levaretur onere, ſi purgaretur augiæ ſuppoſitorum & adulterinorum ſtabulum, quibus κιβδήλοις loco auri Latinorum utitur Eccleſia. Vel ſolos Conciliorum Tomos pro exemplo tibi cape, & quidem etiam poſtremos Regios Pariſienſes. Quare magni facimus, quando adverſarii hac in parte laudem aliquam nobis tribuunt: quando in Diurnali Pariſ. (g) ita fatentur: Ad id profuerunt Calviniani, ut diligentiùs à noſtris inquiſitum fuerit in ſcripta dubiæ fidei. *Agnoſcunt ergo, quænam ratio fuerit ante Calvinianos: injuriam autem faciunt nobis, quando ſubjiciunt:* Iidem Calviniani multos libros rejecere ideò, quia inibi invenerunt formalem refutationem ſuæ doctrinæ. *At verò habeant ſibi ſuum Areopagitam, Ignatium, & ſimilia, de quibus ibi agitur. Dubia & notha ſi Latinis eripias, vix quidquam magni reſtabit, vix ullam*

contra

g) ad 29 Nov. 1666.

Digitized by Google

contra nos antiquitatem habebunt, quæ alicujus ſit momenti, nullum rerum ſuarum fundamentum. Tolle citato Caſalio tam falſos, quàm novitios teſtes, ecquos reliquos habebit? Inde Eccleſiarum & altarium conſecrationem probaturus (h) *cæleſte viſum & miraculum ex Odorici Rainaldi an.1598. n.19. adducit. Nec alii Gratianus, Bellarminus, Baronius. Quod magis mirere, illi ipſi, qui ejuſmodi furfura ſuggillant, mox in ſubſidium eadem vocant & collaudant: ipſum Gratianum puto, Dionyſium Areopagitam, Clementem, Iacobi, Petri & aliorum Miſſas.* (i) *Sic igitur dum à regia aberrant via in varios labyrinthos incidunt. & quò alacrius progrediuntur, eò magis deviant & abeunt à vero: unde fit, ut imperfectionis Verbum Dei arguant, quò traditiones ſuas ſubſtituant, eaſdem obtrudunt, ut præcepta Dei transgredi, oneráque portatu difficillima imponere poſſint:* (k) *Antiquitates prætendunt, ut novitates propinent & ipſam vetuſtatem conculcent: ollas oſtentant, ut rem ſordidam ceu maximam efferant. Apoſtolorum ævo & deinceps ſancta & ſimplicia erant omnia, at poſtea Virgo eſſe deſiit, pejor indies & fucatior reddita. Olim S. Cœnam Oratione Dominica celebrabant, veſtitu ſimplici, ubi ubi tandem poterant: nunc ita eſt opus oneroſum tantæq; artis, ut ſi quis in uno hoc ſit expeditus, ad ſacerdotium facilè admittatur, modò nullum irregularitatis impedimentum obſiſtat; planè ſicuti hodie mactandi artificium maximi fit apud Verpos, de quo integrum in Talmude tractatum habent. Inde Amalarius Fortunatus l.3. de divin. offic. in præfat. ſtatuit,* Sufficere ſine Cantoribus, ſine Lectoribus, ſine omnibus reliquis rebus, quæ obſervantur in celebratione Euchariſtiæ, ſolam benedictionem Epiſcopi aut Sacerdotis, ad conſecrandum panem & vinum, ſicuti fecerant olim Apoſtoli. *Et ante illum ipſe Auguſtinus Epiſt.119. cap.19.* Ipſam religionem ſervilibus oneribus premunt, ut tolerabilior ſit conditio Judæorum.

Non ambigendum, quin hinc ab exordio Novi Teſtamenti ſemper aliqui extiterint, qui Evangelio Chriſti crediderint: perſecutiones & martyrologia id teſtantur, ac ipſe Index Expurgatorius veritatis teſtes prodit. Quæritur ergo, quodnam ſit hoc Evangelium, quæ capita, quod fundamentum? Veteréſne, an novi articuli fidei? Num ex eodem Evangelio ſint illi, quos dat nobis Concilium Tridentinum, & quos Pius IV. ſub damnationis pœna præcepit: num legitima juramenti formula cir-

ca

h) cap.3. p.139. (i) vid. Bonam Lit. l. 2. c.13. §.1. in Paſchaſio ſub nomine Auguſtini: item §.2. (k) Matth.15.3. & 23.4.

Digitized by Google

ca profeſſionem fidei ab eodem Papa Romæ anno 1564. *in Bulla præſcripta, ac XII. Articulis comprehenſa. At novum iſthoc eſt ſymbolum: Intolerabile cæcæ & brutalis obedientiæ jugum. Meritò hæc nulla nobis ratione faciunt ſatis, quia firmius longè religionis requiritur fundamentum. Nempe ſcire volumus & planè debemus, quid & cui credamus.* (l) *Certum aliquod fidei fundamentum Bellarminus l.4.de Verbo Dei cap.11. monſtrare nobis videtur, quando §. primùm. ait, Apoſtolos nunquam ut communes fidei articulos propoſuiſſe aliud, quàm articulos ſymboli Apoſtolici, & X. præcepta, ac nonnulla Sacramenta.* Cœtera, *inquit,* non ita neceſſaria ſunt: ut ſine eorum explicita notitia, & fide, & profeſſione, homo ſalvari non poſſit. *At ecce tibi, quod dat, mox accipit, dum ſubjicit:* Modò promptam habeat voluntatem ea ſuſcipiendi, & credendi, quando ſibi fuerint legitimè per Eccleſiam propoſita. *Quantum S. Scripturæ tribuant, hinc docent, quòd ad traditiones, Patres, Concilia, antiquitatem, ad Eccleſiæ, h.e. Papæ judicia & decreta provocant. Inde Caſalius cap.* 75. *f.* Tot Scripturis (*at quibus?*) Patribus, Summis Pontif. ac Rationibus, veras Traditiones rectiſſimè S. Scripturis exæquari humiliter profitemur. *At nos minimè. Ius divinum eſſe dicunt Canoniſtæ, quod continetur in Lege & Evangelio, atque immutabile ſemper permanet.* (m) *Non modò Bellarminus in notis veræ Eccleſiæ edendis, ſed & citatus Caſalius longiſſimè aberrat, dum inter alias numerat* 1. *quòd Concilia & Patres ſemper debellàrint hæreſes.* 2. *quòd Catholica Eccleſia eandem ſemper doctrinam & ritus habuerint. Vel unum hoc reſpondiſſe ſufficiat, Papas aliquos hæreticos, tyrannos, impios & flagitioſos fuiſſe. Vel conferant modernam ſuam doctrinam & ritus cum priſtinis. Probabúntne baptizatis loco confirmationis ſuæ manus nonniſi ſtatim poſt lotionem imponendas; Catechumenum Evangelium audire non debere, nec Orationem Dominicam, nec Symbolum recitare, infantes etiam mortuos communicare debere, ac alia infinita, de quibus Albaſpinæus, Bona, Caſalius, alii?*

Ex præſenti rerum ſtatu Latini omnem æſtimant antiquitatem: ubicunque terminos aliquos invenerint apud veteres novitatibus ſuis aptos, ſtatim inde novitatem ſuam venditant pro antiquitate uti quando ex Exorciſtis dogma faciunt, nempe exorciſmum in baptiſmo, ut dogmata, ita & ceremonias ex veterum conſenſu & uſu derivare, oppidò tamen infeliciter ſolent. Huc faciunt Satiſtactio, meritum, indulgentia, miſſa, oblatio, ſtatio,

l) Lynde part.2. p.304. ſeq. (m) Philaleth.p.136.

tio,proceſſio,pœnitentia,confeſſio,Papa,Patriarcha,*plurima alia.(n) Ob libertatem Eccleſiarum ſumma olim rituum erat diverſitas, absque tamen ſchiſmate,prout Ritualia & Liturgiæ docent: hodie Latini tantam neceſſitatem uniformitatis cum illa Eccleſia conſtituunt & præſcribunt, ut absque gravi reatu ab illa diſſentire,aut diſcedere non liceat. Exemplum veteris moris fermentum eſto, panis fermentatus, quotidiana communio,aſſervatio ſacrati panis & vini &c. (o) Nec meliùs illi faciunt,qui vetera hodiernis ritibus & temporibus accommodaturi,corrumpere antiqua monumenta non verentur,quos inter Card. Bona lib.1.cap.22.§.4. pag.195. Laurentium Surium numerat. Notandum quinetiam aliquid fortè in una Eccleſia in uſu fuiſſe,aut in uno alterove Patre vel ſcriptore occurrere,aut diverſa fuiſſe tempora & rationes,unde praxin ſtatim generalem fabricant: pro exemplo ſunto quatuor pœnitentiæ gradus, aliive ritus ſingulares, quales in Conciliis particularibus & provincialibus multi occurrunt. Multæ novæ conſtitutiones poſteriorum etiam Epiſcoporum Rom. obviæ, quas,ut novitatis maculam illis abſtergant,ad antiquitatem revocant, eásque nonniſi renovatas, & ceu antiquatas denuo in uſum revocatas fuiſſe contendunt,absque tamen fide dignis teſtibus. Silentium præteritorum temporum hos prodit, unde argumentari & judicare licet,Bona teſte lib.1.cap.23.§.4. Ecquid aliud agunt illi,qui de rerum iſtarum origine ſcripſere, quales Polyd. Vergilius Guilh. Durandus & cæteri? Eo ipſo autem omnia detegunt,quando ad falſas & inſufficientes tabulas appellant, vel easdem corrumpunt & pervertunt: vel cùm ludunt in antiquitatis & ambiguitatis termino, adeòque ex falſa hypotheſi meliùs non concludunt; quod ſanè à vindice Numine eò immiſſum exiſtimabis,quia pleniſſimos, certiſſimos & antiquiſſimos S. Spiritûs Pandectas digno loco non habent.*

Ex his quæ narravi hactenus,perſpicere haut eſt difficile,quanta cautione & ingenuitate Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptori opus ſit, quid humeris ejus incumbat,quibúſque legibus circumſcribatur. Ad evitandam verò prolixitatem,multa hîc conſultò prætereo,quia fusè jam ab aliis pertractata. Inter alia boni hiſtorici requiſita non poſtremum hoc, ut è proprio cerebro nihil fingat : inde: Sine teſte facti loqui,hiſtoricus erubeſcat.(p) *Et rectè alius nonnemo :* Sicut ſcutarius portat arma Domini ſui,& ſpectator eſſe poteſt pugnæ,eámque narrare; ita hiſtoricus nonniſi recenſebit res geſtas. *Frequenter me hos & illos limites eſſe tranſ-*

**** *greſſum,*

n) *Dalla. de Patr. p.149. (o) Bona l.1.c.23.§ 2. (p) Reineſ. Eudov. G.2.*

Digitized by Google

greſſum,atque ad varia deſcendiſſe in opere meo,objici mihi poſſe non diffiteor,at non abſque rationibus hoc ita à me factitatum ſciat Lector, quarum una,ut uno in loco ea complecterer , quæ lucem afferre & removere ſcrupulos poſſent. Aliud inſuper liberum dicendi genus,ſtrictum aliud & ligatum: planè ſicut varia armorum genera,diverſæ pugnæ & velitationes, quibus nos accommodare tenemur. Inter præcipuas itaque hiſtoriæ laudes animus affectibus atque præjudiciis vacuus,ſive ſincerus & integer,ut homo raſæ inſtar ſit tabulæ, partibus non addictus, ut veritate prius nihil habeat,áque calumniis & mendacio abſtineat,& Deum imitetur,qui ipſa veritas,credátque reſponſurum illum,qui falſum teſtimonium dicit,ac mendaciis mundum paſcit. (q) Vt autem præſtare hoc queat,Evangeliſtæ Lucæ exemplo (r) nonniſi πεπληροφορημένα, *plena fide perſpecta tradat, & aliàs ut res eſt,fateatur.(s)*

Et cùm præcipuè Cardinalem Baronium *diſcutiendum mihi ſumpſerim,non poſſum non raram ejus commendare felicitatem , dum inde à puero ad hoc ſcribendi genus fuit innutritus , tandem Cardinalis & Vaticanus Bibliothecarius factus otio,ſubſidiis, redditibus, amanuenſibus abundavit : licet multa & gravia in illo deſiderari multi emunctæ naris Viri, etiam ex adverſa parte , palàm id fecerint , præcipuè verò illuſtris Caſaubonus in Exercitationibus , quò Lectorem remitto. De eodem in Scaligerianis: (t)* Baronius melior eſt aliis Romanis,quia nonniſi ſubtilitates & ſophiſmata habent.Primus ejus Annalium liber inprimis multas fœdas habet falſitates. Fallitur is ſæpe,ac unum ponit pro altero, neque obſervat tempus,multos commiſit errores , uſque ad tempora Juſtiniani. *Item* : Baronius melior eſt Bellarmino,nam ſaltem contexuit hiſtoriam, & omnis hiſtoria bona eſt, docent me aliquid,non Bellarminus. Nihil habet Baronius, quàm quod Centuriatores fecerunt,& illos perpetuò reprehendit ; putant ita tegere ſua furta. Baronius Græca non intelligit : quò magis is procedet,eò minora falſa dicet in hiſtoria ; ſed prima illa tempora Apoſtolorum, & póſt ſunt valdè obſcura ; deinde alia ſunt valdè ficta,ut Epiſtolæ Chriſti ad Abgarum. *Et:* Baronius ſine ullo judicio componit hiſtoriam. *Iterum Scaliger in voce hiſtoria* : A fine Actorum Apoſtolicorum uſque ad Plinium

q) vide omnino Dalle de Patr.p.48. & 205. & 366. (r) c.1.(s) vid. Sohnii orationem de ſtudio indaganda & cognoſcenda veritatis,item Zuingl.T.2.p.445. alios. (t) in Belg. impr. an.1668. p.37.

Plinium Juniorem, nihil certi extat in hiſtoria Eccleſiaſtica, præcipuum quod habetur,ex profanis hauſtum. Euſebius glaciem fregit,legendus tamen cum judicio.*In eundem LipſCorpius : (u)* Neſcio ſanè, quæ virum incomparabilem intemperies agitaverit,ut in ſingulis *Annalium* tomis ita ſe geſſerit,ut qui dubitari nollet,præcipuum ſibi ſcopum fuiſſe, Papalem Monarchiam ſtabilire, amplificare,& ad cœlum uſque evehere. *Somniat certè frequenter Cardinalis & fingit,cujus rei notas habes* fortaſſe,credibile,æquum ut credamus &c. *& mox ejuſmodi ludibriis inædificat,tandem firmiter concludit,Lectorique præſcribit : quale exemplum habes anno* 218.*f.* (*x*) *Nec gratis Voetius* (*y*) lagenæ illum comparat miſſæ in mare,quæ concludit piſces bonos & malos.*Et* §.5. Faber fabularum faberrimus,inſtar Simeonis Metaphraſtæ,aut Jacobi de Voragine, aut Petri de Natalibus, aut ſimilis aurearum Legendarum conſarcinatoris: hoc tamen diſcrimine, quòd illi ſine arte, ſimpliciter & ruſticè fabulati ſunt,hic majorem colorum apparatum adhibuerit,nec ingenio,nec arte rudis. *Accedit Hugonis Grotii judicium, ubi inter alia: (z)*

O pietas ubi merſa lates? Quis fortis & acer,
Qui contra ſæclum commodes ora tibi?
Vivimus addicti ſtudiis,ſpes,ira, cupido,
Turba, metus regnum Religionis habent
Pars UNUM toti cupiens imponere mundo
Hoc fas ut doceat,nil putat eſſe nefas.
Alma licet nolit,teſtis tamen eſſe vetuſtas
Cogitur,& contra ſe facit ipſa fidem.

En verò alius & famoſi Cardinalis,Perronii nempe,cenſuram(*a*) : Bonus homo multis in locis hiſtoriæ ſuæ deceptus fuit , magni in ea parachroniſmi, in infinitis locis fallitur, minimè eſt exactus, ne in ipſo quidem ſtylo,nonniſi laborioſum eſt opus &c.&c. *Item* (*b*) : Nimis magna temporalis poteſtas Papam exoſum reddit Principibus Chriſtianis,neque prudenter fecit Baronius,quando tantopere illam defendere conatus eſt. *Et alibi* (*c*) : Baronius non vehementer illis contradicit, qui impugnant Donationem Conſtantini ; & tamen nimis dixit,unde volebant aliqui,ut hanc ejus partem cenſerem. *Certè nihil*

**** 2 *minus*

u) *de Monarchia Pap. part.*1.*p.*37. (*x*) *Vide eund. Lipſ. part.*1.*c.*3.§.16. (*y*) *Polit. Eccl. T.*2.*l.*2.*c.*4.§ 3. (*z*) *vid. Rivet. in Apol. Grotii: p.*187. (*a*) *in poſth. in Baronius ;* (*b*) *in voce Roma* (*c*) *in voce Conſtantinus.*

minus præſtat Baronius,quàm ut exactè atque ordine refutet Magdeburgenſes,unde liberrima methodo utitur: maxima & optima ne digito quidem extremo tangit,alia conſarcinat,& Legendis replet. Difficile fateor eſt Annales ſcribere,ob diſſenſiones & calculationes variantes,& tamen ſingulorum annorum res geſtas tractare plurimum juvat. Labi etiam humanum,at corrigi divinum. Verùm aliud longè ex imbecillitate & perſuaſione ſimplici labi,unde veniam is meretur ; aliud ex deſtinato propoſito,quò fucum facere & imponere lectori poſſit, quod non errare, ſed decipere eſt. Magni occurrunt ſcopuli in enarratione Regum,Principum, Imperatorum,Epiſcoporum Romanorum,ſeu ut nunc vocant,Paparum,illorum ſchiſmatum : Patriarchalium,item aliarum Sedium, converſionum Eccleſiarum,rituum,Conciliorum &c. Ita Anno 1378. in teterrimo & diuturno ſchiſmate ſedebat Avenione Clemens VI. al. VII. Romæ autem Vrbanus VI. illum Gallia,Hiſpania,Britannia ſequebatur : hunc Italia, Germania,Pannonia; inde acta affectibus nonniſi dedita. Ecquæ tandem inextricabilis Martyrum , Virorúmque Apoſtolicorum narratio ? Nec minor in primorum Petri ſucceſſorum ſerie difficultas ſeſe offert ? Non raro fit,ut primi Sedium fundatores ſeu Epiſcopi , vel ficti ſint,vel longè ſeriùs vixerint,ut,Dionyſius,quem Areopagitam vocant. Ita Taurinus ad an.95.§.5. Confer ſaltem Sammartanos in Gallia Chriſtiana cum Legendiſtis : unde fit,ut anni primorum Epiſcoporum addi non poſſint : & ut illi,qui proprie Epiſcopi non erant, ac aliquantum nonniſi alicubi ſubſtiterunt,ſtatim ibi Epiſcopi fuiſſe ferantur. Atque hinc inſuper accidit,ut Baronius,Vghellus,& ſimiles alii ſæpe unum plurium locorum Epiſcopum conſtituant,miráſque translationes prætendant: quaſi is,qui nonniſi in tranſitu alicubi Evangelium annunciavit,ibi mox Epiſcopus tanquam in Sede ordinaria fuerit: neque hoc loco ipſis parcunt Apoſtolis. At verò omnia incerta, ſine tabulis, inde tantæ in catalogis lacunæ : inde quoque fit, ut diverſis atque etiam diſsitis in locis talium Sanctorum proſtent reliquiæ. Ita nimirum quævis Eccleſia exaltare Sedem ſuam,& prætendere privilegia ſtudebat. Eam Annaliſta noſter ſibi poteſtatem ſumit , ut interregnum in Imperio tamdiu faciat,quamdiu electus Imperator vel non coronatus fuit à Papa Romano,vel excommunicatus. At falſa pro veris, dubia pro certis non dabit fidelis enarrator : nihil ſibi ſumat,propriæ lubidini nihil tribuat : corrigi ſe patiatur & emendari. Vt Diaboli inſtrumentum & emiſſarius eſt mendax,neque fidem meretur ,ſed eandem de-

coquit

Digitized by Google

coquit apud ſanos, ita anima hiſtoriæ veritas eſt, quâ quis benevolentiam,aures,attentionem captat,optatum ſortitur effectum,boníſque vir habetur. Nihil ergo extra & contra verum dicat,omnia ponderet & expendat,in nullam partem inclinet contra conſcientiæ ſtimulum,dolo,fraude ſuas ſuorúmque res non defendat, aut illis patrocinetur. Mendacia inaudita,criminationes maximas & graviſſimas in nos evibrant adverſarii, abſque tamen juſta cauſa & occaſione; vehementiores tamen, & iniquiores alii aliis,quo quidem apertè indicant,quo ducantur ſpiritu, cujus filii ſint: Gal.5.20. quæ in ipſis charitas: 1.Cor.13. grave ſe judicium aliquando ſubituros: Matth.12.37.argumentis & rationibus ſe deſtitui, proinde indignos ſe eſſe,quibus reſpondeatur. Nefaria vitia & dogmata peſſima affinguntur orthodoxis,nonniſi hæretici *adpellantur,* Waldenſes, Wiclefitæ,Fratricelli,Beguardi,Picarditæ,Huſſitæ,Huguenoti,Geuſii, Novatores,præjudicati,damnati &c. *quibus nominibus exoſos nos reddere tentant,non conſiderantes, nos in nullius niſi in ſolius Dei vivi verbum juráſſe. At ita ſanè ſe ſuámque produnt cauſam,furorem ac inſaniam detegunt,& litem totam perdunt.* Veritas reſpondet ſatis conviciis,*dicebat olim noſter Zuinglius.(d) Sæpe quoque fit,ut tractatores,cùm partium potiùs,quàm veritatis inveniendæ ſtudio certatur, nimio æſtu à vero aberrent,faciléque ἀμετρίαν τῆς ἀνθολκῆς committant.Haud raro etiam accidit, ut illi,qui inter ſe certant,ex malis hypotheſibus ac conſequentiis,ex nimio zelo & credulitate, dogmata aliena antagoniſtis imputent. Hoc malo laboravit Hieronymus contra Vigilantium: idem accidit Lanfranco atque aliis contra Berengarium: Petro Cluniacenſi contra Albigenſes ſeu Bruniſtas. Locum hîc habeat :* Audiatur & altera pars. *Vinci velle à veritate glorioſum,(e)neque veritati authoritas præponenda.(f). Ne igitur præjudicemus; fortè ipſe tu erras,vel Patres & Doctores tui, quos ſequeris : fortè nec hæreſis eſt,nec novitas,quod tu ita vocas : vide Act. 24.14.c.28.22.Nimium fortè tribuis Romanæ Eccleſiæ,exiliùs judicas de Reformatis : novum forſan eſt,quod tibi antiquum,& è converſo. De fide orthodoxa,de antiquitate ejus,perpetuitate,continuatione & ſucceſſione,veritatis teſtes,qui ordine continuo ſe invicem excepere,clarum hoc facient. Nocet ignorantia,nocet inſana credendi facilitas & fides cæca,non minùs tamen convicta nocet pertinacia, id quod Iudæi olim ſuo exemplo manifeſtum fecerunt. Hinc fit,ut hodiéque tot præcellentes & eximii do-*

d) T.2.p.478.b. (e) Zuingl op.T.2.p.98.b. (f) ib.205.b.

Digitized by Google

ctorum labores ac fidelia ſtudia inutilia & infrugifera ſint apud obſtinaces & obduratos, quæ nihilominus fructum ſuum & cenſum habent apud dociles ac ſalutis & veritatis amantes. Inexpugnabilis quodammodo res eſt præconcepta opinio, ita ut ignariſſimi totam ſibi antiquitatem vendicent, ubi tamen nihil minus. Id Bona Liturgicôn l.1. cap. 23. §. 6. inter cætera exemplo Hugonis Eteriani docet, qui lib. 2. hær. cap. 17. ita loquitur: Latinorum S. Eccleſia æternaliter azyma offert & immolat, ſecundùm Chriſti traditionem. *Eas autem vires habet hoc virus, ut ne ſummis quidem & optimis parcat, unde laudatus Bona Cardinalis malè apud ſuos audiit, eò quòd cum Sirmondo Ieſuita docuit, fermentatum panem in Euchariſtia primitus per aliquot ſecula in uſu fuiſſe. Porrò uti fidelis hiſtoricus à criminatione abſtinebit, ita viciſſim vitia & corruptelas non reticebit. Ægerrimè ferunt Latini, quando aperto pectore loquimur, ſi ligonem ligonem vocamus, cùm errores B. Patrum, vitia Paparum, peccata Prælatorum, turpitudines reliqui Cleri tangimus. Non placet ipſis hulcera hæc premi, unde vel obtegi, vel ſaltem palliari & mitigari illa mallent. Aſt non eò fit, quaſi oblectemur hiſce, ſed ut ovum ovum appellemus, locum veritati demus, errorum origines monſtremus, faciem Eccleſiæ depingamus, bonarum & malarum arborum fructum ob oculos ſiſtamus, & ſi quæ cauſæ aliæ. Ex ſiniſtra & immatura perſuaſione fit, ut tales cum prætoria poteſtate agant, ſuperciliosè præſcribant, ſine rationibus pro placito dictent, & in tergiverſantes mirè debacchentur. Ita Cardinalis Baronius multa non demonſtrat, ſed ponit & ſtatuit, imò tonat non rarò & fulgurat, nec etiam fulminare veretur. At non vi, ſed perſuaſionibus, amicis & lenibus verbis, validis argumentis & ponderibus conſcientiam convincentibus ad veritatem perducimur. Frivolum itaque negare ſine rationum pondere, & rejicere, quod minùs arridet. Ita Pallium ab Imperatoribus olim conceſſum negat alicubi Cardinalis, ratione ductus, quia ſolius Papæ ſit, iſthoc jus & privilegium. Atqui hoc ipſum eſt, quod negamus. Sic Prælati juramento ad obedientiam ſe obſtringere Papæ tenentur, quod Magiſtratibus ſummis olim factum. (g) Non modò omnibus ſeculis, ipſo etiam Apoſtolico, longè plurima* ψευδεπίγραφα *in publicum ſunt extruſa, ſed & ſequioribus ab ipſis cumprimis Monachis pia hæc fraus adhibita, uti de VII. Perronius teſtatur: (h) neque defuit hac in parte Romana quoque Sedes, & ejus Miniſtri, quemadmodum Babylonicá, ſeu Chaldæa Confeſſio anni 1330. aliáque*

(g) *vid. Bonam l. 1. c. 24. §. 16. p. 248.* (h) *in poſth. termino Vie.*

que quamplurima loquuntur. Quare cautum eſſe oportet hiſtoricum, genuinis, authenticis ſubſidiis non ex trivio petitis, maximè ſymbolicis & publicis adprobationibus munitis utatur. Nonniſi legitimus in foro teſtis admittitur, ac ſi divinas Scripturas ſcrutari (ἐρευνᾷν) *jubemur, quidni humana monumenta priùs cenſeamus, & ad Lydium lapidem revocemus? Nocet & imponit cæca & ἄλογος fides. Ideò Baronius, Bellarminus, & ſimiles non audiendi, qui per fas & nefas Paparum decreta, privilegia, & indictas pœnas, Romana & cætera ſubleſta Concilia, gnathonum & mancipiorum aſſertiones obtrudere ac tueri ſuſtinent, dum quævis arripiunt & pervertunt, truncant, negant, aſſerunt: dum neſcio quæ vaticana folia obtendunt, fortè nulli unquam viſa, quale eſt Magni Conſtantini Donatio aureis ſcripta literis. Neque tamen ita hoc accipias, quaſi adulterina & peſſima etiam ſcripta advocare in ſubſidium noſtrum non poſſimus, ex adverſariorum ſcilicet conceſſione & largitione, quia in precio talia habent & magni faciunt; imò præcipua ex adverſariis ſumi poſſunt teſtimonia, ut ipſorummet gladio jugulentur & magis confundantur.* (i) *Loquatur ergo Bileami aſinus: ex peſſimo veneno unguentum ſalutare conficiamus. Quidni ergo Legendas, Liturgias, Decretales, Concilia etiam Romana, aliaque ejuſmodi in ſubſidium adhibeamus? Sæpe ſatis memores non ſunt, ſed ipſimet ſe produnt: teſtis eſt Thomas Aquinas Confeſſor Veritatis, Bellarminus Orthodoxias teſtis, Fayus, Guerinus, alii. Multum itaque intereſt, ut diſcernas probè teſtes priorum & poſteriorum ſeculorum; liberos & ſinceros ab juratis & minùs fide dignis, ab Orientalibus Occidentales. Ita quidem eſt, quòd antiquiſſimi quique præ cæteris admittendi, interim teſtantur quoque poſteriores, quamdiu veritas vel ex toto, vel ex parte apud hos vel illos duraverit: probant ſiquidem, neque Eccleſiam Chriſti extinctam fuiſſe, neque novatores nos eſſe, ſed fidem noſtram ſingulis obtinuiſſe ætatibus, imò apud plurimos locum inveniſſe. Tempus à nobis monſtrari petunt Latini, quando facta à fide diſceſſio, errores quando irrepſerint, cùm potiùs ipſos errores conſiderare deberent. Noctu dormientibus hominibus id accidit, Matth. 13. 24. coll. cum c. 24. 43. Eò ipſo quòd myſterium eſt iniquitatis, latens eſt res ſub fuco pietatis. Ex optimo vino peſſimum factum acetum. Pia intentione initio multa immutabantur, levia & bona videbantur omnia. Alia ratio cum hæreſi manifeſta, alia cum apoſtaſia ſecreta. At verò monſtramus inſuper origines errorum,*

ac

i) *Perron. in poſth. v. Ferrier.*

Digitized by Google

ac ipſi quoque adverſarii id docent & indicant, proinde novitates illas in S. Scriptura non contineri, & in priori Eccleſia in uſu non fuiſſe fatentur. (k) Diſcimus ergo ex antiquitate, quoto novitas quævis temporis articulo cœperit vel floruerit, quibus artibus & occaſionibus introducta fuerit & obtruſa. Ex perſecutionibus etiam & inquiſitionibus manifeſtum, multis in locis, & quidem apud plureis veritatem luxiſſe. Et quia multa aliena illis Confeſſoribus affinguntur, ideò non teſtimonia hoſtium malignorum, ſed Apologiæ & Confeſſiones publicæ, horúmque proteſtationes erunt excutiendæ.

Non ſolùm autem felix fidéque dignus hiſtoricus in ſeligendis & æſtimandis monumentis prudenter & cautè aget, ſed ipſos auctores circumſpectè tractabit, teſtimonia & exempla judiciosè collatis antecedentibus & conſequentibus excerpet. Cave autem cum præjudicio ad lectionem tranſeas, illud ergo in ipſa demum lectione & collatione cum aliis formabis. Indigna res veraces, oculatos, auritos, fide dignos, & quaſi teſtimoniorum nubem ſuperciliosè & petulanter rejicere, vel corrigere, ac lucem quodammodo negare: uti ſi quis ad ann. 1130. in ſchiſmate Anacleti II & Innocent. II. negare vellet Antichriſtum tum ſediſſe in Templo ſancto: atqui hoc ipſum teſtatur Baronius §. 3. ad citatum annum. Neque in hiſtoria ſimpliciter narrandum, quid actum ſeu geſtum, ſed addenda ſunt etiam circumſtantiæ, à quibus, boniſne an malis, quomodo, quo jure, qua occaſione & ſcopo. Ita Iudæi Chriſtum ſeductorem & perverſum vocant, ipſi hæretici & rebelles, quem tamen ipſe judex Pilatus, homo paganus, innocentem pronunciat. Vt ergo ſagax & peritus Medicus ex variis indiciis cauſam morbi & qualitatem deprehendit: judex ex circumſtantiis ſententiam format atque pronunciat. Multa prætendit continuator Baronii Bzovius, ejuſque ſimiles ſine teſtibus, vel ſaltem abſque legitimis & ſufficientibus, unde plerunque addunt, ajunt, referunt: *ſpecialia non habent ſed ponunt* quis, aliquis, aliquando, alicubi. *Sic in multorum miraculorum recenſione Lectorem in Indiam, Æthiopiam, & neſcio quò ablegant. Quicquid verò tandem ſit, non ex miraculis fides: ſed ex fide miracula dignoſcuntur. Ni ergo fidem ſcriptor concoquere velit, operam det, ne in mendacio deprehendatur, ſaltem non voluntario, ne fingat, vel ex lacunis quibusvis bibat, vel in partem unam alterámve deflectat. Volebant aliquando gnathones, quando excommunicationi Papali ſubjecti erant Reges, Principes, Imperatores,*

non

k) Vide Lynde dans la voye ſeure c. 7. à p. 24.

non additos fuiſſe Imperii annos, ſed ad hibitam formulam Regnante Chriſto *anno N. cui doctiſſ. Blondellus ſingularem tractatum opponit. Annaliſta noſter Baronius anno 904. loco Lud. IV. Imp. nobis Lambertum Imp. dat. Sic ab anno 911, loco Conr. I. Imperium vacare illi dicitur, ſcil. quia à Papa non electus, non approbatus. Itali ſiquidem poſt mortem Ludovici omni ope conati ad ſe rurſus Imperium transferre: at Germani unanimiter Conradum Franconium eligunt. Obj. non tenuit Italiam. Reſp. at non fuerat neceſſe. 2. Hoc ipſo agnoſcunt ad Imperium ſpectâſſe Italiam. 3. Unde eò abiere Imperatores reip. conſtituendæ cauſa, Romamque etiam in ſua poteſtate habebant. Idem Baronius inde ab anno 919. in Henr. I. interregnum ſtatuit, cum Benevenuto in Auguſtali, ubi has rationes adfert. 1. quia non regnavit in Italia. 2. nec coronatus eſt à Papa. 3. quia nullam operam dedit ad liberandam Italiam de manibus Tyrannorum. At verò homagium Henrico præſtiterunt Germaniæ Principes, quorum ope maxima clade Hunnos an. 933. Imperium invadentes affecit, torneamenta inſtituit, Slavos & Vinidos tum Imperio, tum religioni Chriſtianæ adjecit, Bohemos item & Lotharingos ſubegit: tandémque in ipſo itinere Romam verſus an. 936. decedit. Ecquid ergo Conrado IV. Suevo anno 1250. Imperii faſces aſſumente, ita Rodolpho Habſpurgico, anno 1273. electo ut & Adolpho Naſſavio fiet, quibus Romana corona nunquam impoſita fuit. Atqui talis Romana coronatio non faſces dabat, nec Imperatorem conſtituebat, ſed Papalem benedictionem notabat, ut ipſe Benevenutus vocat & agnoſcit. Quid tandem ad Gentiles, Orientales item Chriſtianos Imperatores reponent, quid ad modernos, qui caruerunt Papali hac coronatione. Ita ab an. 936. ad 962. deſtitutum Imperium Capite ſtatuit quo Romæ coronatus Otto I. nomine & re Magnus, qui Imperii dignitatem reſtituit cui ſubjectus fuit Papa, & obedientiam juravit. Inde anno demum 962. creatum demum Imp. dicit Cardinalis. Non minus ab an. 1001. in Henr. II. Claudo. Atqui ante coronationem omnes actus Imperatorios exercuit, à ſtatibus diadema accepit utrinque fidelitatis juramenta præſtita: indixit comitia, tribuit feuda, pœnas inflixit, divales emiſit, reſcripſit, bella imperii nomine geſſit &c. Verùm quodnam Papæ jus in Germaniam ſeu Imperium majus, quàm in alia regna? Obj. Otto I. & Henr. I. Ottonis Pater, & ante Henricum Conradus, non Imperatorum, ſed Regum Germ. titulos tulerunt & uſurpârunt. Reſp. At omnibus muneribus Imperatoriis defuncti, inuncti à ſtatibus & coronati, ita ut Imperium vacâſſe nullo modo dicendum: unde alii eos jure in*

ordine Impp. collocant. Ita Conradus IV. Friderici II. F. à Patre adhuc vivo Rex Romanorum ac Siciliæ creatus fuit : quem Ieſuitæ è Catalogo Imperatorum expungunt, quia legitimus illis non eſt, quem Pontifex non approbavit. (l) Eodem modo Bzovius anno 1228. interregnum Imperii facit propter excommunicationem Frid. II. & quidem duplicem diverſo tempore factam, qui tamen antè & pòſt ab eodem ponitur, utpote anno 1240. Imperârunt nimirum etiam excommunicati. Quid ergo tandem de Viſibili Eccleſiæ Capite ſentiendum tempore diri & longi ſchiſmatis. Talia ſchiſmata XXIX. in Sede Rom. accidiſſe numerantur, inter quæ horribilia & diuturna fuere, ſic quidem ut orbis Chriſtianus ſæpe in duas, tres & fortè plures factiones ſciſſus fuerit, quas inter etiam Neutrales, qui nulli parti adhæſerunt, adeóque juxta Romanenſes, cum ſalutis diſpendio, extra Eccleſiam malè perierunt. Nec verò melior ſemper Papa obtinuit, nec juſta electione, ſed vi, fraude, corruptione & aperta Simonia, aliáve arte & dolo malo ovile ingreſſus; unde ſuſceptus & agnitus ab aliis, ab aliis verò repudiatus & rejectus: hinc fit, ut hic vel ille in Catalogis ab aliis numeretur, ab aliis verò omittatur. Quid tandem etiam de diutina Sedis Romanæ vacatione ſtatuendum. Vide hic cent. 2. an. 158. §. 7. ubi poſt Higinum Sedis 4. annor. interregnum fuiſſe dicitur. Anno 253. Fabiano ſublato Sedes non minus, quàm integro anno vacat. Poſt Marcellini obitum vacâſſe Sedem 7. annos Damaſus in Pontificali dicit: id quod negat Bar. an. 304. §. 25. aut ergo Papa, aut Cardinalis errat. Anno 1241. mortuo Cæleſtino orba manſit Sedes menſes 21. (m) Anno 1271. Gregorius X. electus, poſt vacationem duorum annorum & 9. menſium. A Nicolai IV. deceſſu, qui contigit anno 1292. vacua fuit Sedes menſes tres, annos duos, uſque ad annum 1294. Sic Clementi anno 1314. defuncto ſucceſſit anno 1316. Iohannes XXI. Dic jam, mi Baroni, num tu nonniſi legitimos, ordine ſuccedentes, rite electos & ordinatos recenſeas? Si dixeris, quæro quur alii, & te quidem longè antiquiores certioréſque eoſdem vel prætereant, vel reprehendant, vel addant alios. Solent interdum arguti oratores artificioſa Suada deducere auditorem à vero, & præſtigiis quaſi faſcinare auditorem, cauſas falſas fictáſque ſupponere, rem aliò detorquere, & neſcio quos aureos commemorare & objicere montes : quid à Papis & cætera Curia Romana hac in parte præſtitum ſit, inprimis circa ann. 1300. in cauſa Bonifacii IIX. & Philippi Pulchri Regia & authentica loquuntur edita.

ecta.

(l) Rupert. hiſt. Univ. p. 693. (m) Wimpfel. in hiſt. Germ. c. 37.

acta. Neque eſt, quòd Perronius(n) objiciat: hæreticos ſacerdotum actus nonniſi malos (ergo malè egerunt) recenſere, bonos ſilere. R. Actus ſunt quæ fundamentum, quæ religionem, bonos mores, vitam Chriſtianam, inprimis autem ſacerdotalem, quæ charitatem & ſocietatem civilem infringunt ac tollunt, quæ in nullo toleranda homine, inprimis in tanto mundi faſtigio collocato; ab iis ergo præmonendi mortales, Chriſti & Apoſtolorum exemplo. Etiam in hoſte virtutem laudandam ultrò largimur, neque ulli mortalium invidemus. Num ergo vitia reticenda? Quin regeramus, multa ſæpe ſubtiliter ac deliberatò præterire adverſarios, quæ neceſſariò producenda fuiſſent, non tantùm quod res, ſed etiam quod teſtes & exempla ſpectat. Concilia eximia & legitima ſæpe omittunt, quia ad palatum non faciunt: vice verſa Conciliorum nomine inſigniunt, quæ nulla, vel revera Conciliabula, inprimis Romana. Interdum non Concilii, ſed conventus titulo dignantur, quæ revera Concilia fuere, quale habes Pariſienſe ad an. 824. aliis 825. Malè Platinam ſimiléſque tractant, quòd tam liberales ſint in cenſendis Papis, non æſtimantes quid Genebrardo ſuo, Baronio & his ſimilibus ipſa veritas expreſſerit. Ita Bzovius non facilè Baleum, Blondum, Nauclerum, & ſimiles allegat ſibi metuens. Idem ad an. 1334. invehitur in noſtros, quando Iohannem XXII. circa quæſtionem, num animæ beatorum Deum videant, reum agimus; cujus errorem ita excuſat, ut dicat, articulum ab Eccleſia nondum fuiſſe deciſum. Ergo ſanè Eccleſia dogmatizat, & ante deciſionem fides non requiritur, nec eſt fidei articulus. Sic anno 1336. non Spirenſis conventûs acta, ſed alia futilia promit, ideò quia Imperator Imperio non fuit dejectus à Statibus, ſed imperavit etiam excommunicatus, ac cum Eduardo fœdus fecit. Iterum Baronio anno 1057. vacat Imperium Occid. nulla alia de cauſa, quàm quia electus & inauguratus Imperator Henricus IV. Romæ non fuit coronatus. Aſt verò imperâſſe etiam ante coronationem Rom. boni ac fidi narrant, & confirmant hiſtorici. Imò dirè hunc Henricum IV. Papæ ſunt inſectati, unde Imperium & ipſa tartara contra illum concitârunt, neque ceſſârunt, uſque quò anno 1077. alium Imperatorem Rodolphum Suevum ejus loco elegerunt. (o) Tam verò abeſt, ut itinera & coronationes Imperatorum Romanæ ſubjectionis nota fuerint, ut eo ipſo Cæſares primitus publicè teſtati ſint, ſe Italiæ atque etiam Romæ Dominos eſſe, id quod in Carolo Magno videre eſt. Ita ergo nihil non magni Papæ ſeu Romanæ Sedi tribuunt hi Analiſtæ,

***** 2

n) in poſth. p97. i. (o) Confer Lambec. B. T. 2. p. 709. ſeq.

nalistæ, omne ſtudium & laborem in hoc unum impendunt, ut cuique facile & ubique perſpicuum fiat, quò tendant, & quidem maximo niſu & auſu omnia illuc dirigant. Electiones, confirmationes, coronationes, depoſitiones Imperatorum, Regum & Principum illi adſcribunt, ut uno ictu quercum decutiant, ideò Imperatori inhiant magis, ut reliquos Reges & Principes omnes obnoxios ſibi reddant. Nempe ſic Eccleſiaſticæ poteſtatis fuco Papa imperium ſuum ædificavit & ſtabilivit. Unde diſcas, terrenum eſſe ejus imperium, & ejusdem naturæ, quæ eſt mundi Monarcharum in ſubditos ſuos. Ita bella indicit, claſſes inſtruit, terras vaſtat, fœdera facit & frangit, tranſitum per regnum ſuum vel permittit, vel denegat, in urbibus & caſtellis præſidia collocat, vel eadem oppugnat: eò autem feliciùs pugnat, quòd duobus gladiis utitur, quando banno ſimul & dira devotione hoſtes ferit. Ipſis Papalis & Apoſtolica dicitur poteſtas ac ſolicitudo univerſalis, cùm invadit aliquod regnum, cùm aliis id donat, & juramento ſubditos ſolvit, cùm vaſallos facit, cùm gladium vibrat, cùm mactat & devorat. Hinc translationem Imperii non Statuum votis & ſententiis, non meritis, nec armorum vi, ſed ipſi ſibi adſcribit hic Dictator, Electorúmque inſtitutionem, ut ad nutum illos & pro vaſallis habeat, ideò anno 1327. & aliàs multoties, imperat Electoribus, ut alium Imperatorem eligant, nec alium quidem, quàm qui ipſi arrideat, quem poſt confirmet & coronet, h. e. homagio ad obedientiam & ſubjectionem adſtringat, vúltque ut Papæ beneficium agnoſcat, ac ab eo dependeat. Toties hi Annalium ſcriptores obedientiam & ſubjectionem horum & illorum regnorum, etiam Orientalium deprædicant & inculcant, ubi tamen multis poſt ſeculis aliud longè intelligimus, quos proinde ſchiſmaticos vocant, politici rebelles & perduelles nominarent. Nempe licet quis in religione conſentiat Princeps & Magiſtratus, ſchiſmaticus tamen eſt, ſi Papæ ſe non ſubmittat. Interdum quidem tabulas prætendunt, imò fortè oſtentant, at vel fictæ illæ ſunt & prætenſæ, vel ſubreptitiæ à ſubornatis & transfugis ſcriptæ, vel tandem ſenſum habent longè alium, quò referas Denarium S. Petri Anglis indictum, at non in teſtimonium ſubjectionis, ſed devotionis, pro lumine & ſchola &c. Non ſecus atque olim Monachi ſub religionis prætextu ingentia bona, ampliſſima prædia, opima dominia ad ſe pertraxerunt, & orbem expilârunt, eóque devenere raſi hi viri ſua mendicitate, ut non modò populis, ſed & Principibus dominentur, eosdémque renitentes aut tergiverſantes vi, ferro & flamma, diris execrationibus ad obſequium reducant. Inde armatos,

Digitized by Google

tos, potentes, & Principibus etiam tremendos habemus Epiſcopos: non modò quartam redituum partem pauperibus non diſtribuentes, ſed pauperes cum divitibus obterentes. Baronius noſter ſub Inveſtituræ titulo nihil non complectitur, nihil non intelligit, omnem poteſtatem, obedientiam omnem, præcipuè homagium, quo Papa ceu Dominus obnoxios ſibi quoſvis Eccleſiaſticos reddit, ita ut tales non legitimo ſuo Magiſtratui, ſed Romanæ Sedi fidem omnem debeat. Atque hæc cauſa fuit, quòd Pontifices herculeo auſu tamdiu laborârunt immunes & exemptos à politico Magiſtratu clericos facere, ut ſolus ipſis dominari, ditare ærarium ſuum, & exercere Simoniam poſſet. Eò res abiit, ut ſeculares Principes pro beneficiis ſuis & oblationibus ingratiſſimos experiantur. Quoties amabò Cardinalis cum ſuo Bzovio ex Sancto hæreticum, Diabolum ex Angelo facit? Ordinariè de Principibus & viris optimis, qui ad rhombum non faciunt, acerbiſſimè loquuntur, omnia pervertunt, ſiniſtrèque interpretantur, caſus humanos ultionem divinam explicant, & maledictis dignitates inceſſunt, & ne quidem cineribus parcunt: è converſo dicta & facta ſuorum, utut iniqua & ſcelerata, vel tacent, vel aliter explicant, vel mendacii ſcriptores optimos inſimulant. Triumphant & ſimul mundo fucum faciunt, quando fortè unum aut alterum ex Orientalibus, vel extra Romanum Patriarchatum nacti, qui aſſentetur & blandiatur Papali Sedi: quibus nos longè plures, eóſque graviores objicimus. Magni quinetiam hoc faciunt, ſi Romana Sedes fortè conſulta fuerit, aut ſi auxilium imploratum ab eadem, maximè ſi inquietus aliquis & Eccleſiæ ſuæ minùs obſequens Romam appellârit, quo in numero etiam hæretici reperiuntur, quos Roma nonnunquam non in vita ſuſcepit iiſque patrocinata. Aſt verò nihil hæc omnia illis commodare, nullum afferre momentum in ipſis exemplis ξ. θ palàm faciemus. Confeſſiones ſibi invicem mittebant novi inpr. Patriarchæ, quòd ſi itaque à Romano aliis tranſmiſſam inveniant, id ita explicant, quaſi fidei formam præſcripſerit aliis; ſin aliunde acceperit, ita intelligi volunt, quaſi cæteri rationem fidei illi ceu Capiti Eccleſiæ reddere debuerint: cùm tamen apud cæteros hoc idem in uſu fuerit, nihilque aliud, quàm communionem & fraternitatem denotârit. In rebus difficilibus, in hæreſi, aut ſchiſmate ſuccurrebat una Eccleſia alteri hortando, conſulendo, concilium, vel ſimile quid ſuadendo: ex omnibus his prærogativam & univerſalem poteſtatem Romæ adjudicant, quæ tamen æquè cæteris uſitata fuerunt Eccleſiis & Sedibus. Ita poſtquam ſeptimo ſeculo Monothelitiſmus Cpolitanam Eccleſiam miſerè vexâſ-

ſet,inter alia non modò Romæ an.680. habita Synodus pro Orthodoxa fide,miſſáque Epiſtola inde ad futurum œcumenicum Cpolitanum Concilium eodem anno habitam,ſed etiam ante Romanam illam Synodum prior habita an.679. Mediolani ſub Manſueto Epiſcopo contra Monothelitas,indeque Synodica Cpolin ad Imp.miſſa. Eodem modo illud ipſum œcum. Concilium, Trullanum aliàs dictum, deinceps non ſolùm à Romana,ſed ab aliis etiam Eccleſiis ſive Synodis poſt cenſuram approbatum fuit. Legatos vocent eos clericos.quos ad Impp.Reges,Principes,vel ad Eccleſias & Concilia miſere,ſive Miſſos,parùm refert,quia cæteris etiam Eccleſiis, inpr. Patriarchalibus,hoc idem erat in more poſitum.Sic anno 523.ipſe Iohannes I. Papa ceu ſubditus miſſus à Theodorico Italiæ R.ad Iuſtinum Imp. ne vexaret Arianos,unde re malè geſta redux ab eodem incarceratus martyrium an.526. patitur.Imò reſpondeant,quare Papæ Rom.ad Concilia extera vocati non ipſi comparuerint? Num Legati illorum primum ſemper locum,primam ſemper ſententiam & vocem habuerint? Hoc ut obtineant,Delegatos Papæ faciunt,qui minimè fuerunt,prout in Oſio & aliis videre eſt. Ita Bzovius & cæteri multa Papæ tribuunt,quæ ipſe non tractavit,ſed nonniſi Sedis ipſius tempore geſta ſunt: quò autem Sedi Rom.talia adſcribere queant, multa præſupponunt, hypotheſes falſas fabricant, Legatos Papales in provinciis & regnis Chriſtianis inſtitutos fingunt. Neque verò ſanè negamus tandem inſigni hoc ſtratagemate Rom.Epiſcopos multum in exteris Eccleſiis cauſam ſuam promoviſſe,quando initio ſub prætextu piæ, Chriſtianæ, & ſi malis,patriarchalis ſollicitudinis,certum negocium alicui Epiſcopo in alia provincia conſtituto demandavit,unde tamen nullum jus Romanæ Sedi ex precario & temporario hoc officio accedit.Similis planè ratio in pallii conceſſione,quæ nova omnino,& in primitiva Eccleſia inaudita.Perpendat itaque prudens Lector,quàm ſit indignum,ut,pro exemplo,Gallicani Regni Clerus, conculcata & quaſi prodita libertate ſua & privilegiis,Romanæ Sedis prætenſa jura tanto defendant opere,toti inde dependeant,& ſervituti ſe indignæ ſubjiciant.Expendant tandem omnia privilegia ab uno ſummo Domino noſtro Ieſu Chriſto originem trahere,& omnibus Eccleſiis æqualiter collata, ita ut quæcunque una habet Eccleſia,iisdem quævis alia gaudere quoque poſſit.

Innumera prætermitto,ne longiùs excreſcat oratio. Ad finem ergo prologi propero,ſi præmonuero,editum anno 1672.ſcriptum Pariſiis de Præjudicatis,quo quidem vult auctor,non rationibus ſeu viâ rationis & diſcuſſionis nobiſcum agendum,ſed viâ ſubmiſſionis & authoritatis,ſcil.ut in Eccleſiæ

ſiæ i.e. Papæ authoritate, juſſu & mandato, ceu ſupremo judicio acquieſcamus, & contra Tridentinum Concilium ne quidem hiſcamus : at verò ita non Deus, ſed homines, non Scriptura divina, ſed Papa ſummè & unicè obſervabitur. Qua ratione ergo Deus gloriam ſuam obtinebit, quî νομοθέτης manebit? Quomodo Verbum Dei canon erit, regula, lucerna, via? Nulli libri, apologiæ, rationes, pacta ullum pondus habebunt? Sublatum erit omne ſcrutinium & examen. Iniqua ergo à nobis poſtulant, nóſque contra rationes, iniqua cauſa damnant. Certè, ut accidit olim Huſſo, is ad rogum damnatus fuiſſet, qui Tridenti ſe ſtitiſſet. Nimirum ferro, igni, laqueo diſputant hodie Patres iſti. Quare ſurdis plerunque narratur fabula, ſi dicatur quod res eſt. Olim damnationis ſententiam contra ſe dixerat, ſi quis ſe Chriſtianum profeſſus fuerat. Eadem hodie oberratur chordâ. Unde tot tâmque docta καὶ ἀναποκλαστικὰ Orthodoxorum ſcripta invalida hactenus & ineſficacia apud pleroſque. Et tamen fecit Deus interdum gratiam, ut ſuſciperentur à nonnullis etiam Principibus, indéque mitigarentur animi illorum, & ipſæ remitterent perſequutiones. Ita ergo non penitus deſperandum de ſucceſſu. Quidquid ſit, nihil temerè, nihil doloſè me ſcripſiſſe teſtor : veritatis almæ præconium me quæſiviſſe is novit, cui renes etiam cognitiſſimi & arcana mentis. Hominem me eſſe, nihílque humani à me alienum ultrò lubénſque agnoſco. Amicè ergo moneat Lector, & paratiſſimum me ad revocandum habebit. Bona fide ergo agatur, res ipſæ expendantur, abſint tricæ, & quæ nihil ad rem. Neque me fugit ſtylum & reliquum ornatum magnum apud multos pondus habere, à quibus me non inſtructum eſſe profiteor: quare veniam mihi dari hac in parte flagito, maximè dum in tanta rerum copia toties vertendus erat calamus. Quòd ſi verò quis rixandi laboret pruritu, velim ordine & ad ſingula reſpondeat. Quid curem hoc vel illo anno, prius an poſterius, hoc vel illud negotium, hanc vel illam rem, in qua nihil periculi, nihil fraudis, geſtam. Scaligeri, Petavii, Calviſii, Bucholzeri, Helvici & aliorum chronica in magno æſtimio: at Baronium me tractare, atque res ipſas me ſpectare meminerit Lector. Multa hic repetit Cardinalis, item & Bzovius, quod inde fit, quia continuam hiſtoriam ſecant in annos: unde non malo conſilio Spondanus interdum totam in uno anno recenſet. Id ſi à me quoque alicubi factitatum, condonabis, eóque faciliùs, quia index omnia præſtat. Variant interdum allegationes, at variant etiam editiones, quod in Euſebio maximè videre eſt: peccant aliquando amanuenſes, errant typothetæ, cæcutiunt correctorum oculi, ad manus non ſemper ſunt ipſa ſubſidia. Senſus

ſus

Digitized by Google

ſius nonnunquam adſcriptus loco teſtimonii, ne excreſceret opus. Quòd verò nimius in allegationibus, etiam novitiorum, frequens tibi fortè videbor, ad abs multis & magnis cauſis non factum credas, quarum rationes facilè tibi exponam, ſi poſtules.

Quamquam autem cœpti operis magnitudo & difficultas terrere me debet, cùm mihimet etiam videatur inſuperabilis, contra tamen audentiùs eundum, & indefeſſo publicæ utilitatis ſtudio ſemper plus ultra pergendum eſt, ita ut nulla dies ſine linea prætereat, nulla nox ſine vigiliis certis. Cæterùm ut prorſus me latet, quouſque per rerum humanarum fragilitatem & incertos caſus, in arduo hoc conatu progreſſurus ſim, ſic quandocunque is interrumpatur, jucundiſſimum mihi erit ſolamen, quòd & ipſe quoad potui, pro virili parte, ſatisfecerim officio, & aliis ſufficiens reliquerim exemplum, & fortè etiam materiam. Utut colophonem tandem prolixæ diſſertationi imponere ſtatuerim, temperare tamen mihi non poſſum, quin moras adhuc aliquas lectori injiciam, & ex libro, qui jugulum cauſæ *inſcribitur, ſequentia ſubjiciam: Optat auctor Epiſtolâ XL. ut Ill. DD. Ord. Iſacum Voſſium, filium Johannis Gerhardi, unicè deſtinarent ad refutandum Baronium. Nempe vidit ſagaciſſimus ſcriptor, tantam molem integrum & liberum requirere hominem, eúmque firmum, unde multa licet ipſe jam congeſſerit impeditum tamen ab adverſa valetudine. At κατὰ πόδα ſequi Baronium noluit, ſed diruere ſaltim columnas, quibus ejus innititur ædificium, inprimis fulcrum de* poteſtate Eccleſiaſtica, uni Eccleſiæ Romanæ ad judicanda, *ad cujus clavum unus ſedeat Papa, ita ut ejus juriſdictioni, legibus, imperio ſubſint omnes Eccleſiaſtici, quin & Reges, Principes, Magiſtratus. Duplici autem via aggredi Annaliſtam conſilium illi erat. 1. Nectendo catenam corollariorum, quibus tanquam hypotheſibus, moles Baroniana ſuſtinetur, & unâ operâ enumerando gradus aſcensûs, quibus pervenit Papa ad culmen imperii ſui, ac ſibi ſubjecit Reges & nationes: alterâ exhibendo veram imaginem veteris Eccleſiæ, & Regiminis Eccleſiaſtici. Verùmenimverò, ut multi doctiſſimi, magníque Viri, hanc viam ſimili methodo jam quoque feliciter calcârunt, ita non improbanda, ſed laudanda, maximè dum brevitatem in ſe continet: tamen ſi temporum & annorum continuam ſeriem conſideres, plurimum illam juvare & ad rem facere nemo negabit, unde ipſe Baronius plerunque argumenta deducit. Quòd ſi ſparſim ita multa proponi objicias, facilè indices ſuccurrent, & facient tibi ſatis.*

Tu igitur, candide Lector, præſentibus hiſce fruere, & bene illa accipe.

Auguſt. l. 1. de Trinitate c. 2. 3. Non pigebit me, ſicubi hæſito, quærere; ſicubi erro, diſcere. Proinde quiſquis hæc legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum; ubi pariter hæſitat, quærat mecum; ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me; ubi meum, revocet me.

ECCLE-

ECCLESIASTICORUM ANNALIUM *NOVI TESTAMENTI* CENTURIA I.

JESU CHRISTI *Domini & Servatoris noſtri Annus I.*

Annus primus.

AUGUSTI *Imperatoris Annus* 42.

COnſules Romani erant Cæſar Auguſtus XIII. & M. Plautius Silanus , aliàs Silvanus : at horum proximos anteceſſores ponunt alii,
§.1) nempe L. Cornelium Lentulum & M. Valerium Meſſalinum. Natus autem Servator noſter anno urbis conditæ 752. In diverſa verò abeunt Chronologi, dum Veteris Teſtamenti calculum ſubducunt. Numerant Thalmudici annos 3784. Rabbini recentes 3760. Joſephus 4102. Metheodorus 5000. Euſebius 5990. Theophilus 5476. Hieron. 3941. Auguſtinus 5351. Iſidorus 5210. Beda 3952. Alphonſus 5984. Picus cum Tigurinis 3970. Calviſius 3947. Genebrardus 4090. (a) Hornius in Sleid. præcisè 4000. annos ſtatuit ad natum Chriſtum: inſuper uſitatam noſtram N. T. ſupputationem 4. añis deficere à vero calculo. Verùm miſſis his ad N. T. diſcuſſionem properamus. Et Fœderis utriuſque, & illuſtrium tractatorum Eccleſiaſticorum exemplo patet, haud inutili labore Religionis, quà veræ quà falſæ, ejúſque adminiſtrationis faciem, quæ

Circa annum Natalem Chriſti Chronologi variant.

a) Adi Io. Bodini method. hiſt. cap. 8. pag. 355.

Ann.I. quibúſque temporibus magis, vel minùs conſpicua fuit, ob oculos poni & in apricum produci. Abundè quidem hoc à variis, at diverſo, à nonnullis etiam

Scopus authoris. ſiniſtro ſcopo & ſucceſſu præſtitum: hoc loco ALMI SPIRITUS gratiâ & aurâ afflante, ea tractabuntur præcipuè, quæ Reformatam inter & Latinam Eccleſiam, cummaximè circa poteſtatem regiménque Eccleſiaſticum controvertuntur, vel aliàs haut ἄλογα καὶ ἄτοπα videbuntur. Dum autem Cardinalis Baronii, ſive Epitomatoris ipſius Spondani ſeriem & computum, non abſque gravibus cauſis ſequor, nemo mirabitur vitióque id mihi dabit, quandoquidem non de his dicam ſcribere, nî cogat ipſa neceſſitas, nec temporum aucupari momenta, ſed res ponderare inſtitui: ídque eò magis, quia tantopere diſcrepare ſententias etiam literatiſſimorum, & in hoc genere ſtudii verſatiſſimorum, quia etiam Novi Teſtamenti ſupputandi rationes occurrere penè in-

Chronologia incerta. numeras, etiam quod res N. Teſt. ſpectat, nemo eſt qui ignoret. Vel unum iſthoc teſtimonium pro exemplo cape, quòd Tomo I. Conciliorum edit. Venetæ (b) Collector profitetur, dum ait: *annum, quo creati Pontifices, & habita Concilia ſunt, ex Onuphrii chronico Eccleſiaſtico, & ejuſdem epitome Pontificum adſcripſimus: quanquam non ignoramus, quàm lubrica & incerta ſit exquiſita annorum obſervatio: & aliquot Conciliorum certum annum vix iniri poſſe putamus. Si fides penes ipſum ſit, qui ſingulis certum annum adſcripſit.* Si adhuc dubites, ad Damaſum ſeu Anaſtaſium, Platinam & ſimiles, qui vitas Rom. Epiſcoporum deſcripſere te ablego, ubi infinitas ac indefinentes διαπλοκὰς atque diſſenſiones offendes, unde nunquam te extricabis. Atqui uſque ad Dionyſium Scytham, cognomento Exiguum, abbatem Rom. hoc eſt ad an. 527. vel 542. & ultra longè res tam ſacræ, quàm profanæ juxta ſedes partim Imperatorum, partim Rom. Epiſcoporum, vel ſimili modo fuerunt conſignatæ. Ita ergo geſta & ſucceſſiones Imperatorum longè certiores, quàm vel Epiſcoporum Rom. vel acta B. Martyrum, & res ferè cœteras habebis.

Novum Teſtamentum. §. 2.) Vetus Teſt. typum fuiſſe in omnibus venturi Meſſiæ, ejúſque apparituri obſignationem, apud cunctos fideles in confeſſo eſt; hinc πλήρωμα ſeu complementum rectè dixeris, & corpus umbræ oppoſitum. Unde quemadmodum Chriſto morienti, ſic & naſcenti nihil omnino extra oracula, nihil ſine manu & conſilio Dei accidit. Ut autem unus Deus, unúſque Mediator, ita una nonniſi fides, quâ in Dei cooptamur Filios, quâ vivificamur, juſtificamur, purificamur, regeneramur, ſanctificamur; quâ animarum obtinemus ſalutem, adeóque Diabolo & impiis atque ſeductoribus reſiſtimus, ac de illis triumphamus. Quare rectè Chriſtus, in quem ceu apicem & fundamentum unicum, vera fides dirigitur, à Perſona Immanuel dicitur: à divina Natura Dei

Epitheta Chriſti. Filius, Sermo, Jehova, Adonai, El, Deus, Deus magnus, Dominus Fortis, Æternitatis Pater; ab humana Natura homo, ſemen Abrahæ, Davidis germen, Filius

(b) *pag. 277. b.*

Digitized by Google

lius Mariæ, Caro & ſanguis noſter, ſemen promiſſum; à munere Jeſus, Chriſtus, Rex, Propheta, ſacerdos, Mediator, vocatur. Ann.I.

§. 3.) Novum igitur Teſtamentum exorſuris, ea ante omnia, quæ Circumciſionem Domini noſtri JESU CHRISTI præceſſerunt, deguſtanda erunt. Ex his primum incidit deſponſatio B. Mariæ Deiparæ cum Joſepho, quod non ſine cauſa ideò factum ajunt, ut Chriſtus tutorem, cuſtodem & nutritium, Maria autem ductorem & ſocium fugæ haberent: ut conſuleretur etiam famæ & vitæ B. Virginis: denique ut genealogia Mariæ non modò per patrem, quod à Luca præſtitum, ſed etiam per ſponſum, quod factum à Matthæo, deduci poſſet. Porrò Joſephi feſtum d. 19. Martii celebre (*c*) Sed & B. Virginis diverſæ celebritates apud Mariolatras in uſu. 1. Conceptio illius ad d. 8. Decembr. (*d*) nimirum ut immaculatam fuiſſe probent., ad quod Hoſpinianus ad dictam diem, aliíque reſpondent. 2. Nativitas: ad d. 8. Sept. ubi nota Eraſmum, Sixt. Senenſem, Melch. Canum, Baronium, librum de Nativitate B. Virginis, falsò tribui Hieronymo, ſtatuere: quibus malè ſe opponit Chriſtophorus à Caſtro Jeſuita. (*e*) 3. Præſentatio Mariæ d. 21. Nov. (*f*) 4. Dormitio & aſſumtio Dei Genitricis: d. 15. & 23. Aug. (*g*) Singula hæcce feſta novitia eſſe, & ipſo etiam Martyrum cultu recentiora docti demonſtrant, & ex ipſius Bellarmini l. 3. c. 16. de cultu Sanctorum comprobant. (*h*) Par eſt ratio cum variis Mariæ lipſanis, veteribus ignotiſſimis: (*i*) de capillis & lacte illius vid. Hoſpin. de Templ. pag. 125. de Camiſio: ib. 139. Imò univerſus muliebris mundus inter κειμήλια relatus, interulæ, pepla, cingula, pectines, crepidæ, calcei, annuli, Joſephi mariti ejus etiam caligæ: (*k*) huc etiam ſpectat Lauretana domus, quæ omnia nonniſi ſerò in ſcenam fuere producta, adi Epiph. & Auguſt. de Collyridianis. Commemoratio ſeptem dolorum Mariæ, à Georgio Hallero Monacho inſtituta circa an. 1545. celebratur d. 23. April. Viſitationis feſtum 2. Julii. Mariæ ad Nives: 5. Auguſt. S. Mariæ de Victoria commemoratio: ad 7. Octob. Hiſce autem omnibus quid ſibi velint adverſarii, ſatis luculenter ubique oſtendunt, & apertè declarant. Inde Sixtus IV. P. in decreto de feſto Conceptionis Mariæ: Mariam vocat viam miſericordiæ, matrem gratiæ, pietatis amicam, humani generis conſolatricem, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere gravantur, ſedulam oratricem. Et Stephanus Epiſc. Patracenſis in Concilio Laterano ſub Leone X. Angelorum Dominam, fontem omnium gratiarum, quæ omnes hæreſes interimat, ſola Virgo aſtris dominetur, ſola terræ, mariſque atque cæli lumen. (*l*) Sergius P. juxta Sigebertum, inſtituit, ut Litaniæ à S. Hadriano quot-

Parentes Servatoris.

c) Martyrol. Rom. Hoſpin. item apparat. Bar. §. 54. ſeq. & 61. item ad an. 12. §. 8. ſeq. (d) Baron. in Martyrol. & in appar. à §. 30. & à § 43. (e) Conf. appar. Baron à § 39. & 48. item Martyrol. ad dictam diem, & ad 15. Sept. quibus Hoſpinianum oppone, item Caſaub. exercit. in Baron. appar. §. 39. & 40. item 93 & 99. (f) Bar. in appar. §. 47. ſeq. Hoſpin. (g) præter Martyrol. vid. an 48. §. 4. ſeq. (h) Dalla. de adorat. objecto l. 3. c. 4. à pag. 362. (i) idem lib. 4. c. 18. & 24. (k) Dorſchæus in ſtelitemania 1. (l) Conf. Dalla. l. all. item c. 12. & 14 Willet. de Antichr. p. 151. Tilen. diſp. part. 2. diſp. 5. à §. 20.

Ann. I. annis dicantur per urbem die annunciationis,purificationis, Nativitatis & aſſumptionis Mariæ.(*m*) Sic peregrinationes,roſaria,fraternitates in ejusdem honorem inſtituerunt. Eccubi verò Bonæ hujus Matris ſtatuæ,imagines, ſacella, & ſexcenta alia non proſtant? Henricus Caniſius Mariam Ottingenſem, Horatius Turſellinus Lauretanam, Thomas Weiſſius Cellenſem,Juſtus Lipſius Aſpricollem & Hallenſem deſcripſêre, ubi legas ſolo Mariæ nomine invocato,& votis prolatis culto, ſanatos eſſe cæcos, claudos, obſeſſos, epilepticos, hernioſos,hydropicos,amentes,mutos,paralyticos: in vitam hanc revocatos defunctos,ſervatos à periculo naufragos,parturientes,peſte correptos: donatos prole ſteriles,&c. Omnia exſecutus Guilielm.Gumpelberg in Atlante Mariano,ubi de miraculis plus quàm ducentarum imaginum Mariæ, impr. Monachii 1674. Imaginis B. Mariæ conſecratio quomodo fiat, vid.Hoſpin.de Templ. (*n*) Viſe ſimul Nicol.de Antichriſto,c.8.à pag.114.item Rivet.in Catholico Orthodoxo,pag.23.in Collyridianis & Petro Gnaphœo. XII.veterum Deorum Gentilium Templa jam Romæ ſola Maria ſibi dedicata habet. Confer Triumphum Marianum,item Biblia & Pſalterium Marianum; Angelicum pro Concilio Epheſino à pag.653.Draudii Bibliothecam in voce. Neque verò in hoc acquieſcunt, ſed & Parentum B.Mariæ feſta agunt, utpote Joachimi ad d.20. Martii: & Annæ ad d.26.Jul. (*o*) His opponatur veteris Angloſax.Eccleſiæ fides,de qua Whelocus in hiſt.Eccleſ.Bedæ l.5.c.20.pag.448. ita in feſto Annunc.Mariæ: *Revera omnes homines,ſicut dixit Propheta,in iniquitate ſunt concepti,& in peccatis procreati: Verùm SALVATOR noſter ſolus abſque iniquitate conceptus,& abſque peccatis procreatus.* Idem pag.313. ex ejusdem Eccleſiæ confeſſione probat,Mariam & reliquos Beatos generaliter ſaltem pro Eccleſia militante,& per ſola Chriſti merita intercedere. Ita pag.449. Non Mariæ,ſed ſoli Chriſto omnem ſalutem ex aſſe & ſolido adſcribunt iidem fideles: ſic pag. 450.in ſolius nomine Jeſu precantur.

Annunciatio Joh. Baptiſtæ. §.4) Annunciatio Johannis Baptiſtæ nunc ſeſe offert, de qua Luc.I.13. Menſe autem ſexto antè conceptus, quàm Dominus ipſe conciperetur. Ab hac verò conceptione Lucas orditur Evangelium ſuum,quia ex adventu Johannis,qui Meſſiæ πρόδρομος à Prophetis eſt prædictus, ipſius Chriſti adventus *Malach. c.4:6.* erat comprobandus. Hanc autem hiſtoriam Annunciatio Conceptionis Chriſti *Ipſius Chriſti. Luc.1:26* facta ab eodem Angelo Gabriele Mariæ excipit: cujus memoria d.25. Martii celebris,olim autem in Hiſpania d.18.Dec.(*p*) In quàm turpem autem abuſum, & ſenſum prorſus alienum converterint Salutationem Angelicam, vel unum *Salutatio Angelica.* hoc doceat,quòd τὸ κεχαριτωμένη, gratiâ affecta, i. e. εὐδοκημένη: v.30. & 42. Lucæ cap.1. per *plenam gratiâ*, ſeu *gratioſam reddant*. Additamentum *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis*,in Concilio Epheſino inventum anno 431. Baronius

m) *Hoſpin. de Templ. pag 360.* (*n*) *pag.464.* (*o*) *Vid. Caſaub.l. al.§.19.p.98.* (*p*) *Caſalius de veterum ritibus pag.422.ſ. adde Martyrologia, item Hoſpin. ut & Baron. in appar.§.55.ſeq. & 76.*

tonius(*q*) non probat, ſed fingit.(*r*) Roſarium ne primo quidem millenario in rerum natura extitiſſe apud Bzov. ad an. 1213. §.10. item ad an. 1473. §.22. videbis. Sic olim à Patrinis, id eſt, baptizandorum ſponſoribus requirebatur nonniſi cognitio Symboli Apoſtolici & Orationis Dominicæ, at longè ſecus poſteris temporibus. (*s*) Quæ orandi ratio Caroli Magni ævo obtinuerit, ipſe nos in Capitularis l. 5. cap. 95. docet, dum ita præcipit: *Symbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & Orationem Dominicam diſcere ſemper admoneant ſacerdotes populum Chriſtianum.* Et cap. 143. *ut laici ſymbolum, & Orationem Dominicam pleniter ediſcant &c.* Ann. I.

Non autem Conceptio à Spiritu S. facit pro hæreticis veteribus, qui putârunt, Chriſtum genitum ex ſubſtantia Spiritus S. adeóque Spiritum S. Chriſti Patrem eſſe dicendum; nec pro Anabaptiſtis contendentibus, Chriſtum carnem ſuam è cœlo attuliſſe, & per Virginis uterum, velut per canalem quendam traduxiſſe: quandoquidem non ſubſtantia Spiritûs S. ſed divina ejus operatio, virtus & potentia intelligitur. Quòd verò de eventûs veritate dubitavit Maria, in eo ex infirmitate humana peccâſſe deprehenditur, non ſecus atque Zacharias, ob quod etiam reprehenſus & punitus fuit. Neque reſpondent quicquam, cùm inſigni commento regerunt, meritò dubitâſſe Mariam, quia cœlibatum voverit Domino: at in uſu non erant ejuſmodi vota in Vet. Teſt. quin potiùs matrimonia commendata: neque hoc prætendit B. Virgo, ſed quia virum non cognoverit. Quòd ſi cœlibatûs votum ſuſcepiſſet, quomodo ex Legendis obtrudunt, Mariam trimulam in Templo præſentatam, ibi in Sanctis Sanctorum, XI. traduxiſſe annos, deinde Sacerdotum manibus Joſepho deſponſam, domum ad parentes miſſam, uſque ad futuras nuptias.(*t*) *Caro Chriſti.* *Luca* 1.14. *v.* 18. *v.* 20.

§.5.) Maria accepto nuncio Angelico feſtinanter abit in loca montana, de hoc divino opere edoctura cognatam ſuam Eliſabetham, quam memoriam Julii 2. celebrant.(*u*) Eliſabethæ autem & Zachariæ feſtum ad 5. Nov.(*x*) Malè Ambroſius Zachariam hunc Pontificem Max. כהן גדול fuiſſe dicit, idémque Auguſtinus & Chryſoſtomus tradunt: id quod Bar. in appar. §.69. meritò refellit. Nativitatis Johannis Bapt. d. 24. Junii agitatur. (*y*) Ipſius Domini & Servatoris Conceptionem obſcurè à Baronio §.76. indicari, nec etiam certò diem, conſtare docet Caſaubonus, (*z*) id quod non minus temporis, quo editus in lucem Chriſtus, ignoratio manifeſtum mox faciet. *Viſitatio ſeu iter Mariæ:* *Luc.* 1.39. *Luc.* 1.57.

Igitur nunc ad omnis ſolatii apicem & arcem, ad Iſraëlis expectationem nempe ad JESU CHRISTI, MESSIÆ noſtri Nativitatem devenimus: de qua Luc. 2.7. cujus vigiliam Eccleſia d. 24. natalem verò d. 25. Dec. celebrat.(*a*) Hoc *Nativitas Chriſti.*

A 3 autem

(*q*) *Ad illum an.* §. 179. (*r*) *Plura de ſalutatione Angel. laudatus Dalla l. cit l. 3. c. 4. p. 363. ſeq. & c. 11. ſeq. alii plerique* (*s*) *Zimmerm. in dictum Tertull. pag. 44* (*t*) *Bar. in appar.* § 47. *& 56. ſeq. Spond.* §. 22 *ſeq. Confer. Hoſpin. de Mon p. 70. b. ſeq. Caſaub. l. cit. num. 47 p. 99. & 101. ſeq. p. 108.* (*u*) *Baron. in appar. à* § 77 *adem ut & Hoſpin. in martyrol.* (*x*) *Bar. ad illum diem & in appar.* § 16. *& 53. & ad an. 1.* § 56 (*y*) *Hoſpin. & Bar. in Martyrol. item in appar.* §. 121. *& in illum Caſaub. n. 168* (*z*) *l. ali p. 113.* (*a*) *vid. Baron. Adv. en. Hoſpin. Chemnitii Harmon. Evang. c. 8.*

Digitized by Google

Ann. I. autem loco, ut jam initio operis monuimus, variantes æræ atque ſupputationes ſeſe offerunt, quas aliis decidendas committo: vid. Dub Spanh. P. part. 2. à dub. 1. Alſted. Chr. c. 1. §. 31. & cap. 11. Bucholz. Simſon. Calviſium, impr. in proleg. ejus cap. 46.-48. Ecquos non præterea? Adde Hiſtoriam Arabicam Eutychii Patriarchæ Alexandr. T. 1. pag. 308. Aliud ergo eſt tempus Nativitatis Chriſti, aliud incarnationis, quæ malè hodie confunduntur. Igitur Conceptio rectiùs, quàm Nativitas dicitur Incarnatio. Aliquos ab Incarnatione h. e. à conceptione Chriſti, ſive à Martio numeràſſe Bar. ad an. 1076. §. 28. tradit. Sic Tomo XXXIII. Concilior. edit. Pariſ. pag. 74. refert Cancellariam Apoſtolicam annum eodem modo incipere, non autem à primo Januarii. *Æra hodierna.* Vulgatiſſima hodie æra à Natalibus Domini, quamvis in hoc varient auctores: olim per DCC. annos poſt natum Chriſtum, nec in civilibus, nec in Eccleſiaſticis negociis adhibita fuit. Primus fuit Dionyſius Exiguus, uti jam docuimus. Confer Novellam 47. Julius Cæſar, poſtquam Romam rediit, contexuit faſtos, qui Juliani vocantur. Diocletianam æram hodiéque Græci uſurpant, ejus pertæſus dictus Abbas Romanus, qui anno 527. floruit, privatim præſentem uſurpavit, quam ſecuti varii, quos inter etiam Venerabilis Beda, qui tamen illam aliquantum interpolavit. Verùm hæc nonniſi privatim facta, uſque dum exacto ſeculo IIX. in Chriſti honorem, tempore Caroli M. & Ludovici Pii Impp. primùm publicè adhibita, atque etiam à Pontiff. continuata fuit. utut autem præſentis ſupputationis metachroniſmum doctiſſimi fateantur, uſitatam tamen æram, ob vulgi ſententiam receptam, retinere ſolent.

Tempus Nativ. Chriſti. §. 6.) Quo menſe Chriſtus ſit natus ſententiarum ſunt divortia, opiniones autem potiſſimùm ſex. 1. Eccleſiæ Rom. quæ ad nos etiam traducta: 8. Cal. Jan. ſeu 25. Dec. quæ opinio admodum incerta, cujus rationes Baronius proponit. Hinc Bona Card. (b) fatetur, de die, quo Nativitas Domini, ejúſque Apparitio ac Reſurrectio coli deberent, lites olim acerrimas motas (c) duas Miſſas hoc die celebrari ſolitas, quia duo concurrant feſta parientis ſcil. & partûs, i. e. Mariæ & Chriſti. Eandem ſententiarum diverſitatem agnoſcit Caſalius (d) at ſi Clemens verus ſit, qui lib. 5. Conſtit. Apoſt. c. 12. Romanis accedit, miror quare non cœteri omnes illum ſecuti. 2. Opinio noſtra. Tolerandum eſſe morem iſtum Latinorum, licet credibile videatur, non eſſe illud genuinum tempus: nam nec veriſimile eſt, ipſo brumali tempore cenſum fuiſſe inſtitutum in Judæa, nec paſtores noctu vigilias egiſſe. Quamvis hæc etiam argumenta non ſint demonſtrativa, cùm in Judæa hyemes ſint temperatiores. Quòd verò Voſſius negat à Luca dici, Paſtores noctu vigilias tenuiſſe, illud tanto Viro indignum excidit: vid. Luc. 2. 8. Inde autem error obrepſit, quòd non ipſum textum, ſed nonniſi Caſaubonum inſpexit. 3. Opinio fuit Eccleſia-

Caſaub. ad apparat. num. 80. ſeq. à pag. 115. ubi etiam de cenſu per Quirinum acto: & ad num. 99. à pag. 135. Calviſ. ad ann. 1 Nov. Teſt. Jac. Capellum adverſus Roſvveidum pro Caſaubon. cap. 2 à pag. 24. (b) Liturgicorum l. 1. c. 15. 1. (c) cap. 18 § 6. (d) de veterum ritibus p. 423. B.

Digitized by Google

Eccleſiarum Orientalium & Græcarum veterum,quâ putabant Chriſtum natum 8.idus Jan.ſeu ſexto Jan. Opinio iſta commendatur(*a*)ab antiquitate,uti colligitur ex Caſſiano, collatione 10.& ex Chryſoſt. (*b*) ex eo, quòd Eccleſia Hieroſol.cujus hac in re magna auctoritas,antiquitus hanc opinionem fovit. Verùm iſtæ rationes nihil ſolidè evincunt. 4. Opinio illorum,qui ſtatuunt, Chriſtum menſe Aprili natum,ut veteres nonnulli, & nuper Nisberus Chronologus Scotus,qui pertendit,natales Chriſti incidere in ipſum Paſchatis feſtum,ſed ſine fundamento. 5. Eorum,qui menſem Majum ſtatuunt,ex Clem. Alex.Strom. 1.ſed iterum ſine firma ratione. 6.Ultima & nova opinio eſt Scaligeri,Chriſtum natum exeunte Septembri,ſive ineunte Octobri,quam ſingularem opinionem, ſubtiliſſimo argumento inſtituit probare ex miniſterio ephemiarum XXIV.de quibus 1.Chron.22. cujus tamen probatio tot ſcrupulis atque hypotheſibus laborat,ut nullius temporis certitudo erui inde poſſit. Quare publicè non flagellanda communis de Nativitate Chriſti opinio, maximè quia ignoratio illius nullum diſpendium affert ſalutis,nec ſine cauſa Spiritus S.iſthæc nos celavit.Gratis ergo de die & de ipſa hora,quibus natus Chriſtus,eſſemus ſoliciti: gratis Hier.Xavier in Perſico ſuo Evangelio (*e*) pro vero venditat & authentico,Chriſtum non tantùm nocte primæ Sabbathi h. e. diei Solis,ſed & in puncto mediæ noctis conceptum & natum. Alii in conticinio noctis,poſt galli cantum, & proximè ante diluculum Dominum noſtrum editum in lucem contendunt. Alii feriæ ſecundæ mediam noctem aſſignant, nonnemo quartam feriam ponit. Aliorum ſententia, Chriſtum eadem die,eadémque hora,quâ primus homo creatus eſt,lucem vidiſſe. Qui Solis diem Nativitati Chriſti tribuunt, locum Apoc.1.10. huc applicant, ubi per κυριακὴν ἡμέραν non modò Reſurrectionis, ſed ſimul etiam idem Nativitatis tempus intelligi volunt, ſine tamen ſolido fundamento. Jure nos cum Dallæo (*f*) temeritatem vocamus, nimiș anxiam inquiſitionem, vel certam determinationem.

§. 7.) Impiè ergo multi genethliaci natalem Chriſti ad ſingulare horoſcopium reducere, & inde omnia,quæ ad illum ſpectant, extrahere volunt, licet Albertus Magnus, magus inſignis, cum aliis fateatur,ſe illa ad fatum ſeu aſtra adſtringere nolle,ſed oſtendere, ita Deo placuiſſe: quæ tamen reſponſio fatum nondum tollit, ſed ponit. De Cardano ita Scaliger (*g*) *etiamnum Romæ detinetur in carcere,quòd Chriſti genethliacon ſcripſerit. ad quæ* Tan. Faber: *De natali Jeſu Chriſti non conſtat. Quid ſi alius eodem ſolo, eodem cælo,eodem momento natus eſſet, an is fuiſſet, qui fuit Chriſtus? Dein genethliacum illius ſcribere,qui ex Spiritu S. conceptus?* ita non minus orthodoxè Huetus (*h*) *Demonſtrent primùm genethlialogi,quo die natus ſit Chriſtus. Contulerunt natalem Chriſti ad VIII. Calendas Jan. pro certo habentes, eo die exiiſſe in lucem, quod dubium in veteri Eccleſia & controverſum fuit. Plurima Græcorum Eccleſiæ natalem & baptiſmum*

e) *pag.64.* (*f*) *de uſu patrum cap.4.* (*g*) *p.36.* (*h*) *in Orig.T.2.p.2.*

Digitized by Google

Ann. I. *baptiſmum Chriſti uni eidemq; diei adſcripſerunt; qua dies erat VI. Jan. Vigebat eadem ſententia apud Syros & Ægyptios Chriſtianos, ut teſtatur Epiphanius & Caſſianus. Vetus aliorum opinio fuit, natum eſſe Chriſtum VI. id. Nov. de quibus itidem alicubi Epiphanius. Quidam circa æquinoctium autumnale contigiſſe id opinati ſunt. Romana verò Eccleſia ad VIII. Cal. Jan. atque hanc conſuetudinem reliquæ Eccleſiæ tractu temporis inde ſumſerunt.* Somniant qui ex Apocryphis Clementis Conſtit. l. 5. c. 12. & l. 8. c. 33. ab Apoſtolis inſtitutum iſthoc feſtum contendunt. Hoſpinianus (*i*) ad an. 190. ait: *Quando & à quo hoc feſtum inſtitutum ſit, certò ſciri non poteſt. Mentionem ejus facit primò, quod equidem ſciam, Theophilus, qui circa Commodi & Severi Impp. tempora vixit, in Paſchali epiſtola.* Licet verò & Dies Natalis & feſti inſtitutio incerta, illa tamen tempore ab Eccleſia recepto & conſtituto piè celebrari in dulciſſimi Servatoris noſtri memoriam & honorem, ſimul & in unicæ ſpei atque fidei noſtræ teſſeram profitemur. Dictum hoc feſtum γενέθλια τοῦ Σωτῆρος, Natalis Servatoris. Nonnulli appellant *Diem Luminarium*, propter Lumina in vigiliis Nativitatis accendi ſolita, in magnæ illius lucis memoriam: Joh. 1. 9. G. Wienacht quaſi heilige Nacht: item Chriſttag/ à nato Chriſto. Uſitatè vocatur *Dominica adventûs.* Quatuor autem eſſe Dominicas adventûs tenendum. 1. Hieroſolymam: ex Matth. 21. 1--10. 2. ad judicium: Luc. 21. 25--37. 3. de adventu Chriſti in carnem: ita Gr. θεοφάνια & ἐπιφάνια, ab eadem Chriſti Nativitate, & baptiſmate ac Magorum adventu, quæ eadem die, ſed annis diverſis contigiſſe putabant. 4. tandem, de manifeſtatione Chriſti: ex Joh. 1. 19--29. Chryſoſtomus *metropolim feſtorum* appellat. Græcis dicitur ἐνανθρώπησις, ἐνσωμάτωσις, ἐνσάρκωσις: G. Menſchwerdung Chriſti: rectiſſimè Paulo 1. Tim. 3. 16. ὁμολογουμένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Porrò apocryphis accenſemus librum de Nativitate Salvatoris, item de Maria & obſtetrice ejus.

Temporis impletio. (§. 8.) Certè non procul Judæi à termino Meſſiæ aberrârunt, quum Elias dixit, mundum 6000. annos duraturum, ſcil. 2000. annos illum fore תהו, inanem & vacuum, ſive abſque Lege: 2000. תורה i. e. ſub Lege: reliquos verò 2000. fore ימי משיח dies Meſſiæ. (*k*) Adeóque Sacram ſeptimanam conſtituerunt, ſex ſcil. dies laboris, ſeptimum quietis. Ita verò enervare hoc recentiores inſanioréſque ſatagunt, ut dicant, ſenſum non eſſe, Meſſiam in fine 4000. annorum, vel in quinti millenarii principio venturum, ſed tantùm, quòd 2000. anni dies Meſſiæ, h. e. quòd intra ſpatium illud annorum venturus ſit, circa principium, medium, vel finem, pro meritorum ratione. (*l*) Imò ob ſcelera Iſraëlitis uſque ad finem dierum differri adventum Meſſiæ ſomniant. (*m*) Eò tandem dementiæ delabuntur miſeri, ut devotionibus diris utantur, dum ajunt תיפח רוחם של מחשבי קיצים: Rumpatur ſpiritus eorum, qui tempora adventûs ſupputant. (*n*) Verùm aliter longè nos Chriſtiani, idque jure:

ecquur

i) De F. Chr. p. 158. coll. cum Arnd. Lex antiq. à p. 402. (k) tract. de Sanh. cap. 11. (l) Menaſſe Ben Iſr. de reſurr. l. 3. c. 3. p. 269. (m) idem p. 268. (n) Majem. Iad. Chaſaka de Regib. & regno c. 12.

ecquur enim tot vaticiniis atque typis de futuro Meſſia abundaret V. T. Adveniſſe autem τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου ex V. T. cum Nov. collatione perquam certiſſimi ſumus: quidpe ſceptrum è tribu Juda ſublatum, ſecundum Templum deſtructum, ſacrificia deſiêre, & pontificatus defecit. (o) Adde quòd religio à variis miſerum in modum depravata, in varia ſchiſmata & ſectas abominandas abiit, uti ex Chriſti concionibus, & aliàs undequaque obvium. Collapſum autem non Judæorum amplius, ſed totius orbis ædificium i. e. Veram Eccleſiam, reſtituit Chriſtus, qui via, veritas, vita. Ann. I.

§. 9.) Omnia illa, quæ in Veteri Fœdere de Meſſia prædicta & præfigurata erant, in utroque Servatoris noſtri ſtatu, tum exinanitionis, tum exaltationis eſſe adimpleta, Evangeliſtæ manifeſtum & clarum faciunt. Huc cumprimis Genealogia ipſius ſpectat, ut non tantùm carnem aſſumpſiſſe, ſed & ex lumbis Abrahami, & ſtirpe Davidis, ex tribu Juda originem traxiſſe pateſceret. (p) Sic ex Virgine naſci vi vaticinii (q) debuit. Num autem ſine doloribus pepererit Maria, & quidem anno æt. XV. inutile fuerit diſquirere. Ut verò Helvidiani ex Matth. 1. 18. Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς; & v. 24. οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ &c. item ex Luc. 2. 7. ubi πρωτότοκος, primogenitus vocatur, una ex parte vim Scripturæ faciunt; ſic non minùs ab altero latere intolerabiles exiſtunt Pontificii, quando perpetuam Mariæ virginitatem pro fidei articulo, ſub damnationis æternæ anathematiſmo credendam Eccleſiæ obtrudunt, ἀειπαρθενίαν voto peculiari à Maria promiſſam obtendunt, & ejus religionem totâ vitâ ſervatam, utriuſque ſexûs monaſticis ad imitandum propoſitam volunt. (r) Cœterò diverſas Marias Evangeliſtæ nobis producunt, quarum una Maria Cleophæ, ſoror Mariæ Virginis, Jacobi Minoris & Joſis Mater: alia Maria Magdalena, quæ aliàs ſoror Marthæ & Lazari: tertia Mater Jeſu Chriſti, filia Eli ſive Joachim.

Maria virgo.

Maria diverſæ.

§. 10.) Tam ex tempore, ejúſque circumſtantiis variis, quàm ex loco, ubi in lucem editus Chriſtus, exhibitionem Meſſiæ Spiritus Sanctus docere voluit. Ad prius inter alia ſceptrum Judæ, de quo Geneſ. 49. 10. refertur: (s) Poſterius Bethlemum reſpicit, quo ſingulari Dei nutu ac directione, Parentes Chriſti recipere ſeſe debuerunt. Sive autem intra, ſive extra Bethlehemum natus Servator, parvi refert, in ipſo tamen oppido potiùs, quàm extra illud, ſic in ſtabulo magis, quàm in ſpelunca accidiſſe, ductu Scripturæ credimus (t) utut Baronius, (u) Spondanus (x) alii levitatis Caſaubonum accuſare nitantur. Non malè Bodinus: (y) *Indocti pictores Virginem Mariam in ſtabulo malè tecto parientem conſtituunt, eandem autem aurea veſte & corona, nobili ſolœciſmo exornant.* Decipientium

Chriſtus eſt Meſſias.

o) Plura in Iudaiſmo Mulleri, alibi (p) Spanh. dub. part. 1. à dubio 2. & dub. 26 Caſaub. in appar. Bar. num. 10. à p. 85. (q) Eſa. 7. 14. (r) ib. Spanh. dub. 28. §. 2. (s) vid. Iudaiſ. Mull. c. 8. & c. 19. §. 4. (t) Mich. 5. 2. Matth. 2. 1. 5. 6. Luc. 2. 11. Conſ. Caſaub. exercit. 2. ad Bar. an. 1. num. 2. ſeqq. (u) l. all. (x) præf. ad N. T. § 1. coll. cum Verronio p. 127. (y) Method. hiſt. c. 6. pag. 196.

Digitized by Google

Ann.I. pientium impoſturæ meritò æſtimantur, quando Romæ præſepe Domini ligneum, faſcias, cunas, induſium (z) altare, cui impoſitus in oblatione, aſſervari, & in ipſa ſpelunca octavo die Dominum circumciſum ajunt. Non ſpeluncam, non præſepe, nec faſcias adorari, ſed Chriſtum, egregiè docet Origenes contra Celſum lib. 1. Ita oſſa etiam Patriarchæ, vel Prophetæ, contacta ex Lege immundum reddere iſdem homil. 3. in Levit. ait.

Patefactio Chriſti. *Luc. 2. 8. ſeq.*

§. 11.) Nativitatem Chriſti confeſtim ſubſequitur ejus patefactio, & ea quidem quæ facta primùm Judæis, non tamen omnibus, neque præcipuis, ſed paſtoribus, pro grege ſuo excubias nocturnas agentibus, ſicque munere ſuo defungentibus: Unde Epiphania Judæis facta vocatur. Aliæ inſuper res hoc ipſo die celebres, quas etiam eodem nomine inſigniunt: 1. Epiphania gentium, quòd illo ipſo die ſideris ortu Chriſtus Magis proditus, & ab iiſdem poſtmodum viſitatus & adoratus, id quod diem ſecundum Nativitatis adpellant, non quòd ipſo ſecundo à Nativitate die factum, ſed quod altera quaſi Chriſti Nativitas vel manifeſtatio, apparitio, vel oſtenſio. 2. Dies baptiſmi Chriſti, qui vocatur etiam feſtum luminum, quòd Chriſtus in baptiſmo populis oſtenſus. 3. Quod Chriſtus primò ſigno, aquam in vinum mutando, multis ſe manifeſtavit. Hinc in antiquis libris dies Epiphaniorum, in plurali: Gr. ἐπιφανείων, θεοφανίων, θεοφανείων. Diſtinctionis gratiâ varia hæc Chriſti manifeſtatio ita à nonnullis exprimitur, ut illis Epiphania dicatur, quæ facta Magis per ſtellam; Theophania, qua Chriſtus tinctus & SS. Trinitas apparuit; Bethphania, quâ declaravit ſe Deum eſſe primo exhibito miraculo. (a) Aliàs ſimpliciter incarnatio Chriſti ἐπιφάνεια vocatur, item ἔνσαρκος ἐπιφάνεια, & θεοφάνεια. Utut verò alii nolint tum per ἐπιφάνια, tum per θεοφάνια Baptiſmum Chriſti intelligi, parùm refert, ſufficit uno die memoriam talium beneficiorum celebratam antiquitus fuiſſe (b) Vigilia Expectationis luminum, item illuminationis, à Baptiſmo Chriſti Latinis dicta, à Perpetuo Epiſcopo introducta, ut habet Greg. Turon. (c) Tres autem, an plures paſtores fuerint, & quidem Miſaël, Acheel, Cyriacus, quibus alii mythologi Stephanum addunt, nos cum Scriptura ἐπέχομεν.

Circumciſio Chriſti. *Luc 2. 21.*

§. 12.) Octavo igitur die, ex Legis præſcripto, circumciſus Chriſtus, vocatúſque JESUS i.e. Servator. Quur autem circumciſus fuerit Chriſtus Epiphanius hær. 30. quatuor rationes adfert, quarum 1. ut oſtenderet, ſe verè carnem aſſumpſiſſe, propter Manichæum, & eos, qui dicunt ἐν δοκήσει, ſecundùm opinionem apparuiſſe 2. ut demonſtraret non ejuſdem eſſentiæ cum Deitate corpus fuiſſe, ut dicit Apollinarius: neque illud ſupernè attuliſſe, ut inquit Valentinus. 3. Ut confirmaret, circumciſionem olim datam, meritò ad ſuum uſque adventum inſerviiſſe: & ne Judæi haberent, quo ſe de-

z) Bar. § 8 Spond. §. 2. 3. (a) vid. Hoſpin. de F. Chr. ad 6. Ian. Caſaub. ad n. Bar. 36. à pag. 166 Caſal. l. al. c. 60 & in notis ad illud pag. 419. Arnd Lex antiq. à p. 357. (b) vid. Bar. §. 19. coll. cum §. 36. item 19. ſeq. ejuſdem Martyrol. ad 6. Jan. (c) de geſtis Francor. l. 10. c 31.

Digitized by Google

defenderent, ſe ſcil. Chriſtum cum præputio accipere non poſſe. 4. Ut ve- Ann.I.
ram & inviſibilem circumciſionem ſtabiliret. Aliud argumentum Menologium promit, nimirum circumciſum fuiſſe Dominum, ut os Judæis obturaret, calumniantibus, eum Sabbathum non ſervare, & Legem ſolvere. Charrovienſes Monachi, inquit Hoſpin. (d) jactant, ſe integrum habere Chriſti præputium: idem præputium Romæ quoque in æde Johannis Lateranenſis oſtenditur, idque Innocent. III. (e) affirmat. Edicant ergo nobis Romani quo cultu illud proſequantur. Hoc feſtum ipſis Calendis Jan. celebrant, *Anni exordium.* adeóque annum inchoant. A Conceptione Chriſti aliqui, à Nativitate ejus alii numerârunt, quæ quidem poſterior ratio etiam variat: de qua Cuſpinianus in Caſſiodorum. (f) Diverſam fuiſſe apud diverſos ſupputandi conſue- *Æra N.T.* tudinem Scaliger de Emend. Temp. Spanh. P. dub. part. 2. dub. 1-16. Bar. Hoſp. Mycræl. aliique copioſè docent. *Hodierna* (Dionyſiana) *æra*, inquit Hornius (g) *peccat minimùm μεταχρονισμῷ Triennii*, de quo alii diſpiciant. Ideo autem Chriſtianos à Calendis Jan. ſuum auſpicari annum Hoſpinianus docet, quòd ſimpliciter & abſque omni cauſa Romanum, ſeu Julianum annum, ut omnium optimè ordinatum, retinuerunt. In circumciſionis autem tempus potiùs, quàm in Nativitatis anni principium communiter rejicitur, quia octavo die ſanguinem profundere pro nobis, Legíque ſubjicere ſe cœpit. At hæc ratio minimè ſufficiens mihi videtur, quia non minora Chriſti *Vid. Gal. 4.4.* incarnationi, Nativitati & Paſſioni cummaximè tribuenda. Unde receptum etiam à Nativitate annos numerare. Ita Eccleſia olim annum incepit à Paſchatis die. (h) Duplex quippe fuit annus, ſicut quoque apud Hebræos, Naturalis à Cal. Januarii, & Eccleſiaſticus, à die ſolenni Paſchæ. Non autem antiquum videtur præſens feſtum, quia Carnotenſis circa an. 1090. & Bernbardus circa an. 1141. primi ferme ſermones habuere. (i)

§. 13.) Magi ex Oriente Bethlehemum veniunt natum Judæorum *Magorum adventus. Matth. 2. 1. ſeq.* Regem adoraturi: quod quidem 13. poſt Natalem Chriſti contigiſſe communis & vulgata eſt opinio: & hæc Epiphania dicitur Gentium, item feſtivitas ἐπιφανείας, feſtum adparitionis Chriſti Gentibus factæ: G. der heiligen drey Königen Tag: trium Regum feſtum, qui philomythis Caſpar, Melchior & Balthaſſar. At de numero, nominibus, patria & genere Magorum, abſque temeritate diffiniri nil poteſt certi quidquam, quemadmodum & de adventûs ratione & tempore, quaſi 13. à partu die h. e. 6. Januarii dromedariis vecti appulerint. Eutychius Patriarcha Alex. communem traditionem & famam, ut aliàs vulgò, ſecutus (k) tres Magos ab Oriente veniſſe in Judæam dicit. Tum de loco, tum de profeſſione illorum variè diſceptant. Equidem

 cre-

(d) *De Templ. p.125.* (e) *l.4. de Miſſæ myſteriis c.30.* (f) *ad an.1. & 3.* (g) *Hiſt. Eccl. p.28. & 118.* (h) *Caſal. l. cit. c.62. f. ex Cujacio tit. de feriis: & ex Scal. de Emend. T.* (i) *vid Caſaub. ad Bar. num.18. p.159. & exercit. 3. p.183. coll. cum exercit. 4. p.184. Arnd. l. cit. p.404.* (k) *pag.311.*

Digitized by Google

Ann.I. crediderim eoſdem qui aliis Philoſophi, Aſtrologi, Sophi, quos ab אשפים diducunt, malim à צופים id eſt ſpeculatores: συζητηταὶ, ἐκζητηταί. H. מחקרים, unde Macerim Hercules Libycus dictus. Orientis populi Chaldæi, Bactriani, Perſæ, Arabes vulgò appellabant Magos, H. מהגים ab הָגָה meditari. E Perſia profectos aliqui volunt, è Meſopotamia alii, ex Arabia alii. (*l*) Rectè omnino Chamier: (*m*) *Trium Regum incipit pudere Papiſtas, ſaltem qui ſunt paulò cordatiores.* (*n*) Certè in mox futuræ gentium vocationis præludium hanc accidiſſe hiſtoriam pulchrè notant. Stellam autem Magis viſam, non Angelum, neq; puerum Jeſum cum cruce, ſed ſydus extraordinarium, & quidem in inferiori aëris parte, facilè ex hiſtoria diſces. (*o*)

Chriſti præſentatio. §. 14.) Maria elapſo puerperii tempore, i. e. quadrageſimo à Nativitate die, in Templo Hieroſol. natum ſuum ſiſtit Domino: cujus memoria 2. Febr. agitari conſuevit. (*p*) Dicitur feſtum oblationis, præſentationis Chriſti: purificationis Mariæ: feſtum Simeonis & Annæ: à Gr. Hypapante, ſeu Hypante, ὑπαπάντη, ὑπάντη, ab ὑπαντᾶν, occurrere: Germ. der Tag der Offenbahrung im Tempel. (*q*) Secundùm Sigebertum & Paulum Diac. inſtitutum anno Chriſti 542. ſub Juſtiniano Imper. ob varias Dei pœnas mundo immiſſas. (*r*) Gregorii quidem Nyſſeni orationem de occurſu Domini, & Deiparente atque Simeone adducunt, verùm ſuppoſitam eſſe Rivetus (*s*) probatum ivit. In hoc feſto quia conſecrantur candelæ, diſtribuuntur & circumgeſtantur, feſtum dicitur Candelarium, & Luminarium dies, ac ſimpliciter Lumina: cujus rei rationem Hoſpinianus te docebit. A miſſa verò, in quâ benedicuntur Cerei, Germ. Liechtmeß. Aliàs Luminarium feſtum nec Ethnicis olim inſuetum fuerat. Magorum autem adventum Mariæ purificationem præceſſiſſe, notant Janſenius, Toletus, Chemnitius, Beza; contrarium tenet Calviſius, alii.

Simeon & Anna. Luc 2.25. 36. §. 15.) In ipſo autem Templo divino afflatu tum Simeon ſenex, (*t*) cujus feſtum 8. Octobr. agitur: tum Anna Propheteſſa, cujus memoria die 1. Septembr. celebris, Chriſtum profitentur, ac illuſtrem ὁμολογίαν coram multis edunt. Cùm igitur fama hujus rei divulgata eſſet, Herodes, qui per aliquot dies reditum Magorum fruſtrà expectaverat, ſibi illuſum intelligens de puero hoc perdendo agitare conſilia cœpit. Tu jam cogita, benevole Lector, num, ſi Magi hi Reges fuiſſent, mandata illis dare, nunciorum vice illis uti, ſolóſque ablegare, Herodes ſuſtinuiſſet: num clàm ſemet ſubducere potuiſſent? Interea monitus ab Angelo Joſephus, fidus ille

(l) Vide Kipping. Polit. l. 1. c. 1. §. 1. (m) de Antichr. l. 16. c. 11. §. 2. ſeq. (n) Copioſius Spanh. part. 2. à dub. 18. Arnd. l. c. pag. 405. (o) Spanh. ib. dub. 27. Adi Caſaub. ad Bar. §. 19. à pag. 160. item Derodon. dans la lum. de la raiſon part. 2. cap. 7. à pag. 475. adde Damaſc. l. 2. orth. f. d. inpr. Chalcidem Platonicum ſuper Timæum Platonis. Ionſton. Thaumatogr. pag 42. (p) Vid. Bar. §. 35. ſeq. item Martyrolog. Hoſpin. ad dictam diem. (q) Caſaub. ad Bar. § 38. p. 170. Arnd. p. 406. (r) Vid. Dallæ. de ador. l. 3. c. 4. p. 363. (s) Crit. S. l. 3. c. 24. i. (t) Caſaub. ad Bar. § 41. à p. 170.

Digitized by Google

Ille atque felix nutritius & tutor Chriſti,fugit cum puerulo Jeſu & Maria matre ejus in Ægyptum,ut infantem gladio Herodis ſubtraheret,(*u*)Herodes autem irâ tumens & æſtuans, emiſſis paulò pòſt ſatellitibus, interemit inclementer infantes Bethlehemiticos. Initio anni Chriſti ſecundo accidiſſe aliqui veterum volunt,quod tamen vero ſimile haut eſt. Ex odio in Chriſtianos factum putant quòd Joſephus hiſtoricus ſilentio hanc rem prætereat. Viderit autem Eutychius, quando (*x*) ne unum infantem ſuperſtitem relictum affirmat: illi item,qui 144000. al.14000. (*y*) bimulos occiſos ajunt. De ipſius Regis puero ſublato jure dubitat Caſaubonus.(*z*) Et Patrem Johannis Baptiſtæ ob occultatum infantem, ſublatum quoque Baronio (*a*) videtur,& ſic de eo loqui Chriſtum Matth.23.35.ſentit.Cui meritò adverſatur Caſaubonus.(*b*) Ita Eliſabetham in ſpelunca deſerti,in qua cum filio latitârit, poſt dies 40.obiiſſe,Johannis verò curam ab Angelo fuiſſe ſuſceptam.(*c*)At verò nos non traditiones incertas,ſed S.Scripturam ſectamur. Feſtum horum infantum ad 28.Dec.collocant, innocentiúmque diem vocant.(*d*)Quærit Caſalius,(*e*) quare Eccleſia Innocentium celebret ſolemnia, ſeu an hi Martyres dici poſſint,cùm uſum liberi arbitrii non habuerint, ſive cùm voluntas eorum non acceſſerit, ſine qua nec meritum, nec martyrii laureola debeatur: ad quæ ita ille ipſe,ut dicat,paſſos illos pro Chriſto,& in eorum ſingulis paſſum videri Chriſtum. At non merito nos, nec arbitrio libero vel propriæ voluntati,ſed indebitæ Chriſti gratiæ omne hoc adſcribamus. Quòd verò Herodes tantopere ſibi à nato puerulo Jeſu metuit,indéque ex deſperatione tam immane crudeléque facinus patravit,ex communi Judæorum ſententia & perſuaſione, de naſcituro & mox apparituro Meſſia profluxit: vid.Matth.2.4.5. Hinc factum quoque,ut peſſimis impoſtoribus, Judæ Galilæo, Theudæ, atque aliis deinceps tam faciles aures dederint.(*f*)

Ann.I. *Matth.2.13. Infanticidium Herodis.* *Zacharia & Eliſabetha obitus.*

§. 16.) Baronius (*g*) Judam Galilæum, qui Gaulanites Joſepho, propter tributum ſeu cenſum per Quirinum habitum,ſeditionem in Judæa moventem,ad hunc annum collocat. (*h*) Quod autem numum Matthæus vocat, id denarium, דינרא Marcus adpellat: unde putat Baronius, taxationis fuiſſe certam ſpeciem nec in alios uſus cuſam, formatam autem & mutatam ad rationem cenſus. (*i*) At meritò hoc diſplicet doctis,utpote Lipſio, Frehero, Caſaubono,Salmaſio. Ita Seldenus: (*k*) dabatur quantum taxatio requirebat, quacunque forma & genere. Scilicet non debebatur Cæſari denarius, qui erat Cæſaris imagine ſuperſcriptus, ſed quoniam erat tributum. Tamen ipſa imago monere Judæos debuit, ſe ſubeſſe alieno dominio, cui

Judas Galilæus.

u)Confer Caſaub.§.43 pag.172. (x)pag.312. (y) Alſted.Chron.c.11.ex Æthiop.Miſſa: Conf.Ioh Nicolai de Antichr.p 208. (z) ad Bar.§ 50.à p.173. (a) à §.53 (b)§.53.à pag.174. c)§.56. (d)Spanh.part.2.à dubio 76. e)pag.424 ad cap 60 (f)Conf.Caſaub.§.57.à pag.175. g)§.57-59.(h)Conf.Matth.22.16.Ioſeph.Antiq.l.18.c.1 & de bello Iud.l.2.Selden de Iure Nat. l.6.c.17.(i)Bar.ad an.34.(k)pag.798.

Digitized by Google

Ann.I. tributum pendere æquum ſit. Huetus (*l*) in primum Chriſti annum hanc ſeditionem referri non poſſe docet, quia nullus tum fuerit Tetrarcha, ſed ſolus rerum potiebatur Herodes M. Multò minus ab Herode defenſos fuiſſe rectè conjicit Beda. Ita non prioris censûs tempore, ſed poſterioris accidiſſe hanc rebellionem, & quidem, juxta Simſonium, anno 10. juxta Calviſium anno 8. volunt, de qua act. 5. 37. Is autem, adjunctis ſibi quibuſdam Phariſæis, novam ſectam eorum inſtituit, qui neminem Dominum ſuum agnoſcerent, quàm Deum. De Theuda ſeductore ſimiliter Baronius. (*m*) Is autem præſtigiator magnæ Judæorum multitudini perſuaſit, ut ipſum ſequerentur ad Jordanem, fluviúmque verbo ſuo ſcindendum tranſirent. At Cuſpius Fadus, Judææ tum temporis procurator, equitum turmis ex improviſo in eos immiſſis, multos delevit, multos cepit vivos, & in his ipſum Theudam, cujus caput abſciſſum Hieroſolymam ad ſpectaculum deportatum fuit. Ejus hiſtoriam Simſon ad an. 45. collocat, unde falli ait Euſebium, hiſt. l. 2. quòd putet, hunc eſſe Theudam, de quo Act. 5. Igitur duos extitiſſe ſeditioſos Theudas conjicit, temporibus diſtinctos, & priorem quidem, de quo Act. 5. ante nativitatem Chriſti. (*n*)

Theudas.

De Imp. Auguſto.

§. 17. Baronius §. 15. narrat Auguſtum, qui Judæos priùs graviter oderat, cognito adventu Chriſti, vehementer eoſdem amare cœpiſſe. Rectiùs Caſaubonus (*o*) meram hallucinationem vocat, è cupiditate natam referendi in Annales beneficia Auguſti in Judæos. Similis pruritûs exempla, inprimis ad ſuperſtitionem, vel primatum ſtabiliendum, ſexcenta apud eundem occurrunt Confer eundem Bar. ad an. 34. §. 192. &c.

l) *in Orig. p. 83.* (*m*) *§. 58. ex Ioſ Antiq l. 20. c. 2. conf. Gaſtium de Anab. pag. 28.* (*n*) *Vid. Annot. Bezæ, & Caſaub. exercit. 2. item* Hammond. *Diſſert. 1. de Epiſc. c. 2. §. 3. Alſted Chronol. cap. 38. ad an. 36 Mycral. hiſt Eccl. l. 2. §. 2. q. 35.* (*o*) *exercit. proleg. pag. 47. & ad an. 1 Baronii §. 15. à pag.* 157.

JESU CHRISTI *Annus* 8.
AUGUSTI *Imp. Annus* 49.

Coſſ. Calculo Baronii, M. Æmilius Lepidus, & L. Aruntius, quos Epiphanius hær. 51. & Simſon ad an. Chriſti VII. collocant: ad ſextum autem Calviſius, ac Mamilium pro Æmilio nominat. Poſt Herodis mortem Chriſtum ex Ægypto rediiſſe, ex S. Codice indubium. Verùm prout obitum infanticidæ citiùs, vel ſeriùs ſic & Chriſti reditum accidiſſe volunt. (*a*) Herodes autem ab infanticidio poſt varios malorum caſus, divina agitatus Nemeſi, divinitus excarnificatus exquiſitis cruciatibus, Hierichunti, circa Paſcha, ætatis anno fermè LXX. regni 37. al. 40. animam exhalavit infelicem: quæ omnia

Interitus Herodis.

a) *Viſe Caſaub. exercit. 5. ſeqq.*

omnia ſuccinctè ex Joſephi hiſtoria tradit Euſebius l.1.c.8. (*b*) Paulò verò ante mortem Herodes, occiſis tribus filiis Ariſtobulo, Alexandro & Antipatro reliquis ſuperſtitibus teſtamento regnum legavit, idque ab Imp. confirmari voluit, unde Archelao Judæa & Samaria ceſſit, adeóque Rex & ſucceſſor Herodis factus: Antipæ Galilæa, Philippo Ituræa & Trachonitis obtigit, alia certa amicis aliis. (*c*) Quoniam itaque Archelao Hieroſolyma & Bethlehemum inter cœtera legatione obvenerunt proinde Joſephus audita Herodis morte reverſus, at timens habitare Bethlehemi, Nazarethi ſedem fixit, quo autem factum id anno admodum variant, quidam anno ætatis Chriſti ſecundo, alii tertio, alii quinto, alii 6. alii 7. Baronius octavo accidiſſe ſtatuit. Ejus memoriam habes 7. Jan. (*d*) De ipſa autem Nazareth ſeu habitatione Chriſti Spanhem. part. 2. dub. 87--94. & cum eodem alii.

Ann. 8. *Teſtamentum ejus.* *Reditus Chriſti ex Ægypto.*

b) *Conſ. Caſal. 424.* (*c*) *Ioſeph. bell. Iud. l. 2. c. 9. & l. 17. antiq. c. 13. Chron. Simſ. part. 7. p. 3. a. Spanh. part. 2. dub. 86.* (*d*) *Bar. in martyrol. & ad an. 9.* §. 1.

JESU CHRISTI *Annus* 9.
AUGUSTI *Imp. Annus* 50.

Coſſ. A. Licinius Nerva Silanus, & Q. Cæcilius Metellus Silanus. Lauretanam ædem, in qua Chriſtus conceptus fertur, Baronius (*e*) ſuum hoc vetuſtatis monumentum totum Chriſtianum Catholicum orbem venerari ac colere dicit: rectius longè ſcripſiſſet, totum Latino Pontifici addictum orbem. De hoc Dallæus (*f*) ita inter alia: *Eſto, quando ita ſomniare placet Baronio, B. Virginis domus è Nazaretha in Dalmatiam, è Dalmatia in Picenum venerit. Illud certè ne Baronius quidem, ut opinor, negaverit, omnes ante Seculum XIV. Chriſtianos has Divæ domeſticas, ſaxeáſque ac ligneas reliquias; hanc earum divinam vim, hanc ad longinqua tranſeundi, terras ac maria emetiendi, tot tantáque miracula patrandi facultatem, planè penitúſque neſciviſſe &c.* Ad primum itaque ſeculum hoc nequaquam pertinet. (*g*)

Lauretana ædes.

e) §. 1. (*f*) *de adorat. lib. 4. c. 18. §. 682.* (*g*) *vid. Caſaub. exerc. 7. p. 187. ed. 2. Hoſp. de Templ. 396. inpr. Matthias Berneggerus, in fabula Lauretani idoli, ubi Vergerii rationes ab inſtantiis Baronii, Caniſii, Turriani & Turſellini maſculè aſſeruit: huic adde Heideggerum de peregrinat. à p. 22.*

JESU

Ann. 11.

JESU CHRISTI *Annus* 11.
AVGVSTI *Imp. Annus* 52.

Coſſ. C. Poppæus Sabinus & Q. Sulpitius Camerinus, quos Calviſius ad an. 9. reponit. Prout uſitatum Baronio omnia magno artificio ad uſum ſuum accommodare & convertere, ita & hoc loco facit, quando cœlibatum Paganorum exemplo, commendat, & quidem Veſtalium, quæ virginitatem perpetuam voverunt, ut probet, æquè apud omneis virginalis vitæ maximam omnium eſſe habitam rationem. At quid ad nos Gentilium cultus, à Cacodæmone ad imponendum miſeris dictatus & præſcriptus? Neque enim talia in V. Teſt. à populo ſuo verum Numen requiſivit, imò ne Summum quidem Pontificem vel Sacerdotem conjugio interdixit, neque cæteros. Caſtè igitur vivat adhuc hodie Zacharias cum ſua Eliſabeth, & juſti ſint. Tu hinc diſce potiùs, unde cœlibatus, & perpetuæ virginitatis votum, Papiſtis ſuetum, originem ſuam ducat. Ipſum autem matrimonium à Romanis SSanctum habitum, vel hinc intellige, quòd hoc loco Auguſtum Equitum & civium abſtinentiam improbâſſe, idem Baronius atteſtatur. Hinc Papia Poppœa lex, præmia continens & privilegia pro ſuſcipiendis liberis, (*a*) quam Auguſtus emendat & ſtatuit, ut, ſi vir, vel uxor filios non haberent, quòd alteri reliquiſſent, decima pars fiſco militari adjudicaretur, quæ lex tandem ſublata eſt Honorii & Arcadii conſtitutione. (*b*) Ut caſtimoniam abs Deo præceptam meritò celebramus, ita negamus, Deum vinculum naturæ, cujus ipſe quoque auctor & ſator, injeciſſe: quin etiam juſtum matrimonium, quod eundem inſtitutorem & præconem habet, omnibus conceſſum ordinibus æquali jure, inter libidines numerandum inſiciamur. (*c*)

De cœlibatu.

(a) Caſſ. in. ad an. 11. (b) Dio impr. lib. 56 conf. Roſin Antiq. Rom. paral. ad l. 5. c. 37. Cælius Rhodig. l. 28. 13. alios. (c) conf. Caſaub. exerc. 8. pag. 192.

JESU CHRISTI *Annus* 12.
AUGUSTI *Annus* 53.

§. 1.) Coſſ. P. Corn. Dolabella, & C. Junius Silanus. Quos Simſon ad an. 11. Calviſius ad 10. recenſent. Chriſtus tyrocinium muneris Prophetici, divinæque ſuæ ſapientiæ illuſtriſſimum edidit, quando duodecennis à parentibus Hieroſolymam ad paſchatis feſtum deductus, neſcientibus eis remanſit illic, & triduo quæſitus, tandem inventus eſt in templo differens cum doctoribus. Alios ad ſequentem duodecimum ſcil. Chriſti annum completum hoc referre Bucholzerus monet. Apocryphum librum de infantia

Tyrocinium Chriſti.

Luc. 2.

Digitized by Google

ſantia Chriſti ad furfura amandamus, unà cum ridiculis quæ Valentiniani habent. (*a*) Num verò ſic ſubditus fuerit parentibus, ut Joſephum in fabrili juverit arte, quæ veterum fuit ſententia, in medio relinquimus. Certè in ipſa patria ſua τέκτων, faber vocatus: Marc. 6. 3. adde Juſtini Martyris colloquium cum Tryphone. Ipſi Rabbini exercere ſimul artificia ſoliti, unde in Pirke Abot cap. 2. *Pulchrum eſt ſtudium Legis, cum aliquo artificio conjunctum*, &c. 6. mercaturam illis permittunt, ſed parcam. Ideo ingens peccatum pronunciant, ſi quis diteſcat ex Lege. Ann. 12.

§. 2.) Poſtquam Germani Quintilii Vari, Germaniæ præfecti, avaritiam, libidinem atque ſuperbiam ferre non potuerunt, proceres clanculum conjurant autore Harminio, filio Segimari, duce Cheruſcorum (der Hertzſchen) habitantium ad ſylvam Hercyniam, & non procul Paderborna tres legiones Romanorum cædunt, totidem alas, & ſex cohortes. Interea Marobodus fugax in ſylva iſta latitat. Hinc Arminius Tacito appellatur Germaniæ liberator. Marobodus autem proditor & deſertor patriæ à popularibus audit. Adeò verò gravis fuit iſthæc clades Romanis, ut cum Cannenſi conferri poſſit. Ab eo quippe tempore Romani ſub Tiberio, Caligula & ſubſequentibus Impp. uſque ad tempora Valentiniani, variè pugnârunt adverſus Germanos & Anglos, victoréſque nomen primò Germanici, poſtea etiam Alemannici aſſumpſere. *Romanorum clades.*

§. 3.) Coponio Romam revocato ſucceſſit M. Ambivius, ſecundus Judææ procurator.

(a) *Iren. lib. 1. cap. 17.*

JESU CHRISTI *Annus 16.*
AUGUSTI *Imperatoris Annus 57.*

§. 1.) Coſſ. duo Sexti, iidémque Nepotes, Pompejus & Apulejus: quos Simſon ad an. 15. Calviſius ad 14. refert. Archelaus Judæorum Ethnarcha ob tyrannidem ab Auguſto in exilium relegatur Viennam Galliæ civitatem, pecuniâ ejus fiſco adjudicata, ac ditione contributâ Syriæ. Hæc Calviſius ad an. 7. Bucholzerus ad an. 8. Simſonius ad 10. Baronius ad præſentem referunt. (*a*) Fratres autem Archelai Antipas & Philippus, quòd in Provinciis ſuis manerent, urbes in Auguſti honorem condunt, Cæſaream Philippi & Bethſaidam, quam Juliada appellârunt: recuperavit tamen vetus nomen. (*b*) Ab hoc tempore nullus deinceps vel Rex, vel Ethnarcha Judææ fuit, quidem fratres Archelai Ethnarchæ, ſeu Tetrarchæ fuerunt, verùm non Judææ propriè dictæ, ſed adjacentium regionum. Judæa itaque Provinciæ *Archelaus relegatur.* *Iudæa Syriæ adjicitur.*

C formâ

(*a*) *Conſule Caſaub. exercit. ad n. 1. à pag. 193. & Ioſeph. de bello Iud. l. 2. item Antiq. l 17. Dionem l. 55. alios.* (*b*) *Bar.* §. 10.

Ann. 16. formâ acceptâ Syriæ acceſſit, cœpitque tum in eam mitti, qui vocabatur Procurator Judææ, quorum primus Coponius fuit, (c) cui ſucceſſit Marcus, Marco Antonius Rufus. Ergo Pompejus Judæam nonniſi tributariam fecit, non verò in Provinciæ formam redegit.

Cæſar Aug. obiit. §. 2.) Cæſar Auguſtus d. 19. Aug. horâ diei 9. Nolæ in Campania, in cubiculo eodem, quô Pater Octavius obiit æt. 75. m. 10. d. 26. cùm poſt victum Antonium ad Actium, regnâſſet annos 44. minus diebus 13. juxta Joſephum ab interfecto Julio annos 57. m. 6. d. 4. Poſtquam anno & 4. menſibus antè, quàm decederet, teſtamentum ſcripſiſſet, & apud Veſtales depoſuiſſet. Fuſius de his Paterculus, Suetonius, alii: adde Cuſpin. item Calviſium proleg. cap. 46. Refert Dio, Auguſtum morbo eſſe extinctum, non tamen abfuiſſe ſuſpicionem de præbito veneno: quidpe, ajunt nonnulli, Veritam Juliam, ne Agrippa, qui exulabat, revocaretur in urbem: vid. Tac. in annal. De hoc Imp. teſtatur Philo, tam ſanctè Judaica coluiſſe ſacra, ut penè omnium domeſticorum dona extiterint in templo, mandâſſeque quotidiana mactari holocauſta ſuis ſumptibus. Deo ſacrata altiſſimo juge hoc ſacrificium ſpontaneum Taurus erat & Agni bini. Julia etiam Auguſta ibi dicitur ornâſſe templum Hieroſol. aureis phialis & calicibus, aliiſque donis pluribus & pretioſiſſimis.

Ei Nero ſuccedit. Auguſto die 14. pòſt Claudius Tiberius Nero, privignus, Juliæ filius, rogatus à Senatu ſuccedit, princeps, ut initiô felix & moratus, ſic deinceps vitiorum omnium ſentina & vorago. Calliditas & ſimulatio ei tribuuntur. Imperium ab Agrippæ, nepotis Auguſti ex filia Julia, cæde auſpicatur, ut in Imperio tutior ſit. Hic per ſemetipſum nulla bella geſſit, ſed ne per Legatos quidem aliqua gravia, niſi quòd tantùm in aliquantis locis præcogniti citò gentium rumores compreſſi. (d)

Taciti exordium. Ab hoc tempore Tacitus hiſtoriam ſuam incipit.

(c) *Simſon. ad an. 10. ex Ioſeph. Ant. lib. 18. c. 1. & c. 3. Bar. ad an. 16. §. 9. & an. 28. §. 1. Caſaub. exerc. 10. ad an. 17. n. 1.* (d) *Cuſpin. ex Oroſ. l. 7. & Eutr. l. 7. c. 2.*

JESU CHRISTI *Annus* 18.
TIBERII *Imperatoris Annus* 2.

Mathematici exagitantur. Coſſ. Statius Taurus & L. Libo: quos Calviſius ad an. 16. Simſon ad ann. 17. ponunt. Tiberius Mathematicos, Aſtrologos ſeu Magos exagitat, & quidem exteros necat, cives expellit, deprecantes tamen, ac ſe artem depoſituros promittentes denuò recipit. (a) Sic isdem Tiberius omnes fatidicos libros inſpexit, & alios quidem probavit ut legitimos, alios rejecit. (b)

(a) *Baron. §. 1. 2. ex Dionis l. 57. Cuſpin. ex Suet. conf. Tac. lib. 2.* (b) *Baron. ad an. 19. ex eodem Dione.*

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 19. Ann. 19.

TIBERII *Imperatoris Annus* 3.

§. 1.) Coſſ. C. Cælius Rufus, & L. Pompejus Flaccus. Simon Camithi filius, Summus Hieroſ. Sacerdos nonniſi anni ſpatio, à Valerio Grato Judææ Præſide depoſitus, eique ſuffectus eſt Joſephus cognomento Cajaphas. *Sacerdos ſummus Hieroſ.* Quòd autem hi Judæorum Præſides, pro animi ſententia ſummum ſacerdotium vel tribuebant, vel auferebant, ſtolámque Pontificiam in ſuam poteſtatem redegerant, propterea jure incuſari poſſe tyrannidis & invaſionis Romanos contendit (a) Cardinalis. At quidni Romani, etiamſi Gentiles, ſummi tamen rerum Domini & arbitri, in hæc talia poteſtatem exercuiſſent? Sic ſimili ratione Solomon Abiatharem depoſuit (b): & ante eum David ſacra ordinavit & diſpoſuit.

§. 2.) Tiberius, Philone (c) teſte, æquè ac Auguſtus Judæis favit, eisdémque Romæ degentibus, in cives diſtributiones fieri ſolitas, ſicut & ille fecerat, impertiri voluit. *Iudæi Romæ.* Hinc procul dubio factum, ut ſub idem tempus Judæi, feſſi oneribus tributorum, pro relevatione apud Imp. inſtiterint. (d) Tamen etiam Sillano & Norbano Coſſ ſenatus conſulta facta de fœminarum libidine cohercenda, ac de ſacris Ægyptiis Judaicíſque pellendis. (e) Nimirum Romanenſes Judæi Româ & Italiâ exacti, quòd pecuniam à proſelytis datam, Hieroſolymam mittendam, in ſuos uſus verterent. (f) Poſt Sejani tamen hominis infenſiſſimi necem, in feliciorem ſtatum à Tiberio reſtitutos, multiſque beneficiis ab eodem affectos Baronio (g) placet.

§. 3.) Livius moritur Patavii, anno ætatis 76. *Livius.*
Eodem Ovidius Poëta in exilio, anno ætatis 60. *Ovidius.*

a) Ad an. 17. §. 1. (b) 1. Reg. 2. 27. (c) Lib. de legatione ad Cajum. (d) Bar. §. 3. ex Tac. lib. 2. (e) Vid. Baron. ad an. 21. à §. 1. ex Tac. lib. all & Suetonio in Tiberio. (f) Ioſ. lib. 18. cap. 4. al. 5. (g) §. 3.

JESU CHRISTI *Annus* 28.

TIBERII *Imperatoris Annus* 12.

Coſſ. Cn. Lentulus Getulicus, & C. Calviſius Sabinus, juxta Epiph. hær. 51. hos Calviſius ad an. 26. recenſet. Poſtquam Valerius Gratus 11. annos præſidem in Judæa egiſſet, Pilatum, Tiberii amicum ſucceſſorem nactus. *Pilatus Judææ Præſes.* Hic ſigna militaria cum imaginibus depicta Hieroſolymis noctu importavit, & precantibus Judæis, ut ea amoverentur, mortem minatus eſt: at Judæi nihil deterriti, cervices ſuas nudas offerunt, quorum conſtantiam admiratus præ-

Ann.28. ſes,ſigna illa ex Judæa tota removit, & Cæſaream reportavit. (*a*) Adhæc quia idem Pilatus theſaurum in templo,qui Corban appellabatur,ſibi ſumit ad inducendas aquas in urbem per 200.vel 300. ſtadia, ideò hoc populus ægerrimè ferens, ſe opponit vociferatúrque, ſed fuſtibus repulſus & ſaucius,aut omnino caſus,quievit in poſterum. (*b*) Porrò ex inſula quadam in mari, Romæ vicina,Pontia ſcilicet, Pontium nomen ſortitum Eutychius Patr.(*c*)notat. Aliis 10.aliis 11.annis præfuiſſe Judææ videtur.

a) *Baron. ex Ioſ. & Philone.* (*b*) *Baron. ex Ioſ. bel. Iud. lib.2. cap.8. & Ant. lib.18 cap.4.* (*c*) *Hiſt. Arab. pag.315.*

JESU CHRISTI *Annus* 31.
TIBERII *Imperatoris Annus* 15.

Ioh. Baptiſtæ functio. *Marc.1. 60 Luc.1. 80.* *Monachatus.*

§.1.) Coſſ. Rubellius Geminus & Fuſius Geminus. In hunc annum functio muneris Johannis Baptiſtæ incidit, poſita in promulgatione doctrinæ,& in baptiſmi adminiſtratione,præcedente inauguratione ejus,facta à Deo in deſerto. Alter Elias vocatur, ob ſingularem cum Elia Propheta convenientiam. Hanc hiſtoriam Calviſius ad an.28. Bucholz. ad an.29. referunt. : alii ad an.30. Vociferantis vox dicitur in deſerto. Ex deſerto autem Johannis, ex victu & amictu, ex ejus cœlibatu Monachatum hodiernum confirmari ac deduci neutiquam poſſe, dudum noſtri comprobavere. (*a*) Singulare & extraordinarium eſt Baptiſtæ factum, neque ideò deſcriptum, ut imitari debeamus: Marci 1.3. ſeq. ſed ut Meſſiæ prodromum cognoſceremus. Et verò deſertum, in quo habitabat ille, non erant teſqua, brutorum commorationes, ſed ita vocabantur montana (ὀρεινῇ Luc. 1.39.) & ſilvoſa loca, vicis rarioribus perculta, quæ natale ſolum ejus erant. (*b*) Num verò hodierni Monachi veri Eremitæ καὶ μόνως ἔχοντες, ſolitarii? Num doctrina, prædicatione, victu & amictu reſpondent? Neque verò exiſtimandum aliud nihil à Johanne prædicatum, quàm μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, quandoquidem hæc κατ᾽ ἐπιτομὴν ab Evangeliſtis relata ſufficiunt: Confer Matth.3. Joh.1. Luc.3.18. Haut verò abſque ratione & Johannem, & ipſum Servatorem conciones ſuas à μετανοίᾳ fuiſſe exorſos putabis, ſiquidem una hæc via atque ratio, quâ Chriſto diſcipuli præparantur, aptíque ad regnum cœlorum redduntur, non certè tanquam reali & propriè dicto Sacramento, neque actione aliqua ſatisfactoria, ſed præparatoria ad gratiæ Chriſti participationem & applicationem, nihilque eſt aliud, quàm averſio à malo, & converſio ad bonum, quæ per peccati fit ſeriam agnitionem atque dolorem, per veram fidem & ejus fructus. Quæ omnia, niſi injurii, & ipſius Pelagii

Quid μετάνοια.

a) *Spanh. dub. part.1. à dub.97. Chamier Panſtr. T.3. l.20. in pr. c.22. à §.31. Caſaub. exerc. 13 ad an. Baron.31. §.11. & 13. & 20. Heſpin. de Monach. lib.2. cap.3. pag.16.* (*b*) *Ioſua 15.48. 1. Sam.25.2.*

Digitized by Google

lagii eſſe aſſeclæ velimus, gratiæ Dei tam prævenienti, quàm concomitanti Ann.31.
adſcribenda ſunt. (c)

§. 2.) Prædicatio Johannis æquè ſummis atque infimis non fuit blandita, quo quidem perditum & corruptum Judæorum ſtatum, laudabilem ſuum Zelum, poteſtatem legatorum & vicariorum Chriſti ſignificare voluit, ut verò ex confeſſione peccatorum, de qua Matth. 3. 6. Auricularis Romanenſium confeſſio probari nequit, ita nec favet Anabaptiſtis, horum exemplo contendentibus, adultos nonniſi, & tales quidem, qui profiteantur peccata ſua, baptizandos eſſe. Porrò eundem Johannis Baptiſtæ cum Chriſti fuiſſe baptiſmo, ratione eſſentiæ, materiæ ſcil. & formæ, ſigni & ſignati, originis etiam & doctrinæ, finis inſuper h. e. pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum reſpectu, piè rectéque creditur, unde eundem ſuſcipere Chriſtus haut fuit dedignatus. (d) Multa de hoc Johannis baptiſmate veteres, utpote Chryſoſt. Greg. Naz. Theophyl. alii, quos Conſule. *Baptiſmus Johannis.*

§. 3.) Dubium hoc loco excutiendum, quando Luc. 3. 2. & alibi, inprimis etiam in ipſa Domini paſſione, non unius ἀρχιερέως, ſed duorum & plurium etiam mentio fit. Notandum autem ante omnia, ambiguè hoc vocabulum, ut olim, ſic & apud Patres uſurpari, illique etiam tribui, qui non tantùm ſedis, ſive loci, ſed & perſonæ, eruditionis, zeli, pietatis, cumprimis verò ordinis reſpectu præcellebat cœteris, haut ſecus quàm Heb. ראש. & Gr. ἄρχων ſicut ראש הישיבה Rector Academiæ, ſic ἀρχιτρίκλινος, ἀρχισυνάγωγος, & ראש הקהל, caput conſiſtorii. Confer Matth. 9. 18. Marc. 5. 22. Luc. 14. 1. ita ראש השנה initium anni: adi Num. 1. 16. & 44. c. 32. 28. cap. 36. 1. Deut. 1. 15. Joſ. 23. 2. cap. 24. 1. Act. 4. 6. Latinè capita, ſeniores, judices. Ἀρχιερεῖς autem vel abſolutè ita dicuntur, vel certo cum reſpectu: horum poſteriores familiarum erant capita, in claſſes 24. diſtributa: 1. Par. 24. Sed & priores diverſi fuiſſe videntur. Unus, ſummus (e) qui & Maximus Pontifex, quemadmodum olim Romæ: vid. Heb. 9. 7. Huic autem ſummo Principi vicarium conſtituerunt, qui vicem expleret, ſi ipſe non poſſet, quem סגן appellârunt. (f) Ita in magno Synedrio Hieroſ. duo fuerunt, quorum unus totius Synedrii caput, & à Thalmudicis נשיא בכל מקום, *Princeps in omni loco* dictus, quia quicquid decidere nequibant cœteri judices & magiſtratus in Palæſtinæ opidis, atque in ipſa urbe Hieroſ. id omne ad Synedrii hujus juriſdictionem pertinet. Alter principi proximus, attamen minor, אב בית הדין Pater judicii vocatus. (g) Quin in ipſis etiam exiliis ſuis talem præſidem habebant, quem ראש vel ראש הסדר ordinis procuratorem nominabant. Nimirum Æchmalotarchas Judæi diſperſi in celebrioribus locis habebant. (h) Sic Summos duos Sacerdotes 1. Par. 24. 2. 3. notari dicunt, qui viciſ- *Ἀρχιερεύς.*

 ſim

c) Conf. Spanh. part. 3. à dubio 1. (d) Cham. T. 4. l. 5. c. 12. Spanh part. 3. dub. 25. Voſſius diſput. de Anabaptiſmo. (e) Cunæus de rep. Hebr. lib. 2. (f) idem cap. 6. (g) idem l. 1. c 12. h) Lempereur in itiner. ben. p. 190. item Coccej. in Sanh p. 39. ſeq. Rivet. Jeſuita vapul. c. 11. p. 211.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Ann.31. ſim fungerentur officio, ſic tamen ut unus præcipuus eſſet, alter ab eo ſecundus: 2.Reg. 25. 18. unde pateat, quare & quomodo etiam hoc loco duo fuerint. In hunc ſenſum Caſaubonus. (i) Summus, inquit Sacerdos dicebatur כהן הראש ἀρχιερεὺς ὁ πρῶτος, Pontifex primus: vel כהן הגדול Pontifex Magnus: alter כהן משנה ἀρχιερεὺς ὁ δεύτερος, ſive Vicarius: ut 2.Reg.25.18. Rabb. סגן הכהנים Ita Patriarcha Conſtantinopolitanus Vicarium habuit, *Syncellum* dictum (quaſi cellam communem habentem.) Singularum claſſium Sacerdotes principes שָׂרֵי הכהנים Principes Sacerdotum dicti, & שרי המקדש principes ſanctuarii. *Daduchus* Maximus Sacerdos Athenis vocatus, hinc ἱεροφάντης δαδοῦχος, facifer: δαδουχία, facis geſtatio, ſolennis in theſmophoriis. De ordinibus apud Rom. vide Demſter.l.3. antiq.Rom. paral. ad c.14. Confer. alex. ab alex. l.2.c.8. Ibi Rex Sacrorum erat, qui ea peragebat, quæ Reges, anteq. ejecti. Feneſtella de Sacr.Rom. c.11. Sacerdos, Gr. ἱερεὺς, H. כהן item קדש, ubi vox non tantùm ſeparationem à populo exteriorem ſignificat, ſed & morum ac ſanctimoniæ reſpectu ita nominatus, ut ſcil. reliquis exemplo eſſet. Iterum Caſaubonus: (k) aliud longè Summus Pontifex, aliud caput Synedrii, ille ἀρχιερεὺς, hic ראש הישיבה ubi ישיבה i.q. בית דין. domus judicii, curia, conſeſſus judicum. Hujus autem נשיא. ſeu præſidis Synedrii Vicarius, ad dexteram ipſi adſidens אב בית דין Pater domûs judicii vocatus fuit. De Summo autem Pontifice tradunt Talmudiſt. דן ודנין אותו. *judicat & judicatur: teſtimonium perhibet, ac teſtimonium adverſus illum admittitur, diſcalceat & diſcalceant pro uxore ejus.* In Miſn. tit. Sanh.c.2 לא דנין את כהן גדול אלא על פי ב״ד של ע״א *Non judicant Pontif. Max, niſi ex ſententia Synedrii ſeptuaginta unius viralis.* (*Seld. de Jure Nat. l.6.c.18.p.808.*) Ita Paraph. Hieroſ. in Exod.21.14. de cæde voluntaria: *Etiamſi fuerit Pontifex Summus, qui ſteterit & miniſtraverit coram me, inde rapient eum, & gladio occident* (l) contrà è Thalmude notiſſimum: *Nulla creatura judicat Regem, niſi Deus Benedictus.* Vice verſa Summus Sacerdos etiam à Rege poterat in judicium vocari, damnari, puniri, ut Abjathar læſæ majeſtatis reus & convictus à Solomone damnatus: 2.Reg.2.26. ſeq. (m) Ob quinque verò res Maximus vel Summus Sacerdos ita dictus Thalmudicis: 1. quòd maximus ſapientiâ. 2. robore, propter oblationem & agitationem ſacrificiorum. 3. pulchritudine. 4. divitiis. 5 annis. At quid hæc ad prætenſam Pontificis Rom. poteſtatem?

Annas & Cajaphas. §.4.) Negant Baronius & Spondanus (n) Annam & Cajapham abſolutè & æqualiter Summos Sacerdotes fuiſſe, Cajapham verum ſacerdotem ſummum, Annam verò Caput Synedrii extitiſſe, idque ex paſſionis hiſtoria Joh.18. demonſtrare intendunt. At verò alii ſunt, qui ambitioni, avaritiæ, atque inteſtinis Judæorum diſſidiis hoc adſcribunt, quia plerunque ſingulis annis

(i) *Exercit.13. ad Bar.an.31.§.8.* (k) *ad Bar.§.10.* (l) *Seld.ib.l.4.c.2.p.492.* (m) *Kipping. polit.l.2.c.2.§ 11.* (n) *ille §.8. hic §.2.*

Digitized by Google

annis novi creabantur Pontifices à Rom Præſidibus auro corruptis. (*o*) Certè inter Annam & Cajapham non diſtinguit Spiritus S. Ita in Synedrio poſtpoſitus fuit Summus Sacerdos Capiti Synedrii. Ex his autem,quæ modò dicta,ſimoniâ laboraſſe,& aliis gravibus vitiis tum temporis Moſis Cathedram diſce. Ann.31.



Selden. de Syn. l. 2. c. 6. p. 252. conſ. p. 260. item Marcam.

Vid. Apoc. 4. 4. *Conſeſſus Synedrii.*

Summa poteſtas ſummo Pontifici tribuitur à Pontificiis, ita ut illi ipſus etiam Rex ſubjectus fuerit, ut & Synedrium ipſum. (*a*) Verùm nullam prærogativam habuiſſe, ante recentiora, h.e. Haſmonæorum tempora Seldenus (*b*) cum aliis docet: *Summum*, inquit, *locum habuit, quem ſapientiæ deberet, non dignitati: unde talis judicabat, et judicabatur: teſtimonium dicebat, & de eo dicebatur.* Hinc factum, ut, ſicut nec reliqui, ita nec ipſe cooptaretur in collegium, ſi ipſe ſcientiâ ſeu ſapientiâ muneri ferendo impar eſſet. (*c*) Nec quicquam adverſarios juvat, etiamſi tali in Senatu iſto primus ſeu ſummus locus fuerit. Iterum tum de Summi Sacerdotis, tum de totius Synedrii poteſtate, imperio, jurisdictione & dignitate Seldenus l.3.c.1. ubi eundem Baronium & ſequaces refutat. Item c.2. ad locum Deut. 17.8. ubi docet, malè Sacerdoti primario imperium, deciſionem, & executionis munus tribui. Fuſé de judiciis in Pontificem Max. c.8. toto: ita de ſententiis in Regem latis nono capite agit.

§. 5.) Ita quum act. 9.1. ſolius Pontificis Max. literarum Damaſcum perferendarum fit mentio, non ſic intelligendum, ac ſi Synedrium excluderetur, quandoquidem hic ipſe ſenatus in repetita hac hiſtoria c.22.5. expreſſus reperitur, ſed quia Pontifex Max. Princeps fuit hujus conſeſsûs. Ut verò Da-

o) *Adi Ioſ. ant. l.3. c.18.* (*a*) *Bar. an.31. §.10. & an. 34. §.125. & an.57. §.26 & an.58. §150. item Bell l.3. de verbo Dei c.4. & l.4. de Rom. Pont. c.1.* (*b*) *Syned. l.2. c.16. à p.700.* (*c*) *Majem. Halacha Sanh. c.2.*

Ann.51. Damaſceni, ſic & cœteri Judæi Hieroſolymitanis ſubjecti fuerunt: at hoc omne ad politiam Moſaicam, ſive ad V. Teſt. pertinuit. Sic poſt Hieroſolymorum excidium de Tiberiade agit Codex Imperialis tit. de Judæis & Cœlicolis, ad quam, ut ad Metropolin, totam Syriam & Ciliciam pertinuiſſe oſtendit Epiphanius hær. Ebion. Idem etiam in diſperſionibus ſuis obſervârunt Judæi, Synedrio in Bagdat conſtituto, ad quod Synagogæ per Aſſyriam & Mediam; ut & Alexandriæ, ad quod univerſa Ægyptus pertineret. (d) De eodem Caſaubonus exercit. 1. p. 17. Tribus, quæ in Babylonia remanſerunt, ducem ſibi præponere ſoliti, quem vocabant ראש גלות αἰχμαλωτάρχην, caput ſeu principem captivitatis, qualis ſemper è tribu Juda eligebatur. At is non Pontificis, ſed Regis loco erat, Majemonide teſte: unde idem: *Jus ipſi competit dominandi in populum Iſraël omni loco, velint nolint.* Aliàs Patriarcha etiam vocatus: vid. Orig. περὶ ἀρχῶν l. 2. c. 1. Theodor. dial. 1. Confer eundem Caſaubonum, ubi docet exerc. 14. c. 2. talis Æchmalotarchæ aſſeſſores Apoſtolos dictos, H. שלוחים: adde Kortholt. de perſec. p. 59. ex Joſ. Scal. notis ad Euſ. num. MMCXII. Aſt verò quicquid ſit, ad Vet. Teſtamenti formam Eccleſiam N. T. inſtitutam minimè nos largimur. Ampliorum quidem & illuſtrium Eccleſiarum Apoſtolicarum diligens ratio habita jam primitus, ita tamen, ut nulla alteri ſubjecta fuerit, niſi ſequenti tempore, quando formæ politicæ reſpectus habitus & admiſſus fuit, adeoque ad illam Eccleſiæ quoque, ordinis gratiâ, inſtituebantur. Igitur quando quæſtio Antiochiæ exorta, Hieroſolymam diſceptanda deferebatur: Act. 15. 2. 3. inde poſtea Apoſtoli ſuum de ea judicium aliis Eccleſiis mittebant & injungebant: v. 22. ſeq. c. 16. 4. id non loci ſeu ſedis, ſed Apoſtolorum h. e. virorum θεοπνεύστων ratione factum.

§. 6.) Meretur heîc ſedem ſuam M. Antonii de Dominis obſervatio, cùm ait, (e) non defuit (apud Judæos) Cathedra ordinaria, quæ eſſet divinæ Legis interpres generalis, & divinæ voluntatis explicatrix: quæ ſanè Cathedra non ab unico Doctore Monarchicè poſſidebatur, ſed ariſtocraticè optimates in ea, ex divina inſtitutione reſidebant: erátque Concilium quoddam, quod conſiſtorium Gazith (גָּזִית: *vid. Lex. Tal. Buxt. in* גזא) Thalmudiſtæ vocant: (*f*) & Sanedrin, Gr. συνέδριον: & Cathedram. (*g*) Idem de Dominis (*h*) *Si verò Judices* (minores) *neſciunt de rebus ad ſe delatis pronunciare, integram cauſam in urbem Sanctam mittent, & convenientes Pontifex & Propheta, & Senatus, quod viſum ſit pronuncient. In Concilio tempore Chriſti erat Joſeph ab Arimathia, certè laicus, & unus è ſenatoribus. Et omnes ſuffragio non ſolùm conſultivo, ſed etiam judicativo, & deciſivo pollebant. Quòd verò Deut. 17. v. 12. dicatur: Qui autem non obedierit Sacerdoti: vel ſingulariter ſumitur collectivè pro plurali, ut ſæpe ſolet, vel præſidem totius concilii decreta publi-*

(d) Hamond. de Epiſc. diſſert. 4. c. 5. §. 7. (*e*) *l. 1. c. 12. §. 36.* (*f*) *apud Sigon. de Rep. Hebr. c. 7. & Bar. §. 10.* (*g*) *Conſ. Ex. 18. 25. ſeq. Deut. 17. 8. 2 Par. 19. 5.* (*h*) *§. 39. ex Joſeph. Ant. l. 4.*

Ann. 31.

publicaret. Ecquî verò unum ſummum dicat Baronius, qui modò duos conſtituit? Ergo plures uno Summi eſſe poſſunt? Ita ſanè non ſolus Romanus, ſed & cœteri Epiſcopi ſe invicem Summos vocaverunt, horúmque Cathedras, principales, præcipuas, Apoſtolicas &c. Unde nihil hi tituli ſingulare Romano adferunt, maximè ſi ordinem Epiſcoporum, caput Imperii, & ſimilia conſideres.

Publica Miniſterii Chriſti functio.

§. 7.) Miniſterii ipſius Chriſti publica functio nunc ſe offert: cui tamen quæſtio præmitti queat, quur acta Chriſti uſque ad ipſam publicam functionem ab omnibus Evangeliſtis ſilentio fuerint tranſmiſſa. R. Munus illorum erat, ut ea nonniſi conſignarent, quæ ad ſalutem ſcitu factuque neceſſaria, adeóque expedirent nobis. Functioni autem muneris inauguratio ipſius præcedit, quæ actu gemino perfecta, quorum prior in baptiſmo ejus, & renuntiatione divina e cœlis conſiſtit: poſterior in tentatione ipſius, & in renuntiatione humana, triplici proclamatione à Johanne edita conſtans. Ubi obiter nota, ob commemorationem epiphaniæ, ſeu baptiſmi Chriſti, quosdam veterum olim baptizari amaviſſe, unde Siricius Papa ad Himerium anno 385. hoc damnat, quia quodvis tempus baptiſmo idoneum. (*i*) At gravior longè & intricatior quæſtio incidit, de curſu Chriſti, quem non ſimiliter vel inchoant, vel finiunt. Communis Patrum opinio, omnia illa dicta & facta, quæ in Evangelica hiſtoria, à baptiſmo Chriſti uſque ad paſſionem ejus deſcribuntur, unius tantùm anni ſpatio comprehendenda eſſe (*k*) Ireneus autem tria Paſchata toti Chriſti miniſterio tribuit: alii quatuor (*l*) quinque Paſchata habet Alſtedius. (*m*) Hæc aliis potiùs concilianda & dijudicanda relinquimus. Prima igitur Proclamatio, à Johanne de Chriſto edita occaſione legationis à Senatu LXX. Seniorum, quorum erat cognoſcere de Propheta, lege, rege & tribu, ſecunda eſt teſtimonium ſingulare de Chriſto: tertia repetitionem iſtius teſtimonii continet.

Curſus annorum Chriſti.

Vid. infrà §.13.m.

Vocatio Apoſtolorum.

§. 8.) Ut Omittam quæſtionem de acceſſu Petri & Jacobi ad Chriſtum ultroneo, (*n*) item de vocatione aliquorum peculiari, & de communi (*o*) de ſequela Chriſti vel temporaria, vel continua, item de vocatione & miſſione, ſeu de vocatione vel ad diſcipulatum, vel ad Apoſtolatum: Ea hoc loco tractare arridet, quibus primatum Petri ſtabilire volunt, inter quæ tum πρωτοκλησία ipſius, tum nominis immutatio. Probè autem tenendum, prærogativas, uti vocant, ſeu præeminentias vel abſolutè ita dici, vel κατά τι: in Petro prioris generis nullas dari; ex poſteriori nihil concludi. (*p*) Præterea

Prærogativa Petri.

D

i) *Caſalius p.*419. (*k*) *vid. Blond. de Epiſc. praf. p.*27.*ſ. Arnd. Lex. ant. p.*725.§.21.*ſeqq.* (*l*) *Chemnit. Harm. in proleg. c.*3.4. (*m*) *Chron. c.*11.*p.*134 & *c.*1.§ 33.34. *item Micral. hiſt. S. part.*2. *à p.*10. *plura Cuſpin. ad an.*30. *Rubellio & Fuſio Coſſ. Calviſius ad an.*29. *conjunge Spanhem. dub. part.*2. *dubie* 11. & *parte* 3. *à dubio* 41. *Baron. ad an.*34. *à* §.141. & *an.*32.§.3. *Caſaub. exercit.*16.*c.*1. (*n*) *Ioh.*1.37. (*o*) *Spanh. part.*3. *à dubio* 72. *Caſaub. exercit.*13. *ad Bar.*§.22.23. *à p.*224 (*p*) *Cham. T.*4.*l.*11.*c.*15.

Ann.31. rea prærogativas haſce vel perſonæ eſſe, vel officii; ſi perſonæ, tum Petri nonniſi perſona præfertur reliquis; ſin officii, demonſtrare prius oportet, eaſdémque omnes ejus ſucceſſores habere convenit. At verò num primus omnium Petrus vocatus hoc loco, Hamondum (q) audiamus: *Andræas, & cum eo alter innominatus (Johannem crediderim, hiſtoriæ illius ſcriptorem) à Baptiſta primum (Joh. 1.36.) dein ab ipſo Chriſto (v.40.) edocti, fidem Chriſti primi accepere. (v.42.) Poſt hos Simon ad Chriſtum ab Andræa deductus (v.43.) Philippus interim omnium primus, ad diſcipulatum, vel famulitium Chriſti, admiſſus, illi primo omnium mortalium dictum*, ἀκολούθει μοι (v.44.) &c. Inde non ſine cauſa vocationem inter prærogativas Petri Bellarminus non ponit: ſcil. quia Joh. 1.41. prior Andræas Petro: & Matth. 4.18. Marci 1.16. Petrus & Andræas ſimul vocantur. Hinc Bona Card. (r) *Andræas primus ad Apoſtolatum vocatus*. Et Caſalius (s) idem largitur: unde tamen infeliciter, quia Petrus Matth. 10. v. 2. & quidem ſignatè πρῶτος, primus vocatur, primatum ejus concludere intendit: ibi verò manifeſtò Matthæus ordinis primatum intelligit: imò ne ſemper quidem primo loco ponitur Petrus. Appoſitè itaque Libertas Eccleſiaſtica Gallicana, curâ Cardinalis Richelei edita: *(t) Præeminentia ætatis, & ordine vocationis Andræas fratrem* (Petrum) *præceſſit. Prius S. Epiphanius in paran. hær. 51. affirmat: quamvis aliqui contrarium ex Chryſoſtomi Metaphraſte (u) probare conati*. Verùm cum M. Ant. de Dominis (x) concedamus, priorem Petrum ad Apoſtolatum à Chriſto fuiſſe vocatum & admiſſum, quamvis Andræas primus cœperit Chriſtum libenter audire, ſique Petro fratri Chriſti ſequelam perſuaſerit, ecquid inde? Idem: *(y) Multas Petri prærogativas neque ad promiſſionem, neque ad inſtitutionem Petri primatûs quicquam poſſe, fatetur Bellarminus l. 1. de Rom. Pont. c. 17. ſed ad confirmationem duntaxat dicti primatus; eáſque ſe adferre profitetur.* Cajetanus verò (z) nonniſi duobus locis Evangelicis de Petri primatu agi verè & propriè Matth. 16. & Joh. 21. aſſerit.

§. 9.) Ætati Petri, inquit Hieronymus, *(a) quia ſenior erat, delatum, ut inter duodecim eligeretur, eorúmque capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio*. Adeóque ordinis reſpectum capitis nomine nonniſi intelligit. Verumenimvero uter natu major fuerit, nihil ad rem, unde Baronius turpiter eos errare ait, qui propterea primatum Petro putant collatum, quòd cœteris eſſet ſenior. At verò plures ex Patribus apertè Baronio contradicunt. (b) Cœterò ex eodem loco Joh. 1. liquet, quàm inſcitè ad Matth. 16. v. 16. 17. prætendant, ideò Petrum in cœteros Apoſtolos poteſtatem indeptum, quia ſoli illi de Filio Dei divina ſit facta revelatio, quaſi nullus Apoſtolorum extra hunc, nec pridem, veram de Chriſto opinionem habuerit. At Joh. 1. v. 42.

Andræas

(q) differt. 5. de Epiſc. c. 5. §. 21. (r) in Liturgicis l. 2. c. 15. §. 2. circa f. (s) de vet. rit. c. 97. p. 317. (t) T. 1. 548. au delict. commun: (u) Baron. in feſto S. Andræa (x) l. 1. c. 5. §. 10. [y] l. 1. c. 9. §. 1. [z] tract. de Rom. Pont. inſtit. c. 1. [a] adv. Jovin. l. 1. c. 14. [b] de Dom. l. 1. c. 5. §. 8. ſeq.

Digitized by Google

Andræas prior Meſſiam cognoſcit & confitetur, eúmque Petro oſtendit: Ann.31.
confer omnino v.46.& 50.Vel tanto tempore,quo verſati cum Chriſto diſcipuli,tantum non profeciſſe, gratíſque omnia derelinquentes, eum fuiſſe ſequutos, vel Petrum minùs reliquis hallucinatum in divinis cenſebis? vide Matth.16.22.ſeq: Omnium autem nomine ibidem reſpondiſſe Petrum, *Plura ad*
quid manifeſtius eſſe queat? Jure ergo reliqui Apoſtoli quod Petrus,à Do- *an.32.*
mino accepiſſe dicendi,uti Matth.18.18. & alibi patet.

§. 10.) Nomen Petro immutatum Joh.1.43.Matth.16.18? R. 1. *Mutatio*
Quid ergo de Jacobo & Johanne ſtatuent,qui Marci 3.17.*Boanerges*,filii to- *nominu.*
nitru vocati? 2.Nondum iſthoc œcumenicum facit Pontificem. 3. Gratis de Cepha,Petro & Petra multa obtendunt,cùm antiquitas per petram vel Chriſtum,vel fidem Petri intelligat.(c) Prout ne ipſi quidem diffitentur,ecquíd enim ſibi vult?

Petra (Chriſtus) *dedit Petro,Petrus diadema Rodolpho.*

4. Etiam cæteri Apoſtoli fundamentum fuerunt Eccleſiæ poſt Chriſtum,at non primarium,ſed miniſteriale,muneris & temporis ratione. Nihil itaque vel Petrus,vel petra infert. 5. Quid tum poſtea,ſi Petrus ætate,vocatione, familiaritate cum Chriſto primus,os cœterorum,& quaſi Apoſtolici Collegii decanus, præſes & ordinis caput,at nonniſi ordine, non verò poteſtate & jurisdictione primus fuerit? 6. Fruſtrà Baronius (d) excuſat etymologiam Cephæ,ἀπὸ τῆς κεφαλῆς: cujus verba: *Appoſitè,quòd apud Syros Petram ſolidam ſonat nomen Cepha,apud Græcos Caput ſignificat.* Unde eadem firmitate concludit: *Divina quadam diſpenſatione factum videri,ut una eadémque voce duabus linguis Petri principatus exprimeretur.* Novus iſque divinus mehercle Cabbaliſta! At verò non quærendum etymon, niſi in lingua,unde deſumta vox.(e)

§. 11.) Chriſtus in nuptiis Galilææ oſtendit,nihil eorum,quæ offi- *Nuptiæ*
cii ſui ſunt,ad Matrem pertinere ſuam. Quare malè ſolium Matris ad dex- *Galilææ.*
teram Filii conſtituunt; malè de antiquitate ejus, quâ in ſocietatem officii *Ioh.2.4.*
Chriſti admiſſa ſit decernunt. (f) Fontes Cibyres in Caria & Gerazar in Arabia, eâ horâ, quâ Chriſtus aquam in vinum convertit, quoque in vinum mutati,Epiph.hær.51.m.p.214.qui ait,ſe de fonte Cibyres bibiſſe. Infeliciter tamen Latini ex hoc Chriſti miraculo transſubſtantiationem ſuam extrudere,& quaſi quintam currui rotam applicare conantur.Nicephorus Sponſum in Cana Simonem Cananæum fuiſſe vult,at non patriæ,ſed profeſſionis,ſive virtutis nomen eſt,unde rectiùs Cannæus,non Cananæus,L.& Gr. Zelotes dictus. De hydriis illis vide Calvinum de reliquiis: Dallæum de Ador.l.4.c.17.f.plura Caſaub.Exercit.13.à c.19. Poſt hæc Chriſtus primum 1. *Chriſti*
à baptiſmo *Paſcha.*

c) *Cham.T.2.l.11.c.16. §.2.ſeq.* (d) §.27. (e) *Cham.l. all.§.16.Spanh.part.2.dub.93.§.18.& 27.28.de Dom.l.1.c.6.§.23.Caſaub.exerc.13.c.13.ſeqq.* (f) *vid.Chemnit.Conc.Trid.p.619.b.f.*

Digitized by Google

Ann.31. à baptiſmo paſcha Hieroſolymis celebrat, ibíque publicum ſuum miniſte-
Ioh.2.13. rium inchoat, reformando templum, docendo & miracula patrando. Dum
autem Chriſtus ementes & vendentes ejicit, vocationem ſuam, & divinam
poteſtatem celebrem reddit, Eccleſiaſticos, etiamſi ſucceſſionem continuam
habeant, errare tamen poſſe, reformari debere, nullúmque nundinationibus,
multò minùs Simoniæ locum in templo Domini eſſe oportere ſignificat.
Quare præceps eſt nimis Baronius, quando (*g*) ait, vim magnam eſſe ſuc-
ceſſionis; cùm ex cujuſvis hominis, qui compos ſit rationis, ſententiâ, cer-
tum exploratúmque habeatur, illic eſſe legitimum templum, ipſam Catho-
licam Eccleſiam, apud quam ſucceſſio Pontificum ab ejus exordio eſt legi-
timè conſervata ac cuſtodita. Compos ergo rationis haut eſt Bellarminus,
qui (*h*) ait: *Dico ſecundò, argumentum à ſucceſſione legitima afferri à nobis præ-
cipuè ad probandum non eſſe Eccleſiam, ubi non eſt hac ſucceſſio, quod quidem
evidens eſt; ex quo tamen non colligitur neceſſariò, ibi eſſe Eccleſiam, ubi eſt
Succeſſio.* Ex hac reformatione & repurgatione Templi iidem Latini Regiam
Chriſti poteſtatem probare ſatagunt: at privati erant illi Mercatores, adeó-
que tabernarios pellendo, Sacerdotis magis officium fecit, quàm Regis, ſi-
quidem curam templi gerere, ne rebus profanis contaminaretur, ad Sacerdo-
tes pertinebat: 2.Par.26.17.ſeq.

Ioh.3.1. §.12.) Concio ſeu diſputatio Chriſti cum Nicodemo de variis cau-
21. ſis ſalutis humanæ, in qua aureolum illud: *Ita Deus dilexit mundum, &c.*
Ib.v.22. Poſtea Chriſtus in reliqua Judæa docet & baptizat per diſcipulos, quo loco
& 26. quæſtio à Romanenſibus movetur, annon ſolus Petrus à Chriſto fuerit bap-
Petrus tizatus. (*i*) R. 1. Longè certius Spiritui S. creditur Joh.4.2. quàm vel incerto
à quo ba- Nicephoro, vel aliis quibuſcunque traditionibus. 2. Petrus vel à Johanne,
ptizatus. vel ab Andræa, vel ab alio aliquo, ſicut cœteri, baptizari potuit. 3. Etiamſi
factum fuiſſet, quamvis factum non ſit, nihil infertur. Interea Johannes ba-
ptizat, & perhibet Chriſto ultimum teſtimonium, ubi inſignis inſtructio,
Chriſtus quam diſcipulis ſuis dedit, inter alia v.29. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.*
ſolus Ec- Chriſtum ergo Eccleſiæ ſuæ ſponſum agnoſcit, ſe verò, & quemque fidelem
cleſiæ amicum Chriſti. Ergo ut non Caput & Paſtor Summus, ita nec Sponſus eſt
Sponſus. Papa, nec ſimpliciter, nec quatenus eſt vicarius, quandoquidem nonniſi u-
num Sponſum, unum Caput, ejus Sponſa Eccleſia habet & admittit: Conf.
Epheſ.1.22.c.2.20.Col.1.18. de Sponſo.2.Cor.11.2. Matth.9.15. Sacrilega
ergo Lugdun. Concilii vox, in cap. ubi periculum, de Elect. in VI. quæ Papam
Sponſum Eccleſiæ vocat. (*k*)

Matth.4. §. 13.) Johanne Baptiſtâ ab Herode Antipa incarcerato, Chriſtus è
12. Marc. Judæa migrat in Galilæam, (*l*) in quo itinere per Samariam tranſit, (*m*) ac
collo-

g) §. 52. (*h*) *T.1.contr. 4.generali de Concil. & Eccleſ. milit. lib.4. qui eſt de notis Eccl. c.8.§.22.* (*i*) *Bar.§ 40. Spond.§.17.* (*k*) *Danæ ad 4.controv. c.16.17. item ad 3.controv.c 31.* (*l*) *Bar.§.44 Spond.§.4.* (*m*) *Bar.§.50.*

Digitized by Google

colloquium ibi cum muliere haber. Hanc *Photinam* Legendæ vocant, cujus *Ann.31.*
memoriam ad diem 20. Martii celebrant. Inſignis autem locus Joh.4.23. de *1.14.Joh.*
adoratione ſpirituali occurrit, cuique Chriſti diſcipulo obſervandus. *(n)* In *4.13.*
Galilæa primò quidem confert ſe Nazaretum, inde relicta Galilæa habitavit *Photina.*
Capernaumi, quæ urbs cùm colonia Rom. eſſet, ait Chytræus, & præſidio *Caper-*
Rom. teneretur, tutior in ea fuit. Aliam rationem Baronius *(o)* reddere vide- *naum.*
tur : quòd illic potiùs, quàm in aliis Galilææ civitatibus Dominus diutiùs
egerit, ea ratio afferri ſolet, quia frequentior illuc eſſet acceſſus hominum,
cùm tam hi, qui Tranſamnanam habitarent regionem, quàm cœteri è lon-
ginquo mercaturæ causâ eò confluerent. Hinc tamen rediit Nazaretum, ve-
rùm ejectus ab iisdem : Luc.4.16.30. Quandoquidem nec de ſerie Evange- *Series hi-*
liſtarum inter verſatiſſimos etiam convenit, nec de termino, quo ſingula *ſtoriæ*
contigere, ſeu quæ intra ſingula paſchata geſta, imò ipſe quoque Baronius *Chriſti.*
hanc ſibi licentiam ſumit, ut acta non unius tantùm anni, in unum tamen
conferat, *(oo)* ideò & nos minùs de hoc ſoliciti erimus. Chriſtus ergo in i-
tinere divertens in vico Canæ in Galilæa, ſanat abſens unico verbo filium ſi-
ve Reguli, (βασιλικȣ̃) ſive regii ſeu aulici. *(p)* Capernaitani. Id verò poſt ſe-
cundum paſcha miniſterii Chriſti accidiſſe volunt : vid. Joh.4.45. ſeq. Poſtea
duo paria Apoſtolorum vocat, Petrum & Andræam, Jacobum & Johannem,
Matth.4.18.22. Marci 1.16.20. ad diſcipulatum autem, non ad Apoſtolatum
vocatos ſuprà §. 8. diximus.

§.14.) Dum autem Chriſtus obiens totam Galilæam ſanavit quem-
vis morbum & languorem in populo, ut emanârit fama in totam Syriam, & *Matth. 4*
obtulerint ipſi omnes malè affectos, inde factum putat Baronius, *(q)* ut i- *24.*
dem rumor ad Edeſſæ Syriæ civitatis Regem Abagarum penetrârit, illéque *de Agba-*
inde permotus ad Chriſtum ſcripſerit, & hic ad illum. Utramque non mo- *ro Syr. R.*
dò ab Euſebio *(r)* è Syriaca Lingua in Latinam translatam eſſe Baronius ait,
ſed & animosè pugnat, more nimirum Damaſceni & Nicephori, qui imagi-
nibus patrocinaturi easdem allegant. Earum quoque meminit author Le-
gendæ aureæ : *(s)* item Petrus de Natalibus. *(t)* Verùm merces iſtæ dudum
à noſtris detectæ, ex quibus Cocus, *(u)* Rivetus, *(x)* Forbeſius, *(y)* alii : quo-
rum hæc ferè argumenta. 1. Per ſex integra circiter ſecula de iſthoc com-
mento altum fuit ſilentium : Evagrius enim qui hujus meminit, hiſtoriam
ſuam anno Chriſti 595. terminat, eâ ſcil. ætate, quæ multis jam fabulis addi-
ctior erat, prout idem ſimilem proponit *(z)* de imagine Deiparæ Mariæ. De
Damaſceno autem, Metaphraſte, Nicephoro & ſimilibus eadem ratio. 2. Si
Iſidoro *(a)* & Papæ Gelaſio, cum Synodo LXX. Epiſcoporum *(b)* fides, ficta
& apocrypha eſt utraque epiſtola. Nec juvat Baronium, cùm *(c)* dicit, à Ge-

D 3 laſio

n] Vid. H. Sp. de Templ. p.47. alios. [o] §.56. [oo] §.43. [p] *Bar.* 55. [q] §.57. [r] *hiſt. l.1.c. 13.* [s] *in Thoma Apoſt.* [t] *Catal. ſanct. l.6. c.43.* [u] *in cenſura p.3. ſeq.* (x) *in Crit. S. l.1.c.1.* (y) *inſtr. hiſt. l.7. c.8. à* §.1. (z) *l.5. c.18.* (a) *l.1. c.13* (b) *diſt.15. c. Sancta Rom.* (c) §.60.

Ann. 31. laſio inter apocryphi recenſeri,quaſi non hagiographa,non tamen ut eas ab Eccleſia omnino proſcribat. At verò quo loco habenda cenſebis,quæ verè à Chriſto ſcripta, vel viro ſaltem Apoſtolico? In quem finem Gelaſius tale decretum edidit? Impudenter ergo hanc fabulam ut veram defendit Adrianus I. (*d*) 3. Hæc fabula non ab Euſebio, ſed ab Edeſſenis,aliiſve conficta fuit,cui nimiam Euſebius fidem tribuit (*e*) 4. Cœteri ergo omnes, ut fieri aſſolet,errorem communem ſequuti (*f*) 5. Nicephorus Calliſti manifeſtè falſarius deprehenditur,quia meminit quidem Euſebius utriuſque Epiſtolæ; deinde poſt Chriſti aſcenſionem Thaddæum Edeſſam profectum, ibique Evangelium prædicaviſſe, & multos curâſſe dicit: nullam autem ullius imaginis, ſeu lintei faciei Chriſti admoti, & Abgaro miſſi, mentionem facit. 6. Num verò hoc,ut & legatio regis, ſilentii ſupparo prætcrita fuiſſet? 7. Qui fit,quòd moderni etiam ex Papiſtis fucum agnoſcunt, authoritatémque his ſcriptis derogant, unde Bellarminus: (*g*) *Chriſti Epiſtola ad Abagarum Edeſſæ nunquam fuit admiſſa ab Eccleſia, quæ tamen ſine dubio admiſſa fuiſſet, ſi ab ipſo Domino ſcriptam fuiſſe conſtaret.* Ei ſuccinit Coſterus (*h*) Canus (*i*) quibus Eraſmum adde, (*k*) alios. 8. Si divina hæc eſſent,proculdubio tantopere variata non fuiſſent, maximè ſi autographa tandiu in archivis ſervata fuiſſent, nec circumſtantiæ tam vehementer ſibi contradicerent. (*l*) 9. Auguſtinus (*m*) teſtatur, Dominum ipſum nihil ſcripſiſſe. Et (*n*): *Ethnici olim mentiebantur, Jeſum noſtrum libros quoſdam de Magia ſcripſiſſe, eóſque Petro & Paulo inſcripſiſſe, quod ita refutat: Credo quòd pluribus locis ſimul eos pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli,etiam propter eundem paſſionis diem celebrius & ſolenniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt, qui Chriſtum & Apoſtolos ejus, non in ſanctis codicibus, ſed in pictis parietibus quæſierunt. Nec mirum, ſi à pingentibus fingentes decepti ſunt.* Ergo neque hodie in parietibus,ſed in Codicibus ſanctis quærendi ſancti. (*o*)

§. 15.) At ſingula hæc ſuſque déque habet Caſalius Romanus (*p*) qui ſpongiæ inſtar ſine ullo guſtu omnia facilè imbibit,aliiſque bibenda propinat: unde ita temerè loquitur: *Imaginem ſuam Chriſtus ad Abagarum Edeſſæ R. miſit, non manufactam; quæ magno honore apud poſteros habita eſt; & ejus virtute hoſtes profligati: quæ hîc Romæ in Eccleſia Monialium S. Silveſtri de Capite religioſè ſervatur. Extat quoque in Vaticano Imago Chriſti impreſſa ſudario, quo Veronica faciem ejus abſterſit, de qua Spond. in An. 34. 42.* Plura ejuſmodi κειμήλια idem habet ibidem: Scilicet ideò epiſtolarum Chriſti &

d) *Reſponſione ad Capitulare Caroli M. c. 18.* (*e*) *Gerh. Ioh Voſſius Harm. Evang l. 2. c. 6. pag. 251.* (*f*) *Bar. § 60. & an. 944 §. 7. ſeq.* (*g*) *de Script. Eccl. ad an. 34.* (*h*) *Enchir. c 1.* (*i*) *Theol. l. 11. c. 6.* (*k*) *epiſt. ad lect. præfix. T. 4. oper. Hier. impreſſ. Pariſ 1533. Hoſpin. de Templ. p. 201.* (*l*) *confer Biblioth. Patr. ed. Baſ. præf p. 8. & in opere p. 1. iterum præf. p. 9. & in opere p. 90--92.* (*m*) *T. IV. ſeu de conſenſu Evang. l. 1. c. 7.* (*n*) *cap. 10.* (*o*) *viſe Hoſpin. de Templ. pag. 159. ſ. Forbeſ. inſtr. Theol. l. 7. c. 8. ad Bellar. l. de imag. c. 10. Pamel. in Apol. Tertul. c. 12. Caſaub: exercit. 13. c. 31. p. 257.* (*p*) *de vet. rit. c. 2. pag. 17.*

& Abagari hyperaſpiſtæ hi Gelaſii ſui, totiúſque Concilii, & aliorum judicium contemnunt & rejiciunt, quia inde ſtatuas ſuas & imagines defendere ſe poſſe arbitrantur: unde tu videas, quàm infirmis nitantur fulcris, & quem fucum illis quærant, dum obtendunt: Non licuiſſe veteribus ullam Deo ponere figuram, aut ſtatuam, eò quòd nondum viſus fuerit in ſpecie humana, nunc autem maximè licere, cùm incarnatus hominibus per omnia ſimilis factus ſit excepto peccato. (q) R. 1. Ergo novitatem rei agnoſcunt. 2. Nulla religio aut fides de incarnatione Filii Dei jubet, aut ſuadet idolum Chriſto ponere: unde ſtatuæ & imagines prioribus ſeculis apud Chriſtianos nullum omnino locum obtinuerunt. (r) 3. Ita negligentiæ Evangeliſtas incuſant, qui de linteis hiſce, & ſimilibus nullam penitus mentionem fecerunt. 4. De ipſo hoc linteo, ejúſque efficacia non convenit. 5. Niceno II. idololatrico Concilio Francofurtenſe legitimum opponimus. 6. Euſebius dicit, Thomam (poſt aſcenſionem Domini) Edeſſam miſiſſe Thaddæum, ubi ſanârit Abagarum, atque miraculis & prædicatione reliquos etiam ad Chriſti cultum perduxerit. At Hoſpinianus (s) ex Surio refert, effigiem Chriſti linteo, quo ſtillantes ſanguinis guttas in horto Servator abſterſit, impreſſam, apud Thomam depoſitam, & poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem, per Thaddæum ad Abagarum miſſam fuiſſe. Hinc duos fuiſſe Thaddæos, alterum ex L X X. diſcipulorum collegio, qui Edeſſam ſit profectus, Apoſtolum alterum, cum aliis Baronii (t) opinio eſt. Nicephorus (u) utrunque, primò iſtum, poſtea hunc, Edeſſam perveniſſe ſomniat. (x) Ann. 31.

§. 16.) Ad hæc pro ſtatuis & imagg. hæmorrhouſam producunt, (y) quòd ſanata æneam Chriſto ſtatuam poſuerit, quæ varia virtutum ſpecimina ediderit. De hac ſtatua Caſalius c. 2. p. 16. m. & p. 17. i. ex Euſeb. l. 7. c. 17. R. 1. At ea hiſtoria ne vulgarium quidem ſcriptorum teſtimonia habet: (z) niſi forſan Legenda illius, quam Vives dicit, meritò auream vocari, cùm ſcripta ſit ab homine plumbei cordis, & ferrei oris. 2. Polydorus (a) & Bullingerus (b) ex Euſebio ita reſpondent: *Nec planè mirùm, eos, qui ex gentilibus prognati, à Servatore, dum inter homines vivebat, beneficiis affecti fuiſſent, iſta effeciſſe: cùm & nos Petri & Pauli Apoſtolorum, & Chriſti etiam ipſius imagines in picturis, colorum varietate expreſſas, conſervatáſque aſpexerimus: ídque propterea, ſicut veriſimile eſt, quòd majores noſtri ad gentilis conſuetudinis ſimilitudinem, ἐθνικῇ συνηθείᾳ (c), quàm proximè accedentes, eos, qui tanquam Servatores illis fuiſſent, i. e. qui illis aliquid ſalutis & ſubſidii attuliſſent, apud ſe honorem ad hunc modum afficere conſueverant.* At quid aliud hoc Euſebius Hæmorrhouſa.

q) *Bulling. or. er. c. 28 p. 73.* (r) *Tertull. de idol. p. 729 Chemnit. in Conc. Trid. p. 686. Dallæ. de imag l. 1. c. 8. p 119. ex Aug. l. 8. de Trin. c. 19.* (s) *de Templ. p. 160.* (t) *ad an. 44 § 40.* (u) *l. 2. c. 40.* (x) *conf. Polyd. Verg. l. 6. c. 13. p. 164 inpr. infrà ad an. 34. § 45. & 43. §. 10. Bar. an. 34 §. 138.* (y) *Baron § 74. Spond. §. 27. ex Matth. 9. 20. ſeq.* (z) *Chemn. Concil. Trident. pag. 686 b.* (a) *invent. l. 6 c. 13.* (b) *or. err. c. 24.* (c) *vid. Hoſpin. de Templ p. 162.*

Digitized by Google

Ann. 31. Euſebius vult, quàm (a) Deum revera hujusmodi muneribus non delectari, interim iſta non malitiâ, ſed zelo aberrantes, & quidem gentiles ſic feciſſe. (b) non dicit à Chriſtianis culta, ſed viſa primùm, dein ad gentilis conſuetudinis ſimilitudinem quàm proximè accedentes, tales honorare conſueviſſe, atque pro exemplo Jacobi Hieroſ. Epiſcopi Cathedram, quæ ibi ſervetur, allegat. Pulchrè ad rem loquitur Chamierus. (d) Nunquam fimbria Chriſti, nunquam umbra Petri, nunquam ſudaria Pauli leguntur adorata, qua de re quæſtio. Enimverò quis docuit, non utendum iis mediis, per quæ bona ſua Deus nobis largitur &c. (e)

Vitandi falſi Prophetæ. Matth. 7. 15.

§. 17.) Verùm ut ad Evangeliſtarum ſeriem aliquatenus redeamus, dum Chriſtus in Synagoga Capernaitica docet, cavendos falſos Prophetas: rectè noſtri concludunt, non clericis tantùm, quos vocant, ſed & laicis, tam inferioribus, quàm ſuperioribus, cumprimis etiam Magiſtratibus, quorum præcipuè eſt lupos abigere, dicta hæc eſſe, adeoque judicare poſſe, imò debere de controverſiis fidei, velléque Chriſtum, ne quis hominibus, & eorum placitis atque traditionibus ſimpliciter fidem adhibeat, ſed ut veritatem cœleſtem ſeriò indagent, Scripturam ſcrutentur (Joh. 5. 39.) & ſecundùm illam judicium ferant, non habita ratione vel externæ ſpeciei, vel ſucceſſionis, qualem Phariſæi & Scribæ prætendere poterant. Inde Thomas 2. 2. q. 33. a. 7. *Dicendum quòd Prælato non eſt obiendum contra præceptum divinum.* (f)

Piſcatio Petri. Vid. an. 34. §. 53.

Piſcationem Petri, de qua Luc. 5. 3. ſeq. Matth. 4. 18. ſeq. Marc. 1. 16. ſeq. ſeptimam prærogativam, quæ pro primatu Petri faciat, conſtituunt, imprimis dum Chriſtus non alia quàm Petri navi loco Cathedræ uſus ſit, neque alii imperatum, ut ducat in altum, ſed ſoli illi datum, ut tantam multitudinem piſcium rete concluderet (g) R. 1. allegoria eſt, ex qua humanum commentum nihil concludit. 2. Partim in plurali hæc proferuntur, partim ſub Petri perſona reliqui intelliguntur, ut totus contextus docet. (h) Inſtant: à Matthæo quidem & Marco narrari vocationem 4. diſcipulorum, à Luca Simonis ſolius. R. Chriſtus priùs vocavit Petrum, attonitum præ aliis ob capturam miraculoſam piſcium: proinde eum Chriſtus nova illa vocatione erectum voluit. Reliquorum verò vocatio non tantùm non negatur à Luca, ſed & indicat ſatis ſupérque v. 11. 12. Accommodè M. Ant. de Dominis (i) ex Ambroſio. (k) *Etſi* (navicula Eccleſiæ) *undarum fluctibus, aut procellis ſæpe vexatur, tamen nunquam poteſt ſuſtinere naufragium, quia in arbore ejus i. e. cruce, Chriſtus erigitur: in puppi Pater reſidet gubernator, proram Paraclitus ſervat Spiritus: hanc per anguſta hujus mundi freta, duodeni in portum remiges ducunt.*

d) T. 2. l. 20. c. 9. §. 13. (e) vid. Forbeſ. inſtruct. l. 7. c. 8. §. 6. conf. Bar. ad an. 57. §. 112. Spond. §. 34. Hoſpin. de Templ. 166. Iac. Capellus adv. Roſvveidum pro Caſaub. c. 3. à p. 26. Bodin. Meth. hiſt. c. 4. p. 73. (f) Dorſch. in Aquin § 4 de Eccleſia. theſi 17. p. 109. (g) Bar. §. 63. (h) Cham. T. 2. l. 11. c. 17. VVit. de Pont. contr. 4. q. 2. c. 11. (i) l. 1. c. 9. §. 7. (k) l. de Sol. c. 4.

Digitized by Google

ducunt i. e. XII. Apoſtoli, & ſimilis numerus Prophetarum. Objectio (*l*) Ann.31.
educere piſces ex aquis ad terram Petri ſolius fuit opus. R. Quia Petrus piſcationis peritiſſimus, artem omnium optimè noverat. Imò contrarium vide Luc.5.v.6.7. Inſt. Soli Petro dictum cap.5.v.10. *Vivos capies homines:* & tamen aderant Johannes & Jacobus. R. 1. Factum occaſione ſumpta ex illo ſtupore Petri, dum dixit: *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine:* at Chriſtus ad eum: *Noli timere, ex hoc enim homines capies.* 2. Idem priùs Petro & Andrææ ſimul dixerat Matth.4.19. Ac quis amabò tam perfrictæ erit frontis, qui hoc de Apoſtolis omnibus negare auſit? (*m*)

l) Bar.201. (m) vid. Spanh. part.3. dub.72.§.8. Conf. Caſaub. exerc.13.c.32.

JESU CHRISTI *Annus* 32.
TIBERII *Imperatoris Annus* 16.

§.1.) Coſſ. M. Vinucius Quartinus, & C. Caſſius Longinus: hos Calviſius ad an.30. Simſonius ad 31 recenſent. Iter Chriſti Hieroſolymitanum ſive ad Paſcha, miniſterii ipſius ſecundum, ut videtur Baronio (§.1.) ſive ad Pentecoſten ſecundam, uti placet cum aliis Alſtedio, (*a*) de quo Joh.5. à v.1. ubi ſanatum jubet tollere lectum ſuum in ſabbatho, unde diſputationes de ſabbatho, & divinitate Domini: ita octavo die pòſt, quia ſpicas diſcipuli vellunt: Luc.6.1. Matth.12.1. Marc.2.23. idem adverſarii Chriſti carpunt. Hinc diſcas neceſſitatis & charitatis opera in ſabbatho permiſſa, neque præcepta Eccleſiæ præjudicare divinæ Legi. Quòd ſi verò cum ſabbatho, multò magis cum feſto, ceu inſtituto humano, ita ſe res habet. *Sabbathi obſervatio.* In illa autem concione, quâ Chriſtus Joh.5. tum vocationem ſuam, tum divinitatem defendit, maximè dictum v.39. notandum, ubi ait: ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ſive *Scrutamini ſcripturas* &c. quo quidem docet, Chriſtum jam fidelibus V.T. promiſſum & depictum fuiſſe: ſcrutinium S. Scripturæ cuivis incumbere: *Scriptura ſcrutanda.* inde vitam æternam obtineri, adeóque perfectam eſſe Scripturam, ſic quidem ut traditionibus haut ſit opus. De V.Teſt. heic ſermo, quantò magis ergo N.Teſt. acceſſione perfecta erit? Quòd ſi ipſius Servatoris doctrina, cum Propheticis dictis ac typis conferri potuit ac debuit: quidnî Epiſcopi Rom. & Conciliorum doctrinam examinare plebi licebit? vid. Act.17.11. Scriptura igitur indicabit, num aſſeſſores Concilii alicujus in nomine Chriſti convenerint: ita ut nec viſibilis Chriſti præſentia, nec præſes aliquis, vicariam illi operam præſtans, requiratur, quia ipſa Scriptura non mortua eſt litera, ſed per ſe diſerta, clara, ſonora, ut nullo interprete, quàm ſeipſa

 indi-

(*a*) *Chron.c.11.p.137.*

Digitized by Google

Ann.32. indigeat, ipſáque ſibi ſit præco, quando hominum fideli opera deſtituitur.

Antichriſtus an ſingularis homo.

Joh.5.v.43. *Si venerit alius in nomine ſuo, illum recipietis.* Ergo unus homo ſingularis erit Antichriſtus, dicunt adverſarii : Proinde Papa Antichriſtus eſſe nequit, quia plures fuere. R. 1. Indefinitè & generaliter loquitur Chriſtus, non autem opponit unum & individuum. 2. Etiamſi de Magno Antichriſto quoque intelligatur, non tamen ſequitur per τὸ alium, unam numero, ſolam & individuam perſonam intelligi : prout à veteribus & recentibus factum invenimus. *(b)*

Petri primatus.

§.2.) Ordinatio & ablegatio Apoſtolorum ad Judæos: Matth. 10. 1. ſeq. Marc. 3. 14 & 6. 7. ſeq. Luc. 9. 1. ſeq. ubi Spondanus ex Baronio: *Electis XII. ordinem inter eos conſtituit* (Chriſtus,) *ut ſcil. unus tanquam Caput aliis præſtaret, id quod omnes ab exordio naſcentis Eccleſiæ, (ne ſingulos commemorem) qui orthodoxi fuere ſcriptores, abſque aliqua ambiguitate ſunt profeſſi: iidémque ipſi Evangeliſtæ, vel in iis nominandis ſatis indicant, dum ubicunque eos recenſent, ſive omnes, ſive aliquos eorum, Petrum ſemper primum ponunt, quem Matthæus expreſsè primum appellat, cùm alioqui nec ætate, nec vocatione primus eſſet.* R. 1. etiamſi primus conſtanter nominaretur, quod certe non fit, nihil tamen pro ſua Monarchia inferrent. 2. Haud illibenter ordinem προεδρίας, πρεσβείας & τὰ πρωτεῖα concedimus. 3. Antiquitatis conſenſum à nobis pendere, ſingulorum ſeculorum examen manifeſtum faciet: unde alii ætati, alii ſimplici ordini, alii fervori ejusdem, zelo, vocationi, agendi & loquendi promptitudini & alacritati &c. id tribuunt. *(c)* Inſtant: diſertè apud Matthæum primus vocatur Petrus. R. At neque Ruben Dominus ſeu Caput Jſraëlitarum fuit, etiamſi primus nominetur: Exod. 1. 2. Deut. 33. imò dignior fuit Judæ tribus aliis ſuis fratribus: Geneſ. 49. 8. Teophyl. in Matth. 10. Petrus & Andræas primo loco nominantur διότι ἦσαν πρωτόκλητοι. Nullam vim habet argumentatio à prima Petri nominatione ad ſingularem ejus poteſtatem. Ita ſi Marc. 1. 36. primatus Petri ſurgit, tum non demum Matth. 16. conceſſus. *(d)* Bellarminus *(e)* convictum ſe ex Gal. 2. 9. ſentiens, non veretur omnium Codicum fidem in dubium vocare, num ſcil. ita Paulus ſcripſerit: quin aliud comminiſcitur, *(f)* credibile Jacobum Petro præpoſitum, quia Jacobus fuerit Hieroſ. Epiſcopus. Ergo hoc ſaltem reſpectu Jacobus major fuit Petro, adeóque honoratior Hieroſolymitana Sedes, etiamſi Petrus Univerſalis fuerit totius Eccleſiæ *(g)* adeóque etiam Hieroſolymis Epiſcopus. Magis ineptit Pintus *(h)* alium quàm Cepham noſtrum ad Gal. 2. intelligi contendens, quem meritò ſocii rejiciunt. *(i)*

§. 3.) Rectè

b) Cham. Tom. 2. l. 17. c. 1. à §. 2. (c) vide ſuprà ad an. 31. §. 9. item 1. Cor. 1. 12. & c. 9. 5. Gal. 2. 9. Witak. cont. 4. q. 2. c. 10. Cham. T. 2. l. 11. c. 16. §. 15. ſeq. (d) vid. de Dom. l. 1. c. 5. §. 3. & c. 9. § 2. (e) de Rom Pont. c. 18. §. pari (f) §. ſi verò (g) ut vult c. 26. §. ad alterum (h) comment. in Dan. c. 1. (i) plura habes dans la puiſſance du Pape par M. Vulſon part. 1. l. 2. c. 7. toto: inpr. Caſaub. exerc. 14. c. 5. ſeq.

Digitized by Google

§. 3.) Rectè hoc loco notant docti, Petrum cum reliquis XI. factum Ann. 32. eſſe Apoſtolum, non Epiſcopum, item duplex hoc munus re & vocatione differre: Epheſ. 4. 11. Aſt qua ratione Papa Apoſtolo Petro ſuccedet: (k) Bellarminus docet, Apoſtolos factos fuiſſe à Chriſto paſtores, eoſdémque Sacerdotes conſtitutos in ultima cœna: denique hos demum poſt Chriſti reſurrectionem conſtitutos à Chriſto Apoſtolos: quum apertè aliud Matth. 10. 2. Marc. 3. 13. 14. Joh. 6. 70. &c. doceatur. Tu potiùs diſce, quòd ſolus Chriſtus, qui ſolus Dominus, Caput & Monarcha, omnes XII. æqualiter, ſine diſcrimine, cum pari poteſtate eligat & emittat: Matth. 10. paſſim, unde v. 16. *qui vos audit, me audit.* Confer Joh. 20. 21. ſeq. Ergo omnes Apoſtoli paſtores ſunt, & quidem æquales, operarii item, non itaque otioſi ſpectatores, non dictatores, nec imperatores: Matth. 9. 38. (*l*) Quanquam autem nonniſi Evangelii prædicationem hoc decimo Matthæi capite Chriſtus tradidiſſe videtur, clavium tamen poteſtas v. 13. ſeq. manifeſta (*m*) quam nonniſi ſpiritualem eſſe v. 14. liquet, quin eoſdem etiam baptiſmum adminiſtrâſſe Johannes c. 4. v. 2. teſtatur; poteſtatem autem judiciariæ correctionis in foro exteriori, per quam timore pœnæ peccata corriguntur, neque decimo octavo, ullóve alio, vel Apoſtolis, vel aliis miniſtris fuiſſe conceſſam, haut unquam ille dixerit, qui eam, ceu Eccleſiæ clavibus oppoſitam, ad Magiſtratum politicum pertinere noverit.

Apoſtoli & paſtores an differant.

Poteſt. Eccleſ. differt à Politica.

§. 4.) In cordis tabella notanda, quæ Libertas Gallica (*n*) nobis ſuppeditat: *Agnovit Dominus poteſtatem temporalem, quando dixit, Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum &c. eíque ſemet ſubmiſit, id quod duobus vitæ ipſius actibus clarè liquet: Matth. 22. 21. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. &c. quo fundamento didrachma pro ſe & Petro ſolvit: c. 17. 24. Neque hîc quæratur, ex neceſſitaténe, an ex conſuetudine, ad ſcandalum evitandum, factum ſit? vel, differátne tributum à didrachma, quandoquidem omnis actio Domini noſtri ſancta, háncq; ſolutionem ipſe mandavit; unde ſequitur, parendum omnino, ad minimum, ut ſcandalum vitemus, conſuetudinem & Eccleſiæ determinationem (Ambr. Epiſt. l. 1. ep. 1. & cauſa 28. q. 1. can. jam nunc) obſervemus. Poſterior Chriſti actus Joh. 19. v. 11. Non haberes in me poteſtatem &c. ubi apertè Chriſtus poteſtatem Pilati, non tantùm permiſſivam illam, ſive tenebrarum, ſed eam etiam, quæ imperium nominatur, ſed poteſtatem de publico introductam, cum neceſſitate juris dicundi, & æquitatis ſtatuendæ ſignificat. Unde Bernhardus (Epiſt. ad Archiep. Sen. Ep. 42.) Secularitatem contemnitis? Sed ſecularior nemo Pilato, cui Dominus adſtitit judicandus.*

§. 5.) Johannes Baptiſta duos ad Chriſtum diſcipulos mittit, non ſui, ſed ipſorum diſcipulorum gratiâ, ut in fide inſtituerentur magis & confirmarentur:

k) *Vid. Danæ. ad cont. 3. c. 23. & c. 12 coll. cum de Dom. l. 1. c. 2.* (*l*) *adiſis Vulſonem l. c. l. 2. c. 12.* (*m*) *Conſule de Dom. lib. 5. c. 1. §. 9. & c. 2.* (*n*) *T. 1. p. 587. ad Matth. 10. 24. Luc. 6. 40.*

Digitized by Google

Ann.32. rentur: Matth.11.ſeq. (o) quâ occaſione Chriſtus Johannis officium & perſonam deſcribit, ubi v.14. illum Eliam vocat, unde vanum adparet ſomnium, Eliam Thisbiten in propria perſona rediturum, ut cum Antichriſto pugnet, & ab eo interficiatur: ex malè intellecto vaticinio Mal.4.5. (p)

Elias quis.

Plura de Iohanne ad an. 33. §.1.

Matth.11.21. *Væ tibi Chorazim, væ tibi Bethſaida &c. v.22. Et tu Capernaum &c.* Iis maximè locis minatur Chriſtus, in quæ ſumma beneficia contulit. Nimirum quò amplior eſt gratia Dei erga populum aliquem, eò graviores etiam erga ingratum pœnæ, ſic quidem, ut nulli obligetur Deus, nec cuiquam adſtringatur Eccleſiæ.

Infantes qui. *V.25. Gloriam tibi tribuo, Pater, quòd hæc occultaveris ſapientibus & intelligentibus, & ea detexeris infantibus:* Conf.1.Cor.1.26. Ergo in myſteriorum cœleſtium, ſeu religionis negocio malè ſapientes & magnates hujus mundi unicè attenduntur. Malè Prælati Romani ſingularem illuminationem ſeu aſſiſtentiam Spiritûs S. ſibi tribuunt, judiciúmque laicis adimunt. Unde quærit Bellarminus: *Quo pacto judicabunt* (in Epiſcoporum electione) *mercatores, agricolæ, cæmentarii, cæteríque opifices, num quis habeat eruditionem & providentiam Epiſcopo neceſſariam.* At ſub vili ruſtici amiculo Spiritûs S. inſignia latere dona poſſunt: (q) ut vel ignobiles Apoſtoli exemplo ſunt.

Maria Magdalena. §.6.) Unam nonniſi Mariam Magdalenam fuiſſe, (*Conf. Luc.7.37.cap.8.2.Joh.11.28.Marci 16.v.1.& 9.*) quæ aliàs dicatur Maria Lazari, & Marthæ ſoror, Baronio (r) placet, ubi alii duas, alii etiam tres faciunt. Hujus feſtum ad diem 22. Julii celebrant, de quo Hoſpinianum viſe. Multa autem fabuloſa de illa Legendæ habent ipſo Baronio judice: at neque hoc commentum repudiat, eam cum Martha & Maximino in Gallias veniſſe. Ut Catharinam, Barbaram &c. ſic & Magdalenam Reginæ ad inſtar depictam proponere Romanenſes ſolent. Ejus caput Maſſilienſes oſtentant. Hymnus ad illam: *Te quæſumus, gratioſiſſimam nobis depoſce veniam.*

Iohanna. De Johanna uxore Chuzæ Luc.8.3.& cap.24.10. Baron. §.3. & in Martyrol. ad d. 24. Maii.

(o) *Bar.§.16.* (p) *fusè Polanus in Symphon. c.24.th.8. in pr. Cham.T.2.l.17. de Antichriſto c.5.§.11.c.12.* (q) *Blondel. de Epiſc. §.3. ad ſeculum 12.p.503.* (r) *a.§.17.*

JESU

Digitized by Google

JESU CHRISTI *Annus* 33.
TIBERII *Jmp. Annus* 17.

§.1.) Coſſ. Auguſtus quintùm, & Æl. Sejanus. Hos Simſonius ad a. præced. ponit: Calviſius verò ad a. 31. & addit, illos Conſules fuiſſe ſaltem ad 15. Maij, eiſq; ſuffectos C. Memmium Regulum, & Fulcinium Trionem. Joh. Baptiſta *Ioh. Baptiſtæ decollatio.* poſt integri anni carcerem prope Paſchalem celebritatem ab Herode Antipa Galilææ tetrarcha decollatus: Matth. 14. 1. ſeq. coll. cum Joh. 6. 4. (*a*) Memoria decollationis d. 29. Aug. celebris: de qua Beda, Uſuardus, Ado, Baron. inprimis Hoſpin. *Ejus feſta & reliquiæ.* Prima inventio capitis præcurſoris ad d. 24. Feb. de qua auctores citatos Conſule ad dictam diem, ut & ad 29. Aug. quâ alteram inventionem deſcribunt, quando Comanis, in aureo vaſe latens iterum repertum, ac Conſtantinopolin translatum. *Vid. an. 506. §. 8.* Vigilia S. Johannis in 23. Junii incidit. Octava ejuſdem in 1. Julii. Certè pro ritu primitivæ Eccleſiæ, diſcipulos Johannis corpus ipſius ſepeliviſſe, Evangelica comprobat hiſtoria. Quòd verò Baronius (*b*) illud in Samariam uſq; ab iiſdem perlatum, caput verò ipſius in abſtruſo regię loco ab Herodiade ſepultum, & quæ præterea (*c*) de obitu tum Herodiadis, tum filiæ ex Nicephoro adfert, ea meritò auctoribus, ad commentandum æquo proclivioribus, remittimus. De capite, brachio, digito Johannis vide Hoſpin. de Templ. p. 125. & 137. & 139. item Caſaub. exercit. 15. c. 2. Eundem Baptiſtam quatuor, aut quinque habere capita Johannes Nicolai de Antichriſto (*d*) docet. Aſt Gelaſius ſaltem audiatur: (*e*) *Scripta de inventione S. Crucis Dominicæ: & alia ſcripta de inventione Capitis B. Johannis Baptiſtæ, novella quidem revelationes ſunt, & nonnulli eas Catholici legunt; ſed cùm hæc ad Catholicorum manus pervenerint, B. Pauli Apoſtoli ſententia præcedat, Omnia probate &c.* Quare rectè ementitis & ſuppoſitis ſcriptis docti accenſent tractatum falsò Cypriano adſcriptum de revelatione Capitis B. Johannis Baptiſtæ. (*f*)

§. 2.) Illi qui miraculoſam cibationem viderunt, Chriſtum Regem *Chriſtus an Rex.* conſtituere ſibi volunt Joh. 6. 15. quod tamen conſtanter ſubterfugit. Itaque rectè hinc contendunt, Chriſtum non fuiſſe Regem temporalem. (*g*) Cur enim recuſat curam ipſam actualem regiminis temporalis, cur mundo invideret ſummam hanc univerſi orbis felicitatem? Ergo ſi vel maximè Chriſti Vicarius eſſet Petrus, tamen neque illi, neque ſucceſſoribus (*h*) eam auctoritatem poteſtatémque dediſſet. Hinc Sotus (*i*) cum Bellarmino incuſat Canoniſtas, quòd abſque N. T. auctoritate & exemplo affirment, Papam in ſecularibus etiam rebus directum eſſe totius orbis Dominum.

a) Ioſeph. Antiq. l. 18. c. 3 Plura de Iohanne habes ad an. 1. §. 4. & an. præc. §. 5. Conjunge diſſ. Mitternachti 8 Naumburg. 1666. (b) §. 4. (c) §. 5. (d) p. 118. (e) apud Grat. d. 15. c. Sancta Rom. (f) oper. p. 357. conſ. Rivet. Crit. S. l. 2. c. 15. p. 236. (g) de Dom. l. 6. c. 1. §. 52. (h) acta Veneta contra Paulum V. p. 165. (i) l. 4. ſent.

Ann.33. Matth.14.29.coll. cum Joh.21.7. Petrus inambulat aquis. Unde eidem prærogativam tribuunt. (*k*) At quis ſanus primatum hinc cum Bernhardo & Bellarmino colligat? (*l*) Rectiùs Chryſoſt. ex Matth.14.30. *Sæpius in periculum incidit Petrus, quòd majora ſuo modulo quæreret.* Ad rem ſanè Danæus: *(m) quas prærogativas Petri recenſet Bellarminus, ſunt partim ipſius Petri vitia, partim Dei dona, illi cum aliis Apoſtolis, vel etiam cum omnibus fidelibus communiter conceſſa. Quare nequaquam prærogativa. Temeritas fuit, quòd Petrus miracula Chriſti imitari voluit, & vires ſuæ fidei experiri, exiguas illas quidem ignorans, plus de ſe, quàm ſibi ineſſe præſumere.*

Joh.6. de manducatione. §.3.) Spiritualem, non autem corporalem manducationem intelligi Joh.6. rectè conſtantérque adſerunt noſtri: confer inpr. v.62.63. unde venire ad Chriſtum v.35. credere in Chriſtum: v.16. & Chriſtum edere, æqualia ſunt. (*n*)

De Marco Evangeliſta. Inter eos, qui ob ſermonem Chriſti pedem retulerunt: Joh.6.66. Marcum, pòſt Evageliſtam factum, etiam fuiſſe volunt, quem Bar. (*o*) ex Epiph. hær.51. à Petro ad Eccleſiæ ſinum reductum vult. R. 1. Non tamen concluditur primatus; quaſi cœteri Apoſtoli neminem vel converterint, vel reduxerint. 2. Alia, quàm humana teſtimonia, vel incertos rumores proferant. 3. Ipſe Petrus vacillans adhuc, & imbecillis fuit.

Confeſſio Petri & omnium Apoſtolorum, quando dicit: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ habes.* Joh.6.68. Eadem planè, quæ Matth.16.16. niſi quòd hæc tempore prior. Ergo non ſolus Petrus Chriſtum vel cognovit, vel confeſſus eſt. Proinde Matth.16. ſingularis ſupra cœteros poteſtas eidem nulla tributa. (*p*)

Æqualis Apoſtolorum vocatio. *Nonne ego vos XII. elegi?* Joh.6.7. Ergo omnes Apoſtoli immediatè à Chriſto vocati, teſte etiam Petro Act.10.41. Unde & Paulus eandem vocationem habuit: Gal.1.1. Proinde neque alia, neque majoris in Eccleſia eſt autoritatis Petri vocatio. Immediatè certè omnes æqualiter Apoſtolos ſuam omnem juriſdictionem à Chriſto accepiſſe, Bellarminus inter alia hoc dicto comprobat; quia extra omne dubium abſque juriſdictione illi non fuerint. Sic cum eadem inſtructione æqualiter omnes dimiſſi, & quidem in orbem univerſum.

Præcepta hominum. §.4.) *Fruſtrà me colunt &c.* Matth.15.9. Duo genera, ſeu duo quædam præcepta hominum, quæ condemnat Bellarminus: 1. contraria Deo. 2. inutilia. At talia ſunt Papæ mandata, quia ſine fundamento, ſine fide, ſine Dei præcepto, imò contra illud, adeóque inutilia etiam. (*q*) Hinc Veneti: (*r*) *Obe-*

k) Bellar.de Rom.Pont.l.1.c.10. (*l*) *Cham.T.2.l.11.c.15.* à §.29.*VVitak.cont.4.q.2.c.11.de Dem.l.1.c.9.*§.3. (*m*) *contr.3.c.19.* (*n*) *vid.P. Molinæi Anat. Miſſæ l.2.c.1.2.4.5.6. item ejuſdem clypeum fidei* §.174. (*o*) §.13 *Spond.* §.3. (*p*) *Cham.T.2.l.11.c.10.*§ 22. (*q*) *Danæ.cont.3. cap.17.*

Digitized by Google

(*r*) *Obedientia, quam Chriſtianus Papæ mandato debet, non planè ad omnia ſe extendit, verùm illa excipiuntur, quæ Verbo Dei contraria,* (ergo peccare in hoc poteſt Papa) *in quibus obedientia peccatum eſt.* Id ipſum ex præſenti loco, item ex Act. 5.29. ut & S. Thoma 1.2.q.69.art.5. & ex Jure Can. Can. Si Dominus. Non ſemper, Julianus. & qui reſiſtit 11.q.3. confirmant. Ac inſuper (*s*) addunt: *Obedientia Papæ debita, ad quæcunque ſe non extendit, licet verbo Dei contraria non ſint, ſed in multis etiam bonis rebus liber eſt homo, ſic ut obedire non teneatur. Id verò inter multa alia ex Cajetano* (*t*) ita demonſtrant: *Chriſtiani, quod ad bona mundana & perſonales actiones, Papæ directè non ſubjiciuntur &c.* Malè ergò pugnat Papa pro abſoluta poteſtate non modò in regna & imperia, ſed in conſcientiam etiam & fidem: malè pro cœca obedientia, nullis licèt rationibus fulta, digladiantur Prælati, hominéſque tanquam brutum pecus ſibi ſubjiciunt iiſque dominantur. (*u*) Ann. 33.

Cavete vobis à fermento &c. Matth. 16.6. conf. c. 15.3. *quare tranſgredimini &c.* Ergo Phariſæi & Scribæ in Moſis Cathedra ſedentes errare potuerunt. (*vv*) Vanus hîc & contra Chriſtum eſt Genebrardus, (*l. 2. Chr. pag. 251. prima edit. conf. Baron. §. 15.*) cùm negat, eos ſediſſe in Moſis Cathedra, i.e. legitimos illius ſucceſſores fuiſſe, ſed cùm ſedem vacuam inveniſſent, ſeſe intruſiſſe. Aſt contrarium Chriſtus aſſerit, atque ideò audiri jubet. Malè ergo adverſarii eam cathedram defendunt, quæ condemnavit Chriſtum. Quando tandem ſedem hanc vacuam occupatam fuiſſe oſtendunt? ubi ergo perpetuum ſucceſſionis filum? Scilicet haut aliam ſuæ cathedræ eſſe conditionem nôrunt. Sic Matth. 14.14. duces eos vocat, at non ſequendos, ſed vitandos. Apertè vult Chriſtus, ut in religionis negocio ratione utamur, nec cœco & brutali more tales duces ſequamur, ſed ut exploremus & examinemus ſpiritus ad Lydium Legis divinæ lapidem. *Cathedra Moſis.*

§. 5.) Typum aliquem Concilii facit Carranza, (x) quando Chriſtus diſcipulos in unum congregatos interrogat, *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis.* Inprimis autem, quia Petrus Chriſtum eſſe Filium Dei vivi nôrit: Matth. 16. v. 16. 17. novam Petro prærogativam Romanenſes conſtituunt. Carranzæ accedit Baronius, (*y*) fingens in Concilio hocce præſediſſe Chriſtum, ſolúmque Petrum articulos de fide condidiſſe; & addit de aliis: *Ut nihil fermè* (ergo non penitus) *jam eſſet opus conſulere cæteros tunc Apoſtolos.* Vultque exemplum eſſe Conciliorum deinceps habendorum. Adeóque omnia hæc in Papam, Petri ſucceſſorem derivare annititur. Ita ergo præſente etiam Chriſto, Petrus fidei articulos condit, nec cœteros conſulit Apoſtolos. Num hoc erit articulum fidei condere, Chriſtum profiteri & agnoſcere? *Concilium Matth. 16. 16. ſeq.*

r) *l. al. p. 103. Concl. 10.* (*s*) *propoſ. 11.* (*t*) *2.2. q. 88. art. 12.* (*u*) *viſe ſodes T. 1. part. 1. inpr. c. 7. libri Claudii Pajonis, cui titulus Examen de legitimè præjudicatis.* (*vv*) *VVit. cont 4. q. 6. c. 3 p. 780.* (*x*) *p. 2. ed. 1.* (*y*) *§. 17.*

Digitized by Google

Ann.33. ſcere? (z) R. Nil minùs quàm Concilium, ex ſenſu Papiſtarum, hoc loco occurrit, quia Chriſtus cum præſentibus, non ut cum collegis, ſed ut cum diſcipulis agit. Adde quòd hoc commune fuit cum cœteris Apoſtolis donum, unde Chriſtus priùs quærit; *Vos autem, quem me dicitis eſſe :* v.15.coll.cum v.14.33.Joh.6.69.(*a*)Inſtant : Licet ab aliis antè fuerit appellatus Filius Dei, non alio modo factum, quàm quo omnes ſancti filii Dei vocantur: Joh.1.50.cap.11.27.Matth.8.29. R.1. Quomodo ſimilis confeſſio, eadem verba, diverſum ſenſum efficient? 2. Quaſi verò reliqui Chriſtum eſſe Meſſiam non crediderint, non ſciverint; illud myſterium ex V.Teſt. vaticiniis, ex Joh. Baptiſtæ concionibus, ex S.Spiritûs operatione & afflatu non intellexerint? 3. Divinarum rerum ignorantia tam Petro, quàm reliquis adſcribitur Apoſtolis: Matth.15.15.c.16.22.c.17.10.Act.1.6.&c.4. Si planè daretur, dominium tamen, ſeu Monarchia Petri inde exprimi non poſſet, quandoquidem ab interna revelatione ad externam dominationem conſecutio non valet: aliàs quid de Simeone ſene, de Zacharia & aliis dicendum foret? 5. Auguſtinus ſer.33. de verbis Apoſtoli ex Marci 1.24. tradit, idem de Chriſto confeſſum penè eſſe Diabolum, quod hoc loco Petrus. Utut innumera pro primatu ſuo aſſerendo, congerant & conferant loca, ad duo tamen, ſcil. ad præſentem Matth.16.& Joh.21. alii reducunt.(*b*) Verùm cùm hunc locum ita diffusè & nervosè enodaverint noſtri, atque ex univerſa antiquitate veritatem illius & genuinum ſenſum eruerint & ſtabiliverint, ut reliqui nihil fecerint, ad eos te relegâſſe, atque ex illis aliquos nonniſi nominâſſe ſufficiet. Adibis ergo, ſi lubet & vacat M.Ant. de Dom.l.1.cap.6.Witak.cont.4.q.2.c.2.ſeq. Cham.T.2.l.11.c.15.à §.4.Joh.Cameronem init.op. P.Molinæ. op.T.3. à p.429.eund.in Novit.Pap.lib.2.c.4.ſeq.Sadael ad Turriani ſophiſ. à pag.567.& 643. inpr. Caſaub.exercit.15.c.5.ſeq. uſque ad 16. & pro illo contra Roſvveid.Joh.Capellum c.10.pag.52.ubi probat, Petrum fidei conditorem haut fuiſſe. Arnd.Lex.Theol.à p.769.

Petrus os reliquorum. §.6.) Inſtant: Cur primus Petrus reſpondit? Cur unus pro omnibus? R.1. Quia Petrus in ordine primus, προήγορος, os reliquorum, promptus præ cæteris, ac fortè etiam adultior &c.2. Decorum erat, ut non omnes confusè loquerentur, ſed unus potiùs omnium nomine. 3. Quia Eccleſiæ typum gerebat, ac in uno pro omnibus reſpondente, unitas Eccleſiæ figurabatur, & unanimitas credentium ſignificabatur.(*c*) *Quomodo Caput.* Inſt. Non eodem modo, quo Petrus, reliqui Apoſtoli Capita fuerunt, rectores & paſtores Eccleſiæ univerſæ, etſi enim illi ſummam habuerunt atque ampliſſimam poteſtatem, ut Apoſtoli ſeu Legati; Petrus tamen ut paſtor ordinarius. R. Diſtinct.21.c. in novo ex Anacleti P. epiſtola dicuntur Apoſtoli cum Petro PARI conſortio honorem

z] Vid.Caſaub.in Bar.pref.p.31. item Iac. Capellum l. all.p.56. [*a*] *Cham.T.2.l.11.c.15. à §34. VVit cont.4.q.2.c.11.§.3.Dana.cont.3.c.19.p.269.de Dom.l.1.c.9. §4.* [*b*] *vid. Bellar. de R. Pont.l.1. à c.10. & à c.14.* [*c*] *Forbeſ. inſtr.l.15.c.5. de Dom.l.7.c.8. à §.8.*

rem & poteſtatem accepiſſe &c. Certè qui ſummus ac poteſtatis plenitudine inſtructus, qui in æqualis honoris & poteſtatis conſortio eſt; ſubeſſe hac ratione alteri nequit. Atqui tales Anacletus omnes Apoſtolos vocat. Ita explicat Gretſerus hunc locum, ut dicat, Petrum tum temporis, cùm Chriſtus ipſi dixit, *Tu es Petrus*, ædificium Eccleſiæ nondum geſtâſſe, ſed Eccleſiam ſuper hanc Petram fuiſſe ædificatam, cùm Chriſtus dixit, *paſce oves meas:* Joh. 21. R. Etiamſi per hæc verba, Petrum in Caput Eccleſiæ Catholicæ erigi, ac infallibilitatem in fide eidem promitti concederemus, quod tamen minimè fit, tamen inde non ſequeretur, hoc Papæ R. debere attribui, nî eadem etiam Antiochenis Epiſcopis, ceu, ut quidem volunt, Petri ſucceſſoribus, tribui velint. Largitur Perronius *(d)* Patres inde à Niceno Concilio, per hæc verba fidem Petri intellexiſſe. Ann. 33.

§. 7.) Inaniter ergo & gratis ex verbis Chriſti, *& portæ inferorum &c.* novam Petri eminentiam comminiſcuntur. (*e*) Etenim 1. apertè Chriſtus inter Petrum & Petram diſtinguit, Simonem Petrum non Petram nominando. 2. Cum antiquiſſima antiquitate, vel Chriſtum, vel fidem Petri, ſeu confeſſionem, per Petram intelligimus: hinc Aug. (*f*) *Fides Petri hoc meruit audire, non Petrus ipſe.* (*g*) 3. Sub paſſionem Chriſti, ac poſt aſcenſionem ejuſdem Gal. 2. Petra non fuit, dum perniciosè nutavit: confer hîc v. 23. Si vel maximè Petrum eſſe Petram demus, non alio ſenſu, quàm quo & reliqui Apoſtoli, Petra, fundamentum & claviger erit: ſemper tamen manente Chriſto unica vera Petra, & angulari lapide. (*h*) 5. Imperitè Bellarminus Simonis nomen in Petri mutatum ait, indéque illi prærogativam aſſignat, cùm mutatum non fuerit, ſed Petri nonniſi cognomen additum: Luc. 6. 14. Matth. 4. 18. c. 10. 2. Act. 15. 14. atque hoc idem de aliis quoque dici poſſit: 6. Vel jam antè Petrus primatum aliquem habuit, vel non habuit; ſi prius, ergo non nunc modò nactus, ſin poſterius, ergo gratis omnia præcedentia loca allegant. (*i*) 7. Dicant tandem, num omnes Epiſcopos Romanos verè baſes, fundamenta, Petras &c. Univerſalis Catholicæ Eccleſiæ fuiſſe ipſi adverſarii agnoſcant. (*k*) *Portæ inferorum. Petrus an Petra.*

Cœterò ſingula hujus commatis ſi quis copiosè atque exactè expendere cupiat, Chamierum adeat qui T. 2. l. 11. c. 2. Petram Eccleſiæ non eſſe Petrum comprobat: c. 3. Eccleſiæ Petram Chriſtum eſſe: ib. à §. 21. quid ædificare c. 4. Eccleſiæ Petram fidem eſſe: c. 5. Patres enumerantur, quibus, & quo ſenſu Petra Petrus: quo tamen nil infertur c. 6. Iſdem cap. 15. à §. 4. cum Witak. q. 2. c. 11. §. 3. notat, perquam callidè, extraque oleas per Petram non tantùm Petrum, ſed & ſedem ejuſdem adverſarios intelligere: quando

d] *In collectaneis tit Petrus* [*e*] *Dana. cont. 3. c. 10. Wit. q. 6. c. 2. confer. Carol. Molina. I C. tract. de ſenatuſc. Franc. pag.* 244. [*f*] *ſer. 1. feria 3. paſchatis*: [*g*] *adiſis Dorſchei Thomam Aquinatem* §. 3. *theſi* 3. [*h*] *de Dom. l. 1. c. 6. § 44. ſeq.* (*i*) *de Dom. l. 1. c. 5. §. 3.* (*k*) *Bloud. de prim. pag.* 361.

Digitized by Google

Ann. 33. quandoquidem & Petrus, & reliqui Apoſtoli firmam non habuere ſedem, plurium licet Eccleſiarum architecti, & ad tempus moderatores fuerint, utpote quam curam ordinariis poſtea epiſcopis ſeu paſtoribus commiſerunt. Ideo rectè in Catalogis epiſcoporum obmitti ſolent. (*l*)

§. 8.) Accommodè Mareſius (*m*) *illa Eccleſia, de qua Matth. 16. non eſt repræſentativa Eccleſia, ſed corpus Chriſti myſticum: Matth. 24. 24. 2. Tim. 2. 19. Solemnis ergo promiſſio perſeverantiæ in fide & charitate omnibus iis fit, qui verè ad hanc Eccleſiam pertinent. Portæ inferi, juxta Gloſſam ordinariam, ſunt peccata, minæ, blandimenta, hæreſes &c. Tirinus autem dubitat, an illud adverſus eam, ad Eccleſiam pertineat, num ad Petram: et incertum eſſe agnoſcit Chryſoſtomus apud Thomam in Catena. At ſi Petram ſpectet, multò minus favebit infallibilitati Petri, quia Chriſtus eſt Petra, ut Gloſſa interlin. interpretatur cum Auguſtino, Leone, Gregorio, Lyrano &c.* Porrò ſi vel quicquam largiendum foret hoc in loco adverſariis, nonniſi perſonalis dignitas quædam, ſeu ordinis primatus emerget, prout & cauſæ perſonales fuere. Neque prætereunda, quæ Lyranus habet: *Ex quo patet*, inquit, *quòd Eccleſia non conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis, vel dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſecularis, quia multi Principes, & Summi Pontifices, & alii inferiores inventi ſunt* (*n*) *Apoſtataſſe à fide; propter quod Eccleſia conſiſtit in illis perſonis, in quibus eſt notitia vera, & confeſſio fidei et veritatis.* Ad quod M. Ant. de Dominis: (*l. 7. c. 5. §. 26. ſeq.*) *Hoc, quod eſt proprium veræ Eccleſiæ in communi illius, quæ conſtat veris fidelibus, jam diu ſibi arrogârunt noſtri Papæ, & ſeipſos ſub nomine Eccleſiæ ſubſtiterunt. Sic Almaynus Cajetano pro hac Papæ infallibilitate aliqua Romanorum Pontificum teſtimonia adducenti, reſpondit* (*o*) *ſe ea rejicere, quia illi (ut in pluribus) fimbrias ſuas nimis extendentes, ſibi attribuerunt, quod eſt Eccleſiæ proprium.* Ibidem ex eodem, Gerſonio item & aliis, ad Papam Chriſti verba non pertinere, quia ut Papa errare poſſit, etiam in fide, dum in Cathedra ſedet, & ſententiat, demonſtrat. Ita ergo eodem infelici errore ἀναμαρτησίαν Papæ adſcribi, vel ejus Conciliabulis, manifeſtum. (*p*) Fusè de his Forbeſ. Inſtr. Theol. l. 15. c. 6. 7. ad §. 6. Inprimis etiam varia, ipſorum quoque adverſariorum teſtimonia habebis tract. Gallic. Vulſonis de Papæ poteſtate l. 2. c. 2. p. 65. & c. 11. p. 82. ut & l. 4. p. 20. & l. 5. p. 43.

Quid claves. §. 9.) Object. *Tibi dabo claves &c.* Matth. 16. 19. Soli Petro Dominus loquitur, quia ſolus Petrus reſpondit, ita & hoc loco communem perſonam ſuſtinet. Caſalius (*q*) ex Molano cum duabus clavibus Petrum depictum ait reperiri, unâ aurea, alterâ argentea, illa abſolvendi hac excommunicandi poteſtatem intelligi. Quin tertiam quoque addit, & ſic juxta alios cœli, terræ & inferorum poteſtatem Petro traditam explicat: ipſe autem

l) Cenſ. de Dom. l. 1. c. 6. §. 23. 44. Geſn. de Concil. T. 2. l. 2. c. 15. (*m*) *contra Tirin. cent. 5.* (*n*) *conf. Dana. cent. 3. c. 14.* (*o*) *de author. Eccl. c. 8.* (*p*) *Cham. T. 2. l. 11. c. 15. §. 40. ſeq. Sibr. Lubert. de Concil. l. 3. p. 134. Geſn. de Concil. l. 2. c. 2. p. 502.* (*q*) *de veter. Chriſt. ritibus c. 2. p. 18.*

tem per tertiam clavem denotari putat poteſtatem, quam habeat Eccleſia in Ann. 33.
ſuo viſibili capite dandi, & transferendi imperia, uti fecere Adrianus, Leo III.
alii. Clavium quoque nomine Bellarminus principatum ſummum in uni-
verſam Eccleſiam intelligit, nempe remittere peccata, liberare à pœna pecca-
ti, diſpenſare in votis, legibus, juramentis &c. ubi cōmittitur 1. petitio princi-
pii. 2. Fallacia à non conſequente. (r) Poteſtatem quidem claves denotant,
at hoc loco non ſingularem, ſed Eccleſiæ, nec quamvis, ſed quæ à ſola Dei
ſpeciali pendet conceſſione, in ſolis S. Pandectis conſignata. (s) Varia clavis
occurrit acceptio: propriè authoritatem in domum ſignificat: Eſaj. 22. v. 20.
21. Inde Chriſto in Eccleſia κατ' ἐπαινον tribuitur: Apoc. 3. 7. & conſequen-
ter ejus Legatis, cumprimis verò Apoſtolis. Ac licet ſingulariter hoc loco li-
gandi ſolvendíque poteſtas Petro tribuatur, tamen cœteris non minùs pro-
mittitur: Matth. 18. 18. Joh. 20. 23. (t) ex quibus locis quid intelligatur, li-
quidiſſimum fit, remiſſio ſcil. peccatorum, non quidem poteſtas illa ſumma,
quæ ſoli Deo convenit: Marc. 2. ſed Miniſterialis ſeu Eccleſiaſtica, ſuis
cancellis & præſcriptionibus abs Domino munita. Certè ſumma ſub Chri-
ſto data homini poteſtas Eccleſiaſtica, eſt poteſtas Apoſtolica: 1. Cor. 12. 28.
Hinc Bellarminus (u) præeunte Cyrillo, in Apoſtolica auctoritate contine-
ri omnem poteſtatem Eccleſiaſticam, omnibúſque eam dari: Matth. 16. 19.
Joh. 20. 21. c. 21. 15.-17. fatetur: atque adeò omnibus datam eſſe juriſdictio-
nem pleniſſimam, etiam exteriorem, im̄ediatè à Domino. (x) Sic idem tripli-
ci modo omnes Apoſtolos fundamenta fuiſſe Eccleſiæ c. 11. permittit, ſcil.
ratione 1. fundationis Eccleſiarum. 2. Doctrinæ à Deo revelatæ. 3. Guber-
nationis, quâ omnes capita, rectores, paſtores Eccleſiæ fuerint univerſæ. R.
Si Chriſtus ſit fundamentum primarium, Petrus ſecundarium, quo reſpectu
ergo cœteri erunt? Ergo reliqui Apoſtoli ſuper Petri ejuſque ſucceſſorum
fundamentum ſuperſtructi fuerunt, & ab illis dependerunt. (y)

§. 10.) Clavium itaque traditione Petro poteſtas ſumma, & juriſdi-
ctio abſoluta in cœteros Apoſtolos, ac univerſam Eccleſiam non tradita: imò
ne univerſa quidem Eccleſia ejuſmodi poteſtatem dictatoriam & præto-
riam, vel formaliter, vel ſuppletivè accepit, ſed ſaltem ut poſſet obortis con-
troverſiis juxta Verbi Dei cynoſuram ſtatuere. Penes Eccleſiam autem li-
gandi ſolvendíque poteſtatem reſidere Chriſtus Matth. 18. 17. docet. Abſit
ergo, ut vel Papam, vel Eccleſiam etiam contra Legem Dei vel ligare, vel ſol-
vere poſſe dicamus: abſit ut aliam hoc loco, quàm ſpiritualem poteſtatem in-
telligamus. Quare non admittimus Bellarminum, quando diſtinguit inter ha-
bere poteſtatem temporalem, & poteſtatem in temporalia: nimirum per
conſequentiam; adeóque vult, eatenus claves ſupponere poteſtatem di-

 ſponendi

r) *Dane. cont. 3. c. 13. p. 255.* (s) *de Dom. l. 5. c. 1. §. 2. & l. 2. c. 5. §. 23. Tilen. diſp. part. 2. diſp. 27. à § 27.* (t) *Hammond. de Epiſc. diſſert. 3. c. 3.* (u) *l. 4. de R. Pont. c. 23* (x) *Forb. Inſtr. l. 15. c. 1. §. 1.* (y) *idem Forb. §. 2. & 4. ſeq. Fulmen br. in Sixt. V. p. 320. ſeq.*

Digitized by Google

Ann. 33. ſponendi de temporalibus,quatenus temporalia juvant ad aperiendum,vel impediunt,ne aperiatur regnum cœlorum. Licet enim ſublint etiam Magiſtratus diſciplinæ Eccleſiaſticæ, non tamen valet conſequentia à poteſtate admonendi,cenſendi,& à ſacra communione excludendi,uti factum ab Ambroſio erga Theodoſium,ad poteſtatem adimendi temporalia, exponendi regna interdicto,& pro lubitu de iis diſponendi.Etſi vel maximè tantam poteſtatem Miniſtri Chriſti haberent,quam tamen minimè habent,unde quæſo ſoli R.Papæ arrogaretur,cùm ne ipſe quidem Chriſtus,dum in terris degit, eam exercuerit? vid. 1. Pet. 2. 13. 14. Rom. 13. 1. 5.

§. 11.) Duo hoc loco prætendunt pro Petri Monarchia. 1. Petrum fuiſſe caput cœterorum,à quo reliqui dependerint. 2. Petrum generalem & ordinarium paſtorem à Chriſto inſtitutum cum ſucceſſione; cœteros quidem æquales ei fuiſſe, cum eadem penitus poteſtatis plenitudine quod ad claves & curam paſtoralem,ſed extraordinarios & delegatos,abſque ſucceſſione,quia ſoli & ſeorſim claves Petro committantur. R. Haud dubiè ſumma illa in Petro paſtoralis poteſtas, alia non fuit quàm Apoſtolica, quæ omnibus aliis ſupereminet,& cui nulla alia æqualis. At hæc omnibus aliis fuit communis. Figmentum autem eſt ſucceſſio diſpar. Quotuſquiſque alium quàm extraordinarium fecit Apoſtolum Petrum? Quod ergo extraordinarium & temporarium in Apoſtolis fuit,penes ipſos omnes manſit & deſiit: quod ordinarium & perpetuò duraturum,illud eis commune fuit cum ordinariis & duraturis Eccleſiæ Miniſtris. Unde Epiſcopos Apoſtolis ſucceſſiſſe, neque Bellarminus negat. At quid primitùs Romanus Epiſcopus,quàm cœteris cœpiſcopis coæqualis, frater, coadjutor ſive membrum illorum, non autem Dominus fuit? Facit huc Gloſſa interlin. *Cœteri Apoſtoli æqualem poteſtatem judiciariam habent, quibus poſt reſurrectionem Dominus dicit: Recipite Spiritum S. quibuscunque &c.* Cuſanus (z) *Nihil dictum Petro, quod non ſimul ſit dictum reliquis: quicquid ligaveritis &c.* Matth. 18. 18. Gerſon de Auferibil. Papæ,cum aliis quibusdam dicit,quòd claves datæ Eccleſiæ, non uni,ſed unitati, & quòd plenitudo poteſtatis ſit in Eccleſia, & in Concilio generali,quod illam repræſentat.Plura in hanc rem qui deſiderat, Gallicanum tract. Vulſonis de poteſtate Papæ,l. 2. c. 3. adeat. Quid verò multis? Leo Mag. (a) dicit: *Tranſivit in Apoſtolis jus ipſius poteſtatis.* Et Anacl. (b) Item Cypr. (c) *Hoc erant utique & cœteri Apoſtoli,quod fuit & Petrus,pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis.*

§. 12.) Non ergo œcumeniſmum claves cœlorum denotant, neque ulla Monarchiæ alicujus Eccleſiaſticæ heîc commendatio ſeu inſtitutio: multò minus mundi hujuſce imperia & principatus continet. 1. Quia ſpirituale Chriſti eſt regnum, neque is ut homo temporalem poteſtatem exercuit.

2. Quia

(z) Lib. 2. Conc. cath. c. 13. (a) ſer. de Apoſtolis ad Matth. 16. 19. (b) Ep. 2. ad Epiſ. Italiæ (c) tr. de unit. Eccl.

Digitized by Google

2.Quia principes temporales immediatè à Deo ſunt,adeóque nulla in terris poteſtas hoc, quod immediatè à Deo acceperunt, auferre ipſis poteſt. 3.Nulla utriuſque poteſtatis eſt dependentia. 4.Eccleſiaſtici etiam temporalibus principibus ſunt ſubditi: etiam in rebus Eccleſiaſticis externis. 5.Eccleſiaſtici immiſcere ſe hiſce rebus non debent.(*d*)Inſtant: *Quicquid ligaveris &c.* Ergo non homines tantùm,ſed quidvis aliud potuit ligare Petrus,& quamcunque legem, de re quacunque voluit, imponere eidem conceſſum fuit.R.Illud quicquid ſumendum de ſubjecta materia,de officio ſcilicet verorum Apoſtolorum,& bonorum Chriſti Miniſtrorum. 2. Ad retinenda vel remittenda peccata,ipſe Chriſtus reducit. 3. Tantum abeſt,ut pro politica poteſtate, & coactione externa ullum teſtimonium adduci queat,ut ea potiùs ſeverè prohibeatur.4.Neutiquam permiſit Chriſtus Petro novas, aliáſve condere leges, vel latas tollere, prout impiè Pontifici Rom. permittunt. 5.Talia rata fore in cœlo Chriſtus promittit,ſi ſcilicet juxta præceptum ſuum & mandatum fiant.(*e*) Annuit ſanè Libertas Gallica(*f*) in arreſto Jacobi Auguſtiniani: *Ligare corpus Reges poſſunt & Principes,animam autem Prælati* (Miniſtri tu dic) *Eccleſiæ.* Ann.33.

§.13.) Æquè parùm promovent,quando inter *ſcientiæ* & *poteſtatis* clavem diſtinguunt; ſi enim per illud dona neceſſaria,per hoc verò vocationem legitimam intelligant,utrumque æqualiter habuiſſe reponimus: de primo Joh.14.16.26.c.15.26. c.16.12.13.c.20.22. de ſecundo Matth.18.18. Unde B.Maximus(*g*)Paulo etiam utramque adſcribit. Quòd ſi per poteſtatem dominium,invaſionem & tyrannidem putent, tum non Petro, nec ulli ex Apoſtolis datam,ſed à Papis uſurpatam aimus. Scientiæ autem clavem quod ſpectat,quò tandem illos Pontifices,qui athei,rudes, illiterati, hæretici item extitere,referent?(*h*)Huc facit,quod habent Veneti contra Paulum V.(*i*)*Non una,ſed duæ claves Petro datæ: & ſi non utraque ſimul adhibeatur, nullum ſequitur effectum. Nullam poteſtatem Chriſtus dedit ſine debita ſcientia & prudentia.Dicunt Canoniſtæ ligandi ſolvendíque poteſtatem datam ſub conditione clavis non errantis. Ergo æquitatis juriſque conditio prærequiritur, non ſecus atque in Magiſtratu,maximè* (Hebr.7.27.Gal.2.14.) *cùm talis non ſecus atque alius homo,errori ſit obnoxius &c.*(*k*) Caſalius (*l*) *tertiam Petro clavem affingit: Tertia,*inquit,*clavis aliquando ad imaginem D.Petri addita; quæ clavis quoque ſcientiæ,regendi ſcilicet ex illa ſcientia Eccleſiam,juxta illud,Paſce oves meas.Eadem clavis eſt diffiniendorum ex revelatione, quæ docendi ſunt Chriſtiani: & de hac clave dici ſolet,clave non errante.*Ita ſcilicet ſomniant. *Scientiæ & poteſtatis claves.*

 Sanè

d) *De Dom.l.6 c.10.§.1.ſeq. Alſted.de memb. Eccl. milit.c.18.§.5.* (*e*)*Danæ.cont.3.c.16. Cham.l.15.c.15.§.3.de Dom.l.5.c.7.§ 1.& 21.Witt.cont.4.q 7.c.2.* (*f*) *T.1.p.457.* (*g*) *homilia 4.de Natali Apoſtoli* (*h*) *vid.Tract. meum de æqualit.Petri & Pauli lib.3.c.20.* (*i*) *p.86.* (*k*) *p.88.* (*l*) *l. al.p.394.*

Ann. 33.

Petrus quomodo Satanas.

Sanè ſi, quicquid Petro dictum, Papæ mox accommodari debet, tum Papam Sathanam appellare oportet: Matth. 16.23. Tale monſtroſum Caput, quale adverſarii volunt, Petrum non fuiſſe, ipſe 1. Pet. 5. 1. teſtatur, dum membrum Eccleſiæ ſemet profitetur. Omnes Apoſtoli, licet Petrus primum ordinis ratione, non poteſtatis, Capita fuerunt Eccleſiæ, dum in univerſum orbem ad docendum & regendum fuerunt emiſſi. Imò certè Epiſcopi ſuarum quiſque Eccleſiarum capita dici poſſunt. Sic Chryſoſt.(*m*) Prophetarum Caput Heliam vocat. Cyrillus Alex.(*n*) Caput congregatorum Epiſcoporum dicitur. (*o*) Paulus ad Chriſtum converſus Caput eſt effectus nationum. (*p*) Bethlehem Caput eſt orbis, inquit Prudentius in Enchirid.

§. 14.) Inſiſtunt: Petrum ex ſingulari ratione divina confeſſum eſſe Chriſtum, indéque liquere ajunt, quia Chriſtus v. 23. ad eum dixerit: *Vade poſt me Satana*: unde adpareat, myſterium crucis nondum ei fuiſſe revelatum. R. Nihil hinc concluditur: quin Petrum petram eſſe inconcuſſam hinc negatur. Quàre non rectè Baronius(*q*) *Concuſſus hoc quaſi terræmotu Petrus, non tamen convulſa eſt ipſa petra, verbis Domini compaginata & ſtabilita.* Auguſtinus(*r*) lapſum in fide graviſſimum agnovit. Ambroſius ignorantiam. Aut non credebat Petrus Chriſto: aut ſi credebat, reſurrecturum non ſperabat; & conſequenter neque Deum agnoſcebat, ſed de eo, ſicut de puro homine ordinario cogitabat. Ut Satanas promiſſis conatus eſt Chriſtum à propoſito abducere, ita Petrus hoc loco conſiliis opus illud ſalutis impedire voluit: unde ſcandalum vocatur. Etſi Patres hoc peccatum extenuant, non tamen, ut Bellarminus & cœteri Papiſtæ, penitus excuſant & defendunt. Et in ſenſu, & in affectu error fuit, quia utrumque pravum fuit, dum verba Chriſti de morte ſubeunda non probavit, & alios ad honores gradus ſuadere conatus. Rectè itaque Veneti(*s*) hunc locum pro fallibilitate Papæ adducunt. Et Jllyricus: (*t*) *Si Petrus poſt verba Tu es Petrus, Diabolus audire meruit, quantò magis ſceleratiſſimi Papæ &c.* Periculoſum χρησφύγετον Tirini(*u*) fuiſſe erratum in Petro morale & facti, non juris & fidei, nec dum fuiſſe hanc petram jactam in fundamentum, ſed jaciendum demum poſt reſurrectionem Chriſti. R. 1. Procedebat illud erratum, Chriſto judice, ex errore in fide, & quòd non ſaperet ea, quæ ſunt Dei. 2. Ergo Petri primatus in rerum natura nondum fuit ante Chriſti reſurrectionem, adeóque omnia corruent loca, quæ hactenus adducunt. (*x*)

Transfiguratio Christi.

§. 15.) Moſes & Elias apparent in monte Thabor Matth. 17. 1. ſeq. cujus rei memoria 6. Aug. celebratur vid. Bar. inpr. Hoſpin. At quid hoc ad purgatorii figmentum, ſiquidem ſpecialis & extraordinaria fuit viſio, cœlitibus haud impoſſibilis? Haud fruſtrà factum putabis, quòd Dominus ſolum

(*m*) *In Epiſt. ad Rom. homil.* 18. (*n*) *in Concil. Epheſ.* (*o*) *Cyr. T.* 4. *epiſt.* 5. (*p*) *Greg in* 1. *Reg. l.* 4. *c.* 4. (*q*) §. 28. (*r*) *de agone Chriſtiano c.* 30. (*s*) *p.* 109. (*t*) *de primatu P. p.* 184. (*u*) *apud Mareſ. cont.* 2. *contra Tir. p.* 61. (*x*) *adi Caſaub. exerc.* 15. *c.* 17.

Digitized by Google

ſum Petrum transfigurationis ſuæ teſtem & ſpectatorem eſſe noluerit: Ann.33.
conf.c.26.37. *Hunc audite:* Ergo non traditiones, neque conſuetudines: *Audiendus quis.*
quia Deus omnia neceſſaria per Filium revelavit: Joh.20.30.31. Huc provocavit Paulus 1.Cor.11.23. Ergo ſolus Chriſtus, unà cum Spiritu S. Conciliorum etiam ſupremus ſit Præſes: 2.Pet.1.19. Unde S. Codex in Conciliis menſæ erat impoſitus. Peſſimè ergo Conſtantienſe Concilium pro una ſpecie ſic fatur: *Licet Chriſtus ſuis diſcipulis adminiſtraverit ſub utraque panis & vini ſpecie: tamen hoc non obſtante, conſuetudo communionis ſub una tantùm ſpecie, nunc pro lege eſt habenda.* Abſit, abſit à nobis procul tam audax facinus, ut nos Teſtamentum Chriſti hunc in modum conculcemus, violemus, profanemus & truncemus! Objicit Bellarminus: Plures tamen eſſe poſſunt Doctores, licet Chriſtus ſummus & unus Doctor, ſicut plures Miniſtri & Epiſcopi. R. At non eadem auctoritate & poteſtate, ſed miniſteriali. Chriſtum ex ſe loquentem, præcipientem, & præſcribentem audire & attendere tenemur. Nomina quidem communicantur, at ratio nominum eſt incommunicabilis. Obj. Sed & hoc modo eſſe poſſit aliquis Summus. R Neg. Quia talem Chriſtus nullus inſtituit, nec res ipſa patitur. Object. Parendum Sacerdotibus: Deut.17.10. R.1. Si juxta edictum Legis divinæ præſcribant: v.11. Malach.2.7. 2. De negotio fidei & religionis eſt ſermo, in quo unus & ſolus Chriſtus eſt νομοθέτης: Matth.23.10.

§.16.) Tributum ſive Tabernaculi, ſive Imperatoris ſolverunt Chriſtus & Petrus: Matth.17.24.ſeq. (*y*) Baronius cum aliis ſacrum fuiſſe tributum vult, in Templi ſcil. uſum: alii, & rectiùs omnino Cæſareum fuiſſe docent, quos inter Seldenus (*z*) & prolixè Kipping. (*a*) Duplex autem Cæſareum tributum, κῆνσος, cenſus, capitatio: & τέλη, vectigalia. Quidquid ſit, Chriſtus regnum ſuum non eſſe terrenum, neque de hoc mundo oſtendit, & talem ſe eſſe regem negat, non facturus ita ſi Rex fuiſſet. Ita agnovit poteſtatem civilem, cui ex ordine divino ſubjectus eſſet: Joh.19.11. Fallunt ergo Bozius, Carrerius, Scioppius, Bzovius, & alia orbis Chriſtiani purgamenta, obtendentia, Servatorem cum poteſtate regia egiſſe in his terris apud homines. (*b*) Ex hoc facto etiam novam Petro prærogativam aſſignant. (*c*) R. Atque tributum ſolvere ſubjectionis eſt ſignum, non ergo imperii: Rom.13.7. ipſo Chriſto id arguente v.26. (*d*) utut ſolverit Petrus, tamen nullius imperii ſive poteſtatis nota eſt hæc ſolutio. Certè quibusdam totus intelligitur hoc loco Apoſtolorum chorus ſub Petri nomine, quia tunc erant in domo Petri. Viritim exigebatur tributum unde Chriſtus non prima hac vice ſolviſſe ex v.24. videtur. Quòd ſi pro aliis etiam, ſanè pro familia ſua ſol- *Tributi ſolutio.*

y) Bar.§.23.Spond.§.10 (z) de Iure Nat.l.6.c.18 p.806. (a) Inſtit.polit.l.2.c.4 §.1.p.36. f.ſeq (b) Conf. eundem Kipping l.al l.1.c.11.§.4. (c) Bellar de R Pont l 1.c.19. (d) Cham.T.2. l.11.c.15. à §.44 Caſaub.exerc.15.c.19 Zepper polit. Eccl.l.3.c.13.p.784. Lipſtor. de Mon.Pap. c.18.§.25.

Digitized by Google

Ann. 33. ſolviſſe Petrus cenſendus. (*e*) Ecquid verò civilis hæc res ad Eccleſiaſticum principatum? Proinde nihil concludit allegoria longè petita. (*f*) Obj. At hinc Apoſtolos collegiſſe, Petrum eſſe omnibus aliis prælatum Patres nonnulli teſtantur. R. 1. Non horum opinio, ſed veritas & Chriſti voluntas ſpectanda. 2. Sine cauſa ita ſenſerunt, quandoquidem duo fratres honoris prærogativam à Chriſto petierunt; & aliàs Apoſtoli inter ſe de primatu digladiati. Licet autem adverſarii in hoc Apoſtolos erraviſſe dicant, quòd temporalem principatum ſomniârunt, nihil tamen promovent, quia non alium Papæ Romani ſibi adſcribunt, neque ipſo facto alium exercent. Janſenius (*g*) pro ſe & Petro Chriſtum ſolviſſe ait, quòd tunc Petrus ſolus cum Domino fuiſſet.

§. 17.) Itaque vel ad humanam Chriſti naturam, juxta quam ex tribu regia ortus (quanquam ſceptro jam ablato, regnóque amiſſo) vel ad divinam referatur, ſecundùm quam ſupremi Jmperatoris Naturalis Filius: tamen quia offendiculo eſſe, vel terrenum tractare regnum noluit, tributum ſolvi, adeóque ſubjectionem erga Magiſtratum commendare voluit. (*h*) Adeóque Miniſtros ſuos eximi à regimine ſecularis poteſtatis noluit. (*i*) Obj. Filii liberi ſunt à tributis. R. 1. Non ſoli Miniſtri Verbi, ſed omnes Chriſtiani filii ſunt & liberi, 1. Pet. 2. 9. Jac. 1. 25. Apocal. 5. 10. 2. Liberi ſunt filii quà Chriſtiani, non quà Reipublicæ membra. 3. Ideo Chriſtus etiam tributum ſolvit nobis in exemplum. (*k*) Quòd ſi ergo Cæſar, ceu Magiſtratus in Chriſtum, ex præſumtione nudi hominis, poteſtatem habuit, Chriſtúſque ad evitandum ſcandalum, nimirum quòd tantum perſonæ ſuæ myſterium mundus capere nondum poſſet, ſolvit, nobis præire, officiíque nos commonere voluit. (*l*) Objicit Bellarminus: Licet Chriſtus, ut homo, non habuerit temporalem hanc regiam poteſtatem, potuiſſe tamen, ſi voluiſſet, eam aſſumere, & imperia ac regna Regibus & Jmperatoribus eripere. R. 1. Scilicet hic Jeſuitarum pro Papa, contra Reges & Principes ſcopus & ſtudium. 2. Quæ Chriſtus potuit ut Deus, ſive etiam ut Deus-Homo, ea puro homini prorſus fuerunt incommunicabilia, multò magis Petro vel Romano Pontifici. 3. Vel decipit, vel decipitur Bellarminus, quando Chriſto ut homini, tale dominium tribuit, cùm nullum ejuſmodi factum, ſed planè contrarium in Evangelio adpareat. 4. Aliud longè Spiritus S. fidelibus quibusvis inculcat, Rom. 13. 1. Matth. 22. 21. 1. Pet. 2. 13. 5. Lex Chriſti neminem privat jure dominióque ſuo, h. e. Fides Chriſtiana jus naturale non tollit, ut nec præceptum divinum. (*m*) Fidelitatémne legitimus Magiſtratus ab iis ſibi polli-

e) *Forb. inſtr. l. 15. c. 4. §. 5. de Dom. l. 1. c. 9. §. 6.* (*f*) *VVit cont. 4. q. 2. c. 11.* (*g*) *in Evang.* (*h*) *Cham. T. 2. L. 15. c. 4. à §. 11. & l. 14. c. 11. §. 15. VVit. cont. 4. q. 4. c. 3.* (*i*) *Prideaux. faſcic. controv. c. 4. q. 3. confer Kipping. polit. l. 2. c. 4. §. 2.* (*k*) *Veneti 165.* (*l*) *de Dom. l. 6. c. 1. à §. 56.* (*m*) *idem c. 4. & c. 10. § 76. Turretin: de depoſ. Regum p. 47. §. 9. plura ex recentioribus Vulſo de pot. P. l. 2. c. 5. p. 75.*

Digitized by Google

polliceebitur,quibus quivis alius novus Dominus perinde eſt,ſéque ab oneribus publicis eximunt, atque omnia ad commodum ſuum metiuntur. Rapinas ergo, invaſiones, perduelliones, regnorum translationes, quibus Pontifices Romani cum ſuis non modò ſcandala univerſo orbi præbuerunt,ſed excidia etiam Regibus, Principibus, Rebuſpublicis attulerunt,copioſum denique innocentem ſanguinem effuderunt, juſto vindici remittamus: conf.Rom.14.13.1.Cor.9.12. Ann.33.

Maximus in regno cœlorum.

§.18.) Quis maximus in regno cœlorum:Matth.18.1.De prælatione in regno ſpirituali Eccleſiaſtico Apoſtoli inter ſe certant.(n)Quos inter Petrus etiam fuit,unde is non excipitur : & rogati à Chriſto tacuerunt: Marc.9.34.At Petrus ſe non continuiſſet,niſi unus illorum fuiſſet. (o) Conſentiunt Janſenius,Maldonatus.(p) Adfuiſſe autem Petrum,neque amplius occupatum fuiſſe in piſcatione liquet, quia non amplius in Capernaum, ſed in via fuere ; præterea aliquoties hæc agitata quæſtio fuit.Eruditè profectò & nervosè de Dominis.(q)*Si Petrus erat ille major, ſaltem deſignatus, cur etiam ipſe contendit? Cur diſputat? Cur quærit? Cur Chriſtus etiam ipſum objurgat? Cur non fatetur Dominus,ſe Petro tradere primatum, & qualémnam tradat,non explicat? Quia nullum admittit authoritatis primatum: quia verum quemcunque ab eis amovet principatum : quia ad ſolam divinæ gratiæ & gloriæ, quam in cæleſti patria conſequentur, eos traducit excellentiam,* Luc.22.29.Matth.19.28. *Cur tandem eis non exponit palàm, ſi Petrus futurus erat totius Eccleſiæ princeps,ſe Petro hanc deferre dignitatem? Sed medicina,quam huic diſcipulorum morbo ſemper adhibet,eſt negatio abſoluta cujuscunque principatus,& explicatio Apoſtolicæ dignitatis,in quo illa conſiſtat.* Abeant nunc illi Papiſtæ,qui dicunt,nil aliud quæsiſſe M.Ant.de Dominis, quàm à Romanenſibus diſſentientes partes conferre.

Reconciliatio cum fratre.

§.19.) *Si peccaverit in te frater tuus:* Matth.18.15.(r) Quicunque igitur fratris titulo & membri Eccleſiæ gaudere vult, correctioni etiam & Eccleſiaſticæ cenſuræ atque judicio obnoxius erit,ſi peccaverit. Id quod Petrus agnovit Gal.2.11.ſeq. In eodem dicto peccatum præſupponitur,antequam reatus adſit,ut & [illegible].(s)Id ſi Papa non obſervet, nullius momenti ejus erit excommunicatio.(t)Sic excommunicatio pertinet ad mortificationem carnis,ſeu ad carnis vitia extinguenda,de quibus v.5.& 10.At his variè ad privatam libidinem & commodum abutitur Papa. Non itaque pœna eſt excommunicatio,ſed medicina,(u)ejúſque ſententia nulla eſſe dicitur in quibusdam caſibus.Si Papa contra eos,qui ejus iniquis, & permiſſam poteſtatem tranſcendentibus mandatis ſe opponunt , excommunicationis ſeu

Excommunicatio legitima.

G inter-

(n) *De Dom.l.1.c.9.§.6.* (o) *VVit.contr.4 q.2.c.18.* (p) *Vulſo l.2.c.14.p.86.* (q) *l.11.c.11.§.1.ſeq.coll.cum Vulſ.l.4.c.2.§.1. & c.3.i.* (r) *Bar.§.33.* (s) *Zepper.l.al.l.2.c.20 p.583.Tilen.diſp.part.2.diſp.28.* (t) *Veneti l.c.p.114.* (u) *ib.p.114.ſeq.ex VI.Decr.p.230. & 232.c.quicunque.*

Ann.33. interdicti fulmen vibret: tum intolerabilem errorem continet, planè injuſtum, nulliúſque valoris eſt, neque recipiendum: ratio 1. quia peccatum, ſeu reatus prærequiritur: Matth. 18. 1. 2. Quia talis inobedientia non eſt ex operibus carnis Gal. 5. 3. Quia injuſtum judicium nullum eſt judicium (x) Tu autem memineris, benevole lector, ex ore adverſariorum ita nos loqui, qui per Eccleſiam non Papam, ejúſve conſiſtoria, ſed repræſentativam Eccleſiam intelligimus.

Injuſta excommunicatio.

§. 20.) Si judicium in præjudicium legitimæ libertatis feratur, ab eo non eſt ſtandum. Unde magna teſtimoniorum moles à Gratiano allegatur, quibus haut metuendas excommunicationes iniquas probat: vide c. cui illata. c. ſecundùm Catholicam. c. cœpiſti habere. c. temerarium. c. quid obeſt. c. quomodo. c. illud planè. 11. q. 3. c. ſi quis. 24. q. 3. c. manet. 24. q. 1. Inde Petrus de Palude 4. d. 18. q. 1. homini injuſtè excommunicato publicè proteſtari ſuadet. Conſentiunt Antoninus & Navarrus in c. cùm contingat. remed. 2. & Gabriel in 4. d. 18. q. 2. de interdicto. Itidem Navarrus in Man. cap. 27. num. 187. Sic ſententia iniquè à Papa lata, cùm poteſtatis eſt abuſus, licet illi, qui patrono ſeu defenſore caret, omni vi abs Deo conceſſa ſeſe opponere, atque ejus exequutores, ſalvo tamen reſpectu, punire. Hinc Gerſon in regulis moralibus Tit. de præceptis Decalogi: *Vim vi repellere licet &c.* Ergo excommunicandi poteſtas conditionata eſt, ſi adſit peccatum conjunctum cum pertinacia; deinde ut animam tangat, quia nec Monarchiam, nec corporalem gladium includit. (y) Conſentit omnino vetus Anglicana Eccleſia, de qua Whelocus in hiſt. Eccleſ. Bedæ. (z) Negamus ergo eam poteſtatem Eccleſiæ datam, quæ judiciaria in foro exteriori dicitur, quæ aufert regna, bonis poſſeſſores vel vitâ privat, aliáſve pœnas politicas infligit.

Eccleſia dicere, quid.

§. 21.) *Dic Eccleſiæ:* Matth. 18. 17. ut Anabaptiſtæ peccant, quando Eccleſiæ nomine totum viſibilem cœtum, omniaque ejus membra intelligunt, eiſque judicium commune tribuunt; ita in defectu non minus Papiſtæ ſuis Epiſcopis, vel uni potiùs Summo ſuo Capiti Papæ, omnia judicia adſcribunt. Fatemur ſanè Eccleſiam repræſentativam hoc loco intelligi, quamvis ſcilicet Eccleſiam particularem, qualis eſt conſiſtorium, Synedrium, Collegium, Synodus ſeu Concilium, at non ſecluſis viris vel politicis, vel Eccleſiaſticis, Eccleſiæ Gubernatoribus etiam minoribus; unde utriſque etiam ſynedrium olim conſtabat. Præterea ſicut Catabaptiſtæ hæc talia dicta ita torquent, ut Magiſtratum ſimul, ſive forenſe judicium tollant (a) ita vix quicquam Papiſtæ, & ex his Canoniſtæ cumprimis eidem intactum relinquunt, dum omnia fora, lites omnes, caſus & cauſas, imò regnorum etiam poteſtatem

x) *Thomas 2. 2. q. 70. art. 4. & q. 67. art. 1. Adrian. quodlib. 6. & Cajet. tr. 19. de excomm. Soto 4 diſt. 22. q. 1. art. 3. Gerſ. de except. & irreg Conſil. 7. in VI. cap. præſert. de ſentent. exc in Gloſſa Navarrus in Man. c. 27. n. 4. Angelus in verbo excomm. 4. §. 19.* (y) *Veneti 169.* (z) *l. 5 c. 10. p. 404.* (a) *Doorslaer cont. Anabapt. art. 22. p. 730. b. ſeq.*

Digitized by Google

tem Epiſcopo R. aſſignant. (*b*) Non malè autem Remundus Rufus, aliàs Ann.33.
aſſentator Papæ inſignis (*c*) monet, non publica hîc intelligi & pervulgata flagitia, ſive notoria, utpote publicè vel reprehendenda, vel punienda: 1.Tim.5.20. Itaque ſenſus, ſi peccaverit ſcil. in te ſolum ſcientem. Idem quærit (*d*) an omnia ad Eccleſiam referenda, etiam civilia, juridicialia, negocia cœtera. R.1. ex iis, quæ dixit modò, reſponſio in promptu. 2. Ex hoc cap.18. liquet, Chriſtum de offendiculis & emendationibus fraternis atque Eccleſiaſticis loqui, de privatis delictis, ſeu de ſcandalis in facto, & de cenſuris. 3. Non venit Servator ut Legem, ſeu Magiſtratum tolleret. 4. Ipſe, qui Caput Eccleſiæ, civilia tractare judicia recuſavit, unde & Petrum diſcinxit. 5. Alia quædam erat ratio in exordio N. T. quando nullus adhuc fidelis erat Magiſtratus; imò etiam deinceps, quando amicabilibus reconciliationibus & tranſactionibus privatis operam Epiſcopi dabant. Sic Hoſtienſis, Panormitanus, & alii ad propoſitam quæſtionem reſpondent, ut ea velint intelligi, quæ ſuapte natura ſunt Eccleſiaſtica; at jam Canoniſtæ ita omnia comprehendunt, ut vix quicquam reſidui politico relinquatur Magiſtratui, imò ad unum Papam R. omnia remittantur. Ita in pacificatione Monaſterienſi Leo X. non modò Legatum ſuum à latere habuit, ſed ipſam etiam tranſactionem improbavit, cujus tamen facti mox pœnituit.

§.22.) Obj. Synedrium civilia æquè, ac Eccleſiaſtica reſpiciebat: at illi non ſolùm interfuerunt, ſed & præfuerunt Eccleſiaſtici. R. 1. Argumentum à Miniſtris V. T. ad Miniſtros N. T. non procedit. 2. Synedrio Judaico non neceſſariò Sacerdos præfuit. 3. De Eccleſiaſtica morum cenſura, amica compoſitione ex offendiculis orta &c. Matth.18. eſt ſermo. 4. Dum Chriſtus hoc loco præcipit, ut obortæ controverſiæ, quæ inter paucas privatas perſonas componi nequeunt, indicentur Eccleſiæ, repræſentativæ nimirum, ſeu ſenatui Eccleſiaſtico, etiam laicos, & quidem non ex ſolo ſenatu politico, ſed ex plebeiis quoque, intelligit; niſi ſolos Eccleſiæ doctores, vel hos cum ſenatu politico, excluſis plebeiis, eſſe integram Eccleſiam velis. Fatetur Rufus, Chriſtum hoc loco juriſdictionis Eccleſ. fundamenta jeciſſe. R. 1. Quid ergo Petro ſoli, vi loci Matth.16. eam aſſignant. 2. Quare ergo Baronius (*e*) ſicco pede omnia hæc tranſit, niſi quòd Petro metuat? 3. Ergo non ſolus Petrus eam poteſtatem habet, unde per Eccleſiam Epiſcopos intelligi ipſi contendunt. Num verò ligari & ſolvi non poſſet, ubi nulli eſſent Epiſcopi? An ad ſolos provocat clericos B. Paulus 1.Cor.6.5? Certè ad hunc locum dubiè Rufus. (*f*) Chriſtianorum litigantium judex erat Eccleſia, vel quem judicem dediſſet. At liberum relinquit Paulus, neque quicquam de Eccleſiaſticis. Imò conveniri & compellari à litigantibus poterat quiſque. Non ignoro quid à piis primis Impperatoribus Chriſtianis conceſſum fuerit

 Epiſco-

b) Turret. de depoſit. Regum c.4 §.9.p.47. (c) cont. Carol. Molinæ. I.C. Pariſ. p.585. (d) p.586. (e) §.33. Spond. §.11. (f) p.589.

Ann.33. Epiſcopis: at ea judicia non ſumma, non coactionis, ſed fraternæ reconciliationis amicæque tractationis fuerant. Rouſſel (g) *ut duæ ſunt poteſtates in ſeculo, cui utrique omnes homines ſunt obnoxii, altera Eccleſiaſtica & ſpiritualis, altera temporalis & laica: ſic duplex jurisdictio.* Mixtum autem fuiſſe tribunal Judaicum eodem capite probatum it. aſt quis Synedrium illud à regum & judicum tribunali non diſtinguat. Quicquid autem fuerit tandem, quem locum habeat in N. T. diſquirendum. (h) Sub N. T. clavium nomine vel generaliter comprehenditur poteſtas ex officio prædicandi Evangelium, Sacramenta adminiſtrandi, & diſciplinam Eccleſiaſticam exercendi: atqui duo priora nemini niſi Eccleſiaſtico conveniunt: vel ſpecialiter diſciplinæ poteſtas innuitur, ceu cenſura publica, ſive Eccleſiaſtica, quæ per Senatum Eccleſiaſticum vulgò exercetur, cujus membra laici etiam ad eam vocati meritò putantur, utpote quibus & diſcernendi ſcientia, & potentia judicandi quoque convenit. (i) Morum ergo cenſura à litium diremtione diſtinguenda: illa directè, hæc indirectè, quemadmodum cuivis Chriſtiano, Synedrio convenit. Sed nec juriſdictionem temporalem propriè exercent, qui amicè dirimunt & componunt controverſias inter proximos ortas: 1.Cor.6.4.5.

§.23.) Neminem ſine Eccleſiæ conſenſu excommunicandum, inprimis in gradu majori, ex mandato Chriſti manifeſtum. (k) Ergo non ſolus Papa hoc facit: Conf. 2.Cor.2.6. Abſit verò ut unum Epiſcopum Romanum hoc nomine intelligamus! Hinc etiam Petrus ad Eccleſiam remittitur, quia fratris nomen eidem quoque competit. Eſto igitur Papa ſucceſſor Petri, tamen non erit ſupra, ſed infra Eccleſiam, ſeu Concilia, ſi omnino frater, ſi membrum eſſe geſtiat. (l) Quòd Petrum adhuc hominem privatum fuiſſe, quando hæc dicta ſunt, Bellarminus contendit, hoc ipſo dictum enervat. (m) Eccleſiam cœtum eſſe plurium etymon te docet, unde v.18. omnibus applicatur. Ut ergo non democraticum eſt Eccleſiæ judicium, ita nec Monarchicum: hinc 1.Cor.5.4. *Vobis, & meo ſpiritu in nomine Chriſti congregatis:* Conf.Philip.1.1. Sanè Eccleſiam & Petro, & quoquam alio majorem eſſe, ex præſenti clarum dicto, quia ipſe, & quivis alii remittuntur ad ſuperius quoddam tribunal & judicium. Eadem verò ratio cum Concilio, quæ cum Eccleſia, quia Eccleſia repræſentatur in Concilio. Ineptit Johannes de Turrecremata, quando (n) ait per Eccleſiam nō univerſalem Eccleſiam, aut Synodum, ſed Epiſcopum ſignificari. At ſi Epiſcopus quempiam offenderit, quid faciundum? Quid ſi alius eundem offenderit, nec moneri & corrigi ſe patiatur, ad ſene rem deferet? Si duo inter ſe Epiſcopi rixentur? Ferro res decidenda fortè, ut exempla docent. Idem judicium de ſuperioribus dignitatibus: unde ſolum

g) Hiſt. jurisdict. Pont. l.4.c.1.§.2. (h) Sibr Lubert. de Conc. l.2 c.8.p.60. (i) vide Forbeſ. l.12 c.4. à §.1. (k) Walaus oper. T.2.p.31. (l) Alſt. de Concil c.10.§.24.ſeq (m) Wit. de Conc. q.5.c.3 Geſn. de Conc. T.2.c. ult. à p.764. (n) l.3. de Eccl. c.46.

lum Papam ſolius Dei judicio reſervandum volunt,contra apertam Chriſti ſententiam, qua penitus neminem eximit. Quid ſi hæreticus fiat Papa,vel aliàs auferibilis? Si in fratrem ſuum peccet? (o) Turrecrematæ contradicit Bellarminus dum vult, ſententiæ legitimi NB. Concilii obediendum, eò quòd Concilium omnium conſenſu, maximè propriè dici poſſit Eccleſia. At profectò non tale intelligi Concilium debet, cujus judicibus tradita ſit prætoria poteſtas & auctoritas ſtatuendi & pronunciandi, non reddita ratione ſuorum decretorum è Scriptura. Ut ergo Chriſtus hoc loco loquitur de vera Eccleſia, & generaliter quidem de quavis, quæ vocem ſui paſtoris audit, ſic etiam nonniſi de legitimo agit Concilio, in quo non ſoli Prælati majores cum ſuo Papa, ſed & minores miniſtri, atque etiam laici, ex quibus repræſentativa conſtat Eccleſia. Hinc itaque conſtat, non ultimum eſſe judicem Papam, quin eundem ſi Eccleſiam non audiat, velut Ethnicum & publicanum habendum. Ann.33.

§.24.) Ἐμμελῶς καὶ εὐκαίρως Libert.Gall. (p) *In Conciliis Papa ſe ut membrum habet, reſpectu corporis: Rom.12.5. Hinc Gloſſa in canone Legimus in verbo major eſt.43.diſt. Hic eſt argumentum, quòd ſtatuta Concilii præjudicant ſtatuto Papæ, ſi contradicant. Ea quippe poteſtas, ad quam finaliter Chriſtiani ablegantur, major atque perfectior judicanda. Atque Eccleſia eam habet. Neque Petrus ut Caput Eccleſiæ hic conſiderandus, quandoquidem & ipſi hæc Chriſti verba dicta ſunt, abſurdusq; ſenſus eſſet, Chriſtum dixiſſe Petro, ut aliquid ſibi ipſi dicat: adde quòd Eccleſia collectivum, ſeu multitudinis nomen, quod reſtringi non poteſt ad unum ſpiritualem Monarcham.* Conſentit Mareſius: (q) Non procedit argumentum ab authoritate Eccleſiæ *in reconciliandis fratribus, ad judicariam ejus & ἀνυπεύθυνον poteſtatem in rebus fidei: tum etiam, quia aliàs cujusque Eccleſia particularis Synedrium 1.Tim.4.14. ea gauderet infallibilitate atque poteſtate.* Quin ipſe Tirinus agnoſcit Matth.18.17. de fraterna & privata correptione agi, quæ ad emendationem proximi tendit; atque Eccleſiam repræſentativam congregationis particularis, cujus ille frater, qui nos offenderit, membrum eſt, intelligi pertendit. Ex Eccleſiæ, hodie presbyterii, itaque vocabulo, cœtus cujuſque particularis regimen Monarchicum non eſſe liquet, unde cenſura illius & correptio ἔλεγξις ὑπὸ πλειόνων 2.Cor.11.6. vocatur.

§.25.) Eò collimant unicè Papiſtæ, ut Eccleſiæ nomine nonniſi Prælatos intelligant, & hos iterum in unum Papam reſolvant: unde Concilium ejus conſenſu congregatum, & ab eo adprobatum, infallibile dicunt, fallibile autem, ubi hæc deſunt: inſuper credendum Eccleſiæ (Papæ) decretis ſine Scriptura in articulis fidei, quia ſic ſtatuit: ſive Epiſcopos ſynodicè congregatos judices, eorúmque decreta leges eſſe obligantes conſcientiam. R.

o) *VVitel. al. Tilen. diſp. part.2. diſp.31. à §.32.* (p) *T.1.553.* (q) *contr. 2. contra Tirin. pag.59.*

Ann.33. 1. De Eccleſia vera, adeoque Concilio legitimo hîc eſt ſermo. 2. Ut olim Sacerdotes, Levitæ abſolutam judicandi poteſtatem non habebant: Lev.19. 15.c.24.11.Deut.17.11.c.27.19. ita neque Eccleſia N.T. Gal.1.5. unde conſequentia cadit, eum qui ſecundum Verbum Dei punit, leges poſſe ferre in conſcientias. 3. Senſus itaque, ut Eccleſiæ, ſeu Concilii ex Verbo Dei, & juxta illud pronuntiantis ſententiæ obediamus. 4. De fratrum reconciliatione amica hoc loco Chriſtus agit. Quemadmodum ergo Paulus 1.Cor.6. 4.ſeq.ſuadet, imò præcipit, ut Chriſtiani in cauſis civilibus, ſua ſponte & voluntate, ac propria electione & deliberatione non adeant judices gentiles (2.Cor.6.14.) ſed vel amicè componant, vel arbitrium Chriſtianum eligant (id quod abſque judicis ordinarii præjudicio fieri poteſt) ita hoc loco Chriſtus amicam compoſitionem ſuadet, &, ſi illa locum non habeat, Eccleſiaſtica cenſura quæratur. (r) Porrò quemadmodum nemo abſque præeunte peccato & contumacia excommunicandus, ita non quivis facilè pro publicano & Ethnico habendus. Errant igitur, qui his etiam eandem infligunt pœnam, qui cum excommunicatis, innocentes cœteroquin atque Eccleſiam audientes, loquuntur & comedunt: cùm olim etiam ſermones, allocutiones, negocia, ceu neceſſaria, inter Chriſtianos, publicanos & Ethnicos prohibita non fuerint. (s) Habere itaque pro Ethnico & publicano nihil aliud, quàm extra Eccleſiam, & à cœtu fidelium abjicere. Quæſtio igitur erit, num Papa R. ut inutile & putridum membrum abſcindi poſſit, id quod negant adverſarii, unde Bellarminus, de jure naturæ eſſe, ut abſcindantur membra putrida, ſed excepto capite. Melius enim eſſe, habere caput putridum, quàm nullum. R. At Caput Papa R. penitus non eſt, ſed Chriſtus perpetuò illud erit. Qua ratione concedunt, caput in rep. abſcindi non poſſe, non item in Eccleſia, cùm principis poteſtas à Deo, non item Papæ? Proinde conducit, tam inutile Eccleſiæ Caput abſcindere, quàm ingens damnum ab eodem accipere.

Quid ſit ligare & ſolvere. §.26.) *Quæcunque ligaveritis:* Matth.18.18. uti c.16.v.19. dabo futuri temporis promiſſionem habet, ita hoc loco, & Joh.20.23. impletur promiſſio, clavéſque non uni Petro, ſed omnibus Apoſtolis, ſeu Eccleſiæ dantur. (t) Ita conſtricti Cajetanus & Stapletonus reſpondent: Clavium poteſtatem latiorem eſſe, quàm ligandi, aut ſolvendi; ſeu ligare & ſolvere actus quoſdam clavium partiales, non totales declarare. R. 1. Qui parem habent poteſtatem, illi eaſdem habent claves. 2. Omnes ita miſſi, ut ipſe Chriſtus: Joh.20.21. 3. Et clavium, & ligandi atque ſolvendi poteſtas ſunt omnino æquivalentia, quæ Joh.20.23. æquè ac Matth.16.19. per remiſſionem ac retentionem peccatorum explicantur. Quid enim aliud, quàm claudimus & aperimus clavibus? Quòd ſi itaque Petrus traditis ei clavibus, factus

r) *De Dom.l.6.c.10.§.75.* (s) *idem l.5.c.9.§.34. ſeq.* (t) *Dana. cont.3.c.12.Whit.cont.4. q.2.c.4.§.10. Hammond. de Epiſc. diſſert.3.c.3.§.9.*

ctus ordinarius Eccleſiæ princeps, ergo & reliqui ſimiliter. (*u*) Sanè ſumma Eccleſiaſtica poteſtas, mortalibus à Chriſto data, Apoſtolica eſt: at verò tam cœteri, quàm Petrus Apoſtoli ſunt facti. Inter pretioſiſſima dona, quæ Dominus ſuæ impertivit Eccleſiæ, remiſſio eſt peccatorum: aſt ea omnibus æquè commiſſa & concredita. (*x*) Ann. 33.

§. 27.) Non dimittendi immunes heîc Veneti (*y*) *quòd dicitur, quodcunq; ſolveritis &c. reſpondetur ſecundùm Chryſoſtomum & Rhabanum, per hoc non intelligi aliquam poteſtatem datam, niſi ſpiritualem, abſolvendi ſcil. à vinculo peccatorum. Stultum autem eſſet intelligere, quòd per hoc detur poteſtas abſolvendi à vinculo debitorum. Ampliùs, ſecundùm Hier. non eſt intelligendum hanc poteſtatem habere effectum clave errante. Unde dicit, quòd Presbyteri ut epiſcopi poteſtatem habent &c. Richardus quoque (de S. Victore, l. de remiſſ. peccat. c. 8.) expedit illud dicens: Non dicit Dominus, quodcunque volueris ſolvere, aut ligare; ſed quodcunque ligaveris. &c. Ligat autem, & abſolvit ſacerdos ſententiâ juſtâ, non injuſtâ.* Ex eodem præſenti loco non ſequitur, quædam peccata ſuâ naturâ mortalia non eſſe, ſed venialia, nec à ſolo Deo, ſed etiam à ſacerdote, inprimis confitentibus remitti. R. Abſolutio alia autoritativa, alia miniſterialis, illa ſolius eſt Dei, hæc præconum Evangelii, qui declarant & pronuntiant pœnitentibus remiſſionem, aliorum item, ex charitate & occaſionaliter.

§. 28.) *Si duo ex vobis &c.* Matth. 18. 19. Præſentiam Chriſtus, non impiè conſentientibus nec quibuſq; congregatis, verùm in ſuo (Chriſti) nomine, piè collectis fidelibus & quidem omnibus pollicetur, ſcil. etiam injuſtè excommunicatis: non ſecus atque Spiritus S. his eſt promiſſus: non ergo ſoli Papæ, aut conclavi ipſius, ut putant. Proinde Eccleſiæ etiam datum, quod Petro datum, quia neminem hîc excipit Chriſtus. (z) Ergo neque Vicario indiget Chriſtus viſibili (*a*) Obj. Ergo Concilia errare non poſſunt. R. 1. Rectè ſanè adverſarii à Papa deſcendunt ad Concilia quia non de capite vel Papa, ſed de pluribus congregatis Chriſtus agit. 2. Hinc tamen non ſequitur infallibilitas Conciliorum, quia (a) non omnia in Chriſti nomine, ejus autoritae, cauſa, adprobatione, ſanctóq; fine convocantur & habentur: (b) multis infirmitatibus fideles in hac carne obnoxii: (c) utriuſque varia exempla in antiquis occurrunt Conciliis: (d) ſi permitteretur hinc infallibilitas, ea non ſolum Papam, nec Epiſcopos ſolos, vel etiam Eccleſiaſticos, ſed quoſvis fideles ſpectaret inprimis cœtus ſacros, qui tamen errare poſſunt. Sic licet Chriſtus omnibus adſit fidelibus Matth. 28. 20. erroribus tamen & peccatis obnoxii ſunt. Obj. At congregatis in Conciliis in nomine Chriſti, Chriſtus perpetuò adeſt. R. Præſentia Chriſti vel univerſalis eſt, quæ omnes tangit: vel reſtrictior, quæ electis ſolis contigit, licet gradibus diverſis, à peccatis tamen & la-

Duo, aut tres congregati,

u) Foröeſ. l. 16 c. 1. à §. 2. (x) de Dom. l. 5. c. 7. §. 3. & 21. & c. 21. §. 9. (y) pag. 84. ex Ioh. Pariſ. de regia poteſt. c. 15. (z) de Dom. l. 4. c. 7. §. 5. 6. Tilen. diſp. part. 2. diſp. 31. §. 18. (a) Fulmen brut. Sixti V. p. 261.

Ann.33. & lapſibus nunquam in hac vita redduntur immunes. Quemadmodum qui Spiritum S. habent, qui ſapientiam & illuminationem precibus impetrant, errare tamen poſſunt.

§.29.) Ut omnia in Concilia, Concilia in Epiſcopos, & hos in unum Papam reſolvant, volunt extra Concilium dijudicationem hæreſium fieri non poſſe, quòd ad eam rem multorum opus ſit conſenſione. Quanquam Pontifices poſtremi ob mali ſucceſſus metum in Janſenitica cauſa convocare Concilium renuit, ſed Romæ in Cardinalium Conſiſtorio tranſigere. R. 1. At deduobus, aut 3. hîc Chriſtus loquitur neque de ſolis Epiſcopis, nihil autem omnino de Cardinalibus. 2. Quî fit, quòd Papa hodie, in rebus etiam graviſſimis, Concilia etiam tantopere averſetur? Inſtant. Si duobus, aut tribus præſentiam ſuam pollicetur Chriſtus, multò magis pluribus, inprimis Generali Concilio; unde fit, ut illud etiam minus erret. Reſp. 1. Quod pluribus, idem etiam duobus aut tribus promittit Servator, ſi vera fide & invocatione conveniant. 2. Hinc patet, vota & ſuffragia in Conciliis non multitudine numeranda, ſed veritate ponderanda. 3. Nec Chriſtus ad multitudinem provocat: Joh. 8. v. 17. ſeq. 4. Non tamen Concilia ampla rejicimus, ſi in nomine Chriſti conveniant, quia ſic teſtimonium illuſtrius perhibetur veritati. Et tamen non ſequitur, ſi Chriſtus adſit omnibus, in nomine ejus congregatis, tum multò magis Epiſcopis, quò ita judicare de iis certò poſſint, quæ ſpectant Eccleſiam: nam 1. quid ad Papam, ad Epiſcopos, & reliquos, qui in Chriſto nomine non congregantur? 2. Etiam pientiſſimis inſidiatur Satan, eiſque vetus homo inhæret, & imperfecta ſunt omnia, quæ in hoc mundo: 1.Cor. 13.9.10. 3. Non ſemper obtinent fideles quod optant, juſto Dei judicio, ſæpe in peccatorum pœnam &c. ita bonis mali mixti. 4. Senſus Chriſti: ubicunque Eccleſia aliqua particularis diſciplinam Eccleſ. legitimè exercuerit, id ratum fore in cœlis. (b) Non igitur de ſolis Conciliis, etiam ſi legitima ſint, Servator loquitur, ſed de quibuſve piis congreſſibus, ſiquidem duo vel 3. Concilium non faciunt. (c) Inferri igitur nec poteſt, nec debet, Synodalia potiùs, quàm alia quæcunque, ſive duorum, ſive trium in timore Domini inſtituta colloquia, eſſe ordinarium medium tollendarum hæreſium eiſque abſolutè & fide cœca eſſe parendum, & unicè ad Conciliorum decreta provocandum.

A quo Concilia convocanda.

§.30.) Ex eodem dicto volunt adverſarii, omnia Concilia à Papa convocanda, neque ullum ſine ipſius adprobatione eſſe legitimum, quia congregari in nomine Chriſti, nihil aliud, quàm Pontificis convenire juſſu, utpote qui autoritatem poteſtatémque à Chriſto acceperit: Joh.21.16.17. R. 1. Negamus Papam Chriſti eſſe Vicarium. 2. Etſi daretur, nulla tamen eſſet conſequen-

b) *De Dam.l.7.c.3.§.3. Dana.com.4.* (c) *VVit. de Copt.q.6.c.2.*

ſequentia, quia non in omnibus Vicarius eſſet: unde Conciliorum convo- Ann.33.
catio politicæ eſt juriſdictionis. 3. Scelus eſt, nomen ſuum loco Chriſti, cui
ſoli omnis data poteſtas, ſubſtituere, adeoque Majeſtatem ipſius conculca-
re. (*d*) 4. Formula illa, *in nomine Chriſti convenire*, non tantùm juſſionem
& authoritatem, vel ſimplicem actionem denotat, ſed fidem, fideíque fru-
ctus, obedientiam, humilitatem, ſtudium pietatis, ardorem veritatis &c.
5. Quid opus eſt Papa, aut conclavi ipſius, ſi ſenſu Pontificio duo aut tres in
nomine Chriſti congregati errare non poſſint. Neque itaque verum, Con-
cilia à Papa convocanda, neque ab eodem adprobata errare non poſſe nec
in fide, nec in moribus.

§.31.) Aliam Petro prærogativam decernunt ex Matth. 18.21. quòd
ipſe, tanquam futurus Eccleſiæ præſes, fraternæ correptionis modum dili-
genter præ aliis quæſivit Apoſtolis. R. factum quia ſenior, ferventior & fa-
miliarior Chriſto, ſeu quòd os Apoſtolorum: conf. Joh. 13.25. (*e*) iterum
aliud axioma Petro tribuunt ex v. 22. Matth. 18. quòd Chriſtus doctrinam,
quam omnibus Apoſtolis & diſcipulis tradebat, per Petrum voluit in alios
derivari. R. Simpliciter ad ea reſpondit Chriſtus, quæ Petrus v. 21. interroga-
vit: unde malè hic locus in antiquis Miſſalibus fuit redditus: *Aſpiciens Jeſus
in diſcipulos, dixit Simoni Petro.* (*f*) Chriſtus Hieroſolymam è Galilæa per *Scenope-*
Samariam ad Scenopegia abit: Joh. 7.2. ſeq. (*g*) *gia.*

Chriſtus adulteram judicare noluit, ſed propoſita quæſtione pruden- *Adulteras*
ter declinavit: Joh. 8.1. ſeq. Abrogandæ ergo illæ Prælatorum juriſdictio-
nes, fora ac judicia temporalia. Conf. Luc. 12. v. 14. c. 22. 15. 1. Pet. 5.3. (*h*) Obj.
Atqui ſunt Principum ac Regum conceſſiones & donationes, prout reſcripta
illorum teſtantur: igitur licèt non directè, indirectè tamen & Papa, & reli-
quus clerus jus in illa habent. R. Surreptitia ex obreptitia illa ſunt reſcripta,
nullius proinde valoris; vel enim non fuerunt illa privilegia conceſſa, uti do-
natio Conſtant. M. vel vi, dolo, fraude extorta, id quod ex cauſis, in ejuſmodi
ſcriptis allegatis ac pretenſis, nimirum Verbo Dei è diametro contrariis appa-
ret, quando pietatem, Dei mandatum, animarum ſalutem id requirere putâ-
runt donatores. Proinde neque jure hoc facere potuerunt, neque accepta-
re Eccleſiaſtici, neque hoc modo tranſire ad ſecularia debuiſſent. (*i*)

Ego ſum lux illa mundi: Joh. 8.12. Ubi τò demonſtrativum ſingula- *Lux mun-*
rem illam & unicam veram lucem ſignificans: proinde alia longè, quàm cùm *di.*
Matth. 5.14. dicit, *Vos eſtis lux mundi*, ſcil. vita, inſtitutione &c. Non ergo
valet, ſicut lux mundi etiam dicuntur diſcipuli, ita Papa quoque Caput ſe-
cundarium & viſibile dici poteſt: Quandoquidem ut multa alia, præter

H Chriſtum,

d) *Dana. cont. 4 c. 12. Lubert. de Conc. l. 1. c. 2.* (*e*) *De Dom. l. 1. c. 9. §. 15.* (*f*) *idem §. 18.*
(*g*) *Confer Selden. de Synedr. l. 2. c. 4. à p. 166.* (*h*) *Dana. cont. 3. c. 7. Cham. T. 2. l. 15. c. 4. § 24.
ſeq.* (*i*) *idem c. 9. p. 566. ſeq.*

Digitized by Google

Ann. 33, Chriſtum, lux mundi, ita nec Caput Vicarium eſt. Ambulemus ergo in hac luce, hoc eſt, in doctrina Chriſti.

Errant Concilia. Eum, cui Chriſtus viſum reſtituit, adducunt ad Phariſæos: Joh. 9. 13. ubi Concilium Judæorum, in quo excommunicatus ille, ob confeſſionem de Chriſto: v. 34. ita poſtea ipſe Chriſtus Joh. 11. Ergo errare Concilia poſſunt: neque admittimus nugas, quas tum Bellarminus, tum alii adferunt, quandoquidem ſua abſurditate ſemet convincunt.

LXX. Diſcipuli. §. 32.) Chriſtus LXX. diſcipulos emittit: Luc. 10. 1. ſeq. (k) Fuerint ne LXXII. non anxiè diſquirimus, nec infrequens ut numerus rotundus & perfectus pro imperfecto ponatur. De utraque ſententia copioſè Blondellus de Epiſcopis & presbyt. §. 3. (l) ut autem Servator pro numero tribuum Jſraëlitarum XII. Apoſtolos, ſic ad formam LXX. aſſeſſorum in Synedrio, elegiſſe diſcipulos videtur. Ad prædicandum illos emiſſos ex v. 16. palàm. Pluſquam inſcitè ergo dicunt, LXX. Pentecoſtes tempore adhuc fuiſſe Laicos (ut Laicos in caſu neceſſitatis baptizare poſſe probent) quandoquidem hos Chriſtus jam antè vocaverat, ad Evangelii miniſterium & conſtituerat publicos in meſſe operarios, quos miſerat commiſſione publica & miraculis inſtructos, *Qui vos audit, me audit:* v. 16. ſeq. Hinc etiam veterum ſententia, quæ presbyteros ſucceſſores LXX. diſcipulorum, ut Epiſcopos Apoſtolorum facit. (*Spond. ad an. 58. §. 4.*) In horum nominibus recenſendis & deſcribendis multi ineptierunt, quorum quædam Euſebius habet hiſt. l. 1. c. 12. ubi inter alia Cepham, de quo ad Gal. 2. alium nobis à Petro ex Clementis ὑποτυπώσεων l. 5. ſupponit, quod tamen commentum totus contextus, inpr. v. 8. & 9. Hieronymus item in hunc locum, & ipſi ſaniores Papiſtæ jure meritò refutant. (*m*) Rectè Euſeb. l. all. *Nullius LXX. diſcipulorum catalogus uſpiam refertur.* Candidè de hoc eodem Baronius: (*n*) *Dum ſingula nomina exprimere conati ſunt aliqui, omnes ferè, quorum invenerunt in Epiſtolis Pauli fieri mentionem, nullo judicio ſimul conſarcinantes, inter diſcipulos Domini adnumerârunt.* (*o*)

Nomina τῶν LXX. §. 33.) Utut verò omnia obſcura, & incerta, tamen ut illos ſub uno intutu habeas, & quia multa vulgò obtrudi, liteſque inde moveri ſolent, nonnulla κατ᾽ ἐπιλογὴν ex Blondello (*p*) atque aliis huc apponere viſum fuit. Illis itaque accenſeri ſolent: *Barnabas* à Clem. Alex. ejúſque ſequacibus: de quo Martyrol. Rom. ad 11. Junii *Jacobus* Domnini frater, ab Hegeſippo, Euſebio, Pſeudoclemente, Nyſſeno, Hier. de quo Martyrol. ad 1. Maij. *Matthias* à Clemente, Epiph. & Euſeb. lib. 1. c. 12. de quo Act. 1. vide 24. Febr. Alius ejuſdem nominis, Hieroſ. Epiſc. de quo ad 30. Jan. *Thaddæus*, ab Euſ. Rufino, aliis: 28. Oct. *Ariſtio*, qui Salaminæ in Cypro rector fuiſſe, & tandem

Vid. an. 34. § 81. & an. 63. §. 1.

k] *Baron.* §. 38. *Spond.* §. 13. 14 [*l*] *à pag.* 99. [*m*] *Cham. T.* 2 *lib.* 12. *c.* 3. §. 8. *Vulſa lib.* 2. *c.* 7. [*n*] §. 40. *Spond.* §. 14. [*o*] *Conf. Mycral. hiſt. Eccl. lib.* 2. §. 1. *à pag.* 41. & 44. [*p*] *de Epiſc.* §. 3. *pag.* 101.

Digitized by Google

dem martyrium ſubiiſſe fertur: 22.Febr. *Johannes* presbyter, Epheſi rector: Ann.33. 27.Dec. At quis Johannes Evangeliſta & Apoſtolus? *Soſthenes*, helleniſta, Corinthiacorum Judæorum Archiſynagogus; Euſ.Doroth.Faſti ad 18.Nov. *Marcus & Lucas*: ab Epiph. hær.51. Ubi Niceph. non audiendus, quòd Lucam Thebis Bæoticis à Paulo ad fidem primùm converſum, antea gentilem fuiſſe ſcribit. Baronius hunc Rom.16.v.21. *Lucii* nomine venire vult, eundémque Pauli diſcipulum vocat, ad an.51. & 56. de Marco ad 25. Apr. de Luca ad 18.Oct. de Lucio ad 8. Febr. *Juſtus ſeu Joſephus*, malim Joſephus Juſtus: de quo Faſti ad 20.Julii: dictus aliàs etiam *Barſabas*. *Apelles*, de quo 22.Apr. *Rufus*: Marci 15.21.Rom.16.13. Martyrol. 21. Nov. coll. cum Hoſpin. ad 18.Dec. Diaconi VII. Act.6.5. qui ſunt *Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, Nicolaus*, ab Epiph. Doroth. *Niger*, ab Epiph. Act.13.1. *Cleophas*: Faſti & Hoſpin. ad 25.Sept. Creſcens: 2.Tim.4.10. *Epanetus*: Rom.16.5. *Andronicus*: Rom.16.7. ubi ipſe & *Junias* cognati Pauli dicuntur, inſignes item inter Apoſtolos, & ante Paulum fuiſſe in Chriſto: ubi nota commune fuiſſe primæ antiquitati, ut presbyteros non modò Epiſcopos, ſed & Apoſtolos vocârint, eos inprimis qui prædicatione ſua gentem aliquam converterant, vel qui ad gentem aliquam miſſi, vel primi Evangelium annunciaverant: de quibus fusè Blondellus l. all. §. 2.p.85. & Caſaub. exerc. 14. à c.2. p.274. Juniam tamen mulierem Chryſomus, Theophyl. Oecumenius putaverunt, eámque ut & Mariam, apoſtatam: quod de Thecla ſenſit auctor vitæ.

Vid. Ann. 34. §83.

§.34.) *Amplia*: Rom.16.8. Aliàs Ampliatus: faſti ad 31.Oct. *Urbanus*: Rom.16.9. faſti ad eundem diem. *Stachys*: Rom.16.9. faſti ib. *Ariſtobulus*: Rom. 16. 10. Martyrol. ad 15.Martii. *Narciſſus*: Rom.16.11. vide Martyrol. B. in Ampliato ad 31. Oct. Narciſſo Patrenſium curam demandatam ſcribit Dorotheus, eundem Athenis (quas Dionyſio Areopagitæ creditas, Dionyſius Corinthius, apud Euſ.l.4.c.23. Euſebius ipſe l.3. c.4. Conſtitutiones & Martyrologia aſſerunt) collocat Hippolytus in libello de LXXII. diſcipulis. (q) *Herodio*: Rom.16.11. item *Aſyncritus* & *Phlegon*: v.14. de quibus ad 8.Apr. *Herma*: c.16.14. Martyrol. ad 9.Maii. *Hermes*: ad Rom. ib. Hoſp. ad dictam diem. *Patrobas*: ad Rom. ib. faſti ad 4.Nov. *Linus* 2.Tim.4.21. vid. Menol 23.Sept. *Cajus* hoſpes Pauli: Rom.16.23. comes ejuſdem cum Ariſtarcho: Act.19.29. Faſti ad 4.Oct. *Philologus*: Rom. 16. 15. Faſti ad 4.Nov. *Olympas*: Rom.16.15. *Jaſon*: Act.17.5. Rom.16.21. Mart. ad 12.Julii: vid. Hoſpin. *Soſipater*: ib. ad Rom. Mart. ad 25. Junii. *Tertius*: Rom.16.22. *Eraſtus*: Rom.16.23. de eodem ad 26.Julii: Hunc Dorotheus Paneadis, at cœteri Philippenſium faciunt Epiſcopum. *Demas*: 2.Tim.4.10. Col.4.14. *Quartus*: Rom.16.23. Menol. ad 3.Nov. *Apollo*: Act.19.1. 1.Cor.4.6. Tit.3.13. *Epaphroditus*: ad Philip.2.25. & c.4.18. Menol. ad 22. Mart. *Arteman*. Tit.3.12.

q] Blondell.l.all. pag.103. ſeq.

Ann.33. *Clemens:* Philip.4.3.ad 23.Nov. *Oneſiphorus:* 2.Tim.1.16.6.Sept. *Tychicus:* ad Epheſ.6.21.ad Coloſſ.4.7.2.Tim.4.12. Menol.29.April. *Philemon,* 22. Nov. *Zenas:* Tit.3.13. *Aquila:* Rom.16.13.Menol.8.Jul.De hoc Blondell. (*p.*107.) Dementiæ proximum, quòd ex *Priſca* ſive *Priſcilla*, Aquilæ uxore, Priſcam ſive Priſcantem virum; ex *Evodia*, à Paulo Phil.4.2. laudatâ Evodium Antiochenum; *Herodiones*, *Demas*, *Tychicos*, *Marcos*, ex uno geminos Dorotheus & Faſti procudunt. De Priſca Baronii Martyrol. ad 18. Jan. *Ariſtarchus:* Coloſſ. 4. 10. Act.19.29. c.20.4. c.27.2. Menol.4.Aug. *Pudens:* 2.Tim.4.21. Martyrol. ad 19.Maii.

§.35.) *Nereus:* Rom.16.15.conf.12.Maii. *Stephana:* 1.Corinth.16.17. *Fortunatus:* ib. *Achaicus:* ib. *Oneſimus:* ad Philem.v.10.hunc poſt Timotheum Epheſiorum faciunt Epiſcopum: vid.16.Febr.At quomodo ex LXX. numero eſſe queat, cùm illum Paulus in vinculis genuerit. Ita ſanè eadem cum pluribus aliis ratio. *Nympha* Coloſſ.4.15. *Archippus:* Col.4.17.Martyrol. 20. Mart. *Joſes:* Matth.27.56. Act.4.36. Luc.3.29. *Eraſtus* alter: Martyr.26. Julii. *Eubulus:* 2.Tim. 4. 21. *Demas* alter; 2.Tim. 4. 10. conf. Col.4.14. *Epaphras:* Col.c.1.7.Philem.13.vid.19.Jul.quem Coloſſenſium Epiſcopum conſtituunt. *Ananias:* num is, de quo Act.5.1. *Silas:* Act.15.22. *Silvanus:* 2.Cor. 1.19. *Agabus:* Act.11.28.c.21.10.vid. Bar. & Hoſp.ad 13.Febr. *Herodio* alter. *Phygellus:* 2.Tim.1.5. *Hermogenes:* ib. *Cæſar:* Phil.4.22. Bar.§.40. Blondel.de Epiſc.p.107. f. *Marcus* ab Evangeliſta alter. Carpus: 2.Tim.4.12. ad 13. Oct. *Evodius* & *Priſca*, de quibus §. præcedente. *Junias:* Rom.16.7. *Johannes Marcus. Trophimus:* Act.20.5. quem aliàs Arelatenſes primum ſuum Antiſtitem faciunt à Paulo ordinatum: Vid.29.Dec. (*r*) *Eunuchum* Æthiopem: Act.8.27.Dorotheus accenſet, quem imperitè Candacem Pſeudo-Abdias & Nicephorus vocant.

Etſi, ſubjicit Blondellus, Gallorum noſtrorum, qui *Maximum* Aquenſium Sextianorum (*s*) *Maternum* Colonienſium (*t*) *Sabinianum* Senonenſium, (*u*) *Altinum* aurelianenſium (*x*) Julianum Cenomanenſium (*y*) primos Epiſcopos ex LXX. virorum Collegio petitos obtrudunt, locales traditiones miſſas faciamus, exſurget tamen non LXX. aut LXXII. ſed LXXXVI. diſcipulorum catalogus: ut ſimul etiam *Manahemi* Act.13.1. Antiochenæ Eccleſiæ cum Barnaba, & cœteris, doctoris; *Tyranni* Act.19.9. in cujus ſchola Epheſi per biennium docuit Paulus; *Secundi* c.20.4. Theſſalonicenſis, Paulini itineris comitis; *Mnaſonis* c.21.16. diſcipuli veteris, Apoſtolíque ejùsdem Hieroſolymis hoſpitis, infelicem hac in parte ſortem deplorare neceſſe ſit. Aſt ita

Vid.an. forte ad inſtar ligni crucis divinitùs aucti fuerunt. Quòd ſi cœteros quoque
44.§.36. colligeremus, qui LXX. numero ſimul hinc inde adſcribuntur & accenſentur, in immenſum ſanè excreſceret catalogus, *Ægiſtum* ex LXX. diſcipulis in

(*r*) *Gallia Chriſt.T.1.pag.31.* (*s*) *ib.p.2.* (*t*) *ib.pag.256.* (*u*) *ib.pag.614. ubi Savinianus dicitur.* (*x*) *ib.T.2.p.235.* (*y*) *ib.512.*

in Germaniam miſſum Henricus de Erfordia vult: ſic *Timotheum* & *Titum* Ann.33.
Dorotheus, cùm altero illum, utroque hunc Gentili parente natum Scriptura doceat: Act. 16.1. Gal. 2.3. longéque ſeriùs ex ephebis exceſſerint; Blondell. pag. 106. ubi etiam de Nicolao proſelyto atque aliis. Porrò Sabinianum alii Senonenſium Apoſtolum faciunt. At Ughellus Jtalia Sacra T. 2. p. 957. Primum Senogallienſium Epiſcopum. 2. Juſtum. 3. Venantium. 4. qui ſub Symmacho Papa Rom. Synodo interfuerit A. 499. at quæ iſthæc ſucceſſio?

§. 36.) Ut conferre Lector poſſit, atque ita nimia veterum facilitas ſeu ϖεὶεργία potiùs, palàm fiat, ex Dorotheo, quiſquis ille tandem fuerit, ſequentia exſcribere libuit, quibus LXX. diſcipulis portionem, quam quiſque coleret, liberaliter aſſignavit. Itaque *Ananiæ* Damaſcum tribuit; *Philippo* Diacono Tralles; *Prochoro* Nicomediam; *Timoni* Boſtra; *Nicolao* Sapriam; *Cleophæ* Hieroſolyma; *Silæ & Apollo* Corinthum; *Silvano* (quem eundem cum Sila fuiſſe vult Hieronymus Ep. 143.) Theſſalonicam. *Creſcenti* (à quo Wiennenſes & Moguntini ſe primùm inſtitutos putant, eundem Gallis & Galatis prædicâſſe docet Epiphanius, Theodoretus & Martyrologia ad 27. Junij & 29. Dec.) *Chalcedonem* (quæ nulla fuit) Galliarum; *Epæneto* Carthaginem; *Andronico* Pannoniam; *Vrbano* Macedoniam; *Ariſtobulo* Britanniam; *Aſyncrito* Hiſpaniam; *Hermeti* Dalmatiam; *Tito* Cretam; *Ampliæ* odyſſum; *Stachy* Byzantium (idem Martyrol. Rom. ad 31. Oct.) *Narciſſo & Herodioni* Patras; *Rufo* Thebas Bæoticas (Socr. l. 7. c. 39. Theſſalonicam, ut & Aſcholio l. 5. c. 6. 8.) *Phlegonti* Marathonem; *Hermæ* Philippos; *Patrobæ* Neapolim; *Lino* Romam; *Phygello Cajóque* poſt Timotheum Epheſum; *Philologo* Sinopem; *Jaſoni* Tarſum; *Soſipatro & Tertio* Iconium; *Lucio* Laodiceam (eum Cenchrenſem Epiſcopum Conſtitutiones faciunt, alij eidem tribuunt Auguſtas Tiberias, quæ hodie Ratisbona (z) quem tamen plerique diſtinguunt, illúmque Lucam vocant.) *Eraſto* Paneadem; *Hermogeni* Megaram; *Quarto* Berytum; *Soſtheni* Colophoniadem; *Cephæ* Cariam; *Epaphrodito* Adrianam; *Cæſari* Dyrrhachium; *Marco* Apolloniadem; *Joſepho* Eleutheropolin; *Artemæ* Lyſtram: *Clementi* Sardicam, alij Metim: *Oneſiphoro* Coronam: *Tychio* Chalcedonem Bithyniæ: *Carpo* Berœam Thracum: *Evodio* Antiochiam: *Philem.* Gazam: *Zenæ* Dioſpolim: *Aquilæ* Heracleam. Priſcæ Colophonem: *Juniæ* Apameam Syriæ: *Joanni Marco* Byblum. Tu verò curioſè veritatiſq; amans & ſtudioſe lector, ſyllabum craſſiorum Dorothæi nævorum, apud Blondell. de Epiſc. §. 3. à. p. 104. invenies, & ſimul cum ijs, quæ alij habent iſthæc conferes. Inde quantum Dorotheo, & alijs ejus ſimilibus nugivendulis fidei in hac cauſa tribuendum videas. Cautior Epiphanius Panar. l. 1. T. 1. f.

Dorotheus de LXX.

§. 37.) Licet verò Servator noſter LXX. diſcipulos XII. Apoſtolis adjecerit, Luc. 10.1. non tamen duos Miniſtrorum Evangelii ordines inſtituit, nec

de Ordinibus ſacris.

z) *Regenvol. p. 198.*

Ann. 33 nec in duas claſſes diſtribuit honore & poteſtate impares. Apoſtolos functione propria, non tantùm ordinis, ſed etiam poteſtatis eminentia cœteris Prælatos non inficiamur. at miſſionem illam, de qua Matth. 10. propriè & peculialiter Apoſtolicam nominandam non ſtatuimus, ſed eam poſtea demum factam tum proximè ante Chriſti aſcenſionem, tum præcipuè in die Pentecoſtes. ut igitur Apoſtoli ſæpe diſcipulorum nomine, ſic LXX. etiam Apoſtolorum titulo veniunt. & tamen aliquod utrorumque diſcrimen lubentes admittimus aimúſque XII. illos propius ad Chriſtum acceſſiſſe, & ad domeſtica quaſi miniſteria ac quotidiana officia aſſumtos fuiſſe (a) Miſſis verò variis ſententiis, de LXX. virorum dignitate, ex ipſis Evangeliſtarum fontibus hauriamus quid ſtatuendum. 1. utrique & XII. & LXX. ab eod. Domino miſſi: Matth. 10. 5. Luc. 10. 1. 2. eodem modo, nempe bini: Marc. 6. 7. Luc. 10. 1. 3. Eadem conditione, ſcil. *Ecce ego mitto vos ut oves in medium luporum*: Matth. 10. 16. Luc. 10. 3. 4. cum iiſd. mandatis, *proclamate, Appropinquavit regnum cœlorum*: Matth. 10. 7. Luc. 10. 9. *ne comparate aurum, neque argentum* &c. Matth. 10. 12. Luc. 10. 5. *Illic* (ubi quis dignus) *manete*: Matth. 10. 11. Luc. 10. 7. *introeuntes domum ſalutate: exeuntes pedum pulverem in indignos excutite*: 16. 5. Eadem poteſtate præditi: *infirmos curate, leproſos mundate, mortuos excitate, dæmonia expellite*: ib. *qui vos excipit, me excipit: qui vos audit, me audit*: ib. 6. iiſdem promiſſis confirmati, *Operarius dignus eſt mercede ſua*: ib. 7. iiſdem in contumaces minis: *Tolerabilior erit conditio terræ Sodomorum* &c. ib. Ergo æquo primitus jure & conditione utrique fuerunt: Poſt aſcenſionem autem Domini quid factum, nullibi nominatim Scriptura explicat. Patet igitur, quid Hammando (b) reponendum, cùm ait, Chriſtum LXX. ante faciem ſuam miſiſſe: Luc. 10. 1. ſcilicet eodem modo miſſos Apoſtolos Matth. 10. utpote quos è veſtigio ſubſequutus Dominus.

§. 38. Poſt reſurrectionem à Chriſto XII. illos in Apoſtolatu confirmatos, ut commiſſam ſibi doctrinam per totum mundum publicarent, & quò apti eſſent ad hæc, ſingulari & abundanti Spiritûs S. effuſione in die Pentecoſtes donatos fuiſſe legimus, unde ſingulariter adhuc duo eiſd. poſt aſcenſionem additi, Matthias & Paulus, quò ita futuri Eccleſiæ ædificij, architecti & fundatores eſſent, facilè enim primarios & alijs præeminentes fuiſſe Apoſtolos, at extraordinarios, & cum Prophetis & Evangeliſtis, ſucceſſionem non admittentes concedimus. Utrique & XII. & LXX. ἀμέσως à Chriſto ante paſſionem electi & miſſi, non itaque à Petro: num verò ab aſcenſione Domini hi LXX. immediatè à Chriſto miſſi ad Evanſelij prædicationem cum XII. Apoſtolis exercendam, dubitant nonnulli. Quicquid ſit, nos unum Miniſtrorum Evangelij ordinem profitemur, at gradibus diſtinctum,

a) *Conf. Hammand. de Epiſc. diſſert. 3. c. 5. §. 5. (b) p. 152. (c) Spond. ib. §. 4.*

Digitized by Google

ctum, Apoſtolorum ſcil. ſeu majorem ac ſublimiorem, noniſi ad tempus duraturum: item Presbyterorum, ſive, ut vocant, ſacerdotum. Sane primi ubivis locorum Eccleſiæ Chriſtianæ Paſtores ordinarij honoris contemplatione *Presbyteri*, ab opere *Epiſcopi* dicti ſunt: act. 20. 17. 28. conf. Philipp. 1. 1. Nullo ergo jure affirmat Bar. ad an. 58. (*c*) Presbyteros ſeu Seniores, quos & diſcipulos vocat, τοῖς LXX. ſucceſſiſſe, in hunc finem, ut Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores faciat. Fuerunt quidem LXX. diſcipuli comites & teſtes Chriſti ad prædicandum emiſſi, verùm ſolis hiſce, non item Apoſtolis, quatenus ad docendum populum, & adminiſtranda Sacramenta adhibiti, ſucceſſiſſe hodiernos Verbi Miniſtros negamus. Quomodo verò magis Epiſcopi, quàm Presbyteri Apoſtolis ſuccederent, cùm Epiſcopi in rerum natura tum nondum fuerint, & tàm Epiſcopi, quàm Presbyteri, certæ terræ adſtricti ſint? Adde quòd Epiphanius, Ambr. Auguſt. cum Donatiſtis olim putârunt, hos LXX. diſcipulos à Chriſto defeciſſe, abjiſſe poſt Satanam, & omnino perditos fuiſſe. (*d*) id quod concedi quidem non debet, interim ex horum hypotheſi, hodierni Presbyteri ſucceſſionem nullam haberent. Quanquam ergo Apoſtoli, quà Apoſtoli ſucceſſionem non habent, habent tamen quatenus Presbyterorum h. e. ordinariorum quoque Miniſtrorum munus exercuerunt. (*e*) Quare vacillat Baronii pro Epiſcopatu argumentum dicentis: ***Cùm certum ſit, dignitatem Apoſtolicam eſſe à Chriſto, ideo & Epiſcopos ſimiliter à Chriſto eſſe, qui Apoſtolis ſuccedunt:*** Annon enim Presbyteratùs quoque ordo à Chriſto, qui ab Epiſcopatu non diſtinguitur. (*f*) Ann. 33.

§. 39.) Quò tamen differentiam aliquam inter utrumque ordinem obtrudant, vel extorqueant potiùs, inter Epiſcopum Cleri & Plebis diſtinguunt: Cleri eſſe quem hodie Diœceſanum vocant, Gregis quemvis Presbyterum i. e. Parochianum Epiſcopum. Omnino contra S. Codicem, in quo hæc Epiſcoporum diſtinctio nullibi occurrit, neque ulla Cleri & gregis, ſed revera ſynonyma ſunt: 1. P. 5. 3. &c. Porrò qui Patrum ſententias de LXX. diſcipulis fuſius cognoſcere deſiderat, adeat laudatum jam toties Blondellum de Epiſc. & Presbyteris §. 3. & quidem Clementis Alex. à. p. 109. Ambroſij & Hier. à p. 112. Epiphanij à 113. Bedæ à p. 114. Olim ſibi vel inconſultò, vel ambitioſo Zelo arrogâſſe Epiſcopos, ut ſoli, vel præ alijs omnibus plebem Chriſti docerent: Presbyteris (quorum maximè intererat) à communis officij præſtatione inofficioſè depulſis, Hieronùmus (*g*) conqueritur. At quid hodie ab Epiſcopis præſtetur res docet. Cæterò Evangeliſtas Apoſtolorum συνεργοὺς καὶ συνεργοῦντας ex LXX. diſcipulis allectos non paucos fuiſſe Hammondus (*h*) ait, quos inter *Barnabas, Thaddæus, Soſthenes, Marcus, Lucas:* eoſdem evangelizare ſine Cathedra, non tamen Presbyteros in Eccleſia ordinare, hæreticos excommunicare, pœnitentes abſolvere potuiſſe, *An duplices Epiſcopi.*

d) Aug. tract. 27. in Ioh. (e) vid. Cham. T. 2. l. 10. c. 6. §. 13. (f) VVit. de R p. 9. 8. (g) Ep. 2. ad Nepot. de vita Cler. (h) diſſert. 3. c. 6. p. 158.

Digitized by Google

Ann. 33. tuiſſe, unde Timotheum & Titum ab Evangeliſtarum claſſe exemtos vult. At nos extraordinarium fuiſſe Evangeliſtarum munus ſimpliciter dicimus, & cum ijs expiràſſe. Quaſi verò illi alios legitimè vocatos non ordinare, hæreticos non excommunicare, nec abſolvere pœnitentes potuerint?

Audiendi qui. §. 40.) *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10. 16. Pari ergo cum Apoſtolis poteſtate Chriſtus hos LXX. inſtruit, atque idem dat illis privilegium: Matth. 10. 40. quem locum malè reddit Andradius (*i*) Mandatum Chriſti, ut Prælatos NB. Chriſti non ſecus ac ſeipſum audiamus, illis omnibus in rebus obtemperemus, eorum præcepta non aliter ſervemus quàm divina, & exiſtimemus magis eſſe divina juſſa, quàm humana. R. de nullo hîc Prælato ſermo, imò horret tales titulos, tantum faſtum in Clericis S. Scriptura, proinde Chriſtus ſummè dehortatur, nec niſi fraternitatem & humilitatem inculcat. 2. certè agnoſcit hoc modo adverſarius, Prælatos ſucceſſores quoque eſſe LXX. virorum, ad quos hoc dictum, 3. conditionatum eſt hoc privilegium, ſcil. ut eius Miniſtri doceant homines ſervare præcepta ſua: Matth. 28. 20. non autem propria placita, ſeu Chriſti mandato contraria, aliàs non audiendi, quia tum non Miniſtri Chriſti, ſed hoſtes & lupi, adeóque ſummè cavendi & fugiendi. Non ſervile aut brutum requirit obſequium: nec aliud admittit Evangelium: Gal. 1. 8. Eam ob cauſam famoſi & magni viri Gallicani, & quidem hodiernæ Rom. profeſſionis, ac procul omni dubio Prælati, interdicto Pariſienſis Archiepiſcopi, de non legendo N. T. Montenſi, ſe oppoſuerunt, probârúntque neque Eccleſiam, neque Papam in lege ſeu decreto injuſto audiendum: inter alia: *Salus, damnatio, Paradiſus, infernus, ſententiæ utiles, conſilia damnabilia, lectio ſacra, lectio pernicioſa non habebunt aliam regulam, quæ diſcernat hæc & à ſe invicem ſeparet, quàm voluntatem unius hominis, ſine ulla relatione ad veritatem, ad charitatem, ad ſalutem animarum?* item: *Eccleſia nonniſi obedientiam rationabilem* (λογικὴν) *à nobis exigit.* iterum: *Eccleſia à Sponſo ſuo non accepit poteſtatem tantam in conſcientias tyrannidem exercendi.* adhuc *Omnia, quæ hodie fiunt in Eccleſia, reducere volunt ad poteſtatem aliquam abſolutam & liberam, in rebus etiam iniquis, ſine ratione, ſine cauſa,* v. 1. Theſſ. 5. 21. Rom. 12. 2. 1. Pet. 1. 14. *ex mero faſtu & affectu manifeſto procedentibus, prætendentes nihil ſupereſſe inferioribus, quàm gloriam cæcæ obedientiæ, & ut tractari ſe ſinant non modò inſtar mancipiorum, ſed tanquam beſtias, autem truncos, qui non videant oculis ſuis res etiam clariſſimas, neque ſpiritum habent diſcernendi juſtum ab injuſto, neque cor, quod ſentiat injuſtitiam, neque conſcientiam ad evitandum malum.* (*k*) Annon verò talia mancipia, hominum ſervos dixeris, non Chriſti? ad Gal. 1. 10. Annon hoc eſt dominari fidei? conf. ad Col. 2. v. 4. 8. 18. alia loca ſexcenta. Hoc qui faciunt, criminis corrupti Teſtamenti, alius extra Chriſtum

i) Chemn. conc. Trid. l. de bonis op. p. 178. & de Sacram. ord. p. 421. conf. Dana. contr. 3. c. 17. p. 504. (*k*) *Plura habebis in libellis cl. Pajoni contra præjudicia: Part. 1. c. 6. 7. atque alibi.*

Digitized by Google

ſtum fundamenti ſuſpectos, imò reos ſe faciunt. Neque ergo illatio, quam ex præſenti loco inferunt, valet: Epiſcopum ſuum tribunal habere: ſanctiones item & leges præſcribere: multò minus Papam tales condere poſſe, quæ conſcientias obligent. Ratio 1. quia Chriſtus non de Papa, nec de Epiſcopis, ſed de omnibus veris Verbi ſui Miniſtris agit, qui nullas novas ſanctiones ſeu leges, ſed Verbum Dei purum & incorruptum proponunt, & diſciplinam Eccleſ. legitimè exercent. Non minus abſurdum, cum ex dicto hoc concludunt, Concilia à Papa adprobata in judicando errare non poſſe: ratio, quia de omnibus Miniſtris veris ac legitimè vocatis Chriſtus hîc mandatum dat: At omnes ad Concilia à Romano Epiſcopo non admittuntur: neque concluditur, eos in judicando errare non poſſe. Ann. 33

§. 41.) *Heus tu, quis me vobis judicem, aut partitorem præfecit?* Luc. 12. 14. Chriſtus hæreditatum diviſiones à ſe amolitur, adeoque negocia ſecularia, atque ita etiam juriſdictiones temporales. Ergo ea Eccleſiaſticis non conveniunt. Confer Luc. 22. 25. Joh. 8. 11. 2. Tim. 2. 4. 1. Pet. 5. 3. ita leges politicas condendi poteſtatem Magiſtratui politico reliquit. Obiicit Bellarm. vetari ſolummodo, ne minora negocia præponantur majoris momenti rebus. R. Aſt verò & verbum ſcriptum, & veteris Eccleſiæ praxis, & Conciliorum canones contradicunt. Inde Cypr. l. 1. ep. 9. dicit, ne quidem fas fuiſſe Chriſtianis ullos Clericos tutores vel curatores ſuis liberis præficere. Sic Euſeb. l. 7. c. 30. & Rufin. l. 2. c. 9. docent, Clericorum munus eſſe Eccleſiam & gregem ſuum paſcere ſana doctrina, & ſanctis moribus inſtituere: non autem lites ſeculares, negociáve mundana tractare. Hinc cadit objectio: aliud eſſe clericum ſe ingerere negociis ſecularibus, aliud impoſitum penſum à ſuperiore ſubire. Declinare Salvatorem hoc ſeculare judicium, non quia incapax erat, ſed quia ad illud non vocatus, verùm aliò à Patre ordinatus fuerat; aliàs eum permittere, hujuſmodi poſſe ab illis exerceri, qui ad talia ſunt legitimè ordinati. R. Et ipſe Servator hoc ſubterfugit, & ſuo exemplo idem hoc ſuos docet. Quatuor hoc loco ſubterfugia quærit Comitolus *(l)* 1. Chriſtum recuſare judicium compromiſſorium arbitrandi inter illos fratres. R. Et vim coactivam, & compoſitionem amicam à ſe reiicit. 2. Significare ſe non eſſe judicem ordinarium, ut ſunt judices terreni, cum officio neceſſario, & obligatione judicandi cauſas: ſed juriſdictionem ſuam eſſe arbitrariam & voluntariam. R. At ſi Chriſtus fuiſſet Rex temporalis, ad id omnino obligatus fuiſſet. utrunque autem penitus negat. 3. judicare voluiſſe, hanc poteſtatem ipſius non eſſe ex humana conceſſione. R. at is, qui judicium petebat à Chriſto, neque hoc, neque illud urgebat, ſed ſimpliciter rogabat. 4. Senſum eſſe, non in hunc finem in mundum ſe veniſſe, ut temporalia judicaret, quamvis poteſtatem haberet. R. Id eſt quod volumus: hinc Ambr. in hunc locum: *Bene terrena declinat, qui propter cæle-*

Negocia Clericorum ſecularia.

l) *Apud de Dom. l. 6. c. 1. §. 45. ſeq.*

Digitized by Google

Ann.33. *ſtia deſcenderat: nec dignatur judex eſſe litium, & arbiter facultatum* &c. Gomitolo longè ſanior Petrus de Marca Archiep. nuper Pariſinus (*m*) *Reges in rebus humanis adminiſtrandis, Eccleſiaſticæ poteſtatis conſortium non admittunt: quæ ita rebus ſpiritualibus eſt addicta, ut ſine injuria Regum res temporales attingere non poſſit.* atque huc congerit loca Joh. 18. 36. 2. Tim. 2. 4. item Bernh. l. 1. de conſid. c. 6. *Non monſtrabunt puto, ubi aliquando quiſquam Apoſtolorum judex ſederit hominum, aut diviſor terminorum, aut diſtributor terrarum. Stetiſſe denique Apoſtolos judicandos, ſediſſe judicantes non lego* &c.

Diſpenſator fidus. §. 42.) *Quiſnam eſt fidus diſpenſator* &c. Luc. 12. 42. Inde obiiciunt: In quavis domo unus eſt Paterfamilias. Ergo & in viſibili Eccleſia. R. Exempla ſunt toto cœlo diverſa. 2. Chriſtus eſt ille fidus diſpenſator: conf. v. 39. 41. 3. Plures eſſe poſſunt œconomi: 1. Cor. 4. 1. Tit. 1. 7. Unde, juxta Euthymium atque alios, omnes Apoſtolos, &, ut Logici loquuntur, ſub individuo vago quemque intellexit. 4. hinc etiam commune præmium: v. 44.

Encænia. Chriſtus Hieroſolymis in encæniis: Joh. 10. 22. concionatur de ſuo paſtoratu contra Phariſæos mercenarios, docet quis ſit, ſeu in quem finem in hunc mundum venerit, atque etiam diſputat cum adverſariis de perſona ſua & officio.

Oves audiunt Chriſti vocem *Oves vocem Paſtoris* (Chriſti) *audiunt:* v. 3. & 27. At quæ illa Chriſti vox niſi Scriptura? Ergo illam attendamus. Ergo extra illam ejus Miniſtri nihil doceant, oves nihil aliud audiant, Eccleſia nihil recipiat. At quod cum Scriptura non conſentit, vox Chriſti non eſt. Apage ergo cum traditionibus, cum antiquitate, cum Eccleſiæ conſuetudine, cum cæca fide & obedientia atque ſimilibus Verbo Dei contrariis. Apage cum Paſtore illo vicario, quod militantis Eccleſiæ Caput vocant: quin verſ. 5. fugere talem jubemur. quidpe judicium ovibus Chriſti, cenſura & probatio permittitur, imò injungitur hoc ipſo capite: conf. 1. Joh. 4. 1. Luc. 6. 39. Calumnia ergo, dum Novatores nos & Schiſmaticos vocant, quia unius Paſtoris Chriſti vocem audimus & ſequimur, atque per unicum iſtud oſtium (v. 9.) introimus. ut unicum ovile, ſic unus Paſtor; ut ſponſa unica, ſic unus ſponſus; ut unicum corpus, ſic unicum Caput, omnia regens membra atque vivificans. Solus ergo Chriſtus audiendus, & illius nomine hi quoque, qui vicem ejus obeunt, quamdiu Verbum ejus annunciant; id verò ni faciant, audire & ſequi illos prohibemur, cane pejus & angue fugere jubemur: hîc v. 5. Matth. 15. 14. c. 7. 15.

Vnus grex & Paſtor. §. 43.) *Fiet unus grex, & unus Paſtor:* Joh. 10. 16. De ſemet, ceu unico Paſtore Chriſtum loqui tota connexio & ſenſus docent: unde dicit: *Illas* (oves) *oportet me quoque adducere:* item: *Vocem meam audient.* Suas itaque ubique oves, non alius vocat. Gratis igitur, imò ſacrilegè alium ipſi Paſtorem Univerſalem ſubſtituunt, qui totius Eccleſiæ Caput, Ductor & Mode-

ratot

m) *l. 2. de Concord. Sacerd. c. 2. §. 10.*

ratur. Obj. at verò etiam apud nos alii præter Chriſtum Paſtores ſunt. Ann. 33.
R. Particularium Eccleſiarum, iique nonniſi Servi Chriſti, & Miniſtri gregis, non Domini & Sponſi: conf. 1. Pet. 2. 25. Vani ergo, quando regerunt: Paſtor eſt ſupra ovile, Petrus autem vocatur Paſtor: quidpe omnes nonniſi Servi ſunt veri illius Paſtoris, qui unicus ſupra Eccleſiam, rationem ab illis exacturus de adminiſtrata Provincia: Matth. 24. 48.

Omnibus valedicendum.

Quiſquis veſtrûm non valedicit omnibus: Luc. 14. 33. ubi non ſermo de paupertate ſpontanea, ſed de neceſſitatis caſu. Quid ergo vel ad Monachos, vel ad Papam, vel ad Epiſcopos, diademata geſtantes, ſceptra tractantes, gladio accinctos, exercitu cinctos, præſidiis ſtipatos, faſtu & gloria hujus mundi maximâ tumentes, vel quicquam de ſua libidine renunciantes. (n) Omnes omnino Chriſtianos alloquitur Servator; mandatum Chriſti ſervari poteſt ſine abrenunciatione propriorum, cùm ſcil. homo Deum ſupra omnia diligit, cùm paratus eſt, ſi fuerit opus, omnia dimittere, vel diſtribuere; dum intima erga afflictos miſericordia commovetur, dum labore manuum ſuarum operatur, ut ipſe ſe & ſuos alere honeſtè, atque aliis etiam diſtribuere poſſit. At quid hoc ad votum paupertatis & perfectionem Monachorum, in otio viventium, omnia ad ſe trahentium, domos & ſudores viduarum & pauperum deglutientium? (o)

Paſtor amiſſam ovem quærit, & humeris inventam reportat: Luc. 15. 5. Caſalius (p) pro imagg. hanc parabolam adducit: at quid hoc ſymbolum ad imagines Sanctorum in templis collocandas, & reverenter colendas. Unde ipſe agnoſcit, imaginem hanc ſummam Domini noſtri miſericordiam oculis mortalium ſubiicere: de qua Joh. 10. v. 11. *Ego ſum ille bonus* &c. Varia habuerunt memorialia veteres Chriſtiani, utpote Crucis ſignum, arcam Noe, naviculam Petri; hoc item ſpecioſum amoris ſymbolum familiare ac uſitatum erat, ſingula enim, inquit Zimmerman. ad dictum Tertull. ℌ. 215. ferè cœmeteria Evangelici Paſtoris imagine illuſtrantur: idem ſymbolum in ſacris etiam calicibus ac aliis miniſterialibus vaſis uſurpabant jam Tertulliani tempore, de Pudicit. c. 7. ſeq. ubi tamen Montani errorem ſecutus parabolam de Ethnicis duntaxat interpretatur, non verò de Chriſtianis lapſis. Vide de his Albaſpinæum. Non in templis, ſed apud fontes, in medio foro poſitos, paſtoris præclari ſymbola Conſtantinus M. illis, qui ſacris literis eruditi ſunt (non ergo, ut eſſent Biblia laicorum) ſatis cognita collocavit: Danielem quoque cum leonibus in ære inciſum &c. (q) Quin & ſuas & ſuorum imagines fieri curavit. Ergo licet Conſtantinus multis pretioſis anathematis ex auro, argento & gemmis templa ornârit, nullas tamen imagines iiſd. intulit. Imò inde adparet Chriſtum primitus typicè fuiſſe depictum, neque ſtatim in templis fuiſſe collocatum: qud uſque ad tempora VI. Con-

(n) *De Dom. l. 6. c. 8. §. 4.* (o) *vid. Dorſcheum in Thomam ſect. 1. theſi 26. ſeq.* (p) *de ritib. vet. Chriſt. c. 2. p. 16.* (q) *Euſ. de vita Conſt. l. 3. c. 48.*

Digitized by Google

Ann.33. cilii Generalis obtinuiſſe videtur, in quo ſtatuitur, ut paſtores inpoſterum non in agni typo, ut hactenus fieri conſuevit, ſed humano charactere Chriſtum exprimant, ſicut ipſe quoque Gregorius Caſſander in ſua conſultatione fol. 151. fatetur. *(r)* Nec alia ratio cum Lazaro, de quo Luc. 16. ex qua parabola ſtatim purgatorium, ſtatim interceſſionem pro mortuis, ſtatim invocationem Sanctorum, & neſcio quæ alia, probare conantur. Adde quòd Lazari in honorem multis in locis templa erecta fuiſſe Bar. §.44. agnoſcat. Verùm fabulæ & næniæ aliis arrideant, non nobis, quicquid vel Euthymius, vel alii, de vero Lazaro, Ninenſis dicto, ſomnient. Potiùs nos S. Scripturæ encomium ex v. 29. diſcamus: *Habent Moſen & Prophetas.* Porrò boni paſtoris typus annulis quoque inſculpebatur. Non modò autem & quidem primariò Chriſti, ſed etiam ſecundariò cujuſvis fidelis Chriſti Miniſtri ſymbolum fuit. Quin etiam Paſtor hircum portans repertus in cæmiterialibus tabulis, quo mali & perditi homines deſignati, ut omnes ſymbolicô tali typô diſcant Chriſtum Dominum ad evocandos ad pœnitentiam criminum vinculis obnoxios veniſſe.

Vid. an. 216. §. 5.

Omnia relinquere.

§. 44.) Ecce nos reliquimus omnia: Matth. 19. 27. Hæc Petri verba ad prærogativam ejus referunt, quia hîc & aliàs ferè ſemper aut interrogare Chriſtum, aut reſpondere pro omnibus ſit ſolitus veluti Princeps. At verò id non perpetuum fuit, nec id, quod volunt, infert. Tantùm abeſt ut præeminentiam hoc loco mereatur Petrus, ut eo ipſo cùm ſui ingenii, tum univerſi generis humani ſolicitudinem exprimat, quando nihil boni ſine mercede, vel abſque præmiis vult agere. Scilicet non ea intentione ſecutus fuit Chriſtum, ut perpetuò pauper eſſe velit, ſed ſub ampliſſimæ compenſationis ſpe. Quòd ſi Caput & Dominus factus fuiſſet reliquorum, haud profectò, & quidem in multitudinis numero, ſic interrogâſſet, *quid nobis fiet?* Satis enim ipſi prælatura illa ſuprema & maxima fuiſſet. Longè Petro hac in parte præferendus Thomas: Joh. 11. 16. Non bene hinc inferunt uxores, etiam reliquiſſe Apoſtolos: rationes. 1. quia conjugii vinculum eſt prorſus ἀδιάλυτον: Matth. 19. 5. 6. Non igitur imperavit Chriſtus, ut vel Apoſtoli, vel alii renunciarent vinculo conjugii. 2. Petrus non reſpondit ultra Magiſtri ſui ſcopum. Atqui ſcopus Chriſti alius non fuit, quàm ut uxor & liberi deſerendo vitarentur propter nomen ſuum, quatenus impedirent, ne ſequantur Chriſtum. 3. Conſtat, quod longo tempore poſt, Johannes habuerit domum propriam, navigium & retia piſcatoria Joh. 19. 27. c. 21. 1. ſeq. de ſocru Petri Marc. 1. 30.

Omnia vendere.

§. 45.) Ad Matth. 19. v. 20. 21. obiicit Bellarminus Servatorem jubere juvenem omnia vendere, ſi perfectus eſſe velit. R. mandatum erat perſonale & exploratorium, quo invitabatur opulentus & arrogans juvenis, ut relictis opibus omnib. ſe ſequeretur: hæc igitur vocatio applicari ad alios non

r) Hoſpin. de Templ. 167. coll. cum chemn. Conc. Trid. p. 686.

Digitized by Google

non debet: Marci 5. 18. Lucæ 9. 58. Non rectè ergo paupertatis votum probare hinc intendunt. 1. quia prohibetur ne mendicus vagetur per urbes: Deut. 15. 4. 2. quia pœnæ Dei accenſetur paupertas: 1. Sam. 2. 36. 2. Sam. 3. 29. Pſal. 109. 10. 3. quia pientiſſimi viri hoc vitârunt: Pſal. 37. 25. Prov. 30. 8. 9. 4. quia monet Spiritus S. ut laboribus paupertatem pellamus: Eph. 4. 28. 1. Theſſ. 4. 11. 12. 2. Theſſ. 3. 11. Ann. 33.

Matth. 19. 28. *Vos, qui ſequuti eſtis me, in regeneratione, quum ſederit Filius hominis* &c. utut aliqui in παλιγγενεσίας termino difficultatem quærant (ſ) tamen omnia mihi liquida videntur. ut nihil ergo in hoc moremur, diſcimus, omnibus XII. Apoſtolis promitti præmium æquale, æqualis honoris & dignitatis: unde c. 20. v. 20. his jam auditis ambitioſi Zebedæi filii ad ſolos ſe rapere voluerunt, quod omnibus erat promiſſum: indeque indignantur cœteri. Ergo XII. Apoſtoli cum Dei auctoritate judicantes, juriſdictionem habere dicuntur: hinc canones condidere ſuper directione Univerſalis Eccleſiæ. c. ipſi Apoſtoli. c. 1. q. 1. c. ſunt quidam. c. 15. q. 1. c. ſexaginta &c. canones d. 16. Παλιγγενεσία.

Quòd verò Baronius (t) ex Hier. allegat, Apoſtolos, ex quo à Domino electi ipſum ſecuti ſunt, uxoribus relictis, qui conjugati erant, à carnali copula abſtinuiſſe, non tamen hinc ſequitur, reliquiſſe ex imperio Chriſti, aut ex neceſſitate miniſterii, ſed ſenſus cum omnib. aliis etiam uxores reliquiſſe, ſeu familias, ſcil. quia uni loco non affixi. Ita & bona ſua reliquere, ubi tamen hodiernus clerus Rom. ea ſibi libera relinquit, quin magnam in iis felicitatem ponit. Rectè Maldonatus: *Non vult Chriſtus matrimonium diſſolvi, ſed vult ſe uxori præferri* &c. Neque verò ita reliquerunt ſua, ut pro iiſ non habuerint amplius, vel tecta ſua non ultrà ſubierint. *Cælibatus Apoſt.*

(ſ) *Hammon d. Epiſc. diſſ.* 3. c. 2. (t) § 46. Sp. §. 16.

JESU CHRISTI *Annus* 34.
TIBERII *Jmp. Annus* 18.

§. 1.) Cn. Domitius Ahenobarbus, & A. Vitellius Nepos Coſſ. Hos tamen Calviſius ad an. 32. Cuſpinianus ad an. 33. collocant, & hic quidem loco Vitelii Camillum Scribonianum ponit, quia Vitelius obiit in conſulatu. Quod dixit Chriſtus diſcipulis Joh. 11. 7. *Eamus in Judæam*, id Matth. 20. 17. perfecit, ubi in itinere inſtantem ſuam paſſionem prædixit. In primis autem Matris filiorum Zebedæi poſtulatum occurrit, ex quo rectè ſic noſtri inferunt: Si Chriſtus Matth. 16. 18. Monarchiam Petro promiſiſſet, Apoſtoli ea de re pòſt minimè contendiſſent, inſuper Chriſtus illos diſceptantes commo- *Filiorum Zebedæi petitio.*

 neceſſ-

Digitized by Google

Ann.34. neſeciſſet, clarèque reſpondiſſet. Ad hoc Bellarminus: Chriſtum Monarchiam non tollere ab Eccleſia, ſed monere diverſam eſſe à civili gentium debere. R. Quid tandem intereſt inter Papam, & quemvis Regem? (a) Primatum certè hi duo Apoſtoli quærebant, ut tanquam primarii reliquis anteirent: at hanc poteſtatem reiicit Chriſtus, & ad gentium Reges relegat. Varios honorum gradus in Chriſti regno futuros ſomniabant ſibi diſcipuli, unde φιλονεικία & contentio inter illos orta: quæ tamen omnia æqualitatis, & humilitatis commendatione tollit Chriſtus, ac κυριεύειν, κατακυριεύειν, ἄρχειν, ἐξουσιάζειν prohibet. Obj. Eo ipſo quòd ſuſpicati, Petrum poſt Chriſti reſurrectionem fore omnium Principem conſtituendum, inter ſe contenderunt R. Inter ſe omnes propter communem metum, contenderunt: neque Chriſtus ad Petrum illos relegat, quod omnino faciendum fuiſſet. Inſt. Chriſtus principem deſignatum oſtendit Luc. 22. 26. *Qui maximus eſt inter vos, fiat,* &c. R. 1. Non de uno, ſed de ſingulis hic loquitur. 2. Non principem cum authoritate & poteſtate ſignificat, ſed eum qui donis, aut meritis reliquos antecedit

§. 2.) Haud longè à Romanenſium ſententia pro πρωτοκαθεδρίᾳ, ſeu Epiſcopali dignitate ac præeminentia abludit Hammondus (b) item Prideauxius (c) qui diſtinguit dominium coactivum vi gladii, à dominio paterno, directivo & miniſteriali; illud prohiberi hoc autem commendari. Addit, inter Apoſtolos tantùm interdici dominium, itàque non obſtare quò minùs in conſtitutos ab ipſis poſtea presbyteros juriſdictionem aliquam obtinerent. R. Atqui dominium & miniſterium contradictionem implicant, neque nos ordinem in Eccleſia tollimus, conſiſtere autē in φιλοπρωτείᾳ negamus, ſed in presbyterio ſeu communitate, qualem hîc revera Chriſtus inſtituit: neque ab extraordinaria Apoſtolorum poteſtate argumentatio ad Epiſcopos locum habet. Ecquid verò tum poſtea, etiamſi Timotheus, Titus &c. filiorum loco Paulo fuerint: etiam ſi Apoſtoli vel hos, vel illos vocârint & conſtituerint; licet mandata tum illis, tum Eccleſiis dederint? Non tantùm vult Chriſtus, ut gregi non dominentur, ſed neque inter ſemetipſos, neque presbyteros illorum juriſdictioni ſubjecit, unde generaliter loquitur, & omnibus humilitatem, fraternitatémque commendat & inculcat: conf. 1. Pet. 5. 2. 3. 1. Cor. 3. 12. c. 4. 1. 2. Cor. 1. 24. c. 4. 5. c. 5. 20. Rectè Blondellus (d) *Plurimi, quos paulatim Apoſtolicæ humilitatis tædium cepit, variis functionum, quæ communes initio fuerant, reſervationibus, novam presbyteris, antea collegis, tremendam ſibi, comparibúſque ſuis poteſtatem comparaverunt. Diſcrimen autem Chriſtus hoc loco tum politicæ, tum Eccleſiaſticæ poteſtatis auctoritate ſua conſtituit. In eo autem*, inquit Marca (e) *diſcrimen verſatur, quòd Regibus ſummo imperio multa peragere liberum ſit, quam effuſam licentiam Chriſtus ſuis Apoſto-*

(a) *Vid. fulm. brut. Sixti V. p. 69.* (b) *tract. de Epiſc. diſſert. 3. c. 2. à §. 7.* (c) *faſcic. controv. l. 4. §. 3. p. 211.* (d) *de Epiſc. præf. p. 49.* (e) *l. 2. de Conc. Sac. & Imp. c. 16. §. 6.*

e *Apoſtolis adimit: ita ut verus dominatus ſit penes Reges, non autem penes Sa-* Ann. 34.
cerdotes; quorum poteſtas non eſt deſpotica, ſed temperata, & ad populorum uſum accommodata; ita ut Monarchia Eccleſ. (papiſta loquitur) *ex ariſtocratico regimine ſit commixta* &c. At faſtum & eminentiam omnium Verbi Miniſtrorum, ipſorum etiam Apoſtolorum, adeóque prioritatem & primatum relegat Chriſtus, & ad inferos detrudit.

§. 3.) Non indignantur hoc loco diſcipuli ex ambitionis deteſtatione, ſed quód ſinguli eod. modo laborabant: ſive indignantur omnes, quia, ut exponit Cyrillus (*f*) omnibus æquè jam promiſſum fuerat præmium æquale, æqualis honoris & dignitatis. (*g*) Non ergo bona fide Baronius (*h*) *Eſt obſervatione dignum nunq. Apoſtolos de primatu quæſtionem moviſſe, nec indignè tuliſſe Petrum præpoſitum cœteris eſſe: verùm haud æquanimiter tolerare potuiſſe Johannem, vel Jacobum fratres apud Chriſtum primos haberi.* R. Atqui Petrus in hac ambitione nõn excluditur: nec queruntur hîc reliqui Apoſtoli, quod filii Zebedæi velint Petrum de ſede deturbare. Ecquomodo hi duo primas ſedes petunt, ſi Petrus jam primatum obtinuerit? Obj. ex Chryſ. (*i*) Quanquam omnes fuerint Apoſtoli, omnes ſuper XII. ſedes ſeſſuri ſint, omnes ſua reliquerint, omnes ſimul cum ipſo verſati ſint, tamen tres ex illis accepit. Rurſus & horum trium quoſd. eminere & excellere dixit, ſedere enim à dexteris, inquit, & à ſiniſtris non eſt meum dare, ſed (dabitur) quibus paratum eſt à Patre meo. R. Atqui nihil hic de ſolo Petro, nihil de dominio in reliquos, neque quicquam de militantis Eccleſiæ primatu.

§. 4.) Neque probant, ſed produnt primatum Petri, cùm ajunt, Pon- *Vicarii*
tificem Rom. in Monarchia Eccleſiaſtica ſuccedere, hoc inter alia argumen- *Papæ.*
to, quia Rom. Pontifex Vicarios ſuos habuerit in variis regionibus, aut ordinariè, aut ad tempus, cum reſervatione tamen majorum cauſarum. Nam ut ex eo, inquit Bell. quód Rex mittit Proreges, & Provincias, & cauſas quaſdam ſibi reſervat, intelligimus eas Provincias Regi eſſe ſubjectas, & eum eſſe judicem ſummum: ita &c. R. 1. Vicarius ergo vicarium ordinare poteſt. 2. quare non omnia regna, omnéſque orbis partes æqualiter Papæ ſubjectæ, neque æquali in eas jure utitur? 3. Hoc ipſum argumentum & uſurpatio dominii ſupremæque poteſtatis, etiam in temporalibus regnum Papiſticum ſatis declarat. Ecquid enim amabo faciunt Reges, quod Papa non faciat? At uno ictu confodiuntur à Chriſto, *vos autem non ſic:* q. d. temporalib. hæc Principibus relinquenda. Hinc Cyrillus in Lucam: *Ambitio poteſtatis* *Duplicis*
temporalis procul ab iis ſit remota, qui munus habent in Eccleſia, quorum culmen *gladii di-*
eſt in humilitate. (*k*) Et Bernhardus in hæc verba: *Apoſtolis interdicitur do-* *ſcrimen.*
minatio, indicitur miniſtratio. Et ad Eugenium: *Miniſterium tibi impoſitum, non dominium: diſce ſacculo tibi opus eſſe, non ſceptro.* Et iterum clariùs: *Utrum-*

que

f) *l. 10. theſ. c. 5.* (*g*) *de Dom. l. 1. c. 11. §. 7.* (*h*) §. 32. (*i*) *hom. 31. in Ep. ad Rom. 9. 16.* (*k*) *Libert. Gal. T. 1. p. 439.*

Ann. 34. *que poteſtatem amittes, ſi utramque ſimul habere velis, ex eorum eris numero, de quibus Deus queritur. Ipſi regnaverunt, ſed non ex me, Principes extiterunt, ſed non cognovi.* (kk) Sic certe abſoluta, & nulla ex parte conditionata ſunt Chriſti verba, ut oblata etiam ſceptra conſiſtere nequeant in clerico: vid. 2. Cor. 10. 4. 1. Pet. 5. 2. 3. quemadm. viciſſim nullus Magiſtratus paſtoris munus obire poteſt. Proinde cadunt donationes, licet fictæ prætenſæque non eſſent.

§. 5.) Inter ſe quidem æquales Apoſtoli fuerunt, juxta Cypr. (*l*) nominatim etiam Petrus, pari conſortio præditi honoris & poteſtatis: interim eoſdem majorem in presbyteros habuiſſe poteſtatem atque ſuperioritatem, quàm quiſquam presbyter in presbyterum agnoſcimus. Quòd ſi verò nulla uni ex Apoſtolis in cœteros collegas competiit juriſdictio, neque paſtori in paſtorem competet. Interim, ſicut in apoſtolatu, ſic & in presbyterio ordinis primatum non tollimus, qui tamen à Papali Monarchia immane quantum abeſt. Lepidè & plus quàm ingenioſè Remund. Rufus Canoniſta (*m*) ait, hunc locum, ut lex quævis, oratio & ſermo, interpretationem admittere, hanc autem concilia, plurimóſque viros eximios nobis edere, atque inter alia Nicenum Conc. quod expoſuerit hanc legem, de cupiditate & libidine dominandi, non verò de præfectura poteſtatéque, ut unus ſuperior ſit Epiſcopus, ſeu, ut unus aliis præſit, unde can. VI. *Antiqua conſuetudines in Ægypto Lybia & Pentapoli perdurent, ut Epiſcopus Alex. omnium habeat poteſtatem: quoniam hoc conſuevit Rom. Epiſcopus* &c. R. 1. Canonem eiúſque ſenſum ſuo loco cognoſces. 2. Non homines, non Concilia, ſed Chriſtum in Verbo ipſius quærimus: unde conſuetudinem & morem tum veterem tum novum, extra & contra Verbum, non curamus. 3. Non ibi de Monarchia, ſed de æqualibus Metropoliticis ſedibus agitur, è quibus una Roma fuerat. 4. Inconcuſſus manet præſens locus, quia & cupiditas & poteſtas atque præfectura ipſa ſingulis à Chriſto negatur.

Lazarus ſuſcitatur. Synedrii poteſtas.

§. 6.) Chriſtus ſubſiſtens in Bethania Lazarum ſuſcitat: Joh. 11. 47. ſeq. Hunc Epiſcopum Maſſil. in Gallia factum Martyrol. ad 17. Dec. dicit, de quo ſuo loco. Ob hoc itaque miraculum Senatus major, ſeu Synedrium Hieroſolymis contra Chriſtum cogitur, ubi notabis, penes unum ſeu Summum Sacerdotem non omnia ſtetiſſe, ſed penes univerſum collegium, in quo etiam Laici: conf. Mal. 2. 5. act. 4. 5. 6. c. 20. 30. Malè ergo Bellar. ex Deut. 17. 8. Deum præcepiſſe controverſias religionis & fidei ad Summum Sacerdotem remitti decidendas. R. 1. Non in ſingulari, ſed in plurali dicitur, *Veniet ad Sacrificatores & Levitas.* 2. Nulla tamen eſſet conſequentia, quia Summus Sacerdos typus fuit Chriſti, qui typus poſt adventum Chriſti planè deſiit & ſublatus fuit: Col. 2. 17. Hoc ſibi potius habeant: Summum Sacer-

kk) ib. in politica Regia p. 565. conf. ib. p. 551. & 2. Tim. 2. 4. Matth. 20. 28. Luc. 6. 40. (l) de ſimpl. Prelator. (m) Contr. Car. Molina, p. 34.

Sacerdotem hæreticum fieri, Concilium errare poſſe, extremámque eſſe Ann. 34.
Eccleſiæ perniciem, ſi ejus ratio & gubernatio non ad Legis divinæ cynoſuram, ſed ad humanæ ſeu politicæ libidinem inſtituatur, & vi, dolo, fraude innocentum quæratur ſanguis. Verùm ex v. 50. 51. obiiciunt, Spiritum S. ita Papali Cathedræ alligari & aſſiſtere, ut licet æquè impius ſit Papa ac Cajaphas, quia tamen Pontifex Petríque ſucceſſor, non poſſit aliquid contra fidem & mores publicè decernere, quo ſeducatur obſequens illi Eccleſia, quia in tali negocio non à ſeipſo loquatur. R. 1. dignum patella operculum, ut Cajaphæ ſe exemplo muniant. 2. ex particulari & extraordinario facto non elicitur & transmittitur jus generale, non magis quàm ex aſinina Prophetæ reprehenſione expectanda eſſent hodie & admittenda aſinina Concilia. 3. In hiſtoria paſſionis, & aliàs, non adfuit huic Cajaphæ Spiritus Propheticus: Matth. 26. 59. 4. Ex accidenti prophetavit Cajaphas, non ex proprio ſenſu, ſed ex diſpoſitione Dei, quo modo alii impii homines, & Diabolus ipſe inſervire Deo debent. Nullius ergo ponderis ratio Cani (*n*) quâ probare vult Eccleſiæ viſibilis determinationem errori non eſſe obnoxiam, cùm ait, *Sacerdotum veterum acta quidem Chriſto adverſa fuerunt, at ſententia hominum alioqui peſſimorum, non ſolùm veriſſima, ſed reip. etiam utiliſſima fuit.* Ex eodem errorum fonte manat, cùm ajunt, Judæorum Pontifices & Concilia nonniſi poſt Chriſti adventum errare potuiſſe: vide Eſaj. 9. 2. Matth. 4. 16. c. 15. 3. alibi.

Chriſtus aſino inſidet.

§. 7.) Chriſtus inſidias Judæorum vitaturus in deſertum, in civitatem Ephraim redit: Joh. 11. 54. poſt quod ſex ante Paſcha diebus venit in Bethaniam: c. 12. 1. ſeq. ubi cum Lazaro cœnat ſabbatho, atque à Maria inungitur. ubi violenter ac impiè Carerius, ex Chriſti mandato, de aſino adducendo: Matth. 21. 2. 3. dominium Chriſti, regiámque poteſtatem probare ſatagit. R. Dominium fuit, ſed divinum: ita regia authoritas, ſed quam mox in ingreſſu erat oſtenſurus ſuis h. e. redemtionem Iſraël expectantibus. Cœli terræque Dominus divinitatem ſuam ex omniſcientia, omnipotentia & majeſtate ob oculos ſuis ponere voluit. Inſt. At honor Chriſto regius ingredienti urbem delatus. R. ut Regi ſpiritualis Sionis, non mundano: ut manſueto, humili, pauperi, aſini pullo inſidenti: id quod à regia pompa, à Papæ atque Cardinalium ſplendore toto cœlo diſtat. Ecquis tandem naſutiſſimorum talem concluſionem ſubolfaciat: Chriſtus ſolvi & adduci juſſit aſinam, eíque inſidens Hieroſolymam vectus: Ergo Papa Rom. æquè ac Chriſtus poteſtatem habet in omnia bona temporalia omnium hominum. Ad utrumque h. e. ad aſini adductionem & ad ingreſſum Veneti contra Paul. V. ad prius: *Hinc*, inquiunt, *regia ſive mundana Chriſti poteſtas non probatur, ſed quod Chriſtus cœli terraq; Dominus ad tantam pauperiem redactus, ut ad ejuſmodi beſtias mutuò accipiendas fuerit coactus: aliàs enim non dixiſſet,*

Chriſtus aſino inſidet.

n) *Loc. Theol. l. 5. c. 6.*

Digitized by Google

Ann. 34. *Domino opus eſt his, ſed, quia præcepit & imperavit hæc Dominus veſter.* Ad poſterius, *hoc ipſo ingreſſu humili ſignificavit, Regnum ſuum de hoc mundo non eſſe, ſed ſpirituale atque æternum.* Inſt. atqui flagellis ejecit ementes & vendentes: Matth. 21. 12. ſeq. R. ut Propheta hoc fecit: id quod ex Pſal. 89. 10. allegatione apud Joh. 2. 17. patet. Templum ergo reformavit ut Propheta, non item Pilati, Cajaphæ, aut aliorum palatia. Ad rem facit, quod Bar. (o) habet: *Neque in divinis Scripturis, neque apud profanos autores, qui res, Judæorum ſunt proſecuti, ullum planè huic ſimile exemplum legimus, ut ingredientibus Regibus Hieroſolymam, quis occurrerit cum ramis arborum. In honorem autem Dei, etiam extra feſtum tabernaculorum, bis factum reperitur: 1. Macch.* 13. 51. 2. *Macch.* 10. 7. Id quod planè ſententiam confirmat noſtram. Hinc *Dominica palmarum*, quæ initium eſt ſacræ hebdomadis, vel ab hoc Chriſti actu, vel à Pontificiis ϑαλλοφόροις. Vix autem ſanctior omnibus retrò ſeculis, quàm ſacra illa hebdomas extitit, *Magna* alias, & infimæ latinitati *Pænoſa* dicta: Ger. Stille Wochen/ Karwochen. Rigida apud priſcos jejunia per hanc hebdomada erant. Dicta etiam *Dominica Competentium*, item *Oſanna*, *Capitilavium* & *lavantium Dominica*, quia tunc lavabantur capita baptizandorum. (p)

Dominica Palmarum.

Græci Chriſtum videre deſiderant

§. 8.) Græci Chriſtum videre cupientes Philippum compellant, & is Andræam, qui duo Chriſto hoc ſignificant: Joh. 12. 20. ſeq. Id certè ſi Petro contigiſſet, in maximæ præeminentiæ indicium factum Latini clamitarent.

Sequi Chriſtum.

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Joh: 12. 26. Unde obiiciunt γαμόμαχοι: ergo Miniſtri Chriſti abſtinere debent à conjugio, & vovere continentiam. R. Nulla conſequentia: alioquin Petrus ipſe non miniſtraſſet Domino, qui etiam Apoſtolus uxorem habuit, quam ſecum quoque circunduxit: Luc. 4. 38. 1. Cor. 9. 5.

Ficus.

Chriſtus maledicit ficui rediens ex Bethania: Matth. 21. 19. Regreſſus porrò in templum à Judæis de ſua vocatione interrogatur: v. 23. qua die multas conciones atque diſputatioes habuit.

Vocatio Chriſti.

Quærunt primarii ſacerdotes & ſeniores populi à Chriſto docente, *Quis tibi poteſtatem dedit?* Matth. 21. 23. Non malè de miſſione Chriſti ſoliciti fuerunt, hoc enim muneris ipſorum fuerat: ipſi modò vocatione inſtructi boníque fuiſſent. Idem hodiéque rogamur, quibus, ut Chriſtus Johannis baptiſma, ita nos Verbum Dei, Catholicæ & Apoſtolicæ antiquæ Eccleſiæ fidem opponimus.

Lapis angularis.

Chriſtus lapis angularis eſt: Matth. 21. 42. coll. cum pſal. 118. 22. Eſaj. 28. 16. Ad Pontificem Rom. omni projecto pudore transferunt. Ad ſe unum pertinere Chriſtus hoc loco docet: & Petrus de uno prorſus Chriſto exponit: act. 4. 11. 1. Pet. 2. 6. Paulus quoque ad Epheſ. 2. 6. Rom. 9. 33. ubi inpr. adhortatio & permiſſio obſervanda, quiſquis credit in eum, non pude-

o) §. 5. *Spond.* §. 3. (p) *vid. Arnd. Lex. antiq. p.* 409. *ſeq.*

pudefiet. Ita ſcil. unicum & ſolum fundamentum eſt Chriſtus: aliàs in Papam Rom. credendum foret: & juxta Petrum λίθος ζῶν, i. e. lapis qui vitam præbet iis omnibus, qui in ipſo inædificantur, dici poſſet & deberet. Ann. 34

§. 9.) Phariſæi Matth. 22. 15. ita deinceps reliqui, conſilium contra Chriſtum capiunt. Unde diſcas, ſi ſuffragiorum multitudo in Conciliis vinceret, Chriſtus certè ſuccubuiſſet. Ineptit Bellar. dum *(q)* ait Concilia Judæorum ante Chriſti adventum errare non potuiſſe, ſed eo præſente, idque Cajaphæ exemplo probat.

Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: Matth. 22. 21. Non fuiſſe ſingularem monetam pro ratione tributi vel cenſûs ab Imp. cuſam, ſed uſualem, contra Bar. *§.* 10. vult Kipping. *(r)* quia Servator monetam poſcit, ſtatímque accipit, non uti rariùs obviam, ſed uti frequentem uſu, quæq; non pro cenſu tantùm numeraretur, ſed uſibus quoque vulgaribus inter Judæos inſerviret. Peculiare numorum genus à Cæſaribus, ad hos uſus eſſe factum verum non eſt, ſi vetera tempora reſpicias, primúſque ita fecit Alex. Severus Lampridio teſte. Aliàs jus cudendæ monetæ, quâ vectigalia ſolvuntur, & mercimonia in humano genere tranſiguntur, Principum ſemper proprium fuiſſe non negat. Hinc Antiochus Sedetes Rex Syriæ dedit poteſtatem Simoni Principi Hebræorum, ut aureos argenteóſque nummos effigie ſuâ (non alius) impreſſos pro gente ſua cuderet: 1. Macchab. 15. 8. Sine hac effigie nihil novi dediſſet, quando Judæi hactenus uſurpaverant numos Regum Babyloniæ, Perſiæ, Aſiæ, quibus ſuberant, imaginibus affectos. Hæc itaque Cæſaris effigies quid aliud quàm ſubjectionem Judæorum denotat? Quanquam Chriſtus ſupremus Rex, omniúmque Dominus Cæſari tamen ſubditus fuit, eíque obedire juſſit: ut aliud longè eſſe ſuum regnum & honorem demonſtraret. *(ſ)* Confer c. 17. 23. Rom. 13. 1. ſeq. Tit. 3. 1. 1. Pet. 2. 13. Judæ v. 8. Conſtit. Apoſt. l. 4. c. 12. l. 7. c. 17. Tentabatur hîc Chriſtus, an ſibi hoc jus conſervare vellet: at longè reiicit, neque ſemet, neque ſuos eximens *(t)* quòd ſi clerici juriſdictiones & dominia propria habeant, qualia certè poſſident ampliſſima, cumpr. verò Papa, unde non tantùm ut Eccleſiaſtici, ſed & ut politici Principes conſiderandi ſunt, annon tum vice Magiſtratûs Politici, adeóque exempti erunt? R. 1. At non hos ſolùm, ſed & quoſvis Clericos, veréque ſubditos unà cum bonis ipſorum exemptos volunt. 2. Nullo legitimo jure vel ipſe Papa ſe ſuóſque eximit. 3. Neque temporales juriſdictiones acceptare ulla ratione, ac negociis ſecularibus ſe immiſcere debuiſſent. Huc profectò quadrat de quo deplorat M. Ant. Hotmannus tract. de jure Eccleſ. *(u)* *Optant quidam, ut Eccleſiaſtici tanta bona non poſſiderent, quippe ex hiſtoriis conſtat, ſchiſmata, bella civilia, ſexcentáque alia incommoda, ex ambitione atque avaritia, ex tot tantáque opulentia & juriſdi-*

Cæſari reddenda quæ Cæſaris.

K 2 *ctioni-*

(q) l. 2. de Conc. c. 8. §. alii dicunt. (r) Inſtit. Polit. l. 2. c. 17. §. 2. (ſ) Veneti l. M. p. 165. (t) de Dom. l. 6. c. 4. §. 3. (u) in Libert. Gall. T. 1. p. 337.

Ann. 34. *ſtionibus orta.* Non itaque commendandus, quando hoc ipſum, quod modò ſive aſſeruit, ſive adduxit, ratiocinio callido penitúſque humano, tollere ſatagit, eſſe hoc fulcrum atque ſubſidium Religioni: quandoquidem S. Scripturæ ſeu mandato Chriſti adverſum, adeoque longè pejus malum, quàm bonum ſecum fert, uti plurium ſeculorum ploranda hiſtoria docet. Adde quòd Magiſtratus in hunc finem à Deo conſtitutus, ut ſit nutritius & patronus Eccleſiæ: vid. act. 6. 2.

§. 10.) *Quia omnes Domini noſtri actiones perfectè bona, & quia cenſum dari Cæſari præcipit, ideo parendum eſſet ſaltem ad ſcandalum evitandum, & propter neceſſitatem, quia Eccleſia hoc determinavit: Ambr. Ep. l. 1. ep. 1. coll. cum 28. q. 1. c. jam nunc. Ut enim Eccleſiaſticus, ita non minus politicus ſtatus non tollendus, ejus ordo divinitus inſtitutus non invertendus, neque ſubſidia neceſſaria ei neganda. Quòd ſi Pilatus imperium ſeu poteſtatem in Chriſtum habuit à Deo: Joh. 19. 11. certè æquè moderni Domini in ſuos Clericos habebunt, & ipſo facto exercere poterunt.* (ib. p. 587. ſeq.) *Idem Paulus in Felice: act. 24. 10. in Portio Feſto: c. 28. 8. in ipſo Cæſare v. 11. agnoſcit. His exemplis moti ipſi etiam Epiſcopi Rom. in exordio N. T. ſubmiſerunt ſe poteſtati temporali, tantum abeſt ut minores Eccleſiaſtici hanc ſubjectionem ſubterfugerint. Hinc Pipini demum & Caroli M. largitate temporalem aliquam poteſtatem habere cœperunt: quanquam nonnulli donationis etiam Conſtantini M. mentionem faciunt, à cujus tamen temporibus, ultra CCC. annos Papa æquè nullam temporalem poteſtatem in Romam, & vicina loca, atque hodie in Lutetiam Pariſiorum, aut in Toledum habuerunt. (x) Gratian. can. Nos ſi incompetenter. 2. q. 7. Duæ ſunt Perſonæ, quibus mundus regitur: Regalis ſcil. & ſacerdotalis: & ſicut Reges præſunt cauſis ſeculi, ita Sacerdotes cauſis Dei: conf. 2. Par. 19. 11. Tale præceptum hoc loco eſt profectò, ut nulla ſubtilitas id invertere, nulla interpretatio immutare, nulla poteſtas aliter diſpenſare queat. Ita ſummus Legislator utrumque ordinem diviſit, ut unus tamen aliquatenus dependeat ab altero. Utut autem hodie Eccleſiaſtici multos Principatus, territoria, & dominia occupent & poſſideant, ita ut ſupremi in quibuſdam ſint, donationum, ſubmiſſionum aut compenſationum ope, jam olim Eccleſiæ à ſecularibus Principibus factarum: ea tamen poteſtas modum non excedit in temporalibus, quaſi pro exemplo Imperator, Rex Galliæ, aut Hiſpaniæ, aliive Principes ſupremi, immediatè eam à Deo non habeant. (y)*

§. 11.) Obj. Eccleſiaſtica jurisdictio & ſubjectio differt à Laica. R. Nullus planè ordo Eccleſiaſticus, ne ipſe quidem Apoſtolatus, eximit; ita nec Evangelium, nec Sacramenta fraudi ſunt hac in parte ſecularibus Principibus. Ita Chriſtus præſumptivè, Apoſtoli naturaliter ad ſubjectionem tenebantur. (z) Obj. Cæſar ovis eſt. R. Eatenus ſubditus erit, at quatenus Cæſa-

x) ib. p. 589. (y) ib. p. 663. in politica regia, ſuper perſonas & res Eccleſ. (z) de Dom. l. 5. c. 4. §. 17. & ſusè §. 11. & c. 10. §. 75.

Digitized by Google

Cæſar Dominus eſt: hinc plures etiam Romani Epiſcopi ab Impp. judicati. Ann. 34.
Jure hoc loco Carolus Molinæus in Jacobi Terani Urbani VI. cubicularii tractatum invehitur, cujus initium, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: ubi verba illa exponit temporaliter, ſcilicet antequam Chriſtus paſſus eſſet, & cælos aſcendiſſet: eóque Chriſti verba ineptè applicat Joh. 12. 32. Rectiùs longè de Marca: (*a*) *Proximus à Regia dignitate honor in Summis Sacerdotibus effulſit.* Item: *Ex unctione profectum, ut Reges non ſolùm res civicas domi, militiæq; procurârint, ſed etiam ea tempeſtate religiones ceremoniáſque conſtituerint ac reſtauraverint. David, Salomo, Joſaphat, Ezechias & Joſias jus & poteſtatem in Pontifices & in res divinas exercuerunt &c.* Rebellis ergo & Antichriſtiana vox, quâ gloriantur Epiſcopi Rom. penes ſe ſummam authoritatem eſſe, ac jus deponendi & creandi Reges, Cæſares, pro ſua animi voluntate &c. (*b*)

§. 12.) *In Cathedra Moſis ſedent Scribæ & Phariſæi &c.* Matth. 23. 2. *Cathedra Moſis.*
Cathedræ nomine ipſa poteſtas Eccleſiaſtica vocari ſolet à veteribus, quia in docendo conſiſtit, & directiva eſt, non coactiva. Ita Aug. in Pſal. 36. ad finem: Cathedræ Moſis Chriſti Cathedram ſucceſſiſſe affirmat; at verò Scribæ & Phariſæi, qui Chriſti tempore in ea ſedebant, nullam jurisdictionem niſi doctrinalem habebant, hinc Chriſtus, *Quæ dixerint vobis &c.* Quare verò *Moſis Cathedra* dicitur, cùm Sacerdotes V. Teſt. non Moſis, ſed Aharonis ſucceſſores fuerint? ut doceret Chriſtus, non ſedem certam, nec locum aliquem, ſed doctrinam & poteſtatem intelligi, ſiquidem Moſes nec Hieroſolymæ, nec uſquam in Judæa unquam fuit, multò minus docuit: adeóque nec ordinariam ſucceſſionem denotat, quia non Moſis, ſed Aharonis Cathedram nominare Dominus debuiſſet. Nihil tamen omnia hæc ad carioſam & commentitiam Petri ſedem, utut eam cum veſtitu ſacerdotali, altari, baculo, catena & columna oſtentent. Ita Thomas in Cat. ad Matth. 23. ex Chryſoſt. *Videndum quomodo quis ſuper Cathedram ſedeat, quia non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Ideóque malus Sacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem.* Ita rectè Hieron. per Cathedram doctrinam Legis intelligit. Ut autem nec filii in iis obedire parentibus debent, quæ præcipiunt contra Deum, ita neque auditores Miniſtris, ſi idem faciant: unde Chriſtus hoc loco: *Sed ſecundùm opera eorum ne facite.* Ita Matth. 16. 16. *Cavete vobis à fermento &c.* Adeóque evaneſcit Bellarmini objectio: *Jubemur ſequi Epiſcopos ut Paſtores, Doctores, Patres:* non enim quoſvis ſequi jubemur, ſed eos tantùm, qui ex Cathedra Moſis docent i. e. ex ipſius verbo ſcripto doctrinam deſumptam proponunt: conf. Matth. 15. 14. Eſaj. 9. 8. Ezech. 14. 10. Hi enim ſoli Epiſcopi, paſtores, patres dici merentur. Canus (*c*) his ipſis locis adductis ſubjungit: *Aliquid*

 ergo

a) *l. 2. c. 4 §. 5. 6.* (*b*) *Speculum Pontif p. 258. coll. cum Fulm. bruto Sixti V. p. 69. Tilen. diſput. part. 2. diſp. 24. à §. 39.* (*c*) *loc. Theol. l. 5. c. 4.*

Ann.34. *ergo doctrinæ propriæ puritati Evangelii admiſcere poſſunt* (Concilii aſſeſſores) *in quo non ſolùm non ſunt audiendi, ſed ſunt etiam refutandi. Id ergo præcavit Chriſtus, ne plebs malis docentium exemplis ad contemptionem veræ doctrinæ inducatur.*

§. 13.) Obj. Aug. Ep. 165. Per Moſis Cathedram intellexit Petri Cathedram: *In illum ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro uſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem Cathedram ſedet, etiamſi quiſpiam Traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præjudicaret Eccleſiæ.* R 1. Quin audiatur quoque Rom. Epiſcopus abſque fermento docens: num tamen ſtatim erit Caput Eccleſiæ, num ſolus audiendus? 2. Auguſtinus nihil aſſerit, niſi hominum vitia veritati verbi non præjudicare, quò minùs ab impiis doctoribus plurima bona diſcamus: planè ſicut fusè idem de doctr. Chriſt. l. 4. c. 27. Eadem omnino ratio cum Conciliis, unde Canus l. all. *Si tenetur fidelis populus ſtare definitioni Concilii, errante Concilio populus in eodem errore verſabitur.* Quare S. Scripturam habet normam, ad quam expendant cum Beroenſibus quicquid illis proponitur. Proinde non abſolutè paſtores ſequi populus tenetur, ſed quando, quæ Dei ſunt, loquuntur. Omninò viſe Auguſt. Serm. de Verbis Domini ſecundum Evang. Joh. ſer. 49.

§. 14.) Haud oſcitanter notandum, quod Chriſtus non de uno ſummo Sacerdote, ſed de Phariſæis & Scribis, h. e. de pluribus locutus: quanquam à V. Teſt. ſummo Sacerdote ad viſibilis N. Teſt. Eccleſiæ Caput conſequentia non valet, minùs tamen à pluribus ad unum valebit, ita ut inepti ſint iſti, qui ad Papæ poteſtatem probandam hoc utuntur loco. Lepidus eſt Audradius ſuo ſophiſmate: *Si in V. Teſt. non ea ſolùm obſervanda erant, quæ Moſes præceperat, ſed illa etiam, quæ ii imperâſſent, qui in Moſis locum ſucceſſerant: non minor obedientia & obſervantia Nov. Teſt. Prælatis debebitur.* Quid enim aliud Chriſtus per Moſis Cathedram, quàm ejus doctrinam intelligit, quam audire à Phariſæis & Scribis, utut mali ſint, jubet, non autem facere juxta opera eorum. Opera eorum traditiones ſeu placita ipſorum vocat, quia Spiritum S. authorem non habent. Aliud inſuper ſunt ritus quidam externi, ſeu adiaphora, quæ liberà; aliud fides, ſeu fidei eſſentialia. Seriò Chriſtus monere ſuos vult, ut omnia, quæ à Scribis & Phariſæis proponuntur, S. Literarum trutinâ examinent. Neque nimis ergo, neque minus tum V. D. præconibus, tum integris Conciliis tribuendum rectè colligitur. Non nimis, quia omnia ea, quæ imperant, ſive ob Cathedræ, ſive ob perſonæ dignitatem, ſine omni examine credere & facere debeamus: multò minus ut credamus, vel Romanum Pontificem, vel ullum alium integram, perfectam atque plenam à Chriſto accepiſſe poteſtatem, ita ut leges ab illo latæ, omnibus in rebus non aliter ſint obſervandæ, quàm divinæ, vel etiam plus quàm divinæ. Nec minus Miniſterio tribuendum, quaſi indigni, vitioſi Miniſtri ſine ulla efficacia & fructu vel V. D. prædicarent, vel Sacramenta adminiſtra

Digitized by Google

niſtrarent. Apertè hinc probamus,ſucceſſionem Epiſcoporum non eſſe notam veræ Eccleſiæ,contra Bellar. l.4. de Eccl.c.8. Ann.34.

§. 15.) De Phariſæis dicitur Matth.23.v.6. eos *φιλεῖν τὴν πρωτοκλισίαν καὶ πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς,primos accubitus amare,& primam in ſynagogis cathedram.* Per ſynagogam ſive Eccleſiaſtici Judæorum cœtus intelligantur,ſive conſiſtoria,ſicut infra v.34.& c.10.v.17.& Jacobi 2.perinde eſt, quandoquidem primam cathedram,ſeu locum, ſive conſeſſum Chriſtus non ſimpliciter reprehendit,ſed ambitioſum talium faſtum, & proximi contemtum,qualis profectò hodie in Rom.Clero,atq; utinam non item in aliis! *Πρωτο-καθε-δρία.*

Ne vocemini Doctores,quia unus veſter eſt Doctor Chriſtus: Matth.23.10. De Doctore ſeu Capite Chriſtus hìc agit, ſuóſque de hoc inſtruit, Apoſtolos æquales eſſe omnes,ſe autem unum Doctorem pronunciat. Quare inſulſi ſunt illi, qui nobis quævis Epiſcoporum placita pro divinis legibus propinant & obtrudunt,præſertim in fidei & religionis negocio,in quo ſolius Chriſti vox audienda: Matth.17.5.unus hic nobis à Patre datus ſapientia: 1.Cor.1.30.veritas & via: Joh.14.6.Ergo ſolus erit Conciliorum præſes. Ergo Sacerdotibus non parendum,ſi ex divinæ Legis edicto non præſcribant & præcipiant,Deut.17.10.Malach.2.7. Quis cœcus non videat ea,quæ Chriſto incommunicabiliter debentur,Papam ſibi & nomine,& re tribuere, contra Chriſti legem diſpenſare, ſéque unicum & ſummum Legiſlatorem reddere. Vel ſola tam pompoſa ac divina nomina,quæ ſumit ſibi, te docebunt.Annon totam fidem,ritus ac ceremonias ad Romani Dictatoris nutum & arbitrium conformâſſe apud illos abundè ſufficit: hinc Romanum i.q. Catholicum,Apoſtolicum,Orthodoxum: inde Roma mater, magiſtra.Domina omnium Eccleſiarum,quaſi Eccleſia illa genuerit Hieroſolymitanam, Syriacas, Græcas,& Orientales,non verò ab his genita ſit? Horror ergo ſit dicere,*credendum quicquid Romana Eccleſia docet, ſive ſcriptum ſit in Verbo Dei,nec ne.* Nos ſi oves & diſcipuli Chriſti eſſe deſideremus,vocem unius paſtoris & doctoris audire debemus. *Unus Doctor.*

Matth.23.11.*Qui maximus eſt veſtrûm,ſit miniſter veſter.* Eo ipſo Epiſcopus Romanus vult eſſe primus, dum *Servi Servorum* titulum ſibi ſumit,unde variè ſibi miniſtrari vult,oſcula pedibus figi,in altari collocari, adorari,circumgeſtari: ecquidnon? Primum fuiſſe Gregorium magnum,qui Servus Servorum dictus,narrant hiſtoriæ.

Ib. v.29. Chriſtus ſepulchrorum exornationem Judæis exprobrat, quod profectò non feciſſet, ſi Sanctorum & reliquiarum cultus gratus Deo eſſet. Manifeſtum quinetiam, fieri poſſe,ut Sanctorum cultores,eorundem ut & fidei ipſorum maximi ſint hoſtes. *Sepulchrorum exornatio.*

§. 16.) Servator tum de Hieroſ. excidio, tum de mundi fine, horúmque ſignis prædicit Matth. 24. de defectione ſeu apoſtaſia v. 11. 12. Non ergo vera Eccleſia ex multitudine, felicitate, ſerenitate, ex ſubjectione ſeu *Eccleſia vera.*

obedien-

Ann. 34. obedientia erga Romanam ſedem &c. ſed ex vera in Chriſtum fide, & communione inter ſe, ſi non externa (quia interdum fieri non poteſt) tamen interna cognoſcitur: hinc v. 14. 15. Eccleſiam Catholicam eſſe temporum, locorum & perſonarum reſpectu docet. Et certè quotaquæque pars Prophetas ſuos, inpr. Romani Papam obtendunt, quam tamen ſuæ Eccleſiæ notam propriam & formalem non admittit Chriſtus v. 11:

Hieroſ. ruina. *Non relinquetur lapis ſuper lapidem:* Matth. 24. 2. Ergo Antichriſtus in templo Hieroſ. ſeu Solomonis non ſedebit: ſed in Dei templo h. e. in Eccleſia: Et ut ex Patribus & Papiſtis pluribus placet, Romæ.

Antichriſtus. *Multi venient in nomine meo* &c. v. 5. q. d. Multi Evangelium meum prætendent & ſe quærere gloriam meam dicent, tamen hoſtes mei erunt. Ita Antichriſtus à multis pro amico Chriſti habebitur, non enim profeſſione externa hoſtis Chriſti erit, licet ſummus fidelium ſit perſequutor. Hinc quoque non unum hominem fore Antichriſtum adparet. Ita ait Servator: *Multos ſeducet:* quod aliter non, quàm intra Eccleſiam fieri poteſt. Et ipſe Antichriſtus ἀποστάτης & transfuga erit, atque aliis defectionem à Chriſto perſuadebit: conf. v. 11.

Evangelii prædicatio. *Prædicabitur Evangelium in toto terrarum orbe:* v. 14. Nondum igitur venit Antichriſtus, ajunt Romanenſes, quia iſthoc nondum præſtitum. R. Non tantùm de mundi fine, ſed & de Hieroſ. excidio hoc capite ſermo, adeoque quædam mixta, quædam ad prius, ad poſterius nonnulla referenda. Hoc loco primariò de prædicatione Evangelii, quæ ab Apoſtolis ante Hieroſ. excidium facta, ſermo: conf. act. 1. 8. id quod optima fide ab iiſd. Apoſtolis, horúmque coadjutoribus, cooperariis & ſucceſſoribus præſtitum, ita ut in Indiam uſque & alia ignota loca penetrârint. 2. Etiam hodierno die de novo omnia adimpleta, non quod nullus locus ſeu Provincia excipiatur, vel quaſi omnes veritati locum daturi ſint, quidpe adpertè de prædicatione loquitur Servator.

Fuga in Sabbatho. §. 17.) *Orate, ne fuga veſtra fiat in Sabbatho:* Matth. 24. 20. Palàm ergo de urbis excidio Chriſtum loqui: etenim ultra 2000. paſſuum tali die, etiam perſecutionis tempore, conficere haud licere Judæi putârunt, quanquam aliqui aliter: conf. 1. Machab. 2. 24. Sanè Joſephus & Euſebius illam everſionem in Sabbathum incidiſſe ſcribunt. Eodem refer abominationem vaſtatricem in loco Sancto, quod etſi Patres nonnulli de Antichriſto interpretantur, verius tamen de templi profanatione & pollutione intelligere poſſumus, quando Romani ibi Aquilæ ſignum conſtituerunt, nec ullam loco ſacro reverentiam exhibuerunt. Haut interim inficiamur, typicè quoque ad Antichriſti tempora referri poſſe.

Antichriſti adventus. Nondum adventâſſe Antichriſtum inde probare volunt, quia tanta perſequtio, quantam ille excitaturus erit, nondum extitit. R. Eſſe de Hieroſolymorum miſeria & calamitate heîc ſermonem liquet, quia docet Dominus,

Digitized by Google

minus, deinceps, ſeu in futurum tantam calamitatem non fore. Adverſarii Ann.34.
autem perſecutionem Antichriſti poſtremam fore contendunt. Idem hinc etiam patet, quòd injungit Chriſtus: *Orate ne fuga veſtra fiat hyeme:* at ultra triennium Antichriſti perſecutionem duraturam prætendunt.

§. 18.) De Antichriſto & Pſeudoprophetis præmonendi ſunt fideles, ut cavere ſibi ab illis poſſint: Matth. 24. 23. ſeq. Ergo inquirere in hos licet. Igitur, quia in Conciliis ſæpe etiam tales inveniuntur ſeductores & lupi rapaces, abſolutè concilia non ſunt recipienda. Neq; etiam melior & ſerenior ſtatus eſt N. T. quàm olim Veteris: conf. 2. Pet. 2. 1. 2. Theſſ. 2. 4. act. 20. 29. 30. *ex vobis ipſis orituri lupi rapaces.* Antichriſtus cum conjuratis ſuis apertè ſe Chriſto non opponet, quin venturi dicuntur in nomine Chriſti: hic v. 5. In ipſa Eccleſia ſurget Antichriſtus, quia ſeducet, ſi fieri poſſet, ipſos etiam electos: adeòque homo non laicus, nec Ethnicus, nec Judæus, ſed Paſtor, præſul, ſtella, angelus, magna vi, virtute & potentiâ præditus. Unum autem individuum Antichriſtum non fore, ſimiliter Chriſtus ibidem loci docet. Tanta autem violentia iſdem in fine mundi perſecutionem exercebit, ut latere & abſcondere ſe Eccleſia cogatur, & exercitia ſua locaque publica deſerere debeat, nec cultum publicum exhibere Deo poſſit, ipſo Bellarmino hoc agnoſcente. (*d*) Ubi ergo eminens, viſibilis & felix Eccleſia tunc erit? Pſeudo Chriſti ſurgent &c. v. 24. *ἐν τοῖς ταμείοις* in conclavibus (Ciboria, paſtophoria, pixides, cuſtodiæ, columbæ hodie dicuntur: Germ. Monſtranz / à monſtrando) Chriſtum oſtendent: inde Innoc. III. anno 1215. in IV. Oecumenico Later. Concilio can. 20. præcepit, Chriſma ſimul & Euchariſtia, quàm dicunt hoſtiam, ſub clavi ſerventur.

Tunc apparebit ſignum Filii hominis in cœlo: Matth. 24. 30. Crucem *Signum*
Chriſti ipſiſſimam, vel aliam fore, adeoque adorandas imagines adverſarii *Filii ho-*
contendunt. R. ipſum ſignum non exprimitur: neque conſequentia ullius *minis.*
momenti.

Quis eſt ſervus fidelis, quem Dominus conſtituit? Matth. 24. 45. *Fidelis*
Ergo Miniſtri ſunt Epiſcopi, ſervi, Oeconomi, diſpenſatores, operarii Ergo *ſervus.*
à Domino ſunt conſtituti, non autem à Papa. Confer. c. 9. v. ult. 1. Cor. 12. 5. Heb. 5. 4. Neque verò vel de ſolo Romano, vel de cœteris ſolis Epiſcopis agit hic locus, quaſi cura & gubernatio Eccleſiæ illorum ſit propria, ſed in genere de omnibus, quibus demandatum aliquod munus, etiam de Apoſtolis.

§. 19.) Chriſtus conſummatis his ſermonibus, de Paſchate inſtante ſuos commonefacit, ac apud Simonem leproſum in Bethania cœnat, ibique ungitur: Matth. 26. (*e*) quod pactio Judæ excipit (*f*) Secuta Paſchatis celebratio (*g*) & cœnæ inſtitutio: pedum lotio: (*h*) prolixa valedictoria concio:

L Joh. 14.

d) de Rom Pontifice l. 3. c. 7. (e) Vid. Caſaub. exerc. 14. c. 11. ſeq. (f) idem exerc. 16. c. 8. ſeq. (g) ib. exerc. 16. c. 11. & 23. ſeq. (h) idem c. 22.

Digitized by Google

Ann. 34. Joh. 14. 15. 16. cc. ac precatio: c. 17. In ipſa autem cœna Chriſtus de futuro
Contentio proditore queritur, unde quemnam putaret anxii ſunt diſcipuli, ſimúlque
diſcipulo- de majoritate contentio oritur: Luc. 22. à v. 21. Quanquam verò Calvinus
rum de atque alii eam diſcipulorum diſceptationem ad Matth. 20. 24. ſeq. & Marc.
primatu. 10. 41. referendam cenſent, ipſæ tamen circumſtantiæ novam fuiſſe demonſtrare videntur, utpote particula connexiva καὶ v. 24. ſimile item ab accumbente & miniſtrante, quod aptiſſimum ſanè in præſenti cœna, adde etiam podoniſian: unde ſæpius hanc motam litem à diſcipulis adparet. Eodem ſanè morbo Pontificii graviſſimè laborant, dum Monarchiam Eccleſ. indeſinenter urgent, eámque Romano Epiſcopo commiſſam omni niſu contendunt contra aperta Chriſti verba. Servator ergo hoc loco, & quidem poſt promiſſionem Petro, Matth. 16. 18. factam, neminem alteri præferri debere mandat. Ecquur etiam litigâſſent diſcipuli, ſi Petrum Caput habuiſſent? Quare Chriſtus non reſpondit, ſe jam unum Petrum ſemel cœteris præpoſuiſſe, ei reliquos omnes obtemperare debere, nec de re, quam penitus definierat, ampliùs eſſe rixandum. Quare, inquam, illos ab errore, à ſchiſmate tam gravi, data toties occaſione, horum Magiſter & Doctor non revocat, & in viam reducit?

§. 20.) Nulla itaque eſt collateralitas in Eccleſiaſtico & Politico munere, quia Chriſtus illi Reges opponit ratione poteſtatis & dominii. Adminiſtravit Chriſtus gubernationem Monarchicam, cùm in terris degeret, quam aſcendens in cœlum nulli commiſit mortalium, unde hodiéque Eccleſia Caput Chriſtum habet, & quidem ſolum: Epheſ. 1. 22. Col. 1. 18. cui ſuccedere nemo poteſt: Hebr. 7. 5. 6. c. 9. 24. 25. Politicam igitur gubernationem Chriſtus politico reliquit Magiſtratui. Quare Antichriſtianum dum Epiſcopus Rom. non tantùm Eccleſiaſticam, ſed etiam politicam poteſtatem ſibi vendicat: ineptum dum à principum terrenorum poteſtate ad ſuam Eccleſiaſticam & Monarchicam argumentantur. Obj. De tyrannide & acerbitate in ſuos hic locus agit. (i) Ita Huetus (k) pro Eraſmo contra Bezam, κατακυριεύειν plus eſſe quàm κυριεύειν contendit, nimirum i. q. κατεξουσιάζειν,
Vid. an. violenta & acerba dominatione uti: Act. 19. 16. 1. Petr. 5. 3. Heſychio κατα-
45. §. 17. κρατῆσαι i. e. νικῆσαι, vi ſubigere, domare. R. Negamus κατακυριεύειν violentam ſemper dominationem ſignificare, ſæpe quippe fit, ut compoſita non plus ſignificent, quàm ſimplicia. Heic Chriſtus & rem, & modum, h. e. omnem in Eccleſia dominatum vetat. De majoritate, dominio & poteſtate ſimplici, ſeu primatu diſceptari hoc loco ipſa verba docent: quin diſcipulorum officium ipſis etiam beneficiis opponit. Inſt. Gentilium, non autem Judæorum ſeu fidelium Reges opponit. R. Omnem politicum dominatum Chriſtum intellexiſſe, ac uſitatâ formulâ expreſſiſſe, quis non videt? Quemvis univerſi orbis Magiſtratum comprehendit, ſicut autem illis κυριεύειν &

ἐξουσιάζειν

(i) Remund. Rufus in Carol. Molinaum à p. 670. (k) in Orig. T. 2. p. 72.

Digitized by Google

ἐξουσιάζειν h.e. legitimo imperio & poteſtate uti permittit, ita hæc eadem diſ- Ann. 33.
cipulis ſuis interdicit. Inſt. Qui ergo vetus orthodoxa Eccleſia Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates ſive Metropolitas admiſit, imò conſtituit? R. 1. Humana eſt conſtitutio. 2. Ipſi Epiſcopi & omnes adeò reliqui inter ſe æquales erant, adeóque nonniſi ordinis gratiâ diſtincti. Inſt. Chriſtus ipſe primatum v. 26. conſtituit, cùm dicit, *quiſquis inter vos volet primus eſſe, &c.* R. Non de dominio in reliquos, ſed de donis ſingularibus ſermo: ita nec de Petro, ſed in genere ad omnes hæc dicit. Inſt. Non omne, ſed tale tantùm ipſis adimit dominium, quod regum & gentium dominio ſimile. R. Imò abſolutè omne ipſis aufert dominium, ſimpliciterque diſcipulorum quæſtionem ut abſurdam rejicit, & æqualitatem conſtituit. Tantum verò abeſt, ut in aperta luce videre quicquam velint, ut potiùs ex hoc ipſo loco prærogativam Petro Turrecremata decernat, quando prætendit, hujus contentionis occaſionem Petrum fuiſſe, quia reliqui diſcipuli jam agnoverint Petrum cœteris prælatum, indéque Chriſtum dixiſſe, *qui major &c.* R. At ne tantillum quidem Petri fit mentio, neque niſi in genere Chriſtus locutus, multò minus ullum dominium, ſed dona excellentia intellexit, adde & futuri ſeculi gloriam. Si quicquam Petrus obtinuiſſet, annon hoc loco, in hac controverſia vindicâſſe ipſum Dominus debuiſſet, eóſque melius edocuiſſe?

Prærogat. Petri.

§. 21.) Non ſemel igitur interpellatus Chriſtus, ut unum aliquem toti cœtui ſuorum Apoſtolorum præponeret, bis renuit, eóſque repreſſit. Quòd ſi nuper Chriſtus Petrum Caput feciſſet, illis inculcare & ſignificare ſtudioſè debuiſſet, maximè cùm ipſe viſibile hactenus in terris Caput fuerit, cœlum mox aſcenſurum. Tam verò abeſt, ut Dominus juriſdictiones temporales, quibus hodie Prælati, cumprimis verò Romanus Epiſcopus, tument, & pro illis, ceu pro aris & focis, acerbiſſimè digladiantur, ſuis permittat, vel ut amphibium hominem, i.e. Eccleſiaſtico-politicum approbet, ut ne præeminentiam quidem inter illos concedat, multò minus admittat, ut unus aliquis reliquorum conſcientiis leges ſpirituales condere, pœnas earum violatoribus ſpirituales irrogare, taléſque tranſgreſſores excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, irregularitate ferire poſſit. Obj. At Chriſtus ipſe præfuit, Dominúmque egit, & ita ſe vocari paſſus. R. Non ut Monarcha & Rex terrenus: Joh. 18. 36. Abſurdiſſima etiam & impia conſequentia à Chriſto deducta; licet enim leges conſcientiis, ceu unus legiſlator, præſcribat, ac fidei noſtræ dominetur, nulli tamen alteri licet, unde ipſe Petrus hoc ſibi non tribuit: 1. Pet. 5. 3. 4. 2. Cor. 1. 24. 1. Cor. 7. 35. Inſt. Chriſtus in Eccleſia vult eſſe aliquos ἡγουμένους καὶ προεστῶτας: Luc. 22. 26. Rom. 12. 8. Hebr. 13. 7. R. At tales præeſſe vult Chriſtus Eccleſiæ per modum Ariſtocratici, non Monarchici imperii. In Eccleſiam igitur & ſimul in Rempublicam injurius exiſtit Epiſcopus Romanus, quòd ſibi ut Capiti, actus juriſdictionis & poteſtatis ſumit & tribuit, utpote congreſſum mandare, citare, evoca-

Ann.34. re,&c.qui actus nulli paſtorum per ſe competunt in alterum,niſi communi ſuffragio Eccleſiæ,& inprimis politici Magiſtratus illi tributi ſint.

Pedum lotio. §.22.) Aliam Petro prærogativam ex pedum lotione commentantur, unde tamen nihil omnino elicias, etiam ſi illi primi loti fuiſſent, alii tamen Judæ hanc dignitatem tribuunt, & certè v. 5. & 6. Joh. 13. hoc tribui non videtur. Inſtat Bellar. Ergo Judas imprudens fuit, quod Petro hunc honorem non detulit. R. Quare autem Chriſtus idem hoc non obſervavit? Sanè æquales omnes facit, ac nonniſi inter ſe Magiſtrum & illos ceu diſcipulos diſtinguit, unde v. 15. & de fine & ſcopo agens dicit: *Exemplum præbui vobis, ut prout ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Unde Auguſt. (*l*) *Monuit apertiſſimè ut hoc facerent condiſcipulis atque conſervis, quod eis feciſſet magiſter & dominus, quantum commendavit humilitatem.* Quòd ſi Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum, quî fit, quòd unus Papa,& quidem non Coepiſcopis, ſed pauperibus quibuſdam, ad hanc ſcenam deſtinatis, ſemel quotannis pedes lavare ſoleat (*m*) Equidem certè peccâſſe Petrum haut injuriâ exiſtimo, dum incogitantiam Chriſto imputavit, quando pedes ſuos lavandos negavit, unde Dominus meritò eum repreſſit. v. 8. Bone Deus quantopere tripudiarent adverſarii, ſi de Petro referretur, quod de Johanne, quòd primum poſt Chriſtum locum occupârit, quòd in ſinu Chriſti accubuerit, quòd Dominus eum dilexerit (peculiari ſcil. amore) quódque internuncium Petri & reliqnorum apud Dominum egerit. Gratis ergo & iterum gratis Baron. (*n*) quando ait: *Ratione ejuſmodi accubitus Johannes, qui primum locum poſt Chriſtum in ea cœna obtinuit, ſub orta eſſe videtur* (ita rectè dubitat) *eod. tempore illa inter Apoſtolos contentionis occaſio, quis eorum videretur eſſe major. Eſt que obſervatione dignum, nunquam eos æquanimiter tolerare potuiſſe Johannem, vel Jacobum fratres apud Chriſtum primos haberi, ſed cùm viderent, eos prærogativis quibuſd. auctos ſemper ea de re quæſtionem moviſſe. Quantumlibet autem vidiſſent in omnibus Petrum cunctis prælatum, nunq. tamen id infenſo animo tuliſſe.* Nimirum ſomniat & fingit ſibi quod maximè arridet & optat. Nil de hoc myſterio Johannes, neque Petrum à reliquorum diſcipulorum contentionibus Evangeliſtæ excipiunt. Quur Petrus hoc loco primam ſedem non occupat? Quur fert hoc Chriſtus? Quur Matth. 19. 28. Dominus Petro occaſionem præbenti, nihil de hoc primatu?

§.23.) Quamvis Beatorum infirmitates non retegendæ, tamen quia contra orthodoxam antiquitatem Papiſtæ ex his ipſis Petro prærogativas formant, eæ prætereundæ hoc loco non ſunt. Luc. 22. 31. ſeq. dixit Dominus: *Simon, Simon, ecce Satanas appetiit vos ventilare ſicut triticum: ſed ego deprecatus ſum pro te, ne deficiat fides tua: tu igitur aliquando quum te converteris, ſtabili fratres tuos.* R. 1. At hîc nota eſt ſuperbientis Petri, quaſi melior ſit cœteris. 2. Non pro ſolo Petro oravit Dominus, ſed & pro reliquis, excepto

Oravi pro te.

(*l*) *De S.Virg.c.32.* (*m*) *adi Hoſpin.de feſtis Chriſt.ad Kal.Apr.* (*n*) *§.42.Spond.§.13.*

Digitized by Google

cepto Juda. Inſt. pro Petro nominatim rogavit: ſeu pro ejuſd. oravit fide particulari modo, ne deficeret. (o) R. Quia gravius tentatus cœteris. Nec à lapſu, aut erroribus quibuſvis, ſed à fidei naufragio immunem ſervavit Petrum Domini oratio: quod & præſtat omnibus electis fidelibus: Joh. 17. 20. Unde ergo primatus? An quia Satanas cribrare eum expetiit? at & reliquis idem accidit. An quia Petrus non peccavit? at converſio averſionem ſupponit; imò omnium graviſſimè lapſus, unde ejus lachrimæ: nam & ipſe cum reliquis ſcandalum paſſus, & poſt Domini reſurrectionem incredulus fuit. Num ergo inde, quòd converſus confirmare debuit fratres ſuos, at nihil iſthoc ad ſuprematum, quandoquidem omnium Chriſtianorum hoc eſt officium: act. 14. 22. 1. Theſſ. 5. 14. & 11. Sed licet aliquid demus Petro, quid tamen ad ejuſd. Monarchiam, quid ad Papam, ad Romam, ad Cathedram, aut ad totam Eccleſiam de non errando? Vel annon impetravit Chriſtus quod petiit? At plures Papæ in hæreſes incidêre, eorúmque defecit fides. Atqui fieri iſthoc poſſe ipſe Gratianus d. 4. c. Si Papa, agnoſcit, cùm docet, Papam in caſu hæreſeos judicari ab Eccleſia & deponi poſſe. Rectè Gloſſa ordinaria præſentem reddit locum: *Non rogavi pro te Petro ne tenteris, ſed ne deficiat fides tua, ut poſt lapſum negationis ad priſtinum ſtatum pœnitendo reſurgas.* Et Lyra: *Rogavi pro te Petro, ne fides tua deficeret finaliter & in totum: non enim rogavit Chriſtus, quòd Petrus non caderet, ſed ut in caſu non remaneret.* Ann. 34.

§. 24.) Peſſimè itaque ex hoc loco inferunt: infallibilem eſſe Papam R. ſeu, ipſum errare nunq. poſſe, (p) etiam ut particularis perſona: (q) proinde judicem eſſe controverſiarum: (r) quia lumen ſupernaturale habeat fidei: itaque abſolutè audiendum non tantùm Papam, ſed & Concilia ab ipſo approbata, imò etiam quoſvis Epiſcopos. (ſ) R. At non promittit id hic Chriſtus, nec jubet quod prætendunt: imò ter Petrus diſceſſit à fide Chriſtum negando, ſéque devovendo, poſtea quoque aberrans reprehenſus à Paulo: Gal. 2. 14. Præterea nihil hæc omnia ad Rom. Epiſcopum, maximè cùm ejus ſedes officina ſit omnium errorum & apoſtaſiæ: 2. Theſſ. 2. Apoc. 14. 8. c. 17. 9. Quia itaque Papa R. errori obnoxius, alióſque inducere in errorem poteſt, ergo & Concilia à Papa approbata errare poſſunt. Imò quid Conciliis opus, ſi Papa ſit infallibilis? Rectè ergo de Dominis (t) concludit: *molem ingentem divinitatis, aut ſaltem vicem deitatis in tam exili teſtimonio erigere eſt ſumma dementia, Romanus enim Papa non eſt Petrus, neque ſpeciali ſucceſſione ſuccedit Petro. Neque magis Concilia hinc infallibilia facere poſſunt. Quidpe hac ratione non ad ſolum dictum hoc ſpectat Papam, maximè quando docent, Ea invito etiam Papa rem definire poſſe, & Epiſcopos in Conciliis ſuffragium habere deciſivum, non conſultivum tantùm: parique ratione* *Infallibilitas Papæ.*

L 3 *dicere*

o) Bellarm. de Rom Pont. l. 1. c. 20. (p) idem lib. 4. cap. 3. (q) ib. c. 6. (r) idem de Verbo Dei, l. 2. c. 5. (ſ) idem l. 2. de Concil. c. 2 (t) l. 7. c. 5. §. 2. & 29. ſeq.

Digitized by Google

Ann. 34. *dicere poſſunt, Epiſcopum quemcunque, imò & presbyterum & privatum doctorem errare non poſſe, ſi cum Concilio generali definiat.*

§. 25.) Pariſienſes Practici (u) *Chriſtum hæc Eccleſiæ permiſiſſe ajunt, cujus figuram Petrus geſſerit, ac Dominum tunc inerrabilitatem* (ἀναμαρτησίαν) *Eccleſiæ impetráſſe: ita & claves Matth. 16. 18. toti Eccleſiæ dediſſe.* Plus dicunt, cùm objicientibus Petri lapſum reſpondent, tunc Petrum nondum ſummum Pontificem eſſe cœpiſſe. Igitur ſi hoc ita ſit, hoc loco Chriſtus pro Petro, non pro ſummo Pontifice rogavit. Orthodoxorum de hac Chriſti promiſſione ſententia eſt, ut dicant, fidem vel doctrinam ſignificare, vel fidem juſtificantem: ſive fidem aliam eſſe, qua credimus, aliam quam credimus; poſteriorem petram eſſe inconcuſſam: Matth. 16. 18. cujus gratiâ Chriſtus pro omnibus ſuis membris oravit, ne à fide deficiant: Joh. 17. 11. & 20. priorem infidelitati & deſperationi opponi, ad quam Satanas adigere Petrum ſatagebat: eodem errore isdem Chriſti regnum mundanum eſſe putavit: ſic cœtera Chriſti membra quandiu in hac vita, quotidie in judicando errant. Adeóque errare in judicando poteſt, qui ad finem perſeverat. Ita oravit Chriſtus pro Petro, ne deficeret ejus fides, hoc eſt, ut ne periret Petrus propter infidelitatem. Unde nulla vis in Pontificiorum hoc argumento: Pro quibus Chriſtus orat, ut illorum fides non deficiat, illi non poſſunt errare in judicando. Et ſic pejus concludunt: Ergo Concilia à Papa approbata errare in judicando non poſſunt. Non excludit Chriſti promiſſio quatenus Petrum ſpectat, externum lapſum à fide, & externam ad tempus negationem Chriſti coram hominibus, ſed tantummodo internam fidei eradicationem & impœnitentiam: ad reliquos autem Apoſtolos relata, illum etiam ruinæ gradum excludit, quo lapſus eſt Petrus. Unde tantum abeſt, ut hæc Chriſti verba futurum Eccleſiæ Monarcham deſignent, vel infallibilitatem, ut ſi de ſucceſſorum ſtabilitate & confeſſione ac profeſſione fidei externa judicandum ſit, aliis ſe adjungere Apoſtolis, quàm verò Petro tutius ſit.

§. 26.) Vim apertæ veritati Bellarminus facere attentat, quando ait, *Non abſurdum, ſi illud* converſus *non referatur ad pœnitentiam Petri, ſed ad tentationes aliorum*, ut non ſit ſenſus: Tu à peccato ad pœnitentiam converſus confirma fratres, ſed: Tu, cujus fides non poteſt deficere, quando videris aliquos nutantes & vacillantes, ad eos converſus illos confirma. At Chriſtus hoc ipſo in loco, & cumprimis deinceps, cribrationem & lapſum Petri notat, ac ipſe eventus plus ſatis omnia edocuit. Confirmatio hæc pendet à converſione q. d. ideo confirma, quia converſus, quia in lapſu, errore, & infidelitate non perſeverabis, alios ad exemplum tui, à lapſu retrahe, erige, & tuo confirma exemplo, ut ſurgant. Ideo ergo hanc curam committit, quia ille exemplo ſui alios poſt caſum juvare poterat. Adeóque malè Gretſerus: *Peculiari modo Petrus jubetur omnes univerſim fratres, nemine excepto, confir-*

u) T. 1 Libert. Gal. p. 552. & ſeq.

Digitized by Google

confirmare paſcendo, regendo, præſidendo, docendo, ita ut Monarcha ſit Eccleſiæ. Ann. 34.
R. 1. Quia omnibus ſcandalo fuit, meritò omnes ſurgens confirmare debuit, ne illis ruinæ occaſio eſſet. 2. Omnes Chriſtiani, inprimis animarum paſtores, agere hoc tenentur. 3. Parexegeſis Gretſeri abſurda & violenta eſt: quidpe omnibus ex æquo Apoſtolis commiſſa eſt populorum multitudo, Matth. 28.19.20. Joh. 20.21-23. ita ut cœteri etiam Apoſtoli omnes docere, confirmare, illis præeſſe, &c. debuerint, & ſic fundamenta Eccleſiæ fuerint. Ergo neque Petro erga collegas Apoſtolos, aliósve, dari auctoritatem ſequitur. (*x*)

§. 27.) Satis ex præmiſſis pateſcit, facilè adverſarios Petrum excuſaturos, ſi per ipſos ſtaret, non certè ut Petri perſonam, ſed ut Papam Rom. defenſent. At non gratis Deus varia & gravia Petro ſphalmata & lapſus, inprimis circa paſſionis Chriſti tempus permiſit, eáque conſignata diligenter nobis reliquit. (*y*) Nemo ergo offendatur, ſi ea adverſariorum ſtrophis coacti opponamus. Sunt autem præcipua illa ſphalmata. *Varii Petri lapſus.* 1. Matth. 14. 28, quando temerè aquis inambulare voluit. 2. Matth. 16. 22. quando ex nimia præſumptione Chriſtum corrigere, & divertere à paſſione tentavit. 3. Matth. 17. 4. quòd in monte perpetuò commorari voluit, adeóque reliquorum fratrum atque ſalutis humanæ oblitus. 4. quòd Petrus ſimul cum cœteris aliquoties quæſtionem de primatu agitavit. 5. quòd in horto orare & vigilare juſſus, non ſemel, ſed iterum locum ſomno dedit, Matth. 26. 38. ſeq. 6. quòd Malcho aurem abſcidit, vindictam exercuit, ac gladio audaciter uſus, cap. 26. 52. 7. quòd ter cum imprecatione Dominum abnegavit, c. 26. v. 70. ſeq. 8. quòd Antiochiæ pede recto ad Evangelii veritatem non inceſſit, Gal. 2. 14. &c. Verùm quid immoramur? Annon hoc in loco Matth. 26. 33. ſeq. Marc. 14. 19. ſeq. arroganter verba Chriſti negavit, cœteris ſe meliorem cenſuit, propriíſque infirmitates ignoravit?

§. 28.) *Ecce duo gladii*, Luc. 22. 36. inprimis 38. Hinc duas mundi poteſtates conceſſas Eccleſiæ, ſeu juriſdictionem in ſpiritualib. & ſecularibus ſimul competere Papæ, ſi non actu, ſaltem potentiâ, Romanenſes intelligunt. *Duo gladii.* (*z*) Salmero (*a*) utrumque gladium non ſoli Papæ, ſed omnib. etiam Epiſcopis communicat: *Tam Sacerdotalis, inquit, quàm regia poteſtas, collata eſt Eccleſiæ paſtoribus.* Cœteri tum Theologi, tum Canoniſtæ Papæ autoritatem in rebus politicis ſummam eſſe: ac proinde longè longèque majorem, quàm in ullo Principe. (*b*) Tam ergo induſtrii ſunt & ſagaces, ut abſurditatem tantam ex hoc loco demonſtrare conentur, quaſi allegoriæ tam longè petitæ ad ſtabilenda tanta dogmata locum habeant: quaſi promicondi Papæ legem divinam immutare queant: quaſi ὧδε vel Eccleſiam, vel Papam deno-

x) de Dom. l. 1. c. 6. §. 29. & 4. (y) rationes vid. apud Forbeſ. Inſtr. l. 15. c. 14. à §. 6. (z) in fulmen br. Sixt. V. p. 246. ex Alex. de Imola conſ. 24. num. 23. vol. 5. & pluribus aliis, de quib. ib. ut & p. 266. (a) T. 13. diſp. 12. de Eccleſia. (b) viſe Cham l. 15. c. 1. & 2.

Digitized by Google

Ann. 34. denotet. Certè cum omnib. Apoſtolis locutus Dominus, omnéſque æqualiter reſpondent: v. 38. omnes quærunt: v. 49. *Domine, percutiemúſne gladio?* Neque dicit Petrus: Ecce duos gladios habeo &c. Obj. Chriſtus dicit, *Satis eſt*: R. Vel ironicè loquitur, Janſenio teſte; vel abrumpere ſermonem voluit, quòd videret, eos non aſſequi ſenſum. Ad hæc Theophylactus: Chriſtus Apoſtolis hoc ænigma non intelligentibus dixit, Satis eſt, quo neque id revelavit, neque omnino ſiluit, ne repentinis inſidiis confunderentur. De eod. negocio Libertas Gall. (c) *Neque Apoſtoli, neque horum ſucceſſores, Chriſtum ſecuti, poteſtatem temporalem ſibi ſumpſerunt. Et quanquam pauci quidam Canoniſtæ omnem temporalem in regna & principatus poteſtatem Papæ attribuerunt, conſtanter tamen à reliquis Theologis ſententia fuit exploſa.* In præſentia autem verba Chryſoſtomus: *Non putemus Chriſtum juſſiſſe, ut Apoſtoli gladios poſſiderent, ſed per gladios innuit imminentes Judæorum inſidias.* Si omnino ſenſus aliquis allegoricus quæratur, illud Ambroſii locum habebit: *Duo gladii utrunque V. & N. denotant, quibus adverſus Diaboli inſidias armamur.*

§. 29.) Eſt igitur, juxta Chryſoſtomum, *prædictio imminentis calamitatis, eò deventum negocium, ut ſi de ſpe humana agatur, ea tota in armis jam ſit poſita.* Iterum Ambroſius: *Domine cur emere me jubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? niſi forte ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria: & videat, potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe? Lex tamen referire non vetat: & ideo fortaſſe Petro duos gladios offerenti, ſat eſt, dicit, quaſi licuerit uſque ad Evangelium, ut ſit in Lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio.* In eundem ſenſum Origenes, *Peſtiferum ſi ad literam hoc accipiatur.* Quid verò tot opus ambagibus? Annon Chriſtus Petrum gladium in vaginam mittere jubet: Joh. 18. 11. cum adjecta interminatione, *quicunque gladium acceperit &c.* Matth 26. 52. Exarmat ergo Dominus militem Petrum & diſcingit. Proinde de materiali gladio Chriſtus Apoſtolis non locutus, inpr. etiam argumento à ſubſidio Angelico deducto. At non aliam Apoſtoli ſucceſſorib. poteſtatem reliquerunt, quàm eam, quam illi ipſi habuerunt, quæ fuit ſolicitudo Eccleſiarum, non autem dominium temporale in Principes temporales. Hac ipſa de cauſa regnum Gallicanum non ex privilegio, aut libertate ſingulari, ſed ex communi, & Verbo Dei conſentienti jure, juxta Veteris Univerſalis Eccleſiæ morem, ac Conciliorum Oecumenicorum decreta, ſuam ſuperioritatem immediatè Deo acceptam fert. Cœterò cum hoc loco Canoniſtæ locum etiam Matth. 28. 18. conjungunt: *Data mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*; ad quod tamen ipſe Bellarminus reſpondet, ac ſuam ſententiam rationib. & exemplis probari ait.

§: 30.) Uti Tertull. adv. Jud. c. 8. magno errore putat Chriſtum obiiſſe anno æt. XXX. ita non minus de Paſchatis ultima celebratione variant ſenten-

(c *T. 1. p. 490.*

Digitized by Google

ſententiæ. Aliqui volunt Dominum celebrâſſe Paſcha eadem die, quâ cœteri Judæi; alii pridie dici, ex Joh. 18. & 13. 1. & 19. 14. Ita Epiph. hær. 51. n. 26. ait, Judæos anticipâſſe biduo Paſcha. Græci & Latini acriter certârunt de die, illi XIII. & quidem rectius, hi XIV. conſtituerunt. Verum hanc συζήτησιν aliis diſcutiendam relinquimus: (d) Triplicem hîc Cœnam Chriſti notant. 1. legalem ſeu Paſchatis. 2. communem, ſeu vulgarem 3. S. Cœnæ. Unde fortè veteres ſuas Agapas habuiſſe celebraturos S. Cœnam exiſtimant. (e) Ergo ſanè jejuni non communicârunt Diſcipuli. Igitur Chriſtus Paſchatis celebratione ultima finem Veteri Teſt. imponens, S. Cœnam, alterum Novi Fœderis Sacramentum inſtituit, ut teſſeram amoris ſui iiſd. relinqueret, prout & Evangeliſtæ, & B. Apoſtolus Paulus ſcripto id nobis reliquerunt, in hunc finem ut, quod acceperunt à Domino, id traderent nobis, adeóque ideam haberemus: 1. Cor. 11. 23. cujus myſteria vel ſola nomenclationis conſideratio nobis pandit. De quo prolixè Caſaubonus exercit. 16. à c. 28. ad 59. alii frequentes, quos inter Burmannus in Synopſi Theol. l. 7. c. 10.

Ann. 34.

Triplex Cœna.

Ultima Paſchatis celebratio

Cœna Dominica à B. Paulo primitus dicta, quod nomen diu manſit, ut apud Auguſt. & alios videre eſt. Ita vocata reſpectu temporis, quo inſtituta, idque ex more veterum, quo convivia veſperi plerunque haberi ſolita; tum reſpectu communionis, quia cœna res privata non eſt, ſeu non unius hominis, ſiquidem κοινὸς i. q. communis, quòd ea plurium eſſet cummunis. Seorſim prandebant priſci Romani modicè, cum amicis verò cœnabant, Plutarcho teſte. Igitur Cœna Domini è diametro *Miſſæ privatæ ſeu ſolitariæ*, quæ fit ſine communicantibus, opponitur. Ridiculus hoc loco Maldonatus, quando impietatis accuſat eos, qui Eucharistiam vocant Cœnam Domini: at Paulo 1. Cor. 11. 20. κυριακὸν δεῖπνον dicitur. (f) Appellationes S. Cœnæ vel Biblicæ ſunt, vel Eccleſiaſticæ: at quis Biblicas non prætulerit? Neque ex termino ſequitur, ergo veſperi celebrandam S. Cœnam, prout putabant & ſolebant olim (g) & quidem cœnati. Atqui neque apud omnes hic mos obtinuit, nec ſemper, ſed in Africa, qui vivente adhuc Auguſtino vigebat, ipſo teſtante Ep. 118. ubi die anniverſaria, qua Cœna Domini recolitur, veſperi communicabant. Diſtinguendum igitur inter inſtitutionem & iterationem. Ratione termini, quo Cœna dicitur, & ratione communionis ſive convivii Sacra, vel mane, vel veſperi liberè celebrari queat, ita ſcil. ut conventuum Eccleſiaſticorum ratio habeatur, unde & Synaxis dicta S. Cœna. Κοινωνία *communio*: 1. Cor. 10. 15. quia omnes digni participes fiebant myſteriorum S. ſive, ut Hier. loquitur, Dominica Cœna omnibus debet eſſe communis. Unde κοινωνεῖν abſolutè pro accedere ad Sacramentum.

Varia S. Cœnæ appellationes.

M Sacra

d) vid. Arnd. Lex. Ant. l. de Paſch. à §. 26. (e) vid. Caſal. de vet. rit. à p. 51. Bona in Liturg. l. 1. c. 21. §. 1. (f) vid. Matth. Zimmerm. in dictum Tertull. §. 128. (g) Bona in Liturg. l. 1. c. 21. §. 2.

Digitized by Google

Ann. 34. *Sacra* vocatur Cœna, ut diſtinguatur à convivio profano, non ventris, ſed mentis, & quia à Domino inſtituta Dominica & abſolutè Dominicum ſc. epulum (*h*) ab autore & primo diſtributore Chriſto; vel à fine, quia in Domini celebratur memoriam; vel ſanè etiam, quia diebus Dominicis plerunque olim: act. 20. 7. & nunc agitatur, ubi tamen quidam etiam ſingulis diebus communicârunt. Seu potiùs ſic vocatum, quòd non tantùm pane & vino, ſed & corpore ac ſanguine Domini cibamur atque potamur. Inde Chryſoſtomo δεῖπνον δεσποτικὸν, Cœna herilis, ſeu heri noſtri: item δεσποτικὸν μυστήριον: Nazianz. δεῖπνον λαμπρὸν εὐαγγελικόν. *Alterum Chriſtianorum Sacramentum*, ab inſtitutionis tempore & ordine. *Corpus & Sanguis Domini*, quia ſigna & teſſeræ horum. Solemnia olim Sacerdotum verba tradentium panem & vinum: *Corpus & Sanguis Domini conſervet animam tuam.* Inde in vita Gregorii apud Diacon. l. 1. legitur, matronam quandam, cùm Gregorius myſteria illi tradens hæc verba diceret, ſubriſiſſe ac dixiſſe: *id quod ego obtuli* (in collecta) *Corpus Chriſti vocas? Novum Teſtamentum per ſanguinem.* Luc. 22. 2. 1. Cor. 11. 25. eand. ob cauſam: ſeu quia illud Chriſtus ante mortem non tantùm inſtituit, ſed etiam morte ſua confirmavit. *Teſtamentum* autem, quia omnia Teſtamenti requiſita habet, adeoque inviolabile & immutabile; quo quidem ſancitum eſt Novum Fœdus Dei cum homine, in quo hæredem ſuam Eccleſiam inſtituit; aliàs N. T. Verbum ſimul & Sacramenta dicuntur; 2. Cor. 3. 6. Etiam *Confirmatio* vocabatur Eucharistia, quia baptizatis olim protinus conferebatur tanq. Sacramentorum complementum & perfectio: vel quemadm. Baptiſmus initiat, ita S. Cœna confirmat, nutrit & alit. (*i*) Cadit ergo Chriſmatis Sacramentum.

§. 31.) S. Cœna *Panis & poculum Domini* adpellatur: 1. Cor. 10. 21. c. 11. 27. Hinc fractio panis, Calix &c. Azymum quidem adhibuit Chriſtus, at is tum temporis communis erat. Ergo hodiéque vulgari pane uti licet. Unde Bona Cardinalis (*k*) *Ex facto Chriſti non concluditur neceſſariò azymis utendum: nam Orientales fermento utuntur, præcipientibus Apoſtolicis conſtitutionibus, ut ſingulæ nationes ſuum ritum ſervent.* An verò Eccleſia Latina aliquando fermento uſa, negare non audet: eſſéque ritum ait, qui mutationem & novitatem admittat. Addit: *Panem Apoſtoli conſecrârunt, qualem in domibus fidelium reperiebant, ſive azymum, ſive fermentatum.* Et: *ſæviente perſecutione azymum ſemper habere non poterant.* Multa ſe congerere ait ad probandum, quòd uſus fermentati per octo ſecula perſtiterit in Eccleſia occidentali: quanquam non excludit panem azymum. Pro eodem fermentato pane pugnat in ipſo tractatu l. 1. c. 23. §. 4. inpr. duabus rationibus. 1. quia Chriſtus in prima conſecratione alium panem non habuit. 2. *Si poſt reſurrectionem aliquando conſecravit, ut communiter aſſerunt S. Patres, panem communem & fermentatum adhibuiſſe credendus eſt* &c. At quid immoramur? rem

Azyma:

vide §. 38.

omnem

h) *Bona. p. 15.* (*i*) *conſule Vicecomitem de Baptiſmo.* (*k*) *in Liturg. præf. col. 9.*

Digitized by Google

omnem executus doctiſſ. Sirmondus ſingulari tractatu in hanc rem edito. Ann. 54. Quibus adde peritiſſ. juxtà & fideliſſimum antiquitatum promumcondum Joh. Dallæum de cultu Latinorum l. 3. c. 2. à p. 293. & cap. 4. Dorſchæum exerc. ad Concil. Nicen. §. 23. Ex oblationibus ſeu panibus à communicaturis oblatis, tantum conſecrabant, quantum ſatis videbatur; poſtea certis de cauſis, unum certum rotundum vel quadratum panem figuris certis notatum conficiebant, cujus micas ſive fruſtula cultello ſeu lanceolá ſciſſa diſco ſeu patinæ imponebant: has figuras apud Goarum, & ex eod. apud Zimmermannnum à §. 146. videbis. Confer Bar. ad an. 58. à §. 64. Bonam Liturg. l. 1. c. 25. §. 6. p. 268. Vir autem, vel mulier, modò pura ſit, pridie ejus diei, hunc panem domi præparat & conficit apud Græcos: ib. §. 140. Sacerdos panem in templo ſciſſurus ait: *In memoriam Domini Dei & Salvatoris noſtri J. C.* &c. §. 142. de cochleari, quo particulam ſanguini intinctam, pro communione calicis educunt: idem §. 154. adeoque ſub utraque communicant: idem faciunt Moſcovitæ, miſcent autem panem, & quidem communem ſeu fermentatum cum vino, ſacerdos ex calice cochleari particulam ſumtam communicaturo exhibet. (l) Percurre, cum grano tamen ſalis, Caſalium de veterum Chriſt. S. ritibus c. 14. 15. Quonam Chriſtus calicis genere uſus tacent Evangeliſtæ: de illo autem Bar. §. 63. ex Beda aſſerit, eundem Hieroſolymis fuiſſe aſſervatum. Verùm quid hoc ad rem? imò quid certi? Ligneos initio fuiſſe, lapideos & corneos; æneos item & ſtanneos, vitreos etiam, tandem creſcente ſuperſtitione aureos & argenteos Bona (m) agnoſcit. Confer infrà an. 221. §. 4. & 233. §. 9. & 216. §. 5. Rectè Bonifacius, Epiſc. Mogunt. *Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc è contra lignei ſacerdotes aureis utuntur calicibus.* Porrò feria quinta majoris hebdomadæ *Natalis Calicis* dicta à Patribus, quia tunc calix à profano uſu ad ſacrum à Chriſto translatus: dicta quoque *myſticum Paſcha & Cœna Domini.* *Calix.*

§. 32.) Eadem Cœna *Menſa Domini* nuncupatur, quia in menſa, non in altari celebravit: 1. Cor. 10. 21. act. 6. 2. vel eſto meton. ſubjecti, pro cibo & potu in menſa. Inde Patrib. *τράπεζα φοβερὰ* & *ἱερά*: Heſychio *τράπεζα μυστική, κυριακή*: Latinis *Menſa ſacra.* Vocatur etiam *τράπεζα θεῖα, ἐπουράνιος, φρικώδης* (terribilis) *λογική, βασιλική*, regalis. Igitur coæva eſſe *Altaria* Apoſtolis pernegamus. Quin Menſæ nomen ſequioribus etiam occurrit ſeculis. Et licet altaris appellatio quoque obvia, ex uſu tamen V. T. pro menſa accipitur, Græcis *θυσιαστήριον* etiam dicta. Eam ob cauſam gentiles Chriſtianis defectum altarium ſæpius exprobrârunt, neque id Chriſtiani diffitebantur. Vel altare Menſa S. dicta, quia Chriſtus ſe in ara ſeu altari Crucis obtulit. Conſule Bar. §. 284. & Bellar. l. 1. de Miſſa c. 17. §. neque obſtat. Inpr. Zimmerm. à §. 42. Putáſne verò, quando domatim, & propter pericu- *Menſa Domini.* *Altaria.* *Infrà anno 57. §. 19.*

l) *Herberſt. in hiſt. Moſc. p.* (m) *l. 1. c. 25.*

Ann. 34. pericula in latebris & locis remotis, Apoſtoli & horũ ſucceſſores panem fregere, in altaribus lapideis, & quidem conſecratis iſthoc factitâſſe? Ἀρτοκλασία ſeu κλάσις τοῦ ἄρτου i. q. S. Cœna, à præcipuo ritu: act. 2. 42. κατ᾽ ἐξοχὴν, quidpe alibi pro communi convictu ſumitur. Luc. 24. 35. act. 27. 35. Eſa. 58. 7. quia ſcil. Judæi non ita ſpiſſis & craſſis, uti nos, ſed latis & tenuibus panibus utebantur, frangi ſolitis, non ſcindi. Ac quemadmodum Græci totam convivii actionem à parte una συμπόσιον vocârunt, ita Hebræi ab altera *Panis fractionem*; (n) quare hæc ſignificatio Pontificiis non favet, dum poculum plebi eripiunt. Num ergo è converſo ſacro pane non utemur, quia S. Cœna & *Sacer Calix, & poculum benedictionis* vocatur? Annon æquè vino uſus Chriſtus, & ſanctè adhibuit ſemper ejus Eccleſia? Ecquî verò Laicis illud denegant? Non modò conſecrâſſe vinum, ſed etiam poſt conſecrationem illud diſcipulis porrexiſſe Patres aſſerunt: Orig. (o) *J. Chriſtus vinum ſuis dedit Apoſtolis*. Et Clemens Alex. (p) *Illud quod conſecravit Dominus, vinum fuiſſe, ſatis oſtendit, cum dixit, non amplius bibam de fructu vitis, uſquequo &c.* Eadem S. Synaxis à ſignato ſeu meton. effecti κοινωνία, ſive *communio & participatio corporis & ſanguinis Chriſti* dicitur: 1. Cor. 10. 16. quia organum eſt noſtræ cum Chriſto, ſeu Deo unionis & conjunctionis: quia panis & vinum cum corpore & ſanguine Chriſti convenientiam habent: quia fideles, ejuſd. membra charitatis vinculo inter ſe adſtringit: quia item omnibus in commune olim proponebatur, & à Chriſto diſcipulis æqualiter tradebatur; quia verè eſt κοινὴ i. e. Cœna, ſeu commune Domini convivium; quia communionis Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, adeóque σύνδειπνον ſive *concœnatio:* inde etiam Σύναξις ſeu *Congregatio*, μυστηρίων κοινωνία apud Chryſoſt. L. *ſacrum epulum, Convivium Dominicum*. Ignatio δοχὴ, unde δοχὴν ἐπιτελεῖν. Zenoni Veron. *Cœleſte prandium*. Nazianz. ἄριστον δεῖπνον μέγα.

Euchariſtia & Eulogia. §. 33.) À modo conſecrandi, ſeu à fine principali *Euchariſtia* Patribus dicta, & *Evlogia*: 1. Cor. 11. 24-26. c. 10. 16. Matth. 26. 26. 27. Hinc Patribus *Sacrificium Euchariſticum, & Memoriale unici ſacrificii Chriſti*. Pulcherrimè hîc, ut omnia, doctiſſimus Dallæus (q) *Juſtinus* inquit, *Apol. 2. panem conſecratum vocat* ἄρτον εὐχαριστηθέντα *q. d. Euchariſtizatum, quod idem ac ſi* εὐλογηθέντα *benedictum dixiſſet, ſuper quo gratiæ actæ Deo, ſeu ſuper quo benedictus fuit Deus*. Idem ergo divinis ſcriptoribus εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν. Inde Paulo calix ſeu poculum benedictionis i. q. euchariſtiæ, ſive gratiarum actionis. Inde toti Sacramento Euchariſtiæ & Eulogiæ nomen. Malè hodie Latini ex conſecratione Tranſſubſtantiationem fecerunt. Non diffitetur Bona (r) Eulogiam ſumi etiam pro Euchariſtia, ita enim ſcribit: *Olim cùm panis fermentatus erat & juſtæ magnitudinis, diſſectis ex ipſo tot partibus, quot erant neceſſaria ad ſacrificium, & ad fidelium communionem; ipſius reſiduum in alias partes ſcindi, & his, qui non communicaverant, in fine Miſſæ diſtribui ſolebat,* qui

(n) *Larroquan. de Euchar. part. 1. c. 9. ſ.* (o) *homil. 7. in Levit.* (p) *Pædag. l. 2. c. 2.* (q) *l. 3. de cultu Lat. c. 12. & fuſius c. 14.* (r) *in Liturg. l. 1. c. 23. p*[illegible] *1.*

Digitized by Google

qui ritus adhuc permanet in Eccleſia Orientali. Eulogiam vocant Græci, ſive Ann.34.
benedictionem, & Antidoron, quia datur loco doni ſive Euchariſtiæ, quæ à S. Patribus donum vocatur. Eulogiæ nomen pro ipſa Euchariſtia quandoque uſurpatum reperitur &c. Imò Eulogiam & Euchariſtiam ἰσοδυναμοῦντα eſſe ſuprà retulimus. Eam ob cauſam idem Bona(s) Albaſpinæum ſecus ſentientem refutat. De eodem Caſalius: *(t) Uſus communionis per Eulogias ſatis fuit frequens apud priſcos fideles; præbebatur enim ille Catechumenis, qui non participabant de Euchariſtica menſa: poſtea etiam baptizatis conferebatur, qui ad communionem Dominicam non eſſent diſpoſiti; cùm hoc eſſet ſymbolum fraternæ charitatis. Propterea Eccleſia unicum ſolum panem facere ſolebat, ut denotaret unicum corpus myſticum à Chriſto unico capite dependens, ut ad communionem ſpiritualem invitarentur.* Tum integros panes, tum partes Eulogiarum mittebant conſecratas ad alias parœcias, aut ad peregrinos, declarandæ dilectionis ergò, aut conſenſionis in fide. Imò etiam vini erant εὐλογίαι, Euſ. l. 6. cap 36. Verùm quæritur, num non ipſa fuerit Euchariſtia, inde Euſeb. hiſt. l. 5. c. 26. πέμπειν εὐχαριστίαν. Particulæ εὐλογίαι (S. Cœnæ) reſiduæ diſtribuebantur Clero: (*u*) dabantur etiam Catechumenis, Auguſtinus (*x*) *panem Catechumenorum* vocat. Et tunc dicuntur illæ reliquiæ ἀντίδωρον. Vide Auguſt. Ep. 31. f & Ep. 34. f. & 35. f. & Ep. 36.

§. 34.) A fine minùs principali ἀγάπη, *agapa*. Agapæ erant Chriſtianorum convivia, charitatis gratiâ inſtructa, de quibus Paulus 1. Cor. 11. & Tertull. in Apolog. ita dictæ, quòd ii, qui unius Sacramenti participes, mutuam charitatem conteſtarentur, quaſi dilectionis mutuæ convivium. Clementi Alex. ob benevolentiæ ſocialis ac liberalis indicium. Vel, quòd requiritur mutua inter communicantes dilectio. In Eccleſia convenientes oblationes ſuas, inprimis ditiores ſeparatim offerebant, ac pauperes invitabant, eóſque reficiebant, ſobriè modeſtéque convivabantur, non ſine piis & familiaribus colloquiis ſacríſque cantionibus. Olim nonniſi cœnati S. Synaxin ſumebant, nunc nonniſi jejuni. At obſervant, poſtea alicubi ante, alicubi poſt S. Cœnam Agapas celebratas. Omnia autem ex oblationibus fiebant. Diverſa verò Agaparum genera occurrunt: Sacramentale ſive Euchariſticum, Natale, Funebre, Connubiale: in dedicationibus quoque Eccleſiarum exhiberi ſolitum Gregorius M. teſtatur. (*y*) Templis ejecit hæc convivia Concilium Laodicenum A. 314. celebratum can. 28. itaque non penitus eas ſuſtulit, ſed ad domos privatas relegavit, quò etiam Paulus reſpexiſſe videtur quodammodo 1. Cor. 11. 22. Conf. Grat. diſt. 42. c. 4. Quo ſenſu Agapa, eodem & *Pax* vocata S. Cœna, unde quoque in pactis ſumebatur, vel juramentum ad illam fiebat: at hodie rixarum cauſa. Adpellata etiam eodem fine *Oſculum Pacis*, quia communicantes oſcula ſacra ſibi invicem præbebant. Ab *Agapa.*

 Ethni-

s) ib. §. 3 p. 202. ſeq. (t) c. 36. f. (u) Clemens Conſt. l. 8. (x) tract. 96. in Ioh. (y) l. 1. Ep. 54 & l. 9. ep. 71. confer Bonam l. 1. c. 1. §. 4. item Zimmerm. in Tertull. §. 36. Olearii itiner. p. 316.

Digitized by Google

Ann.34. Ethnico autem ritu deſumpta videtur Agaparum conſuetudo, qui in natalibus & funeribus ſolebant afferre cibos, & alia munera, quæ diſtribuebantur in pauperes, ac vocabantur oblationes, vel Agapæ. Alicubi etiam cives (utpote Athenienſes, Spartani) unius loci conveniebant certo tempore epulatum, ut concordia & ſocietas magis conſervaretur & augeretur, quæ convivia φρατρεῖαι, ἑταιρεῖαι, ſodalitates, confraternitates, Tertulliano collegia dicta. Præterea Diis ſuis ſacrificantes epulas habebant, quæ ſuperſtitioſæ dici debent: vid. 1. Cor. 10. Ex. 34. 15. Juſtin. Mart. apol. 2. Clem. Alex. Strom. 1. Tertull. apol. c. 39. Ab his ortæ Agapæ aliæ civiles apud fideles, ubi Eccleſiaſtici conventùs convivia, fraternitates dicta, celebrata: ſic vocata, quòd ex collectis donis inſtruerentur, & quoddam teſtimonium fraternæ dilectionis dabant conferentes liberaliter in uſus pauperùm: vid. 1. Pet. 2. 17. & 5. 9 Judæ v. 12. quò quidam etiam referunt locum act. 2. 46. atque his conviviis ſoliti erant S. Domini Cœnam ſubjungere: act. 6. 2. 1. Cor. 11. 21. vel etiam præmittere. Divinæ autem Agapæ tum ante Chriſtum exhibitum fuerunt in uſu: 1. Cor. 10. 3. & 18. Ex. 12. 8. c. 18. 12. Deut. 12. 17. Pſal. 116. 3. tum poſt Chriſtum præſtitum, quæ aliàs Sacra cluet Domini Cœna. Nomen ἀγάπης i. e. charitatis, in his fraternis Chriſtianorum conviviis, una cum ipſâ re, jam Apoſtolorum ætate uſurpatum fuiſſe ex N. T. patet. De hoc ita Oecumenius: *Erant adhuc tempore illo menſæ, quæ parabantur (parabantur potiſſimùm à ditioribus, & partim à populo allata munera panis, vini, aliorúmque ἐδεσμάτων, diſtribuebantur, partim Miniſtris, partim pauperibus, ut alerentur, ac reficerentur) de quib. & Paulus in Epiſtola ad Corinthios.* Græcis δῶρα, δώματα, καρπώματα &c. quibus nominib. Pontificii ineptè hoſtiam hodie intelligunt, quam Deo Patri offerunt. Convivium illud civile, quod præter myſticum celebrabant, Tertull. apol. c. 39. etiam Cœnam appellat, quæ verò à myſtico toto genere fuit diverſa, ac poſtea templis ejecta, & tandem penitus ſublata, tum propter ambitionem divitum, tum propter multitudinis inſolentiam. Priſcæ conſuetudinis veſtigia hodie Græci ſervare dicuntur, qui die Reſurrectioni Dominicæ ſacro, poſt ſacram myſteriorum communionem, communiter convivantur, carmen quoque ſolemne concinunt. Sic mos apud Papiſtas durat, præſertim in diebus funerum, ut Miſſa *Agapa* dicatur, ubi inter alia, oblationes fiunt.

§. 35.) Olim communicantes offerebant panem vinúmque, alios item cibos, carnes & fructus, in laudem Deo, ad conſervationem Miniſtrorum & pauperum, unde factum ut *Agapa* etiam pro Sacramento Cœnæ acciperetur, quia inde quoque fiebat. Ab Oblatione Gr. προσφορὰ dicta. Ut autem olim nemo aſymbolus & ſine oblatione propria communicabat, ita non omnium promiſcuè receptæ ſunt oblationes, certè non ſceleſtorum & pœnitentium. Inde hodiéque in papatu in celebratione Miſſæ quiſque donarium

προσφορὰ Oblatio. *vid.* §. 54.

xium

Digitized by Google

tium aliquod offert. (z) Propter abuſum autem epulorum Sacrorum, non modò Agapæ illæ civiles fuerunt ſublatæ; ſed præceptum inſuper, ut nonniſi jejuni comunicent. Προσφορά, *oblatio*, pejus poſtea *oblata, oblata*, Ger. Oflaten/ Oblaten/ panes rotundi, quos olim in Eccleſia offerebant Chriſtiani ἐν ταῖς ἀγάπαις. Integri ergo panes offerebantur, qui conſecrati & in particulas diviſi, ut diſtribuerentur communicantibus, hinc μερίδες, ἁγίαι μερίδες, κλάσματα, κλαστὸς, κατακλαστὸς fractus ſc. panis. (a) De hoc Bona (b) *A primis, inquit, Eccleſiæ ſeculis, cùm dira perſecutione per illa tempora vexaretur Eccleſia integros ac ſolidos panes, quales vel præ manibus erant, vel à fidelibus offerebantur, cujuscunque formæ ſeu figuræ forent, in altari poni & conſecrari, atque in partes comminui, & communicaturis diſtribui conſueviſſe ex reipſa exploratiſſimum eſt. Reddita verò pace ſervatam figuram rotundam, ſive orbicularem inſinuant Patres Græci & Latini:* &c. Dictam aliis placet oblatam ſ. oblationem, quia communicantibus offerebantur ſymbola ſacra: cui ſimile id, quod 1. Sam. 9. 12. 13. ubi ſacrificium pro publicis epulis ſumitur, quæ ex ſacrificiis populo dabantur. Maximè verò ita dicta, ob memoriam oblationis unici & perfecti ſacrificii atque oblationis Chriſti in ara crucis. Ergo non propterea, quaſi ſacerdos Patri cœleſti Filium ejus offerat. (c) In eundem ſenſum appellata S. Cœna *holocauſtum, ſacrificium, hoſtia*, figuratè, quia monimentum ſacrificii Chriſti, ſeu quia in ejus memoriam ab omnibus celebranda: vid. Aug. de bono perſev. l. 2. c. 4. & in pſal. 10. item de C. D. l. 10. c. 5. ſive quia eſt εὐχαριστικὸν, non ἱλαστικόν. Sic ἱερουργία nominata ead. Cœna, metonymia Sacramentali, quia erat recordatio unici hujus ſacrificii Chriſti unde ſymbola ἀντίτυπα, ἀντίδωρα, ἀνάμνησιν, σημεῖα panem & vinum appellârunt. προσφορὰν etiam dixeris, quia tum nos Deo offerimus, eidem gratias agimus &c.

Ann. 34. *Holocauſtum, ſacrificium, hoſtia.*

§. 36.) *Collecta* S. Communio dicitur i. q. σύναξις, συνέλευσις, Lat. conventus, congregatio: hinc facere vel celebrare collectam vel collectas, convenire in unum; quia conveniebat populus communicaturus: vid. Bonam Liturg. l. 1. c. 3. §. 2. & l. 2. c. 5. §. 3. ubi diverſas Collectæ acceptiones promit, quarum 1. pro qualibet hominum multitudine in unum congregata. 2. Pro congregatione fidelium ad orationem ſimul convenientium & S. Synaxin. ſeu eſt cœtus fidelium, diéſque ſolennis. 3. Brevis hodie in Miſſa oratio, quam Sacerdos ſalutato populo recitat, dicta, quia populo in unum congregato & collecto recitatur: vel quia Sacerdos legatione apud Deum pro omnibus fungens, omnium vota in unum colligit: vel quia ex ſelectis S. Scripturæ & Eccleſiæ verbis compendioſa brevitate colligitur: vel quia omnes collectis animis affectus ſuos & mentem ad Deum attollunt. Alii Collectam propriè dici volunt eam orationem, quæ olim ſuper populum fieri

Collectæ vid. §. 54.

(z) *Durand. l. 2. de ritu Eccl. c. 26 §. 4.* (a) *Dallæ de cultu Lat. l. 3. c. 25. p. 425. inpr. 428 ſ.* (b) *Liturg. l. 1. c. 23. p. 216.* (c) *vide Bonam Liturg. l. 1. c. 3. p. 19.*

Digitized by Google

Ann. 34. fieri ſolebat, quando collectus in unum erat cum univerſo clero in una Eccleſia, ut ad aliam procederet, in qua ſtatio celebranda erat &c. Ita Bellarminus quaſd. preces vocari vult, quòd in Miſſa ſeu Synaxi dicerentur: de quib. vide Dallæ de cultu Lat. l. 9. c. 8. p. 1205. Inpr. Collecta quoque eleemoſynam, λογίαν 1. Cor. 16. 1. ſignificat, quæ ad alendos pauperes colligebatur. Hæ verò indicebantur intra Miſſarum ſolemnia, & ſæpius in ſermone pro ſubſidio indigentium, ſive ad redimendos captivos. Ita eleemoſyna poſt Miſſam pauperibus diſtributa vocatur Ger. Spend i. e. libamen ſ. libatio, à σπένδω, libo: adeoque preces, gratiarum actio, charitas & miſericordia, ſacrificia ſunt Chriſtianorum.

Synaxis. *Synaxis*, eodem quoque ſenſu venit, quo collecta, 1. Cor. 11. 20. à congregatione fidelium, in qua & à qua eſt celebranda: Germ. Gemeinſchaft. Eſt quidpe hoc Sacramentum nervus publicæ congregationis: Conf. Act. 11. 26. & 14. 17. & 20. 7. Σύναξις i. q. συναγωγὴ, Synagoga, quod locus, ubi convenitur, item homines qui conveniunt, atque ita τῷ ἰδίῳ δείπνῳ Collecta, Synaxis & Synagoga, ſiniléſque cœteræ voces opponuntur. (*d*)

§. 37.) *Alimonia ſpiritualis* nomine S. Cœna venit, oppoſitè ad corporalem, terrenam, Capernaiticam, item ad indignè communicantes. *Menſa cœleſtis*, quia cœlitus adparatur: *myſtica*, propter myſteria; quo nomine ipſamet Sacramenta vocantur, at non ſola, ut putant Latini: *Rationalis, ſpiritualis*, item *terribilis: pavendum myſterium & tremendum*, nim. propter impios & ἀναξίως communicantes: 1. Cor. 11. 27. Hinc olim ante communionem proclamabatur, *Procul eſtote profani:* ſic in Liturgia Diaconi proclamabant, *Omnes Catechumeni foras diſcedite, omnes poſſeſſi, omnes non invitati &c.* Manebant autem uſque ad ea verba *Ite Miſſa eſt.* Ita etiam vocata S. Cœna propter pios, ut à contemtu, hypocriſi, profanatione ſibi caverent. Nominata etiam ἄρτος ἐπιούσιος, *panis quotidianus*, quia aliqui quotidie communicabant, vel etiam ad imitationem terreni panis ſeu cibi. *Panis Angelorum* i. e. pretioſus, cujus figura Manna: Pſal. 48. 25. *Panis vitæ*, quia denotat verum vitæ panem. *Perfectio, perfectionis gratia: Perfectio perfectionum.* Cypriano *Sacramentum omnia conſummans*, quod ceremoniis legalibus, quarum præcipua fuit agni paſchalis uſus, finem impoſuerit, & perfectionis noſtræ in Chriſto contineat myſterium. Eiſd. Patribus etiam dictum *Sacramentum Corporis & Sanguinis Chriſti: Memoria Domini: Gratia, Diviniſſima Cœna. ἀρχισύμβολον: divinum myſterium.* Hodie Romanenſibus *officium*, à Gr. λειτουργία *liturgia*, ex malè intellectis locis act. 13. 2. Heb. 10. 11. ubi quamvis Sacram functionem intelligi rectè noſtri contendunt, non autem ſolius hujus myſterii: imò apud profanos quamvis actionem publicam denotat. (*e*) ita *Liturgici libri* malè Latinis pro *Miſſalibus*, rectiùs i. q. *agenda*, quæ rationem

Officium Liturgia.

d) *vid. Arnd. Lex ant. l. de Cœna Sacra §. 15.* (*e*) *vid. Alſted. in append. Chamieri de ſacrificio Miſſæ c. 10. § 31.*

tionem cultûs publici Eccleſiaſtici continet. Seu voces hoc loco *officium*, quia officium fidelium gratias Deo agere, ac inſervire proximo. Liberè agnoſcit Cardinalis Bona (*f*) dum inter alia: *Liturgia apud Grammaticos quodcunque publicum munus ſeu miniſterium denotat. Utuntur eâ in hoc ſenſu Plato, Ariſtot. Demoſth. Xenophon, Iſocrates, & alii profani ſcriptores. Eadem in Pandectis hac ipſa notione reperitur: paſsimque in Græcis legibus Aliturgeſia pro immunitate à publicis muneribus occurrit.* Errat autem cùm ait, ab ipſis naſcentis Eccleſiæ incunabulis conſuetudinem apud Chriſtianos invaluiſſe, ut pro ſacrificio illo Euchariſtico fuerit acceptum, maléque locum Act. 13. 2. huc detorquet. De variis autem veterum Liturgiis idem c. 9. §. 9. unde diſcas, non omnes ſe olim accommodâſſe Sedi Rom. imò illam non curâſſe. *Agenda* eod. ſenſu, quo officium vocatur. (*g*) Nominatur inſuper S. Cœna *myſterium Domini: magnum ſalutis noſtræ Sacramentum: apud Pſeudodionyſ.* (*h*) *Myſtagogia* i. e. ſecreta actio, introductio ad myſteria: unde *Myſtagogæ* dictæ ſunt Catecheſes quinque Cyrilli Hieroſ. in quibus differit de hoc ſacrificio ſeu potiùs de Chriſto. Equidem ita primitus vocatam S. Cœnam credo, quia Sacramentum ſeu myſterium eſt, & quia exire Catechumeni tenebantur ante communionem. Ann. 34.

Oeconomia: quòd uſitatè aliàs Patribus incarnationis myſterium: quia in S. Cœna memoria incarnationis Chriſti recolitur. (*i*) *hoc γνώρισμα novæ vitæ: pignus adoptionis noſtræ: hoc pretii noſtri Sacramentum: hoc myſterium pacis & veritatis: myſterium fidei: gratia ſalutis: ſancta communionis gratia:* τὸ ἀγαθὸν; τὸ τέλειον: *donum, pignus. Viaticum*, viæ ſubſidium: ubi tenendum, quoſd. Patres, inpr. poſteriores, non tantùm periculosè locutos, ſed etiam ab ipſo vero in hoc myſterio interdum aberrâſſe, non enim tantùm viaticum per totam vitam utile intellexerunt, ſed tale, quod morituris & ægrotantibus privatim exhibebatur, id quod tamen ſerò receptum. Prius enim nonniſi lapſis, & excommunicatis morti vicinis, aut ob fidem denuo periclitantibus exhibebatur: vid. Euſ. hiſt. Eccl. l. 6. c. 34. Cypr. l. 1. ep. 2. Inde, propter abuſum, hodiéque Pontificii Miſſam ſuam *Viatici* nomine inſignire ſolent. *Viaticum.*

§. 38.) *Paſcha* dicta S. Cœna, quia commemoratio Paſchatis Chriſti 1. Cor. 5. 7. & quia S. communio Paſchali agno ſucceſſit. Λατρεία, quia vetus Eccleſia in commemoratione paſſionis & ſacrificii Chriſti præcipuum poſuit cultum. *Fermentum:* quæ ſanè nomenclatio ſtudiosè obſervanda contra azymitas: licet enim Servator azymo uſus, tamen factum, quia is tum uſitatus erat, & azymus panis propriè ad ceremonias Moſaicas pertinet, contrà fermentatus inſtituto Sacramenti propius convenit. Rectè itaque Chamierus: (*k*) *In univerſa, inquit, veteri Eccleſia nulla prorſus apparent veſtigia* *Fermentum.* *vid.* §. 31. *& an.* 132 §. 7.

N *uſurpati*

(*f*) *Liturgicôn l. 1. c. 3. §. 3.* (*g*) *Bona p. 15. f.* (*h*) *c. 1. Hierarch. Eccl.* (*i*) *vide Bonam p. 19.* (*k*) *T. 4. l. 6. c. 4. §. 13.*

Ann. 34. *uſurpati communiter azymi in hujus Sacramenti celebratione. Unde ne adverſarii quidem, quicquid impenderint diligentiæ, ultra Anſelmum, aut certè Gregorium, potuerunt aſcendere.* Huic calculum ſuum addit Clariſſ. Dallæus Pater, datis ad me literis monens, authorem librorum de Sacramentis, qui vulgò, tametſi falsò, Ambroſius eſſe dicitur, l. 4. c. 4. panem Euchariſticum, *Uſitatum* panem vocare. Unde, & ex aliis non paucis argumentis, ipſe Sirmondus in libello de Azymo, ea de re conſcripto, perſpicuè & validè concluſerit azymi ad Euchariſtiam uſum, etiam apud ipſos Latinos novum eſſe, neque ante annum 868. receptum. Idem laudatus modò Dallæus, in celebri de uſu Patrum tractatu (*l*) de eod. in hunc modum habet: *Omnis Eccleſia, Græca quidem ad hunc diem, Latina verò ad poſtrema uſque noni ſeculi tempora (quod doctiſſ. Sirmondus contra Baronium, & alios, propria nuper diſſertatione validè aſſeruit, planéque demonſtravit) Euchariſtiam in pane fermentato confeciſſe deprehenditur: Romanos conſtat jam inde ab undecimo ſeculo adulto veterem morem pro ſua libidine mutâſſe* &c.

Variis aliis nominibus exprimitur S. Cœna: Juſtinus (*m*) panem & vinum vocat: Chryſoſtomus etiam ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος, κοινωνίαν τοῦ αἵματος, alibi dicitur τροφὴ πνευματικὴ, ἡ καινὴ διαθήκη, θυσία αἰνέσεως, χάρις, τὰ ἁγιάσματα, τὸ ἀγαθόν. Præterea Patres de S. Euchariſtia loquentes dicunt, illam ex frumento confectam, de fructu vineæ, eſſe fructum meſſis vel terræ, bona creatoris &c. (*n*) Inter periculoſas quoque S. Cœnæ phraſes ſunt etiam, quando dicta, *Sacramentum Altaris*, ob typos ſacrificii Moſaici: unde altarium quoque uſus: φάρμακον ἀθανασίας: *hoc amuletum omnis noxæ: donum à deſcendente datum*, θυσία quæ tamen rectè ſumta, haut ita improbantur: ſic μετάληψις, *transpoſitio, tranſmutatio, converſio*, quòd nos transformet: Rom. 13. 14. Gal. 3. 27. Eph. 3. 17. Μεταβολὴν autem & μεταστοιχείωσιν non eſſentialem, ſed relativam ſymbolorum h. e. non realem μετουσίωσιν ſtatuiſſe inde patet, quòd σύμβολα, σημεῖα, ἀντίτυπα, ἀνάμνησιν, eand. S. Cœnam vocitârunt. (*o*) *Telete* apud Pſeudo-Dionyſ. vocatur: quæ vox apud Lexicog. initiatio, conſecratio, perfectio. Suidæ ſacrificium myſteriorum plenum, maximum & honoratiſſimum; Syneſio Arcanum myſterium. Platoni Teletæ i. q. ceremoniæ. Auguſtinus l. 10. de Civ. D. c. 9. de magicis Gentilium Teletis ſeu conſecrationibus agit. Male Bona (*p*) S. Cœnam ita nominari ait, quia vim habeat perfectricem, qua careant cœtera Sacramenta: potiùs ita dicitur; quia denotat unicum & perfectum Chriſti ſacrificium, quod nobis per fidem applicatur in ipſa communione.

Anaphora, i. elevatio, ſurſum elatio: Heſychio ſupplicatio & invocatio: certè non ab elevatione hoſtiæ & calicis per ſacerdotem facta, quia ſerò inventa hæc ceremonia, ſed à mentis potiùs elevatione in cœlum, ſeu à Chriſti

l) p. 331. (m) in Apol. 2. (n) Larroque l. al. part. 2. p. 336. (o) Plura vid. apud Hoſp. de Feſtis Chr. p 99. a. Caſal. de rit. c. 9. p. 63. m. (p) l. 1. c. 3. p. 18.

Digitized by Google

Chriſti in Cruce: ita vocatur Baſilii Liturgia, ab Andr. Maſio è Syriaco in linguàm translata Latinam. Ann. 34.

§. 39) De *Miſſæ* termino & etymo non eſt quur hoc loco multum nos defatigemus, quoniam in alium, & quidem commodiorem locum ea rejicimus: ſufficiat ſcire nomen & rem recentiora eſſe, ſiquidem terminus Apoſtolico ævo planè incognitus fuit, nec miſſa ſeu miſſio hodie amplius fit. Malè itaque Sacerrima Domini Cœna & inviolabile ejus Teſtamentum, in Papiſticam Miſſam transmutata, quę vocatur alias Officium & Liturgia, quod propriè miniſterium. Neque de voce, ſed de re ſoliciti magis ſumus. Inepti, qui Miſſam ab H. מַשְׂאָ (tributum, oblatio) derivant, fortè quia offerendum in miſſa, ſeu à Chriſti oblatione: rectiùs hac ratione ad מַסָּה (tentatio) vel מָעֻזִּים (Mauſim: Dan. 11. 38.) referri queat. Nec feliciùs à μυέω, unde μυστήριον: omnino à Lat. mittendo, non tamen, uti fingunt, quòd in Miſſa Agnus, ſeu Chriſtus, ſive oblatio & preces mittantur ad Deum, nec quòd Angelus mittatur à Deo, qui ſacrificio aſſiſtat, & illud ad Deum deferat; ſive, ut quidem Lombardus loquitur, à miſſo cœlitus ad conſecrandum Angelo; vel à miſſa in cœlum hoſtia: nec quòd hoſtia Filio quaſi ſit transmiſſa, ut intercedat pro nobis apud Patrem: nec à mittendis muneribus, unde fieret Cœna, & epulum daretur pauperibus: ſed à miſſione vel dimiſſione, hinc olim Ite miſſa (i. miſſio) eſt. Ideo Aug. ſer. 237. de tempore (vel quiſquis tandem autor ſit:) Poſt ſermonem miſſa fit Catechumenis, manebúntque fideles. Nempe incapaces exire juſſi. Ita remiſſa pro remiſſio, collecta pro collectio. Duplex autem miſſa erat 1. Catechumenorum ſeu incapacium atque indignorum: 2. fidelium ſeu Communicantium: prior incipit ab Introitu, duràtque ad finem Offertorii; indéque prior Miſſa vocatur, quòd ſacerdote Euchariſtiam conſecraturo, dimitterentur non communicaturi: poſterior Miſſa ab Offertorio ad finem communionis ſe extendit, ita dicta, quòd abſolutis & perfectis omnibus ad ſuos dimitterentur. (*q*) Unde videas reverenter olim tractatum fuiſſe iſthoc Sacramentum. Tandem eo deventum ut Liturgia ſeu adminiſtratio hujus Sacramenti Miſſæ nomine inſigniri cœperit; Et quia inter alia in nundinis ſingulares celebrabantur Miſſæ, inde factum ut pro ipſis quoque nundinis terminus accipiatur, Ger. Meß; inde Kermeß qſ. Kirchmeß. Annon verò digniores longè eæque Apoſtolicæ hujus Sacramenti nomenclationes eſſent retinendæ? Plura de Miſſæ etymis qui deſiderat, Caſalium (*r*) Bonam (*s*) Bellar. alioſque plerosque conſulat. Varia autem ſignificata accipit miſſa. 1. idem quod miſſio. 2. catechumenorum liturgia. 3. communicantium. 4. Pro collectis ſeu orationibus, quæ legi in Miſſa ſolent: Concil. Milevit. 11, c. 5. 5. i. q. lectio, quæ ſcilicet extra communionem S. fit. 6. divina agape. 7. actio feſtivitatis præcipua; &c. (*t*) Imponunt

(*q*) *Adiſis Zimmerm. l. al. §. 211. ſeq.* (*r*) *de rit. ant. c. 9. p. 63.* (*s*) *in Liturg. l. 1. c. 1.* (*t*) *idem l. 1. c. 2.*

Ann. 34. ponunt ergo illi, qui Miſſæ Papiſticæ nomen & rem ut antiquiſſima obtrudere conantur: (u) unde citatus Bona (x) *Miſſæ inſtitutio ita ad Chriſtum referenda eſt, ut ipſum ejus auctorem agnoſcamus quoad eſſentiam, quæ mutari non poteſt; cætera verò, quæ ad preces, ritus, & ceremenias pertinent; & quæ paraſcevaſtica & acceſſoria, ac veluti parerga ſunt; ab Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus conſtituta fateamur.* Quare autem adiaphora & libera ſunt, ſi ab Apoſtolis, aut illor. ſucceſſoribus inſtituta? quî tanta fuit in diverſis Eccleſiis horum diſcrepantia, & mutua tamen communio? (y) quî Papa ad Romanum ſuum ritum alios tantopere adigit & obſtringit? Nimirum decurrentium ſeculorum narratio oſtendit & probat, vetera hæc non eſſe, ſed recentia: incunabula illorum, Papas obſtetrices & compilatores adeoque novatores producere poſſumus: (z) Simplex olim erat miſſa, inſtitutionis Chriſti verbis & oratione Dominica, lingua nota, in communi cœtu, in veſtitu ſimplici & quotidiano conſecrata: Aſt quid nunc? De oratione Dom. Bona l. 2. c. 15. addit Symbolum Apoſt. Fevardentius apud Zimmerm. p. 439. de lingua nota iterum Bona l. 1. c. 5. §. 4. de veſtitu Miſſatico, idem §. 2. & 3. ubi inter cœtera: *Credo abinitio breviſſimum fuiſſe Liturgiæ ritum* &c. Unde ergo tot Miſſarum genera? utpote Romana, Africana, Clementis, Dionyſii, Jacobi, Petri, Baſilii, Chryſoſtomi, Ambroſiana, Gothica ſeu Mozarabica, Gallicana & quidem diverſa. Unde tot miſſificandi modi hodie uſitati hinc Miſſa publica, ſolennis ſeu generalis; privata; ſolitaria & ſine communicantibus: Miſſa de Sanctis, pro defunctis; de tempore; votiva; ſicca ſeu nautica; nocturna & matutina. Comunio Laica quam malè vocant ſub una &c. (a) Quid in Chriſti Cœna de Exordio, graduali, offertorio, Canone &c. Plura qui deſiderat Bellar. T. 3. l. 2. de Miſſa inde à c. 9. Durandum, Caſalium, Bonam, alios adeat. De menſa ad quam Chriſtus accubuit, de cultro, quo agnum paſchalem diſſecuit, de diſco, calice &c. vid. ex Calvino de reliquiis Dallæum de adoratione l. 4. c. 17. ut & Hoſpin. de templis p. 125.

Valedictoria Chriſti concio.

§. 40.) Chriſtus poſt inſtitutionem S. Cœnæ ſermonem valedictorium prolixum habuit, inde à Joh. c. 13. v. 31. in quo eſt adhortatio ad charitatem, & conſolatio multiplex. Licet verò in illo multa notatu digniſſima occurrant, nonniſi tamen pauca quædam delibabimus.

Ego ſum via, veritas & vita: c. 14. 6. Ergo nulla extra Chriſtum ſalus: act. 4. 12. extra veram Eccleſiam, quæ ſola Chriſtum poſſidet. Ergo non Papa, non Concilia, non Patres, non traditiones, aut quicquam tale, ſed unicè Chriſtus attendendus. Ergo tyrannica eſt poteſtas, quam Epiſcopis tribuit Bellarminus, nimirum ut, quicquid deciderint in Conciliis de fidei doctrina, & illis placuerit, ſit ab omnibus pro lege immota ſequendum.

Vicarius Chriſti Spiritus S.

Patrem rogabo, & alium paracletum dabit vobis: Joh. 14. 16. Ergo Chriſtus

(u) *idem c. 3. i.* (x) *lib. 1. c. 6. §. 1.* (y) *Bona p. 36. m.* (z) *Bona p. 37. m.* (a) *vid. Burman. Syſt. l. 7. c. 15. §. 3.*

Digitized by Google

ſtus Eccleſiæ ſuæ his in terris Paracletus fuit, ſeu Advocatus & Patronus. At Ann. 34.
ſolicitis jam Apoſtolis de ejus abitu & Vicario, Spiritum S. promittit, non autem Petro ſoli, ſed omnibus Apoſtolis, cunctiſque horum nomine electis. Inſt. ſed viſibilis requiritur Vicarius. R. Nihil de hoc Chriſtus, ubi tamen proprius dicendi campus fuiſſet. Hunc Spiritum S. Vicarium B. etiam Patres, nominatim etiam Tertullianus, Auguſt. agnovere. Conf. v. 26. *Is docebit vos omnia*, quæ promiſſio non tantùm ad legitimorum Conciliorum authoritatem ſpectat, quandoquidem non negandum, Spiritum S. ordinariè docere Eccleſiam omnem veritatem, & in perpetuum. Inſt. Spiritus S. non docet Epiſcopos omnem veritatem ſeorſim: ergo tantùm in Concilio congregatos. R. 1. Docet Spiritus S. omnem veritatem, ſed non ſemper eodmodo & menſura. 2. Loquitur de Apoſtolis non ſolùm congregatis, ſed & ſeparatis. 3. Si ſeparati Epiſcopi non ſciunt omnem veritatem, multò minus conjuncti. 4. Sæpe fit, ut homines non recipiant id, quod Spiritus S. docet & inſtigat: conf. Gal. 2. 11. & 14. Tamdiu enim regitur Eccleſia à Spiritu S. ac in omnem ducitur veritatem, quamdiu ejus rectores & Miniſtri ab hac Scripturarum helice non deflectunt: at tales nunq. deflexuros affirmare quis auſit? vid. act. 20. 29. 30. Et ipſa triſtis experientia contrarium docet.

§. 41.) Omnia quæ audivi à Patre, nota feci vobis: Joh. 15. 15. Unde rectè Canus: (b) *Omnia, quæ Pater Filio ſuo Unigenito Eccleſiæ declaranda commiſit, primùm ipſe Filius Apoſtolis revelavit, deinde eadem ut invulgarent juſſit.* In quem finem illis Spiritum S. promiſſum & exhibitum diverſis locis probat. His autem præmittit proximè: *quæ propriè & per ſe ad fidem pertinent, illorum causâ nullas novas à Pontificibus, aut Conciliis expectare debemus revelationes. Idenim etiam atque etiam aſſerimus nullas alias Scripturas, S. Eccleſiam aut habere nunc, aut deinceps habituram præter Scripturas.* Optimè! Ergo quicquid in Scriptura nobis revelatum & traditum, mordicus id retinendum. *Omnia vel is nota feci.*

Deducet nos in omnem veritatem: Joh. 16. 13. Ergo, inquit Bellar. non ſolùm in decretis fidei errare non poteſt Summus Pontifex, ſed neque in præceptis morum, quæ toti Eccleſiæ præſcribuntur, & quæ in rebus neceſſariis ad ſalutem, vel in iis, quæ per ſe bona, vel mala ſunt, verſantur. R. 1. At meliùs Concilio, quàm Papæ hæc tribuiſſet, quia Chriſtus non unum Petrum, ejúsve ſucceſſores alloquitur. Hic idem Bellarminus affirmat non de ſolis Apoſtolis loqui Chriſtum, ſed de Apoſtolorum etiam ſucceſſoribus ex Joh. 14. 16. Imò plura: Epiſcopos ſeorſim exiſtentes non docere Spiritum S. omnem veritatem, ſed Epiſcopos omnes in unum congregatos. Unde tandem omnia correcturus ſubiicit, Concilia à Papa approbata errare non poſſe: quo quidem ante omnia concedit, Concilia ſine Papa con- *In veritatem deducere.*

 grega-

b) *l. 5. de auctor. Conc. c. 5.*

Ann. 34. gregari, neque errare poſſe: reſpondeat deinde, num modò de congregatis, annon etiam de ſeparatis Apoſtolis hic locus intelligendus? 2. Si ſonet hæc promiſſio infallibilitatem in Epiſcopis collectivè, eand. quoque portendet in illis diſtributivè. 3. Rectè ſpeciale Apoſtolorum privilegium vocatur, quod ad ordinarios Miniſtros trahi non debet: Joh. 14. 17. 26. 4. Quî fit, quòd hæc ſolis Epiſcopis, non item Clericis quoque minoribus applicant? 5. Ordinarii quidem etiam ſucceſſores Apoſtolorum, ſive veri Eccleſiæ Miniſtri, in omnem veritatem per Spiritum S. in Scripturis loquentem ducuntur, & tandiu permanent in ea, quandiu illis inſiſtunt. At quid hæc omnia ad Concilia à Papis approbata, quaſi ſolus à Spiritu S. illuminatus, vel Scripturæ ſententiæ non adſtringatur? 6. Utut ad omnes pertineat hic locus, non tamen ſequitur, eos vel collectivè, vel diſtributivè errare non poſſe, quia aliud eſt in omnem veritatem deduci, aliud non errare: nonniſi ſequitur, eos in omnem veritatem neceſſariam deducendos eſſe, non autem in omnem veritatem ſimpliciter, idque paulatim & ſucceſſive, non ſimul & uno momento, ſicut in ipſis Apoſtolis videre eſt. Quòd ſi verò Concilium erret in re aliqua, non propterea dicendum eſt, non fuiſſe cum illo Spiritum Sanctum, quia intelligitur hic locus de omni neceſſaria veritate. Et ſic eadem ratio cum ſeparatis V. D. Miniſtris. Inſtant pro Papa: Summi Pontificis Cathedra ſuprema eſt in Eccleſia, univerſum mundum docens. R. At nonniſi una in Eccleſia Cathedra, Verbum Dei, per Apoſtolos in literas relatum. Neque enim ſpeciale quid vel Petro, vel Romæ Dominus promiſit, neque adſtrictus eſt Spiritus S. perſonæ, vel loco. Annon verò immanè in doctrina & moribus peccârunt Papæ atque Concilia? Neque propterea Catholica & Sancta deſinit eſſe Eccleſia, quandoquidem ubique Deus illam diffundit. Nec Spiritus S. Spiritus veritatis hîc dicitur, quòd Eccleſiæ promittatur, & Papæ ceu Capiti Eccleſiæ Summóque rectori, item Conciliis generalibus; quandoquidem ſingulis privatim fidelibus promittitur, quos in omnem veritatem deducit. Pro ὁδηγήσει, *deducet*, Vulgata habet *docebit* vos i. e. διδάξει. At verò non promittitur hîc Spiritus S. quòd novam aliquam doctrinam, antea verbo nondum revelatam, ſit traditurus, quemadm. Pontificii traditiones & decreta pro oraculis Spiritûs S. habent: hûcque conferunt Joh. 16. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere* &c. ſed ſenſus, Spiritum S. Apoſtolorum mentem ita illuſtraturum, ut doctrinam à Chriſto jam revelatam rectè intelligant &c. hinc addit Chriſtus: *Spiritus S. non loquetur de ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur:* item: *ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Nihil ſanè reliqui fecit Deus, de quo homines leges de ipſius cultu, & vitæ æternæ aſſequendæ mediis ferre poſſint. Omnia Chriſtus revelavit: conf. c. 14. v. 26. ita Deus quicquam Verbo ſuo ſcripto addi, vel detrahi vetat: Deut. 4. 2. c. 5. 32. Apoc. 22, 18. Hinc ſoli ſibi νομοθεσίας jus aſſignat & reſervat: Eſa. 33, 22. Jac. 4, 12.

§. 42.)

Digitized by Google

§.42.) Succedit tandem ipſa Chriſti *paſſio*, quam tum in anima, tum in corpore ſuſtinuit: (Matth. 26. 30. ſeq. Marc. 14. 26. ſeq. Luc. 22. 39. ſeq. Joh. 18. 1. ſeq.) ubi ante omnia duplex ſe quæſtio offert, partim quando paſcha ederit, partim quando ſit paſſus. Anticipâſſe Chriſtum paſcha Eccleſia vult Græca: eadem contrà die cum Judæis illud comediſſe placet Bellarmino: (*c*) Veſpera paraſceves, ſeu prima die azymorum illud comediſſe Chriſtum: Matth. 26. v. 17. ſeq. atteſtatur, quod contrà Judæi veſperâ ſecundi diei azymorum illud ſumpſere: unde Joh. 18. v. 28. Judæos eo die, quo Chriſtus comedit, paſcha nondum ediſſe aſſeverat. Quare ante feſtum paſchatis illud comediſſe iſdem c. 13. v. 1. ſeq. docet. Igitur Chriſtus die Jovis veſpere, ſeu in fine feriæ quintæ civilis comediſſe paſcha dicendus. (*d*) Quoto anno mundi paſſus ſit Chriſtus, Chronologi, juxta varias ſupputandi rationes, in diverſa abeunt, imò nec de annorum ætatis Chriſti, nec de Paſchatum in Miniſterio ipſius celebratorum numero convenit, id quod ſuprà jam monuimus (*e*) Quin etiam Patres in hoc hallucinati haut leviter: Clemens Alex. 1. Strom. Chriſtum anno æt. XXX. paſſum, prædicâſſe unum duntaxat annum ait. Plurib. hoc repetit libro 7. Irenæus l. 2. c. 39. docet Chriſtum, cùm mortem ſub iret, 40. aut 50. annos natum fuiſſe. De hoc Bodinus (*f*) Diuturna, quæque nullum exitum reperire poteſt, ſcriptorum inter ſe diſceptatio de Chriſti morte. alius quidem ante diem VI. cal. Apr. alius ante VII. ut Onuphrius: plerique ante IV. ut Lucidus, qui diſputationem ea de re inſtituit. neque ſolùm de die, verùm etiam de anno diſcrepant inter ſe plurimùm, nam Beda, Chryſoſtomus, Nicetas, Gauricus, Albertus Magnus, Bernardus Mutinenſis, Onuphrius anno XXXIV. paſſum eſſe: Apollinaris, Lucidus, Lyranus, Marianus Scotus, Paulus Burgenſis XXXIII. Epiphan. hær. 51. anno eodem. Tertull. XXXI. Origenes l. 4. contra Celſum, & l. 4. περὶ ἀρχῶν c. 1. & Homil. 32. in Lucam Chriſtum año uno & aliquot menſibus docuiſſe paſsúmq; anno Tiberii XV. cum Clem. Alex. vult. Non quatuor omnino annos integros prædicâſſe Chriſtum Euſ. l. c. i. p. 20. edit. Genev. aſſerit. Oroſ. l. 7. c. 4. Chriſtum anno Tiberii XVII. paſſum ait: addítque maximum terræmotum per orbem factum, ſaxa in montib. ſciſſa, maximarúmque urbium plurimas partes plus ſolita concuſſione cecidiſſe: ſolem ad horam diei ſextam in toto orbe obſcuratum, terrámque ſubitò noctem obductam terris &c. De hoc Horn in Sleid. Aug. de C. D. l. 8. c. 54. mortem Chriſti collocat in conſulatum Rubellii Gemini & Fuſii Gemini: idem ſentit. Lact. lib. 4. cap. 10. & Tert. contra Judæos. Conſtat autem hos XV. anno Tiberii magiſtratum obtinuiſſe. Vide etiam Alciatum l. 5. c. 11. Parergon.

Ann. 34. *Paſſio Chriſti.* vid. §. 30. An. 31. §. 7. vid. an. 205. §. 4.

Prærogativam Petro dant Latini, quòd tribus dormientib. uni tantùm Petro

(*c*) *l. 4. c. 8. & 9. de Euchar.* (*d*) *vid. Caſaub. exerc. 16. c. 12. ad. 21. Hoſp. de feſtis Chriſt. p. 61. b. & 66.* (*e*) *Videſis Calviſ. proleg. c. 49. adde Caſaub. exerc 1. n. 69. & exerc. 16. à c. 76 & c. 110. Derodon dans la lumiere de la raiſon tr. 2. c 7 à p. 509.* (*f*) *Methodo hiſt. c. 8. p. 353.*

Ann. 3. 4 Petro dicitur *Simon dormis*? Marc. 14. 37. R. quia antè cæteris ſe pætulerat, plura promiſerat, ſuáſque agnoſcere infirmitates noluerat.

Dormit Petrus. Gladius Petri.

Aliud axioma eidem deferunt, quòd ipſe ſolus gladium habere invenitur. Ergo inquiunt, diſpoſitio authoritativa gladii materialis adverſus infideles, hæreticos, ſchiſmaticos & tyrannos, maximè ad Rom. Pontificem ſpectat. R. 1. temerè, inconſideratè, ac privata authoritate percuſſit, adeóque peccavit, id quòd Chriſtus ſatis indigitavit. Quòd verò habuit gladium, illud poſſeſſivè intelligi debet, neque allegoria ad Magiſtratûs politici poteſtatem denotandam quicquam valet, ut totius hiſtoriæ ſeries docet. 2. Nihil hæc omnia ad Papam. Imò hoc ipſo gladius Papæ, & reliquorum materialis ſeu temporalis validè refellitur. *Quid enim Epiſcopis cum bello*, quærit Athanaſius (*g*) conf. 2. Cor. 10. 4. Et Gratianus (*h*) *Eccleſia*, inquit, *non habet gladium, niſi ſpiritualem, quo non occidit, ſed vivificat.* Neque Eccleſiaſticos vel à ſubjectione, vel à tributo Paulus eximit Rom. 13. 1. ſeq. Inſt. Vim vi repellere licet: hinc Papa ſubditos adverſus Principes ſuos concitat, armat, inſtigat, ad pileum & arma vocat. R. De facto quæſtio non eſt, quanq. primi martyria potiùs paſſi, ſed de vocatione, de authoritate, & poteſtate. Nulli autem ſubdito adverſus Magiſtratum facere hoc conceſſum, multò minus Eccleſiaſtico. Eum verò lex armat, cui vis inopinanti, ab eo qui jus & poteſtatem non habet, illi cui Magiſtratus ad manus non eſt, infertur. Petri autem factum tale non fuerat, unde recondere gladium jubetur, ipſéque Chriſtus auriculam ſanavit. Diſcamus gladium materialem pro fide vel conſervanda, vel promovenda, à nemine exercendum eſſe, ubi tamen Papæ egregiè errantis Petri veſtigiis inſiſtunt.

Petrus obdormit.

§. 43.) Petrus poſt orationem Chriſti obdormiendo peccavit. Matth. 26. 45. Ergo precatio Chriſti ipſum ἀναμάρτητον non fecit. Dum autem Petrum hoc loco excuſare conantur, nonniſi Chriſtum accuſant vigilantiam illis præcipientem.

Petrus ter Dominum negat.

Matth. 26. 70. ſeq. Petrus ter dirè Chriſtum negat. Reſpondet Bellarminus. 1. Petrum tum nondum fuiſſe Summum Pontificem. 2. Chriſtum à Petro ore fuiſſe negatum, non corde, adeóque Petrum perdidiſſe fidei confeſſionem, non ipſam fidem. R. 1. Ecquando ergo, & quibus verbis factus Summus Pontifex? 2. Salutis periculum incurrere tales abnegatores, imò ſalutis facere jacturam, ni ſeriò reſipiſcant, errorémque amarè defleant, vide Rom. 10. 9. 10. Matth. 10. 33.

Concilium contra Chriſtum.

Matth. 26. 3. & 57. Congregati ſunt primarii ſacerdotes, Scribæ & Seniores populi, in aulam Pontificis Max. Cajaphæ. Num legitimum hoc Concilium, etiam ſi præſederit Aharonis ſucceſſor, Summus Pontifex? Inſulsè ſanè inter V. & N. T. diſtinguunt, imò typus fuit Vetus Teſt: Novi. Interim

(*g*) l. ad ſolit. vitam agentes. (*h*) c. 33. q. 2. c. inter hæc.

Digitized by Google

rim laicos etiam interfuiſſe & decidiſſe, idque ex divino inſtituto, obſerva. Ann.34.
Confer Caſaub. exerc. 16. c. 66. & c. 71.

§. 44.) Judæi vinctum Chriſtum abducunt ad Pontium Pilatum, cúmque illi tradunt. Scilicet Pilatus ademit Synedrio Magno poteſtatem in ſanguinem, nihil itaque præter nudum nomen manſit. *Synedrii poteſtas.*

Iidem Judæi accuſantes Chriſtum dicunt: *Comperimus iſtum pervertere gentem, & vetare tributa dare Cæſari:* Luc. 23. 2. At non Chriſtus, ſed Judæi hujus perduellionis rei erant. Quidni meritò Papa ejuſdem reatûs accuſari queat, dum eximit clericos, Principes deponit, & cenſus prohibet, imò ipſe exigit? Hoc certè reatu Chriſtus non tenebatur, unde negando dixit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: Joh. 18. 36. Et Matth. 22. 21. *Reddite Cæſari* &c. Triplex quidem Regnum Chriſti, Potentiæ, Gratiæ & Gloriæ. At nihil ad hæc terrena dominatio. Ita Libertas Gallica: (*i*) *Poteſtas ſpiritualis propriè non facit ut poſſideantur regna, ſeu terrena juriſdictiones, ſed zelus Principum, pietas hominum, conceſſio Regum: prout Galliæ Prælati Philippo Pulchro in Concilio Pariſ. contra Bonif. IIX. habito, ingenuè profeſſi ſunt.* At Chriſtus renuit accipere poteſtatem regiam à populo oblatam: Joh. 6. 15. ita rejecit à ſe omne arbitrium rerum civilium; Luc. 12. 13. 14. Certè Judæi Pilatum in Jeſum concitaturi omnem moverunt lapidem, ut ipſum affectati Regni ſuſpectum redderent, & conſequenter Romano Imp. hoſtem & rebellem: Joh. 19. 12. unde Pilatus eum de hoc interrogat: c. 18. 33. At Chriſtus omni ſuſpicione eum liberaturus dicit: *Non haberes in me ullam poteſtatem, niſi &c.* Joh. 19. 11. docétque regnum ſuum generis longè altioris eſſe. Atque hoc ipſum etiam Pilatus pro confeſſo accepit, ut extra periculum ſe eſſe meritò crediderit, eúmque propterea ceu innocentem, dimittere voluerit. Inſt. Chriſtus non negat ſe eſſe Regem. R. Sed ſpiritualem, non terrenum. Vult ſe regem non eſſe per electionem mundanam, neq; ſub forma & more mundanorum regnorum. R. Non de Regis electione hîc ſermo, ſed de regno, eiúsque ſpirituali regimine. Omnia regna terrena ſunt de hoc mundo, quomodocunque Reges eorum eligantur: ſive ſatellitia habeant, ſive non. Senſus ergo Chriſti, quæcunque regna tractant mundana, de hoc mundo ſunt. Atqui ſuum tale eſſe negat. Inſtat Hapius (*k*) Ratione acquiſitionis, (armis, fraudibus, & ſimilib. modis factæ) & adminiſtrationis (tyrannicæ, ferocis, idololatricæ &c.) ita dicitur. R. At etiamſi quædam regna legitimè acquiſita & adminiſtrata fuerunt, mundana tamen fuerunt. Inſt. Non tantùm globi terreni globum, ſed etiam cœlum, terram, & omnes creaturas intellexit. R. abſolutè negavit Chriſtus de toto mundo, & omnibus ejus partibus, unde omnem apud Pilatum ſuſpicionem removit. Inſt. Ita dixit, quia regna temporalia ſunt purè mundana, ſuper corpora tantùm, non item ſuper animas. R. At Chriſtus nonniſi regnum ſpirituale ſibi *Regnum Chriſti.*

O referr-

i) T. 1. 664. (k) in defenſ. Bellar. 969.

Ann. 34. reſervat. Inſt. ita dicitur quia regna mundana omnia extinguit aut mortis neceſſitas, aut major vis, aut ſubditorum rebellio, aut ſeculi conſummatio: non item Chriſti regnum R. Eo ipſo Chriſti regnum ſpirituale eſt, & non mundanum. Inſt. Hoc tamen dicto Chriſtus illud jus adimere noluit, quo aliquis hæreditate, donatione &c. Regnum ſeu dominium accipit. R. Scil. pro iis, quæ injuſtè acquiſivit Romana Eccleſia, Canoniſtæ depugnant. (*l*) At neque donationes ejuſmodi Epiſcopis vel Clericis accipere & poſſidere licet. Neque hæc diſtinguunt mundanum regnum à ſpirituali. Inſt. Pſal. 2. 8. Dabo tibi gentes in hæreditatem &c. R. Conſequentia nulla: ecquis mundanorum cœlum & terram in poteſtatem abſolutam accepit? Inſt. Nova hominum ſtudia, vitia, libidines, diſſenſiones &c. requirunt Monarchiam in Eccleſia. R. Neg. quomodo enim uni magis, quàm optimatibus credent, qui Spiritum S. habent in Verbo ſuo loquentem? adhæc utrunque regnum, ejúſque actiones confundi non debent. Non tantùm non directè, ſed neque indirectè ad Eccleſiam, mundanorum regnorum poteſtatem pertinere aſſeveramus, quia eand. Chriſtus neque habuit, neque exercuit, neque Apoſtolis impertivit. (*m*) Inſt. Ipſe Chriſtus Apoſtolis & toti Eccleſiæ præfuit. R. Non ut Monarcha & Rex terrenus. 2. Utut Eccleſiæ ſuæ præfuerit, aliorum tamen non eſt ead. poteſtas: 1. Pet. 5. 3. 2. Cor. 1. 24. c. 10. 4. Vult quidem aliquos præeſſe Eccleſiæ ſuæ, aſt per ariſtocratiæ, non autem Monarchiæ modum: Luc. 22. 26. Rom. 12. v. 8. Heb. 13. 7. neq; ad politici, ſed Eccleſiaſtici regiminis modum.

Poteſtas Pilati in Chriſtum. §. 45.) *Non haberes in me poteſtatem ullam, niſi tibi datum eſſet supernè:* Joh. 19. 11. Cauſam ergo Chriſtus in judicio Pilati dicit, eique ſe ſubmittit, neque ſe à poteſtate politica eximit, ſed eam ſupra ſe eſſe agnovit, licet non ex neceſſitate, quia Deus homo in una fuit perſona, ſed ex libera voluntate: ſubjectus fuit, non qualis in ſe fuit, ſed qualem ſe nunc fecit, non autē ſe judicem fecit, ſed judicandum. Pilatus præſumptivè habuit poteſtatē juris, poteſtatem verò facti ex ſola permiſſione. At qualis fuit Chriſtus in his terris, talem oportet Rom. Pontificem eſſe, ſi ejus ſit Vicarius: quia Chriſti actio planè in exemplum trahi debet, nec minus quàm in pedum lotione imitandus. Ita permiſit Deus Pater, ut Chriſtus Pilato, ceu poteſtati ſupremæ judicandus traderetur. Inſt. Judicium hoc Pilati non erat juris alicujus, ſed facti, quando Deo permittere placebat ut coram judice injuſto hoc fieret. R. Licet judex iniquus fuerit Pilatus, & res facti, tamen quia Chriſtus comparere, & poteſtatem à Deo conceſſam judici agnoſcere volebat Servator, certè judicium hoc erat juris ordinarii, ut mortis ſententiam adverſus ſe pronunciatam audiret ille, qui Patri ſuo factus obediens, hominib. in ſe commendabat magnum obedientiæ erga Reges exemplum: Joh. 13. 15. Gal. 4. 4. 5. Philip. 2. 1. 2.

Longinus. Longinum vocatum militem, qui latus Domini lanceâ fodit: Joh. 19. 34. cuj-

l) *Remund. l. c. p. 675.* (*m*) *Veneti contra Paulum V. f. 166. ſeq.*

34. cujus miniſtrum paralyticum Chriſtus curavit, ut Legendiſtis placet. Formam hujus lanceæ imitati Græci, quâ ceu cultello integrum panem Euchariſticum diſſecuerunt, ut cuivis fruſtulum diſtribueretur. Multa de hoc Longino fabuloſa in Evangelio ſecundùm Nicodemum, item in Jacobo de Voragine, & Petro de Natalibus, nec non in Martyrologiis, utpote in Romano ad 15. Martii. Scribunt eum tandem Cæſareæ in Cappadocia aliquos ad agnitionem Chriſti convertiſſe, ac ibidem capite truncatum eſſe. Sed bene eſt, quòd præter cœtera ipſum nomen fabulam prodat, quod à λόγχη, lancea. Ipſius Lanceæ feſtum vide apud Hoſpin. ad 16. Apr. De quatuor lanceæ mucronibus idem de Templis p. 125. (n) Ann. 34.

Eodem illum quoq; latronem referunt, qui Chriſtum in Cruce confeſſus: Luc. 23. 40. quem Dimam Baronius ad 15. Martii vocat: (o) qui tamen ipſe profeſſus, ſe digna factis accepiſſe; adeóque inter Martyres, vel inter eos, qui pro veritate patiuntur, non numerandus, nî eum veritatis teſtibus accenſere velis. Ad eundem diem Martyr. R. Dulam ponit, quæ quid aliud, quàm ſerva, ancilla: adeóque Dima & Dula conficta, & ejuſd. farinæ eſſe videntur. *Latro.*

Hodie mecum eris in Paradiſo: Luc. 23. 43. Ita Chriſti dolores ſoluti ſunt in cruce: quod agnoſcit Bellar. l. 1. de purg. c. 8. ita & latronis; neque per Paradiſum intelligendus locus, in quo ad diem uſque reſurrectionis detineantur animæ, prout cum aliis ſomniavit Juſtin. quæſt. 76. ſed ſinus Abrahæ, cœlum cœlorum, æterna beatitas. *Paradiſus.*

§. 46.) Joſephus cum Nicodemo ſepulturam Chriſti procurat: unde eundem Nicodemum geſta J. Chriſti, ſive mortem & reſurrectionem ejus deſcripſiſſe, eáque à Theodoſio M. Hieroſolymis in Pilati prætorio inventa, ſuperſtitioſa putavit credulitas. Ex Hebræo in Latinam linguam translata, excuſa Antuerpiæ 1538. recuſa in Bibliotheca Patrum edit. Baſil. p. 643. Joſephi memoriam ad d. 17. Martii celebrant. De utroque verò deinceps plura. Confer Caſaub. exerc. 16. c. 98. ſeq. *Nicodemus.*

De deſcenſu Chriſti ad inferos multi multa, non autem infernum ſeu locum damnatorum intelligendum, ipſi largiuntur Latini, concedentes pœnas damnatorum æternas, nec ex inferno dari redemtionem. (p) Multò minus Limbum ſeu purgatorium intelligi rectè noſtri aſſerunt, ſed vel dolores & cruciatus infernales, vel potiùs ipſam ſepulturam, ſeu ultimum humiliationis gradum, unde uſitatè infernus pro ſepulchro accipitur: & Ruſinus teſtatur olim Latinam Eccleſiam verba de deſcenſu Chriſti ad inferos in Apoſtolico Symbolo non habuiſſe: ita quando apud veteres Patres verba Symboli occurrunt nunquam ſepulturæ ſimul, & deſcenſûs ad inferos, ſed nonniſi alterutrius fit mentio. Tu plura de his vide apud ſanos & celebres Theologos inpr. in Epiſt. Oecolampadii & Zuinglii p. 4. b. Marcionis olim *Deſcenſus Chriſti ad inferos.*

n) Conſ. Caſaub. exerc. 16. c. 95. ſeq. & c. 124. item Munſt. in dial. p. 29. (o) confer ejus annales §. 119. Hoſpin. ad dictam diem. (p) Caſalius p. 441.

Ann. 34. error Chriſtum ad inferos deſcendentem Cainum, Sodomitas & ſimiles liberâſſe, non item Abelem & fideles cœteros: Irenæus hær. 29. Epiphan. hær. 42. Plura de Liberatoribus ſeu Origeniſtis vide apud Aug. hær. 79. & in eundem Danæum: quam hæreſin hodie Anapapiſtæ quos Ukovvalliſtas vocant, renovârunt.

Reliquia paſſionis Chriſti.

§. 47.) De variis paſſionis Chriſti reliquiis Baronius (q) agit, quarum cùm Sacra Pagina, in his longè accuratiſſima, nullam penitus mentionem faciat, eas cum omnibus ſuis φλυαρίαις auctoribus & cultoribus relinquimus. De *Spinis* aſſervatis Baronius nullos præter Gregorium Turon. & Bedam Anglum teſtes edit, quorum ille ſeptimi, hic etiam octavi ſeculi initia vivendo attigerunt. *Tunica* tres producuntur ad minimum, ait Hoſpin. (r) De quo Cl. Dallæus (s) Tunica duobus in locis multum à ſeinvicem diſſitis oſtenditur, ea nullo apud Chriſtianos loco totos quingentos annos apparuit. De *Cruce* Lipſium adibis, item Jac. Gretſerum (t) Caſalium (u) cumpr. autem Salmaſium, item Hoſpin. de feſtis Chriſt. ad 2. Maii: & eundem de Templ. De hac impiè Thomas Aquinas. 2. 2. q. 103. & part. 3. q. 25. *Sicut Chriſtus adoratur adoratione latria, ita & ejus imago adoranda eſt adoratione latria; Crux etiam Chriſti adoranda eſt adoratione latria, propter repræſentationem & contactum: utroque enim modo Crux Chriſti adoratur latria; atque eam alloquimur & deprecamur.* Diverſa etiam feſta in Crucis honorem inſtituta. 1. *inventionis* Crucis, in Eccleſia Latina, quo auctore incertum: vid. Martyrol. ad 3. Maii. Græci celebrant d. 14. Sept. & vocant ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ. quod enim Latinis Inventio, id Græcis Exaltatio. Honoratur iiſd Vigiliâ præcedente d. 13. Sept. & octova, quam nominant ἀπόδοσιν τῆς ἑορτῆς. Aliud adhuc feſtum Dominica III. Quadrageſimæ habent, quod appellant σταυροπροσκύνησιν S. *Crucis adorationem.* Eo proponere ſolent Crucem adorandam, ſicut Latina Eccleſia die Paraſceves, eum in finem, ut in memoriam nobis revocet paſſionem Domini N. J. C. Singulariter Paraſceve i. e. feria ſexta Hebdomadis magnæ ſacra fuit habita S. Cruci, ut oſtendit Chryſ. homil. de Cruce. Calendis item Auguſti feſtum, πρόοδος τῶν τιμίων ξύλων, *Proceſſio venerandæ Crucis* dictum. Cui præmittunt Vigiliam προεόρτια: quo item proponunt Crucem adorandam. Quando autem virtutem Cruci tribuunt Patres, ſic cùm Leo I. (x) Crucem benedictionum fontem appellat, paſſionem ſeu mortem ejus, vel crucifixionem intelligit. In honorem autem Crucifixi Chriſti Conſtantinus M. crucifixionem ſuſtuliſſe perhibetur.. Solebant præterea Crucis particulas auro & argento incluſas geſtare, & velut pretioſa monilia ex collo ſuſpendere; atque eaſd. dono ſibi invicem mittere. Verùm ſequioribus demum ſeculis in uſum recepta, & ita aucta ſuperſtitio, ut ingen-

(q) §. 138. *Spond.* §. 42. (r) *de Templis* 127. (s) *de adorat l.* 4. *c.* 17. *p.* 678. (t) *fol. Ingolſt.* 1616. (u) *de rit. vet. l.* 1. *c.* 1. (x) *de Paſſ. ſer.* 8.

ingentis & incredibilis molis Crucem referrent, ſi conjunctæ eſſent. (y) Ann.34.
De Chriſti Cruce Xavier in hiſtoria Chriſti & Petri ita fabulatur. *Fertur hanc ſanandi virtutem in aqua piſcinæ Betheſdanæ fuiſſe Crucem Chriſti; hanc enim ex ligno, quod Magnus Salomo in hac piſcina abdiderit, quódque tempore Chriſti ſupernatabat, effecerunt, atque in ea Chriſtum ſuſpenderunt, à quo tempore virtutem ſanatricem aqua iſta amiſit.*

§. 48.) De multis Chriſti *clavis*, qui hinc inde proſtant, laudatum Hoſpin. alióſque conſule. Plus quàm centum in locis naturalem *Chriſti ſanguinem* exhiberi iiſdem aſſeverat, cum quo Panarium Calvini confer. *De Spongia & Columna* Servatoris Dallæus de adorat. l. 4. c. 17. De *linteis ſepulchralibus* Chifletius: item Dallæ l. al. Hoſpin. de Templ. p. 127. Adi Thomam Bartholinum de latere Chriſti aperto & de Cruce. (z)

Nicodemus Chriſtum depinxiſſe dicitur, & eandem imaginem crucifixam Beryti in Syria aquam & ſanguinem effudiſſe volunt, qui miſſus ſit per Aſiam, Africam & Europam, teſtem citant Niceni illi in VII. Synodo, eóſque ſecuti Pontificii, Athanaſium, in libello de paſſione imaginis Domini. (a) Verum Athanaſii libellum non eſſe, ſed legendam redolere auream, minimè naſuto conſtare poſſe, Cocus (b) probat: adde Hoſpin. ad 9. Nov. *Imago Chriſti Beryti.*

Dominum ad mortem euntem *ſudario* effigiem ſuam impreſſiſſe & Veronicæ (Bar. §. 138. Berenicæ dicta) mulieri tradidiſſe ajunt, unde & ipſa effigies Pontificiis hodie *Veronica* appellatur, quæ (c) etiamnum Romæ extat tanta in veneratione, ut de illa dubitare poſthac non modò miracula non permittant, ſed nec aſpectus ipſe &c. R. Neque à S. Literis, neque ab ullo vel mediocri authore, per tam multa poſt Chriſtum ſecula autoritatem habet. Unde mirum Hadr. I. iconolatram, Patrêſque Nicenos VII. Synodi, & Conſtantinopolitanos IIX. totúmque illorum temporum iconolatricorum ſcriptorum agmen nuſq. hujus meminiſſe. (d) Alia *Veronica*, peplum ſeu ſudarium, transmiſſum ad Abagarum Meſop. Regem, quod Romæ adhuc ſervari dicitur. (e) Eodem planè carbone ſexcenta cœtera, noviter demum efficta, notanda veniunt, quæ ad exemplum Ludov. Vivis, plumbeæ Legendæ adſcribimus. Non erubeſcunt, inquit Caſalius (f) hæretici mentiri, Chriſtum de Magia ſcripſiſſe. Hieronym. in 3. Ezech. & Auguſt. l. 1. de conſenſu Evangeliſtarum c. 10. narrat, Gentiles quoſdam jactâſſe vidiſſe ſe, ac legiſſe libros aliquos Chriſti ad Petrum & Paulum, in quibus ſcripta eſſet ſumma totius artis magicæ. Atqui Paulus demum poſt aſcenſionem Chriſti converſus fuit. *Veronica ſeu ſudarium Chriſti.* *Vid. an. 43. §. 10.*

O 3 §. 49.)

y) *Adi Arndi Antiq. l. de Cruce ubi à. §. 45. de varia Crucis forma* (z) 8. *Leydæ.* 1646.
(a) *Forbeſ inſtr. l. 7. c. 8. §. 7. Caſaub. exerc. 16. à c. 102. Nicol. de Antichr. pag. 163 Hoſpin. de Templo p. 160.* (b) *p 192.* (c) *inquit Iac. Pammelius annot. in Tertull. Apologet. c. 12. num. 184* (d) *Forb. l. c. §. 8 Dallæ de imagg. l. 1. p. 21. item de adorat. l. 4 c. 17. p. 679 Hoſpin. de Templ. 160. & de feſtis Chriſt. ad. 4. Febr. & p. 61.* (e) *Hayto de Orient. c. 12.* (f) *p. 431.*

Digitized by Google

Ann.54. §.49.) Tum de Dominicæ Reſurrectionis, tum de Paſchatis celebrandi die, de triduana item ſepultura Chriſti, adi Hoſpinian. de Feſtis Chriſt. pag. 69.b.ſeq. confer Caſaub. exerc. 16. c. 113. ſeq. Poſt paſcha agi olim ſolebat *Quinquageſima*, h. e. 50. illi dies, qui à paſchate proximè ſequuntur, Feſti erant omnes, ita ut, Tertull. l. de idol. & Ambroſ. ſer. 61. teſtantibus, nullum indictum fuerit jejunium, neque in geniculis Deum exorârint. Initium autem Quinquageſimæ erat *ſeptimana in albis*, ita dicta, quòd S. bbatho magno initiati per totam hanc ſeptimanam albati, h. e. albis veſtibus, in ſignum Chriſtiani ſui candoris & innocentiæ amicti incederent. Fuit etiam annalis, inquit Caſalius, (g) & præcipua proceſſio in die ſancto Reſurrectionis : vi verborum Chriſti Matth. 28. 10. *Abite, renunciate fratribus meis, &c.* At quid hoc ad rem ? Quid Apoſtolici? Eadem ratione idem Caſalius (h) in diebus Paraſceves & Sabbathi ſancti, decreto Innocentii P. Miſſas prædicto biduo penitus non celebrari, quoniam percuſſus paſtor, oves diſſipatæ &c.

Quinquageſima item Dominica in albis.

Sed viſa ſunt apud eos (Apoſtolos) *quaſi deliramentum verba ipſarum* (mulierum) *neque crediderunt eis:* Joh. 24. 11. Unum ex ſcandalis, quæ in ipſo omnes ſumturos Apoſtolos, nemine excepto, adeóque nec Petro prædixit. Si Petrus fidem divinitatis retinuiſſet, utique reſurrectionis annunciationem fabulam non habuiſſet : confer Marc. 16. 14.

Apoſtolorum incredulitas.

Sicut infeliciter Bellarminus ex infidelitate Petri, quâ Chriſtum abnegaturus erat, ei prærogativam tribuit, ita non melius aliam fingit, quod Chriſtus reſurgens omnium primùm ex viris, ſeu Apoſtolis Petro apparuerit. R. 1. Ut reliquæ prærogativæ, ita neque hæc quicquam concludit. 2. Factum quippe fuiſſet, quia is conſolatione maximè omnium indiguit. 3. Si in mulieribus nihil præſupponit, ergo neque in Petro, alioquin præferrentur illæ Petro. 4. Duobus Emaunticis primus apparuit : Marc. 16. 12. coll. cum Luc. 24. 13. 31. Inſt. Ex eodem Lucæ capite v. 34. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni*, & 1. Cor. 15. 5. *Viſus eſt Cephæ, poſt hoc undecim.* R. Etſi eodem die, quo reſurrexit, Petro Apoſtolorum primo, non tamen virorum omnium primo apparuit. Num duo Emauntici præferendi collegio Apoſtolorum, quòd prius Dominum viderunt? Num Maria Magdalena Mariæ Chriſti Matri? Inſt. Marci 16. 7. *Dicite diſcipulis & Petro.* R. 1. Quia erat primus ordine, pone etiam vocatione & ætate. 2. Quia dolore præ cœteris angebatur ex trina negatione, quare, ut Hier. Gregorius & Theophylactus cenſent, eum conſolari voluit Dominus. Inſt. Joh. 20. 6. Etiam cœteri Apoſtoli plurimum honoris detulerunt Petro, hinc quamvis Johannes præcurriſſet, & primus ad monumentum perveniſſet, tamen intrare non eſt auſus ante Petrum. R. Nihil hæc omnia efficiunt : diſtinguenda dignitas perſonæ à dignitate muneris. 2. Antecedentis probatio incerta eſt : potiùs metus & terror in cauſa, quòd non primus Johannes intrârit, quàm reverentia. Primas Petro aliàs tam

Cui Dominus primùm apparuerit.

g) Cap. 40. p. 178. (h) p. 426.

Digitized by Google

tam in itinere, quàm in ingreſſu dare debuiſſet. Imò Luc. 24. 45. Omnibus æqualiter Dominus aperuit mentem, ut intelligerent Scripturas: v. 48. Omnes æqualiter teſtes facit: v. 49. Omnes XI. æqualiter jubet expectare Hieroſolymis, uſque quò induantur virtute ex alto. Porrò Cleophæ, cui apparuit Dominus, Luc. 24. 18. memoria ad d. 25. Sept. celebratur. Ann. 34.

§. 50.) *Sicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos*: Joh. 20. 21. At non miſſus Chriſtus à Patre, ut conſtituat regna ac politias, nec gladium habuit politicum. Et, nec aliter miſſi Apoſtoli. Æqualiter autem omnes miſſi, mitti enim nemo poteſt majori cum poteſtate, quàm quâ Chriſtus miſſus. Unde Polyd. Vergilius: (*hh*) *Chriſtus, antequam in cœlum rediret, æquam omnibus Apoſtolis auctoritatem fecit, poſtquam Spiritum dederat*. Scilicet inſufflat eos æqualiter, omnibus dicendo: Recipite Spiritum ſanctum, quibuſcunque remiſeritis &c. idque factum, priuſquam dixit Petro tribus vicibus, Paſce oves meas. Proinde in prima inſtitutione & miſſione in univerſum orbem, Chriſtus univerſæ Eccleſiæ jurisdictionem in unum non contulit. Ad idem opus perficiendum, h. e. ad homines dirigendos, docendos, convertendos eos pariter omnes dimittit, ad quod ipſe Chriſtus à Patre fuit miſſus, non tamen propria authoritate & doctrinâ, ſicut Chriſtus Caput, ſed miniſteriali, delegata, tradita, infuſa, experimentali. Unde rectè Maldonatus, illud *Sicut* non æqualitatem, ſed proportionem ſignificare dicit, Chriſtum enim à Patre, tanquam parem à pari, Apoſtolos à Chriſto, tanquam homines & vicarios à Deo, tanquam Legatos à Principe, Servos à Domino miſſos. Tilenus: (*i*) *Cauſa principalis vim ſuam non dat inſtrumentis*. Ad eundem locum de Dominis: (*k*) *Contineat in ſe verbum paſcendi quamcunque & quantamcunque authoritatem & poteſtatem, non pugno; ſed illud contendo, nullam verbo paſcendi contineri, quæ non melius & amplius contineatur in illis Chriſti dictis, Sicut miſit me Pater, &c.* Ita enim orbis terrarum cura ſingulis demandata, &c. Plura tamen ſimul non acceperunt, quàm quæ Chriſtus habuit & exercuit: Joh. 17. 15. 16. Luc. 22. 25 (*l*) Et licet illud *Sicut* non æqualitatem, ſed ſimilitudinem demonſtret, nec ad eadem omnia miſſi ſint Apoſtoli, ad quæ Chriſtus miſſus fuerat, poteſtatem tamen & gratiam ſufficientem denotat ad munus peragendum; aliàs ſi eadem poteſtas ordinariis Epiſcopis, vel Papæ competeret mittendi alios paſtores, quæ competebat Chriſto mittendi Apoſtolos, tum deberet 1. illis à ſe miſſis poteſtatem originaliter conferre, non miniſterialiter. 2. iiſdem dona & capacitatem diſtribuere ad ſua munia. 3. Hos ſuos Apoſtolos vel Miſſionarios dicere. Ita leges in Eccleſia condendi poteſtatem non habuerunt Apoſtoli: eatenus enim illos mittit Chriſtus, quatenus verbum ex ſe auditum prædicent: Matth. 28. 18. 19. Quidpe ſolus Chriſtus Dominus, Sponſus & Rex: confer 2. Cor. 1. 24. Quare ſimilitudo eatenus conſtat, quatenus Chriſtus miſſus à Patre ad homines fuit, qui totum ejus conſilium illis

Apoſtolos quomodo Chriſtus mittat.

hh) *De rer. inv. l. 4. c. 1.* (*i*) *Diſp. pars. 2. diſp. 27. § 29.* (*k*) *l. 1. c. 8. §. 5.* (*l*) *Veneti p. 146.*

Digitized by Google

Ann. 34. illis indicaret. Omnes itaque Apoſtoli ſunt pari jure vocati,miſſi,vicarii & ſucceſſores Chriſti,adeóque eadem authoritate: (*m*)adeóque æquales in omni officio & munere Apoſtolico,ac in omni poteſtate. Atque ita omnibus data eſt jurisdictio pleniſſima,etiam exterior,immediatè à Domino. Apoſtolica autem dignitas,quæ omnibus data eſt,prima eſt & ſuprema dignitas in Eccleſia: 1.Cor.12.28.πρῶτον Ἀποςόλους. Hinc Apoc.21.14 dicuntur duodecim fundamenta Eccleſiæ. Rectè ergo Bellarminus ad præſentem locum ait, his verbis non eſſe unum aliis præpoſitum, ſed malè ſubiicit Joh.21.id factum,quando uni dictum *Paſce oves meas*.

§.51.) Imperitè Cajetanus (*n*) datam Apoſtolis omnibus eandem poteſtatem negat,ſed tantùm Apoſtolatum. At Chriſtus v.23 per ἀφιέναι & κρατεῖν clavium poteſtatem,in retinendo,remittendo,aperiendo,claudendo,ligando & ſolvendo,omnibus æqualiter tradit.Hæ autem claves omnem poteſtatem ſignificant,ſeu ordinariam,ſeu delegatam,& has Apoſtoli omnes ſimul & pariter acceperunt. Proinde falſa illa Pontificiorum diſtinctio *Ordinariæ* poteſtatis in Petro,& *Delegatæ* in Apoſtolis aliis, quandoquidem omnis in cœlo aperiendo & claudendo conſiſtit , quâ major Petro non data. Claves ordinis & jurisdictionis faciunt adverſarii: at utraſque datas Apoſtolis Joh.20.adfirmat Bellarminus.Falſiſſima ejusdem Bellarmini (*o*) hypotheſis,ubi ſtatuit diſparitatem Succeſſionis Apoſtolicæ,ita ut Petrus habeat ſummam atque ampliſſimam poteſtatem , ceu Præfectus & Paſtor ordinarius; quia ei in plenitudine clavium, h. e. poteſtatis ſucceſſum eſt, & ſuccedetur uſque ad finem mundi ; reliqui autem Apoſtoli habeant ſummam atque ampliſſimam poteſtatem,ceu legati & extraordinarii paſtores,quia poteſtatis illius,quam poſt Petrum plenam acceperant,nullum reliquerunt ſucceſſorem.Verùm quicquid tandem comminiſcantur,utut omnia torqueant, neque ex ſcriptura, neque ex S. Patribus extorquebunt talia, unde Chryſoſt. (*p*) officium commune Apoſtolorum,ἀρχὴν μεγίςην, ἀρχὴν πνευματικωτάτην, ἀρχὴν τὴν ἄνω,καὶ ῥίζαν(radicem)vocat.Eidem (*q*) Paulus eſt τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος,τῶν Ἀποςόλων μείζων.Noſtra ſententia de hoc dicto, remitti peccata, cùm per Evangelii prædicationem homines ad Deum convertuntur; retineri,quando obſtinati peccatores pœnis æternis addicuntur. Ergo poteſtas clavium non principatum,ſed miniſterium ſignificat. Haut itaque rectè Bellarminus infert: Chriſtus miſſus cum poteſtate non modò prædicandi,& ſacramenta adminiſtrandi,ſed & præcipiendi & judicandi: Ergo eandem Apoſtolis,atque inprimis Petro ipſe tribuit.R. 1. Nihil præ cœteris Petro tributum. 2. Illud Chriſti καθὼς, ſicut, non regiam Chriſti poteſtatem Apoſtolis datam,ſed miniſterialem denotat.Quòd ſi Chriſtus omnem Eccleſiæ poteſtatem Apoſtolis tradidit,tum falſum,aliam poteſtatem Petro poſtea collatam, cùm

m) *Staplet.l.* 10. *c.*13. *de princ.fid. doctr.* (*n*) *de prim.c.*5. (*o*) *l.*1. *de R. P. c.*11,12. (*p*) *T. X. homil. de util. lect. Script.* (*q*) *T.*5. *homil.* 33.

Digitized by Google

cùm dixit, *Paſce oves meas.* Baronius (§.197.) eandem, quam Chriſtus ut homo habuit à Patre poteſtatem dimittendi peccata, transfudit in Apoſtolos, horúmque ſucceſſores. R. 1. Originalis & regia poteſtas Chriſto, at nonniſi miniſterialis Apoſtolis data. 2. Quid ergo Papæ remanebit, ſi eadem ſucceſſoribus Apoſtolorum omnibus data? Igitur Chriſtus mittendi poteſtatem hoc loco Apoſtolis dat: unde mirari ſubit, quare Papa Papam eligere non poſſit. (r) Eò omnia recidunt, non Monarchicum Eccleſiæ regimen inſtitutum, dum ex æquo omnibus Apoſtolis Eccleſiam commiſit, ſed Ariſtocratiam Optimatum. Ann. 34.

§.52.) Neque tamen hinc, neque ex Matth. 18. 18. auricularis Confeſſio exprimitur, quaſi peccata non poſſint remitti abſque tali illorum confeſſione; vel quaſi remiſſio peccatorum alligetur Miniſterio, quandoquidem ſolus Deus remittere peccata poteſt. Organa ergo ſunt, & inſtrumenta Dei, ad hominum ſalutem ordinaria, à nobis minimè negligenda. Nec auricularis illa, quam vocant, confeſſio, peccatorúmque enumeratio & recenſio, qualis apud Romanos hodie in uſu, locum hîc habet. Vult Bellarminus, non dari hoc loco omnem poteſtatem clavium, quæ promiſſa ſit Matth. 16. ſed tantùm poteſtatem ordinis ad remittenda peccata: ſive poteſtatem Sacramentorum, præcipuè pœnitentiæ, quæ ſit poteſtas clavium, vel ſpiritualis juriſdictionis in foro conſcientiæ, non ſoli Petro, ſed & reliquis promiſſa. R. 1. Et Petri, & reliquorum eandem fuiſſe poteſtatem, jam evictum. 2. Non tantùm hîc poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, ſed & Verbum Dei prædicandi, & promiſſiones illius pœnitentibus applicandi datur. 3. Non omnem, ſed ſuperſtitioſam illam Pontificiorum confeſſionem tollimus: pœnitentiam Sacramentum propriè dictum eſſe negamus: neque in externis ceremoniis, ſed in interna agnitione, contritione, & converſione collocamus. 4. Non juriſdictio, ſed miniſterium dici debet, ita tamen ut Deus ad miniſterium non alligetur, ſed univerſa Eccleſia, & quodvis membrum ſuo etiam modo eadem poteſtate polleat. Itaque ex his omnibus rectè denuò cum Venetis (s) concludimus: *Authoritas & poteſtas B. Petro ſub clavium metaphora promiſſa, tota quanta eſt ſpiritualis. Regni cœlorum, non autem hujus orbis terrarum claves tibi dabo dixit. Unde in hymno: Non eripit mortalia, qui regna dat cœleſtia.* Ita hîc remittere vel retinere peccata, non gubernare, non adminiſtrare regna, non ea transferre, nec tendere conſcientiæ laqueum jubet. *Auricul. Confeſſio.*

§. 53.) Ex navi Petri, & duplici piſcatione prærogativam illi deſignant: Luc. 5. 3. Joh. 21. 6. R. 1. Multorum naves conſcendit Dominus. 2. Non Petrus denotat naviculam, ſed Eccleſia, ut Gregorius (t) vult, & Ambroſ (u) Petro non dedit clavum, ſed ſuum, ut cœteris Apoſtolis remum. *Navis Petri. Vid an. 31. §17.*

P Chriſtus

r) *de Dom. lib. 2. cap. 5. §. 2. 15. conf. lib. 2. c. 5. § 6. Copiosè Cham. T. 2. l. 11. c. 13. § 2. & l. 15. c. 16. §. 2. & l. 11. c. 9 & 10.* (s) 169. (t) *l. 17. moral. c. 14.* (u) *l. de Salom. c. 14.*

Digitized by Google

Ann.34. Chriſtus Petro dicit: *Paſce agnos meos*,& bis *paſce oves meas*,Joh.21.15.

Paſcere oves. ſeq.Eam inde peculiarem Petro prærogativam decernunt adverſarii, ut hac ratione omnibus cœteris & toti Eccleſiæ univerſali Paſtorem & Caput datum omni niſu contendant: quin & Synodorum atque Conciliorum judicem & præſidem.Ex uno hoc dicto nihil non ſibi tribuunt Papæ.R.1. Monarchæ & Reges in Eccleſia eſſe volunt.2.Volunt eſſe judices controverſiarum fidei,quæ fuerunt olim partes Conciliorum legitimorum. 3. Arrogant ſibi jus,quòd non poſſint errare in fide.4.Item poteſtatem ferendi leges obligantes in conſcientia. 5. Largiuntur venias & indulgentias numero & pondere immenſas.6.Imperium exercent in Reges,in eóſque ſibi immorigeros mortis judicium denunciare poſſunt; quibus paſcere i.q.occidere,ab obedientiæ juramento ſolvere,& nihil non præterea. Verùm Auguſt.(x) audiamus: *Redditur negationi trina confeſſio,ne minus amori lingua ſerviat, quàm timori &c.*Item:(y)*Cùm dicit Petro, Amas me: Paſce oves meas,idem dixit & cæteris.*Confer eund.Aug.ſerm.50.in Joh. de feſto Petri & Pauli.Sic Ambroſ (z) *Ter interrogatur Petrus,ut quem ter ante crucem negaverat,ter fateretur.*De obitu Theodoſii:*Ter confeſſus eſt Petrus,ut aboleret trina negationis errorem.*Hieron.*Trinam negationem Petrus trina confeſſione delevit.*Ubi notabis,Chriſtum in trina illa interpellatione eum non Petrum,ſed Simonem vocâſſe, adeóque ſcopum ejus fuiſſe, ut in Apoſtolicam eum dignitatem reſtitueret.At ecce,ex hoc ipſo Cani(a) myſterium ſubtile: *Non expreſſit ſolùm Simonis proprium nomen,ſed patris etiam(Jonæ)nomenclaturam adjecit,ne ulla poſſet ambiguitate Petri poteſtas eludi,aut perversè in alium torqueri.* Num ergo præferendum Simonis & Jonæ nomen Petri nomini? Vi hujus loci,ait ibidem,dubitari non poſſe,Petrum ſpecialiter fuiſſe à Chriſto inſtitutum paſtorem Eccleſiæ univerſalis,nec ad Petrum ſolum pertinere,ſed etiam ad ſucceſſores ipſius derivari in fide firmitatem.At certè nos non dubitamus modò,ſed planè contrarium ſtatuimus,quippe paſcendi vocabulo non primatum,ſed paſtoralem curam,ſicut & cœteris,commendat: vide 2.Cor.11.28.1.Petri 5.2.Unde paſcere propriè alere,& cibum vel corporis, vel animæ præbere ſignificat,ſive à famulo fiat,ſive ab eo,qui aliquo nobis pacto præeſt: verùm quia ſæpe contingit, ut qui jus & onus,corporaliter vel ſpiritualiter alios paſcendi habent,conjunctam quoque in eoſdem poteſtatem accipiant,idcirco fit,ut ex conſequenti illud quoque imperium ſignificet,quod huic oneri conjunctum; At in ſacro Miniſterio quid hoc denotet,Chriſtus Joh.10.Paulus Act.20.28.declarant,cùm nonniſi curam docendi alios ex puro Dei Verbo,eóſque moderandi & dirigendi notant.Confer Petrum modò alleg.& Paulum 2.Cor.1.24.1.Cor.7.35. Itaque Epiſcopatûs ἔργον: 1.Tim.3.1.miniſterium,inſpectio,&c.non τιμὴ vocatur. Per agnos & oves Chriſtum Petro Eccleſiam ſuam commendâſſe, at non ut Domino, ſed

ut

(x) *Ser.123.in Ioh.*(y)*l.30.de pug.Chriſt.*(z)*l.5.de fide.*(a)*l.6.c.3.*

ut paſtori, neque ſoli, ſed & cœteris fatemur: Conf. Gal. 2. 7. Act. 13. 2. c. 22. 17. c. 1. 8. Viſe Caſaub. exerc. 16. c. 132. ad 152. Ann. 34.

§. 54.) Quid multis? Etſi vel maximè contra ipſam veritatem Petro aliquid concederemus, tamen nullo modo ad Papam illud pertineret, niſi ut ejus perfidiam & negligentiam manifeſtam redderemus, quia oves Chriſti omnino non paſcit. Quid ſi porrò ſit rudis & imperitus Papa, nec paſcere poſſit, quorum multi ad prodigium uſque inſcientiſſimi, bardi & ſtipites fuere? Neque Petri ſucceſſor eſt, qui Petri doctrinam & mores pios ac Apoſtolicos non ſequitur. Quæ verò ratio in communi miniſterio, ead. & in Conciliis, nam neque hoc loco paſcere idem ſignificat, quod Principem & dictatorem ac Dominum Conciliis præſidere, & ſententias fideíque articulos è ſcrinio humani ſui pectoris dictare, vel potiùs evomere, quippe humanarum traditionum pabulum abominatur graviſſimè Dominus. Quòd ſi paſcere Univerſalem Conciliorum Præſidem, & Oecumenicum Eccleſiæ Principem denotat, duodecim fuiſſe Univerſales Præſides & Oecumenicos Epiſcopos orbis Chriſtiani, imò verò quemlibet Epiſcopum, Miniſtrum, præconem Verbi cœleſtis talem eſſe oportet, eò quòd omnibus Apoſtolis, Eccleſiarúmque Paſtoribus commiſſa eſt paſtoritia cura: Chriſtus enim mundum jamjam relicturus omnib. Apoſtolis totum orbem æqualiter paſcendum reliquit: Matth. 28. 19. Neque refert etſi ter paſtio ovium Petro commiſſa, quia non alia, quàm reliquis Eccleſiæ paſtoribus concredita fuit.

§. 55.) Iiſdem omnino telis retunduntur, dum jus, authoritatem ac poteſtatem convocandi Concilia ſoli Petro, ejusque ſucceſſoribus datam contendunt, ita quidem ut cum imperio & præcipiendi poteſtate facere hoc poſſit, contrà ut eædem Cæſaribus, Regibus, Principibus, Laicis ſit adempta: quandoquidem nihil plus hoc dicto Petro, quàm reliquis datum: imò concilia convocandi jus directè ad politici Magiſtratûs officium ſpectat. Inſtant: Omnes cœteri oves ſunt, ſolus Papa paſtor. R. 1. Hoc ipſum eſt quod controvertitur. 2. Invaſor & impoſtor, non autem paſtoris dicendus, qui ea ſibi arrogat, quæ Magiſtratûs ſunt politici. 3. Ut fidus paſtor oves habet, ſic ipſe viciſſe ſubditum Magiſtratûs politici agnoſcat. Neq; hoc ſolum ſibi R. Epiſcopus tribuit, ſed quòd poſſit etiam in conciliis non modò pro hæreticis proprio arbitratu damnare, quos libitum eſt, imò quoque de ſuſcipiendis in communes Eccleſiæ hoſtes bellis, tanquàm in comitiis, deliberare, decernere, exercitum, conſcribere, etiam Imperatores & Principes excommunicare, imperio, regnis, provinciis eiicere, omníque dignitatis gradu deturbare, ut exemplis hæc manifeſta fieri poſſent. Nihil ſanè in doctrina, nihil in vita Petri, vel reliquorum Apoſtolorum eorúmque ſucceſſorum, ipſius etiam Servatoris, quicquam tale reperias. (*b*) Imò aliter longè hæc Chriſti verba ſaniores exadverſariis intellexerunt, dum Papam ſubeſſe Concilio, & in cauſis fidei *Concilia convocare cujus ſit.*

P 2 convo-

vid. diſt. 96. c. ubinam.

Digitized by Google

Ann. 34. convocare ad Concilium Summum Pontificem licere docuerunt.. Hos inter Conſtantienſis & Baſil. quoque Concilii Patres fuere, inpr. Gerſonius, dum ait: *Si Papa non deberet ſubeſſe Concilio, nullis etiam legibus ſubjectus eſſet, quod tamen falſum eſſe patet ex illo Matth. 18. Dic Eccleſiæ: jam Eccleſia eſt in Concilio, non in uno Papa: & Papa eſt frater noſter, niſi fortè non nobiſcum oret, Pater noſter, qui es in cœlis. Tertiò ſi Papa non ſubeſſet Concilio, injuſtè feciſſet Paulus, reſiſtens Petro in faciem, quo (Petro) Papæ non poſſunt eſſe majores. Et hæc Pauli reſiſtentia coram Eccleſia non fuit minor, quàm ſi appellâſſet ad Concilium. Quartò, Papa eſt membrum Eccleſiæ, ſi jam inficeret Eccleſiam, tunc hoc pacto non reſcinderetur, quod eſſet contra doctrinam Chriſti Matth. 18. Quintò, iniquum fuiſſet, quòd compuliſſent ſeniores & reliqui Apoſtoli Petrum reddere rationem, quòd viſitaverat Cornelium Gentilem Act. 11. Sextò, iniquum hoc eſſet, quia tunc alicui injuriato à Papa non daretur aliqua defenſio. Septimò, tunc Papa ſuperbiret, quia non poſſet per Concilium deponi & dijudicari, quantumcunque criminoſus eſſet.*

§. 56.) Piè Auguſtinus (*c*) *Eccleſiæ claves cœlorum datæ ſunt, cùm Petro datæ ſunt, & cùm ei dicitur, Amas me, Paſce oves meas, ad omnes refertur.* Ne verò quis nonniſi Apoſtolos pari conſortio honoris & poteſtatis, ut Cyprianus (*d*) loquitur, fuiſſe prædito s prætendat, non item horum ſucceſſores, ſed in unius Petri ſucceſſoribus reſediſſe poſtmodum omnia, ideo B. Ambroſius dicit: *Quas oves, & quem gregem non ſolus tunc ſuſcepit B. Petrus Apoſtolus, ſed & nobiſcum eas ſuſcepit, & nos cum ipſo ſuſcepimus.* (*e*) En nihil ſingulare conceſſum Petro! Etſi vel maximè quicquam fuiſſet datum, perſonale id fuiſſet, neque tranſiviſſet in ſucceſſores. Delirat itaque Rufus (*f*) quando Petrum Univerſalem Eccleſiæ Principem & Caput cæterorum facit, partim quòd à Chriſto delectus, partim quòd principi terrarum populo præeſſet. Aſt verò ubi delectus? Quando Romæ præſedit? quid Imperio, & quidem Gentili, cum Eccleſia? Annon Paulo juſtius hoc foret tribuendum? Quid ad ſucceſſores? Oppidò bene Libertas Gallica (*g*) *Paſce oves meas, ad omnes ſpectat Apoſtolos, & nonniſi paſtura ſpiritualis intelligitur: proinde quatuor primis ſeculis fuit inauditum, Papas vel Epiſcopos propter ſuam, vel Papalem dignitatem, vel Epiſcopalem ſuperioritatem temporalem in Reges & Imperatores quicquam prætendiſſe.* Benè pro Papa Cardinalis de Turrecremata (*h*) paſcere exponit, terrena ſubſidia, ſi neceſſe ſit, ſubditis providendo, adverſariis reſiſtendo, & errantes corrigendo. Θεολογικωτάτως!

§. 57.) Bellarminus, ut trinam Petri negationem & lapſum eludat, ait, tum nondum fuiſſe Summum Pontificem, ſed tum demum Eccleſiaſticum principatum ei fuiſſe commiſſum, quando Chriſtus dixit, *Paſce oves meas.*

R. 1.

c) in quæſt. V. & N. T. (d) tract. de unit. Eccl. can. loquitur Dem. 24. q. 11. (e) libert. Gall. T. 1. p. 553. (f) contra Carol. Molin p. 65. (g) T. 1. p. 417. (h) apud Cham. T. 2. l. 15. c. 2. §. 12. ſeq.

Digitized by Google

R.1.Ergo locus Matth.16.18.ad principatum Petro ſtabiliendum non quadrat.2.Si præſens locus eum principem faciat,ergo & reliqui principes erunt, atque omnis erroris expertes, quia idem illis traditum: Matth.28.19.20. Inſt.ποιμαίνειν,quo hoc loco utitur Chriſtus,regium eſt vocabulum. R.Lepidè ex paſtore regem,ex ſervo Dominum,aut verius Monarcham facit. Num verò ubique,etiam in presbyteris ita accipiendum, an heîc aliter? Nihil ergo de Petro Capite, multò minùs de Papa paſtore univerſali. Exigui proin ponderis Baronii(i)objectio: Ovile Chriſti unum,paſtor unus,idémque Petrus electus à Domino &c. Quandoquidem Chriſtus,Eccleſiæ ſuæ Caput,& ita unicum, ut alteri honorem ſuum poteſtatémve communicare penitus nequeat.Inſt.Petrus plus Chriſtum dilexit cœteris: Joh.21.15.ídque multis ſignis notiſſimum fecit. R. Reſpicit proculdubio Chriſtus ad temeritatem Pêtri,quando ante ejus paſſionem cœteris ſe prætulit, melioremque cenſuit. Atque ita imbecillitatem ei in memoriam revocare,& hoc ipſo æqualitatem confirmare vult; neque amplius tam arroganter reſpondit Petrus, ſed Domine,tu nôſti,quòd amem te. Verùm quid hæc etiam ad primatum? Quid ad Papam? Num illi diligunt Chriſtum? Copiosè de toto hoc loco Joh.21.Witak.de Pont.Rom.q.2.c.6.ſeq.Chamier.T.2.l.11.c.12.§.1.2. & l.13.c.3.§.39.ſeq.Alſted.de membr.Eccleſ.milit.cap.13.§.13. Cura Eccleſiæ annon etiam ad Magiſtratum pertineat 13. & 14. cc. Sadael. pag. 574.ſeq.& 691.ſeq.Vulſo lib.2.cap.4.& lib.5.cap.3.M.Ant. de Dom.lib.1.cap.8. & alii ſexcenti. Ann.34.

Alia Petri prærogativa.

§.58.) Alia Petri prærogativa,quando illi ſoli mors,nimirum crucis, prædicta à Chriſto.R.Neque ad primatum hoc facit,neque ſpeciem mortis indicat,neque ſoli hoc accidit,ſed & Zebedæi filiis: Matth.20.23. Chriſtus autem Petrum præmonuit muneri ſuo reſtitutum,aſperas ipſum in hac vita manere moleſtias.Neque tandem ſolus Petrus in cruce obiit.

Dotes Eccleſiæ.

Baronius (k) Chriſtum in extrema apparitione ſua Marci 16.v.15.ſeq.Luc.24.v.45.ſeq. duo reliquiſſe Eccleſiæ ſuæ dicit,unum operationem miraculorum, quæ communis omnium in ipſum credentibus; alterum Scripturarum divinarum intelligentiam, Apoſtolis tantùm peculiariter datam,quæ dona, eò quòd nonniſi in Eccleſia Catholica reperiri, nec ab ullis, qui foris ſunt,uſurpari poſſint,meritò *dotes* Eccleſiæ ſint à Patribus appellata: licet non in ſingulis fidelibus miraculorum gratia,nec cunctis Epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus,intelligentia Scripturarum, vel ſemper & ubique,ac in omnibus ſit conceſſa. R.Miraculorum donum extraordinariam in exordio N.T.fuiſſe gratiam pro fide confirmanda rectè aſſeveramus,neque tamen hodiéque metam divinæ voluntati & potentiæ ponimus,eſſe tamen nunc Catholicæ Eccleſiæ notam id negamus. At verò qualiánam illa tanta miracula,quæ tantopere jactitant?Ea Canus,(l)aliíque ex ipſis adverſariis, veri-

(i) §.208.*Spond.*§.59.(k)§ 213.*Spond.*§.60 (l)*Loc.com.l.*11.*c.*6.*à p.*335.

Digitized by Google

Ann.34. veritatis vi convicti,tibi pandent. Neque eo nos ſacer deducit codex, ſed ſuſpecta nobis eſſe potiùs vult, hinc etiam non aliò, quàm ad ſacram Scripturam B.Patres unicè provocant. Nimirum ergo miracula à Verbo haut ſeparanda ſunt,ſed ex doctrina judicanda,non autem doctrina ex miraculis; etiam ſcilicet mittendi erunt in infernum,qui miracula fecerint in nomine Chriſti: Matth.7.23. Vi hujus loci Caſalius (*m*) agnoſcit malos quandoque vera facere miracula. Quamvis autem rectè hoc loco diſtinguant docti,patet tamen ex confeſſione adverſarii,quid de illis ipſi ſtatuant. Conſule Theophyl.in Luc.9.2. Caſaub.exercit.16.cap.152. Alterum Baronii quod ſpectat, rectè divinarum Scripturarum intelligentiam,Apoſtolis tantùm peculiariter datam affirmat,nec malè gratiam S.Spiritûs ad omnes Apoſtolorum ſucceſſores aſtringi negat. Non igitur omnes Epiſcopi aſſequuti ſunt ſenſum & intelligentiam Scripturarum,vel eâ ſemper excelluerunt gratiâ. Quapropter ſi Papa Romanus membrum ſit Epiſcoporum eidem obnoxium eſſe periculo fateatur. Et certè plurium ſuorum Epiſcoporum ignorantiam & defectus fatetur: hinc eadem ſectione Patres meritò etiam rejicit,neque pro controverſiarum judicibus habet,cùm ait: *Sanctiſſimos Patres in interpretatione Scripturæ non ſemper in omnibus Catholica ſequitur Eccleſia.* Similia apud eundem ad an.31.§.24.an.34.§.185.an.60.§.20.an.369.§.24. En quo ſenſu Patres ipſi veniant! Nimirum ad ſolum unius Papæ judicium omnia referenda.(*n*)

Omnis Chriſto data poteſtas.

§.59) Chriſtus abiturus dicit: *Data mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*: Matth.28.18. Rectè hinc infertur: Ut Chriſtus inſtituit Miniſterium, ita quoque inſtituiſſet dominium, ſi aliquod eſſe debuiſſet. Inſt. Accepit Chriſtus poteſtatem in cœlum & in terram. R. At demum poſt reſurrectionem,& uſurpavit illam in adſcenſione ad cœlos,quod non pertinet ad Servatorem exinanitum: Luc.24.26. Philip.2.6.7.8. Hebr.1.3. Inſt. Diſtinguitur inter Caput Viſibile & Inviſibile. R. Negatur,quòd externum regimen Eccleſiæ non competat Servatori: Matth.18.19. cap.28.20. Marc.16.20. Act.1.24-26. cap.4.33.34.ſeq. Eph.4.11.12.13. cap.5.23.24. Claves Chriſtus à Patre accepit: Apoc.3.7. nemo autem alius; & claves tamen Chriſtus dedit,at non uni,ſed cunctis Apoſtolis,Eccleſiæque ſuæ,illæ verò non principatum, ſed miniſterium deſignant, hinc Emiſſarii & Servi Chriſti, quibus præcepit ea,quæ docenda & facienda. Meritò ergò & optimo jure Libertas Gallicana: (*o*) captioſum vitioſúmque horum vocat argumentum, qui ſic impiè Papalem omnipotentiam propugnant: Quia Papa vicarius Chriſti,ideò omnem habet in cœlo & terra poteſtatem,quandoquidem Chriſtus eandem quoque habuit. Ad hoc Benignus Milletot,homo Pontificius,ita reſpondet: *Dominus noſter*

m) de rit.vet.c.67.p.274. (*n*) *vid.Caſaub.exerc.16.c.153. Petr.Molinæ.Novit.Pap.l.1.c.47 ubi c.46 noſtrorum de hac re ſententiam fideliter refert. Contra quem gratis inſurgit Ieſuita Forerus: T.1.pag.524.ſeq. & 522.tot.*(*o*)*T.1 p.528.*

Digitized by Google

noſter poteſtatem incomprehenſibilem (infinitam) etiam in ſpiritualibus habuit, quam tamen nec in Petrum, nec in ejus ſucceſſores tranſmiſit, tranſmittereve voluit, unde eam poteſtatem excellentiæ, quæ in ſolo homine Chriſto fuit, Theologi vocant: non hanc tradidit Petro, ſed ſolummodo limitatam, pro adminiſtratione clavium regni cœlorum ad paſcendas oves, ad ædificationem, non ad deſtructionem. Quòd ſi Dominus ſpiritualem hanc ſuam poteſtatem non dedit Petro, quanto minus eam ipſi commiſit, quam in temporalia habet, ideò Joh. Pariſienſis (*p*) *Prædicatorii Ordinis Monachus: Unde, inquit, omnia argumenta, quæ ideò Petro aliquid tribuunt, quia Chriſtus hoc potuit, etiam in quantum homo, nullius momenti ſunt, niſi inveniatur expreſſum.* Eodem ſpectat, quod habet Tilenus: (*q*) *Ut tantò terribilius videatur in Pontifice temporalis poteſtatis telum, ſpirituali mucrone id præpilant, ajunt ſiquidem, Pontificem ratione ſpiritualis poteſtatis habere temporalem, eámque ſummam, quo quidem directè divinam eripiunt Chriſto, qui ſolus ſpiritualem poteſtatem habet in cœlo & in terra, quam neque cum Propheta, neque cum Apoſtolo ullo communicat. Ita Pontifex ubi viſum, politicos Principes, ipſóſque Imperatores de ſolio detrudit, in ordinem cogit, pedibus calcat, regna pro arbitrio transfert. Nec juvat Bellarminum, dum ait, indirectè hoc fieri, quia poteſtas aliqua politica ſit Chriſtiana: at poteſtatem, etiam quà politica, Eccleſiæ quoque ſubjectam eſſe idem clamat lib. 5. cap. 7. Unde ſequitur, etiam infideles Pontifici ſubjectos eſſe. Proinde in Turciam & Indias habebit poteſtatem. Adde, quòd Canoniſtæ non indirectam tantùm, ſed & directam poteſtatem in totum orbem Papæ tribuunt.* Porro neque Socinianorum ſophiſmata alicujus penſi faciendum, dum ex hoc loco nugantur, Filium non eſſe ſummum Deum, ſed minorem Patre, quia ab eo poteſtatem in omnia acceperit. R. Accepit ut Filius à Patre, & quà Mediator, non quà Deus ejusdem cum Patre eſſentiæ. Ann. 34.

§. 60.) Oportuit prædicari nomine Chriſti reſipiſcentiam ac remiſſionem peccatorum apud omnes gentes, incipiendo ab Hieroſolymis: Luc. 24. 47. confer Act. 1. 8. Ergo malè Eccleſiarum N. Teſt. matrem Romam vocant: malè in totum terrarum orbem exiviſſe ſonum illius volunt: vide Eſaj. 2. 3. quanquam Romæ in Evangelii propagatione nihil tribuendum neutiquam volumus, ei tamen, ſi radicem & caput ſpectes, Hieroſolyma longè præferenda. Olim ſanè hoc reſpectu metropoles in magna veneratione fuerant, utpote in quibus Evangelii prædicatio initium ſumpſerat, & inde etiam ad inferiora loca tranſmiſſum fuerat. Verùm ob uſum & ordinem politicum factum, ut tandem Eccleſiarum dignitas, & ſedes primariæ quoque ad rationem politicam fuerint inſtitutæ, adeò quidem ut Roma principem locum obtinuerit. Inde quoque accidit, ut ob regiam ſeu imperatoriam ſedem, Conſtantinopolis non modò in Patriarchatum evecta, ſed & altera Roma facta. (Concil. Conſtant. Can. 3. & alibi frequenter.) Et hæc cauſa fuit,

Evangelium unde exierit.

vide §. 67.

p) *tr. de poteſt. regia & Pap. c. 10.* (*q*) *diſp. part. 2. diſp. 37. §. 4.*

Digitized by Google

Ann. 34. fuit, quòd ipſis Hieroſolymis aliæ ſedes fuerint antepoſitæ. (r)

Apoſtoli æqualiter in terrarum orbem dimittuntur.

§. 61.) Chriſtus Matth. 28. 19. 20. Marci 16. 15. non unum Petrum, ſed omnes Apoſtolos æqualiter, ad omnes gentes, in univerſum orbem, cum iisdem mandatis & inſtructione dimittit, nec aliter Petrum, quàm reliquos Apoſtolos terrarum orbi præficit: quo quidem & vocationis, & miſſionis legitimæ requiſitum ob oculos nobis ponit, ſuóſque Apoſtolos non Dominos, ſed ſervos & miniſtros eſſe oſtendit. Unde inferimus, quia Eccleſia non uni ſoli plantanda, & regenda demandata, ſed pluribus, hinc ejus gubernationem non eſſe Monarchicam, ſed Ariſtocraticam, eandémque Caput Viſibile in his terris habere non debere, adeóque cadere prætenſionem, Chriſtum abeuntem ex his terris Caput Viſibile Petrum conſtituiſſe: cujus abſurditatem inde etiam probamus, quòd in nudum hominem hæc non cadunt. In univerſum orbem miſſi, non ergo vel omnes, vel quidam, vel ſolus Petrus Romam, ut ſedem ibi figeret. Non enim certam ſedem habuerunt Apoſtoli, nec uni loco affixi erant: quidpe mandatum Chriſti ſtudioſè exequentes, pervagati totum orbem, licet non negemus, diutius fortè uno in loco, quàm in alio conſediſſe. Ex ſuo ergo loquitur Caſalius (s) in hanc ſententiam: *Juſſu divino miſit Petrus Apoſtolos evangelizare per univerſum orbem, & Romæ, quæ erat caput orbis, imperii, & omnium civitatum, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis collocavit ibi ſedem ſuam.* At aliud longè quàm Leonis magni requirimus teſtimonium. Paulum alii Petro adjungunt: certiora ſanè de Paulo extant. Neque miſſos à Petro cœteros Apoſtolos Leo teſtatur, contrariúmque convincit præſens Chriſti ablegatio: neque etiam Petri, ſed Chriſti Legatos Apoſtoli ſe nominant. Ecquidnam verò muneris Chriſtus Apoſtolis demandat? Ut prædicarent Verbum. Jubet itaque, ut arma ſpiritualia adhibeant in convertendis hominum animis, non verò in debellandis aut perdendis, aut imperandis more ſeculi. Ποιμαίνειν & βόσκειν i. q. μαθητεύειν & διδάσκειν. Ut non unum omnibus præfecit, ita viciſſim non univerſos ad omnes, ſed hunc eò, alium aliò dimiſit diſcipulatum, i. e. ut diſciplina & fide imbuerent, ut annunciarent Evangelium, Sacramenta adminiſtrarent, clavium uterentur poteſtate. Omnibus Apoſtolis Dominus dicit: *Docete eos ſervare omnia, quæ ego mandavi vobis.* Unde quoque infertur, omnes Apoſtolos, perinde ac Petrus, Conciliis præeſſe ac præſidere debuiſſe. Pulchrè de Dominis (t) contra Turrecrematam: *Si fundamentum Eccleſiæ ille eſt, qui fratres in fide Luc. 22. confirmat, omnes Apoſtoli ſunt fundamentum Eccleſiæ, quidpe fratrum nomine omnes fideles ab Apoſtolis inſtruendi intelliguntur.* Ad rem etiam Anonymus: *Duplex forum in Eccleſia, alterum occultum, publicum alterum, quod in prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, & clavium uſu conſiſtit: ita ut omnes Apoſtoli immediatè à Chriſto juriſdictionem habuerint.* Non itaque à Petro. §. 62.

r) *Vid. Conc. Nicen. cap. 7. item Blondell. de Prim. p. 512. Confer Ant. de Urritigoyti de Cathedralibus Eccleſiis: Lugd. ſ. 1668.* (s) *c. 80 p. 325* (t) *l. 1. c. 6. §. 39.*

§. 62.) Ineptit pro more, quantusquantus eſt Turrecremata, quando temerè ait, Nulla autoritas, aut ratio probat, alios fuiſſe à Chriſto conſecratos Epiſcopos quàm Petrum: maximè quòd hæc verba *Paſce oves meas*, ultima Chriſti verba fuerint, quibus, quis factus ſit Epiſcopus, intelligatur. Cœcutit ergo miſer, quando tam amplam Chriſti valedictionem & inſtructionem non obſervavit, quando Apôſtolis mundum omnem, mortaléſque univerſos demandavit. Non ergo abs re quærit nonnemo: Cùm de ſede ac primatu Petri agitur, cur non conſiderant miſeri, Apoſtolos nullam certam ac fixam ſedem habuiſſe, ut poſtea & nunc Epiſcopi & Paſtores &c. Non dixit: Conſidete ſinguli in ſingulis urbibus &c. quà fide mandatum Chriſti præſtiterint, Apoſtolorum acta teſtatum faciunt. Naſutiſſimus hoc loco Bellarminus, cùm ait: Chriſtum in cœlum aſcendentem non commiſiſſe Eccleſiam gubernandam & congregandam Tiberio, ejúſque ſucceſſoribus. Unde concludit, Ergo Concilia à Magiſtratu politico non convocanda, nec illis præſidendum, nec concludendum &c. R. Munus paſcendi ſeu docendi demandatur quidem Apoſtolis, horúmque ſucceſſoribus: politica autem Eccleſiæ gubernatio & tutela, nec non puræ doctrinæ cœleſtis patrocinium, omnib. Regib. & Principibus terræ longè ante aſcenſionem Chriſti demandatum graviſſiméque injunctum eſt. Quòd verò Tiberius aliíque Evangelium non foverint, in hoc officio ſuo defuerunt. Ann. 34.

§. 63.) *Docentes eos ſervare omnia, quæ præcepi vobis:* Matth. 28. 20. Non itaque hominum mandata in Eccleſia poſſunt obligare conſcientiam noſtram. Inſt. In iis, quæ mandavit Dominus, illud etiam eſt, ut ſerventur præcepta Prælatorum, dum ait, *Qui vos audit, me audit.* R. Nihil novi mandavit, omne novum prohibuit, nihil novi docuerunt Apoſtoli: confer Joh. 14. 26. Inſt. 1. Cor. 6. 12. *Ego dico, non Dominus.* R. Nihil præcipit, quod non Dominus; ratio verò, quòd ita Paulus loquitur, quia nullum diſertum Chriſti mandatum, nulla expreſſa lex hac de re habeatur, quemadmodum de faciendis divortiis. Et verò etiam, quia ſingulariter acti à Spiritu S. B. Apoſtoli, aliam longè cum ipſis, quàm cum ſucceſſoribus, rationem habet.

Adeſt Eccleſiæ Chriſtus.

Ego vobiſcum ſum omnibus diebus &c. Ergo Chriſtus neque inter abſentes, neque inter mortuos reputandus: Proinde Viſibili Capite Eccleſia non indiget. Ad hæc Milletot Conſiliarius Regius Pontificius: (u) *Quanquam Eccleſia nomen totum denotat corpus, unà cum Capite Matth. 18. 17. Dic Eccleſiæ (ubi nomen collectivum urget) negari tamen non poteſt, duo eſſe Capitum genera, unum eſſentiale, quod eſt D. N. J. Chriſtus, qui tam Caput Eccleſiæ, quàm ſponſus ſuæ ſponſæ exiſtit: Eph. 5. 23. c. 1. 22. ſine quo Eccleſia ſubſiſtere nequit: Matth. 28. 20. alterum caput ſubordinatum eſt Papa, qui quandoque ſine corruptione & interitu Eccleſiæ poteſt non eſſe in Eccleſia, utpote cùm formatum ſchiſma inter Papas rejectaneos exiſtit, vel ſi Papa legitimus moritur: in quo caſu*

Q

u) *in Libert. Gall. T. I. p. 554.*

Ann. 34 *caſu abſurdum, imò impium foret dicere, quòd Eccleſia ſit acephalos, & deſtituta ſapientia, charitate & ſimilibus, inpr. ſi Univerſalis Eccleſia conferatur cum particulari, licet ſit caput univerſalis &c. quandoquidem toti Eccleſiæ ſapientiæ & charitatis ampliſſimæ promiſſiones ſunt factæ &c.* Inde ergo rectè concludunt noſtri: uti claves, ita & Chriſti præſentia, Spiritûs item S. aſſiſtentia omnibus ex æquo Apoſtolis promiſſa. Eccleſia igitur dignior eſt Papa, quia hic eſt propter illam, & Eccleſia eſt ſtabilior ac diuturnior, incorrupta item & pura, cùm Papa ſæpe ſit impurus. Ita Papa errare poteſt: at Eccleſia Catholica, & Concilium, ex hypotheſi adverſariorum, errare nō poteſt. Unde Orig. in Rom. 15. annotat; *Nulli Apoſtolorum dictum eſſe ſingulariter, & nulli fidelium, Ero tecum, ſed multitudini Eccleſiarum pluraliter, Ero vobiſcum. Unde futurum perpetuò cum Eccleſia Chriſtum intelligimus.* Et Chriſtus non uni alicui, ſed multitudini credentium paracletum promiſit, qui cum eis permaneret, & non ſineret aberrare. Neque tamen hinc infertur rectè, Concilia Pontificia non errare, niſi prius demonſtratum fuerit, ea Chriſtum habere præſentem & faventem. Quomodo autem Chriſtus adeſt, ubi ille non permittitur ſolus eſſe, & ſupremus præſes? Ac ſi omnino hi contendant, Chriſtum adeſſe ſuis Conciliis & judicibus, veras ſententias inſpirare, dicant num illud mediatè fiat, an immediatè.

§. 64.) Rectè itaque meritóque hinc noſtri contendunt, potiùs adverſarios debere impeccabilem facere Catholicam Eccleſiam, ac proinde quicquid tenet, credit, docet, quocunque tempore, normam, regulámque certam credendorum eſſe debere. At exempla praxíſque docet Eccleſiam Catholicam, ſaltem ſecundùm majorem ſui partem labi poſſe: adeoque hoc loco Catholica ſeu Univerſalis Eccleſia à particulari probè diſtinguenda, ut & viſibilis ab inviſibili. Haut itaque audiendus Bellarminus, quando vi præſentis loci, Eccleſiam in his terris errare non poſſe infert, maximè in Synodis Generalibus: tum quòd omnia in unum Papam reſolvit, ſeu cujus approbationi omnia ſubiicit, tum quòd ſæpe erráſſe palàm eſt. Adhæc ipſe fatetur, Epiſcopos ſeorſim & ſingulos errare poſſe; cur non igitur etiam collecti? Neque talia Concilia tota ſunt Eccleſia, ſed illius nónniſi quædam pars, imò ſæpe ne pars quidem fuerunt, ſed Eccleſia falſa. Vicarium ſanè abs Chriſto Eccleſiæ non datum fortiter ex hoc loco concludimus, quandoquidem illi demandatur, qui vel per abſentiam, vel per imbecillitatem & impotentiam rebus ſuis ſupereſſe non poteſt. At nullum in Chriſtum cadit. Vicarius inſuper eſt, qui alterius vicem, non ſuum gerit officium. At Papa non vicem gerit Chriſti, niſi quatenus Ἀντίχριστος. Et qui vicem gerit alterius, ille officium ejus adminiſtrat. Verùm officium Chriſti non eſt poſt ſuam aſcenſionem extrinſecè annunciare Verbum Evangelii, & adminiſtrare Sacramenta; quia hoc eſt officium Miniſtrorum Eccleſiæ: 1. Cor. 4. 1. 2. & ſic hodiéque exercetur externum illud Miniſterium nomine Chriſti: h. e. illius

illius auctoritate, ſed non vice ejus. Ita neque Vicarios ſe, ſed Miniſtros & Legatos Apoſtoli vocârunt. Et quia, ex ſententia juris ipſorum, Vicarius Vicarium facere non poteſt, Papa, qui Petri Vicarium ſe profitetur, Chriſti Vicarius non erit, certè non immediatus. Profectò ſi ullus erit Vicarius Chriſti, omnes legitimi Eccleſiæ paſtores Vicarii erunt: Act. 20.28. 2. Cor. 5. 20. Ann. 34.

Plura facta, quàm ſcripta: eadem ratio cum dictis Chriſti: Joh. 20. 30. 31. Ad quæ rectè Baronius: (x) *Enarrârunt Evangeliſtæ quantum ſatis eſſet ad fidem aſtruendam, quòd Ieſus eſſet Chriſtus, Filius Dei vivi:* Adde: *Et ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.* Etſi ergo plura aut dicta, aut facta ſunt, quam ſcripta, tamen nihil obſtat, quia diverſa non fuerunt, & hæc ipſa ſcripta, quæ extant, ſufficiunt. Inſignis ergo perfectionis, authoritatis, neceſſitatis, utilitatis &c. S. Scripturæ commendatio. Hinc patet fidei objectum id eſſe, quod Verbum Dei nobis proponit: finem & Dei gloriam, & animarum quoque noſtrarum ſalutem.

§. 65. CHRISTUS itaque fideliſſimus noſter Servator, abſoluto redemptionis negocio, in cœlos aſcendit, mundùmque corpore ſuo reliquit, rediturus demum noviſſimo die. Aſcenſionis hujus veſtigia in monte oliveti relicta & à peregrinantibus viſitata, vide Hieronymi, vel quiſquis ſit autor, libellum de locis Hebraicis. Tum autem demum Aſcenſionis dies peculiare cœpit eſſe feſtum ex quo Quinquageſima ceſſavit. De eodem feſto Hoſpin. ad 13. Maii. Ex hac Chriſti exaltatione rectè concludimus, regium ejus officium nec Papæ, nec ulli alii creaturæ communicabile. Non reliquiſſe autem nos orphanos: Joh. 14. 18. ſed paracletum ante abitum promiſſum, reapſe illis decimo ab aſcenſione die miſiſſe, Apoſtolorum acta teſtantur. ut autem Deus maxima beneficia per Filium generi humano præſtita, in majoribus Judæorum ſolennitatibus, quaſi coram omnium oculis exhibere voluit, ſic & miſſio alumni Spiritûs ipſo Pentecoſtes feſto accidit, inpr. ut immanem Evangelii cum Lege diſcrepantiam grati agnoſceremus. Hinc feſtum pentecoſtes, vulgò in Chriſtiano orbe annuatim celebrari ſolitum. Pentecoſte à Gr. πεντηκοστή: ſc. quinquageſima ſcil. dies: quia quinquageſima poſt primum paſcha die, ſeu exitum Iſraëlitarum in V. T. Lex Dei in monte Sinai promulgata: in N. autem Teſt. eodem à noſtro paſchate die effuſus Spiritus S. in Apoſtolos: inde Ger. Pfingſten / quod proinde malè nonnullis à veteri Celtico Jovis epitheto Pen / vel Pin. Dictum etiam feſtum שבועות hebdomadarum: Ex 34. 18. Lev. 23. 27. Deut. 16. 19. quia poſt ſeptimam à Paſchate hebdomadam celebrandum fuit. Aliter ſolennitas primitivorum ſeu primitiarum, quia iſto tempore oblatæ primitiæ, vel panes de novis frugibus: Lev. 23. 10. Num. 28. 26. in memoriam tum legis latæ, tum Dei bonorum omnium datoris, tum & legis Spiritûs in hominum cordibus ſcribendæ. Antiquum eſſe feſtum N. T. ex can. 43. Concilii Eliberit. anno 305. celebrati patet. Paſcha apud

Aſcenſio Chriſti in cœlum.

Pentecoſte.

x) §. 223. *Spond.* §. 71.

Ann. 34. apud Judæos integro octiduo actum, Pentecoſte autem biduo, qui ramis virentibus adhuc omnia ſternunt, corollas virentes capitibus ſuis imponunt, eò quòd olim in monte Sinai, quando Lex promulgata, omnia viruerunt. In Concilio Conſtantienſi conſtitutum ut feſtum tam Pentecoſtes, quàm Paſchatis tribus diebus celebraretur. Octava Pentecoſtes, quaſi appendix pentecoſtalis feſti, alias feſtum SS. Trinitatis dictum. Durandus (*y*) Gregorio IV. qui vixit anno 834. nulla tamen auctoritate tribuit. Evangelium hujus feſti non de SS. Trinitate, ſed de regenerationis myſterio agit.

De Chriſto teſtimonia: Pilati.

§. 66.) Non tantùm Evangeliſtas hiſtoriam de Chriſto, ſed & Pilatum ipſum Epiſtolâ ad Tiberium poſt ſe reliquiſſe, apud Hegeſippum in ſua anacephalæoſi (*z*) volunt. Hos inter Eutychius Patriarcha Alexandrinus (*a*) *Pilatus inquit, certiorem Tiberium per literas fecit, tum de Chriſti, tum de diſcipulorum ejus miraculis, unde Tiberius in Chriſtum Dominum credere voluit, ac religionem Chriſtianam publicare, at ſequi in hoc ipſum noluerunt comites ipſius.* Tertull. in Apolog. c. 21. *Ea omnia ſuper Chriſto Pilatus, et ipſe jam pro ſua conſcientia Chriſtianus, tunc Tiberio nunciavit.* (*b*) Uſſerius (*c*) ex ejuſd. Euſebii Chron. ad an. Tiberii vel ult. vel penult. *Pilato de Chriſtianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera ſacra reciperetur; ſed Senatus reſtitit, quia, ex conſulto Patrum, Chriſtianos eliminari urbe placuiſſet. Tiberius tamen per edictum accuſatoribus Chriſtianorum comminatus eſt mortem, ſicut Tertull. Apol. c. 5. ſcribit.* Hanc autem Evangelii prædicandi occaſionem divinitus contigiſſe Eccleſiæ, docet Euſebius l. 2. c. 3. & longè lateque divulgatum Theodor. l. 9. (*d*) Eam epiſtolam apud Bar. §. 228. Spond. §. 62. vide, item in Biblioth. Patr. edit. Baſil. præf. p. 8. & 11. in opere à p. 1. De ſuppoſititiis autem actis in cauſa Chriſti Bar. §. 230. & Spond. §. 63. rectè monent.

Joſephi.

Joſephi teſtimonium de Chriſto in ejus Antiq. l. 18. c. 4. habebis. Dum autem Baronius Judæis, quibus teſtimonium Joſephi de Chriſto ex vetuſtis Codicibus abraſum commemorat, perfidæ impudentiæ notam inurit, æquo animo feret, ſi ſuorum etiam Rabbinorum fidem atque pudorem, in tractandis veterum monumentis, eodem hîc elogio ornamus. Plura Caſaub. exerc. 16. c. 154. Annon fortè Cardinalis unum Joſephum pro altero, Gorionide ſcilicet accipit?

Acta Apoſtolorum.

Hactenus corporalem Chriſti his in terris præſentiam & regimen ex Evangeliſtis vidimus, actus nunc Apoſtolorum, ac primitivæ Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ ratio & adminiſtratio ſeſe offert. Quemadmodum autem Latini ad traditiones ſuas obtrudendas (quales habes apud Baron. à §. 230. & Spond. à §. 63.) imperfectionis h. e. negligentiæ Evangeliſtas accuſant, ita neque Lucæ fideliſſimo actuum Apoſtolicorum conſignatori, neque cæteris parcunt, maximè ut Viſibile Caput loco Chriſti in cœlos digreſſi in

y) *l. 7. rationalis temp. c. 24.* (*z*) *p. 209.* (*a*) *p. 324.* (*b*) *vid. Oroſ. l. 7. c. 4. p. 516. confer Bar. ad an. 33. §. 48.* (*c*) *Antiq. Brit. c. 1. p. 4.* (*d*) *vid. Korthols. de perſecut. à p. 7.*

in ſcenam producere queant. Apoſtolos non omnia Evangelicæ fidei capita in ſcripturas contuliſſe clamitant. (*e*) Verùm quis non videat in Actis Apoſt. doctrinam Chriſti retentam, fideliter propoſitam, atque primitivæ Eccleſiæ faciem accuratè fuiſſe depictam? Oſtendant tandem ex autenticis monumentis, vel dictu, vel facto ad ſalutem neceſſarium quodnam prætermiſſum. Confer act. 1. 1. Haut ſanè inviti illa, quæ ad ſalutem noſtram minus neceſſaria ſunt, à Spiritu S. in Actis præterita, in iiſd. autem Petri & Pauli geſta inpr. recenſeri cum Baronio fatemur, ex quibus Petrum cum cœteris æqualem Apoſtolum, & Paulum illis non inferiorem fuiſſe cognoſcimus. Quamvis verò, ſi temporis ordinem ſpectes, quo ſcriptus hic liber, poſterior ſit pleriſque Pauli epiſtolis: Act. 28. 30. propter ſeriem tamen hiſtoriæ hîc ejus ſit initium? Scopus autem fuit, ut origenes naſcentis Eccleſiæ, & doctrinæ capita conſcriberet. Prima ejus pars Eccleſiæ in Judæa ex Judæis collectæ exordium octo capitibus complectitur. Secunda dilatationem & propagationem Eccleſiæ inter Gentes à 9. c. ad 16. deſcribit. Tertia varias Pauli peregrinationes, per Aſiam, Græciam, aliáſque Regiones ad c. 20. memorat. Quarta, varia incommoda & miſerias, quæ eidem Apoſtolo diverſis in locis contigerunt: à c. 20. ad finem. Ann. 34. *Partitio Actuum Apoſt.*

§. 67.) Lucas ſectator Pauli & omnis ejus peregrinationis comes, Actus Apoſtolorum, juxta Hieron. (*f*) Romæ conſcripſit, in quibus uſque ad biennium Romæ commorantis Pauli pervenit i. e. uſque ad quartum Neronis annum. Idem Lucas Evangelium & acta Theophilo inſcripſit, quod nomen aliqui faciunt proprium, alicujus in Achaja Magiſtratûs, quem Lucas ad fidem traduxerit & baptizârit: alii appellationem cujuslibet hominis pii & fidelis, cujus videl. eſt Scripturam nocturna verſare manu, verſare diurna. Olim quoque ferebatur liber de *Periodis* ſeu *Circuitibus Pauli & Thecla* Lucæ adſcriptus, ſed has Periodos presbyterum quendam in Aſia à ſe confectas fuiſſe amore ſpeciali, quo erga Paulum flagrabat, confeſſum fuiſſe refert Tertullianus, & ex eo Hieronymus in Catalogo: qui inſuper pro ſuo illo favore erga cœlibatum addit, Lucam vixiſſe cœlibem 54. annos. An martyrio fuerit coronatus dubitat Baronius in Martyrol. ad 18. oct. viſe Hoſpin. ad dictam diem. *Lucas. Theophilus. Pauli & Tecla Periodi. vid. an. 61. §. 2.*

Abiturum Dominum interrogant Apoſtoli: *Domine, an hoc ipſo tempore reſtitues Regnum Iſraëli?* Act. 1. 6. Et emendandi & inſtruendi omnino hoc loco fuiſſent errantes & interrogantes diſcipuli à diſceſſuro doctore ſuo, quamnam majoritatem inter ipſos eſſent habituri. Ipſe verò omnibus ſimul æquè curam Eccleſiæ ſuæ ultimis verbis v. 8. committit, ut tandem ceſſarent de primatu inquirere. Hinc Petrum quoque in doctrina erraviſſe clarum fit. Igitur Chriſtus aut non oravit, ne Petrus in doctrina erraret, aut

e) *vid. Bar.* § 235. *Spond.* §. 65. (*f*) *de Script. Eccl.*

Ann. 34. aut non aſſecutus id, quod petiit, id quod blaſphemum. Petiit ergo, ut Petrus à fide juſtificante, ſeu defectu finali non deficeret.

Non eſt veſtrûm nôſſe tempora &c. Act. 1. 7. Eos ergo Chriſtus non ad præſens, ſed ad futurum tempus, ad diem ſcil. noviſſimum relegat: Confer Matth. 24. 36. & 44. Marci 13. 32. 1. Theſſ. 5. 2. 2. Pet. 3. 10. Neque tamen impedit, quò minus Chriſtiani tum in genere de inſtanti judicio (1. Pet. 4. 7. Jac. 5. 8.) tum de præſente Antichriſto ſeriò cogitent. Chiliaſtas tamen & judiciarios Aſtrologos toto corde averſamur. Adi Auguſt. Epiſt. 78. ſeqq.

Teſtes eritis Hieroſolymis &c. vid. §. 60.

Chriſtus hoc capite diſcipulos omnes æqualiter tractat, inſtruit & docet: v. 3. æqualia dat mandata: v. 4. æqualiter Spiritum S. promittit: v. 5. & 8. æqualiter omnes in toto orbe teſtes facit: v. 8. omnes communi nomine de regni reſtitutione interrogant: v. 6. ita communi cœtûs Apoſtolici nomine agitur: v: 15. 21. 23.

§. 68.) Non tantùm Act. 1. 13. Apoſtolorum nomina accuratè recenſentur, ſed etiam ut in Judæ proditoris locum alius ſubſtituatur, adeoque numerus duodenarius perfectus eſſet, magna ratio habetur. Congregati erant σὺν γυναιξὶ, cum uxoribus meliùs, quàm cum mulieribus: vid. Oecum. Conf. 1. Cor. 9. 5.

Primum N. T. Concilium. Act. 1. 15. primum N. T. Concilium faciunt aliqui. Secundum quando Act. 6. ſeptem Diaconi conſtituti. III. Quando Act. 15. legalia inſtituta adverſus judaizantes abrogata ſunt. IV. Concilium Hieroſ. Act. 21. 18. V. Fictum Petri Antiochenum, de quo ſuo loco. (g) Staravolſcius (h) quatuor ponit, idque rectè, juxta communem antiquorum fidem, quâ jure illud Antiochenum eliminatur. (i) Sequitur T. 1. Concil. edit. Pariſ. init. In his exempla, formæ, imagines, ac ceremoniæ certæ Conciliorum, tam Generalium, quàm Provincialium traduntur; poſtea per S. Patres, & Eccleſiæ Catholicæ poſteros obſervandæ: utpote dum in hoc exemplum proponitur orandi in Conciliis. Thraſonicè de primo hoc congreſſu adverſarii, abſque tamen cauſa, gloriantur: Primus, inquiunt, Petrus ab aſcenſione Domini, curam Eccleſiæ, ſeu crediti ſibi gregis ſuſcipiens, concionem habuit, primus de alio ſubſtituendo proponit. (i) R. Tota iſthæc hiſtoria nullum planè Monarcham facit, nihil hoc loco ex imperio fit, nihil propria authoritate, omnia cum conſenſu geſta. Unde diſcas, licet Apoſtoli extra ordinem à Chriſto vocati, & ſingulari poteſtate divinitus inſtructi eſſent, præ omnibus hodiernis viris Eccleſiaſticis, nunquam tamen abſque conſenſu totius Eccleſiæ, quenquam ad Miniſterium S. vocâſſe: conf. Act. 6. 2. c. 14. 23. &c. Petrus hoc loco fratres appellat tum Apoſtolos alios, tum diſcipulos & fideles, eodem loci numero quaſi CXX. collectos: nec alium Apoſtolum

Matthiæ electio.

(g) ad an. 43. (h) initio de Conc. (i) Dallæ in pſeudepig. l. 3. c. 23. à p. 701. (i) libert. Gall. T. 1 p. 548. Bar. §. 237. Spond § 66.

Iam Judæ loco ipſe inſtituit : ſed tantùm cum aliis omnibus convenit,ut duo ſtatuerentur,& cùm jeciſſent ſortes,(non Petri mandato,ſed omnium conſenſu & authoritate)atque ſors cecidiſſet ſuper Matthiam, ille communibus ſuffragiis allectus eſt.Aſt quid hodie Papa? Ordinationes Eccleſiæ ſibi tribuit,annatas colligit,permutationes beneficiorum,ut vocant,pecuniâ numeratâ approbat : ſe omnibus ſuperiorem facit:infulas vendit: jam pridem filios Eccleſiæ,quos per opprobrium Laicos vocat,à nominationibus & electionibus Epiſcoporum removit , abrogatis veteribus canonibus: confer Concil.Trident.Seſſ.7.de Sacram. can.8. Imò quid Clericis ipſis reliqui fecit?Ab hac electione ineptè Clericorum nomen deducunt, quia hoc loco ſingulare exemplum,Apoſtoli nimirum , neque omnes eodem modo eliguntur.Vide c.Cleros.d.21.c.duo 12.q.1.inpr 1.Petr.5.2.3. Ann.34. *Clerici unde.*

§.69.) Rectè in hunc locum Chryſoſtomus(*k*):*Cur non ſolus Petrus à Chriſto poſtulavit,ut ipſi daret aliquem ſubſtituendum in locum Judæ? Deinde cur non potiùs per ſeipſos efficiunt electionem? Jam Petrus erat ſeipſo melior.* Conſentit Cyprianus Ep.68 ad Clerum & plebes in Hiſpania. Commune Eccleſiæ regimen fuiſſe totus contextus clamitat, ita ut προσευχὴ Apoſtolica modeſtius excogitari nihil potuerit, concepta à Petro, qui, Chryſoſt. teſte,os Apoſtolorum fuit.(*l*)Oratio omnibus tribuitur,ut & ſortitio,προσευξάμενοι εἶπον,ἔδωκαν κλήρους: v.24. & 26. Nullum hîc abſolutæ poteſtatis veſtigium: Petrum participati cum Eccleſia ceu cum fraternitate conſilii non puduit.Nulli hîc Cardinales. Etſi de Apoſtolo h.e. de ſummi gradûs Miniſtro eligendo negocium erat,communi tamen conſilio id fit: licet duo occurrant,ſchiſma tamen,uti perſæpe in papali electione factum,nullum oritur. Imò ne Laici quidem, quos vocant,ab electione excluduntur,ſed jus ſuum & locum obtinent: diſcipuli univerſi adunati ἔστησαν δύο(v.23.) προσευξάμενοι ἔδωκαν κλήρους: (v.24.26.) Num heîc Papa ſupra Concilia ? Ita ſe Petrus cœteris non præfert,ut ſe illis apertè adnumeret: *Adnumerabatur* (Judas)*nobiſcum,& accepit ſortem miniſterii hujus*: v.17.item: *oportet unum fieri nobiſcum teſtem*: v.22. Si vicarius Chriſti unicus fuiſſet Petrus,ipſe ſolus,ad morem Chriſti: Luc.6.13. Apoſtolos elegiſſet. Ecquid verò poſtea, etiamſi propoſuerit : ſiquidem totus cœtus obtulit duos non ſoli Petro, ſed XI. Apoſtolis,atque poſt fuſas preces,non ſolus ipſe unum ex duobus elegit,ſed jacta ſors ab Apoſtolis , ſeu potiùs à cœtu univerſo.

§.70.) Sorte itaque electus Matthias communibus calculis XI. Apoſtolorum collegio fuit allectus: v.23. Et Matthiam & Barſabam è LXX. diſcipulorum numero fuiſſe Hammondus(*m*) non dubitat,nimirum ut Epiſcopos à presbyteris gradu differre,& illos Apoſtolorum,hos LXX. diſcipulorum ſucceſſores eſſe obtineat.At probare,non fingere debebat. Plures ſane

k) *Homil. 3. in acta.* (*l*) *in Ioh. hom. 88. in acta hom. 4.* (*m*) *de Epiſc. diſſert. 3. p.152.*

Ann.34. ſanè cum Chriſto etiam verſati,qui nec Apoſtoli,nec è LXX. numero extiterunt.Gratis ergo,& bis térque fruſtrà novam Petro ἐξοχὴν ſeu prærogativam ex hac hiſtoria faciunt. Quid enim? Conſuléſne & Tribuni Rom. Senatum convocantes propterea Domini Reipublicæ habiti ſunt? Nec tamen Petrus convocâſſe cœtum fertur.A nemine fuit indictum hoc Concilium,ſed propter metum Judæorum in cœnaculum ſeſe ſtatim poſt Chriſti aſcenſionem receperunt.Unde nec adnumeratur Conciliis ab aliis,quia extraordinarius conventus non fuit. Inſt. Petrus in medio ſurrexit. R.Nihil hîc aliud,quàm ipſe actus,uſitata Scripturæ phraſi,intelligitur.Ac licet,ceu Antiſtes & ſenior,reliquorum rogatu ac conſenſu, vel divino inſtinctu ſeu juſſu hoc fecerit,nihil tamen obtinent. Quare verò Petrus non per ſe, ne Diaconos quidem creavit ſeu inſtituit: Act.6.2.5 6. Inſt. Remiſit forté aliquid de jure ſuo.R.At quorſum? Debuit tueri jus ſuum,& in omni Eccleſiaſtico negocio ſe principem,& Chriſti Vicarium oſtendere. Inſt. Nullus Petri orationi contradixit.R.Quia concordes,& communis cauſa communi cum conſenſu agebatur.Nihil autem nos Chryſoſtomi oratoria movet: neque inde quicquam aliud,quàm quod modò conceſſum eſt,probant, ita ut inanis ſit Baronius §.237.cum ſuo epitomatore §.66.

§.71.) Dicant adverſarii quid velint, utrum Epiſcopi propria poteſtate ſacerdotes eligant & ordinent, an delegatâ ab Eccleſia, quam tamen Eccleſia non poſſit exercere ſine miniſterio Epiſcoporum. Alia inſuper ratio,quando quædam Eccleſia jam habet ſuos ordinarios miniſtros,quorum operâ ordinatio fieri debet; id quod tamen non ſuo,ſed Eccleſiæ nomine faciunt; alia verò ratio, quando deſtituta Eccleſia omni Miniſterio alióque ſubſidio,tum illa ipſa conſulere ſibi & proſpicere poteſt. Sanè etiamſi Apoſtoli & viri Apoſtolici ordinârint in Eccleſia paſtores, id tamen non ut Domini, ſed ut Miniſtri, non ſuo, ſed Eccleſiæ nomine fecerunt: conf. Matth.18.17.inprimis autem præſentem locum,ubi Matthias communi Eccleſiæ calculo fuit allectus & ordinatus. (n) Igitur ex v.23.& 24. patet nonnullam poteſtatem fuiſſe Eccleſiæ totius in electione paſtorum ſuorum. Conſentiunt Orthodoxi, totum corpus Eccleſiæ, & omnia ejus membra, poteſtatem aliquam nominandi, vel eligendi paſtores habere, aſſentiendi ſaltem,vel diſſentiendi, approbandi vel improbandi eos, qui proponuntur, quod illis & in Apoſtolica Eccleſia, uti hoc in loco,ſic cap.6.v.3.5.6. & ſequentibus aliquot ſeculis integrum manſit, ante ſtabilitam Antichriſti tyrannidem. Unde hodiéque per Diaconorum,& quandoque per Seniorum aliorum,qui antehac iſti muneri præfuere, convocationem, ad electionem paſtoris,plebis jus multis in locis repræſentatur,ſervatúrque ſimul.(o) Ad hunc locum Libertas Gall. (p) ex ſenſu com.Pontif. *Si unus Petro reſiſtere auſus*

(n) *Paienus contra Arnold.part. 3.cap.9.pag.199.ſeq.& 213.* (o) *Spanhem. ad Buchanan pag.14.* (p) *T.1.pag.551.*

auſus, quidni tota Eccleſia? Unde in Scriptura tria Apoſtolica habemus Concilia, ex quibus diſtinctè notare licet differentiam primatûs B. Petri, ab abſoluta poteſtate totius Eccleſiæ: ſcil. Act. 1. & 6. & 15. ubi omnia communi ſententiâ deciduntur & perficiuntur. Ibidem (q) in propoſitione Parlamenti Regi Lud. XI. anno 1461. facta: *Quanquam Petrus Vicarius eſſet Chriſti, & Caput Eccleſiæ, tamen poſt mortem Judæ reliqui communi calculo in electione egerunt, & ſors cecidit ſuper Matthiam.* Licet ergo ſorte electus, tamen συγκαταψήφισμα totius cœtûs fuit. Apoſtolus igitur Matthias ſuam authoritatem & confirmationem non habuit à Petro, quia à toto cœtu, vel magis voce divina fuit electus. Multò igitur minus cœteri Apoſtoli ab eodem Petro ſuam accepere jurisdictionem, ſed revera à Chriſto. Non autem fruſtrà Spiritus S. Apoſtolorum acta conſignare, nobíſque relinquere voluit. Ann. 34.

(§. 72.) Cœnaculum, (οἶκος act. 2. 2.) in quo conjuncti Apoſtoli expectârunt promiſſum Spiritum ſanctum, Eutychius Patriarcha (r) Sihonis vocat, ſubjungens, diſcipulos quotidie ſepulchrum & locum crucis adiiſſe. Unde Judæi, ſi locus ille non occultetur, futurum veriti, ne in ipſo erigatur ædificium: pulvere ergo obrutum obtexiſſe, adeò ut magnum fuerit factum ſtercorarium. Verùm hæc, ut & alia his ſimilia, ἰδιωτεία ſcriptoris relinquimus, quis enim ſibi tandem imaginetur, tantam ſibi diſcipulos libertatem ſumere auſos? Non gratis autem, neque ſolus, aut primus Sihonis cœnaculum vocat: inde Ludolfus in fine Lexici Æthiopici ad confeſſionem Claudii R. Æthiopum, notâ 9. *Valdè probabilis*, inquit, *ſententia eorum, qui ſtatuunt Apoſtolos ἐν τῇ πεντηκοστῇ non in domo aliqua privata, ſed in templo congregatos fuiſſe. Licet enim Act. 2. 2. per τὸν οἶκον non una ex tribus illis præcipuis Templi partibus, ubi preces & ſacrificia fiebant, intelligatur; tamen auditorium quoddam intelligi poteſt, quorum plurima juxtà ædificata & templo contigua erant. Inde oratorium Zyonis in Claudii confeſſione. Sic in Liturgia Dioſcori Patriarchæ Alex. Chriſtus poſt reſurrectionem apparuit diſcipulis congregatis in atrio Zyonis. Quid ſi Tertull. de præſcr. c. 7. dictum huc quadret, cùm inſtitutionem Chriſtianorum de porticu Solomonis eſſe ait, Alii ad Act. 5. 12. ſeq. applicant.* Huc accedit, quòd multitudo ſpectatorum & auditorum mox præſtò fuit, coram qua Apoſtoli ſe ſtiterunt. Servatorem noſtrum, dum in his terris ſancto corpore ſuo verſaretur, Templum Hieroſol. ut & ſynagogas Judæorum frequentâſſe, Evangeliſtæ teſtantur. Statim ab aſcenſione Apoſtolos à monte oliveti reverſos Hieroſolymam, aſcendiſſe in cœnaculum (εἰς τὸ ὑπερῷον) ibique in precibus & ſupplicationibus perdurâſſe Lucas act. 1. à v. 13. atteſtatur. Verùm quia ſynagoga Moſaica, ſeu Lex Ceremonialis nondum penitus fuerat abolita, Templum Hieroſol. etiam deinceps nondum omnino averſati fuerunt, maximè quia Chriſtiani Templa tum nondum habuere, ac ſine Judæorum periculo clàm, in occultis etiam locis, vix ac ne vix quidem

(q) pag. 31. (r) pag. 323.

Ann.34 convenire licuit. Sublato in cœlos Domino, diſcipuli in Templo διὰ παντὸς verſati ſunt: Luc. 24. 53. Uncti Spiritu καθ' ἡμέραν προσκαρτήρησαν ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ: act. 2. 46. Petrus & Johannes ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, c. 3. 1. ita deinceps ex c. 4. 1. c. 5. 13. & 20. & 42. c. 9. 20. cap. 13. 5. & 14. cap. 14. 1 cap. 17. 1. Id quod in hunc finem ab iiſdem etiam factum, ut arreptitia occaſione, populum quoque docere poſſent, quam ob cauſam Deus per eoſdem quoque miracula edidit. Neque prætereundum hoc loco, nullibi indicari, Apoſtolos in locum vel paſſionis, vel ſepulturæ orandi gratiâ conceſſiſſe, etiam propriis templis, ſeu oratoriis deſtitutos. Fruſtrà ergo Caſalius(ſ) ex Cyrilli Catech. 16. ait, Apoſtolos conſecrâſſe in Eccleſiam cœnaculum, in quo receperunt S. Spiritum: quandoquidem Cyrillus non ſingularem Papiſticam illam conſecrationem intelligit, ſed ſolummodo præſentiam ſuam, quâ locum illum cohoneſtârunt. Unde Higino, qui mortuus fertur an. 158. dedicatio templorum tribuitur. (t) Superſtitiosè ad hanc Apoſtolorum converſationem Papiſtæ Fraternitates ſuas referunt. (u) Varia conventuum ſacrorum nomina vide apud Hoſpinianum de Templis à pag. 52.

Prima Evangelii prædicatio.

§. 73.) Act. 2. 5. & 36. 39. Primùm Judæis, poſt Chriſti ἀποδημίαν prædicatur Evangelium, & quidem Hieroſolymis. Unde diſcas inenarrabilem Dei erga hoſtes & κυρῶντας clementiam. Tandem verò, quia obſtinati & impœnitentes fidem Chriſti repudiantes, rejecti: Act. 13. 46. c. 18. 6. coll. cum Lucæ 10. 11. Ergo Deus nulli Eccleſiæ alligatur: vid. Apoc. 2. & 3. neque hodiernæ Romanæ: Rom. 11. 17.

Act. 2. 14. Petrus poſt acceptum Spiritum S. omnium primus promulgat Evangelium, unde etiam prærogativam illi aſſignant. R. 1. Nihil concluditur. 2. Negatur antecedens, quia v. 4. & 6. quiſque illorum locutus linguis, id quod publicè factum, & quidem in Evangelii prædicatione: unde obſtupuere auditores: v. 7. 8. coll. cum v. 13. 3. Maria prima nunciavit Chriſtum reſurrexiſſe, quod proculdubio maxima pars Evangelii. 4. Hic verò actus fuſiùs à Luca deſcribitur, quia luculentus & inſignis. 5. Modeſtiæ reliquorum diſcipulorum adſcribit, quando Petro ceſſerunt. Inſt. Si non major Petri, quàm reliquorum eſſet auctoritas, Scriptura eum à reliquis non ſejungeret. R. 1. Nihil ſequitur. 2. Perſonalem dignitatem ei non ademptam volumus. 3. Reliquorum ſimul perſonam ſuſtinuit Petrus. Sed tu mihi confer heîc Petrum cum Papa: Petrus publicè concionatur ad populum, & totus in eo eſt, ut homines ad unum Chriſtum crucifixum, à mortuis excitatum, ad dextram Dei erectum, & Dominum Eccleſiæ conſtitutum adducat. Contrà Papa electus Pompâ & ludicris ceremoniis pedúmque oſculis gaudens, Chriſtum occultum & incognitum aſſervans, ſeipſum verò Re-

gibus

(ſ) de rit. vet. c. 33. pag. 131. (t) Polyd. Verg. l. 5. c. 6. (u) Hoſpinian. de Monach. 149. a.

gibus & populis formidabilem reddens potentiam ſuam commendat & ſtabilit. Ann. 34.

§. 74.) Act. 2. 42. *Perdurabant in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis, & orationibus.* Et v. 46. *quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes domatim panem* &c. Ergo non ſolus Petrus, ſed reliqui etiam Apoſtoli prædicabant. Per *Panem* autem nil niſi Euchariſtia intelligitur. Atqui hoc tempore nullus amplius azymus, ſed fermentatus panis erat in uſu, quia jam præterierat paſcha: conf. Act. 20. 7. 11. (*x*) domeſticum ergo ſeu communem adhibebant panem, quo domi aliàs paſcebantur. *Frangebant* eundem, ad exemplum Chriſti, inque crucifixi corporis recordationem. (*y*) Ita *quotidie* olim communicabant. Cyprian. ſer. in orat. Dom. *Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus.* Diu viguiſſe hunc morem, & tamen liberum fuiſſe Hieronymus Ep. 50. ad Pammachium docet: *Scio*, ait, *Romæ eſſe hanc conſuetudinem, ut fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo.* Eundem quoque morem in Hiſpania viguiſſe idem Epiſt. 28. ad Lucinium Bæticum affirmat. Auguſtinus varias hac de re in Africa extitiſſe ſententias Epiſt. 118. ad Januarium ſcribit. Ambr. l. 1. de Sacram. c. 4. ad quotidianam communionem hortatur. Walafridus Strabo, qui ſeculo nono vixit, ait eſſe quoſdam, qui ſemel in die communicent. (*z*) Fabianus inſtituit, ut fideles ter ſaltem in anno communicarent: Paſchate, Pentecoſte & Natali. (*a*) Mox obtinuit, ut diebus tantùm Dominicis hoc fieret. (*b*) *Omnes* fideles communicârunt: Unde Caſalius. (*c*) *Legitur* in vita S. Anacleti P. & Martyris d. 13. Julii: *Decrevit ut in Miſſa peracta omnes communicarent:* idque probat Caſalius Dominica petitione: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Conſentit ſanè Cyprianus l. de oratione: *Hunc panem dari nobis quotidie poſtulamus &c.* De eodem Bona: (*d*) *In primordiis Eccleſiæ certum eſt & exploratum, omnes fideles, quorum erat cor unum & anima una, quotidie perſeveràſſe in communicatione fractionis panis, ut Acta Apoſtolorum teſtantur: nec ullus ſacris myſteriis intereſſe permittebatur, niſi qui offerre poterat, & de oblatis participare &c.* Iterum: (*e*) *Omnes presbyteri Epiſcopo concelebrârunt, & ab eo communionem ſuſceperunt &c.* Infeliciter autem citatus Bona (*f*) *privatam communionem* ſeu *clanculariam* ex præſenti textu derivare ſatagit, quia Apoſtoli circa domos panem frangebant: Apoſtolorúmque ſucceſſores ſæpe privatim celebràſſe in domibus, in carceribus, in cryptis, in cœmeteriis, in tuguriis legantur. Imò ſi ita velis, mi Bona, ipſe Chriſtus ubínam S. Cœnam inſtituit & celebravit? At alia eſt neceſſitatis ratio. Templorum vice hæc loca erant, ubi plures, cœtus nimi-

 rum,

x) *Vide Dallæ. de cultu Lat. l. 3. c. 5. à p.* 314 (*y*) *vide Larroque de Euchar. part. 2. c. 2 p.* 335. (*z*) *adi omnino Bonam Liturg. l. 2. c* 17. §. 2. (*a*) *Gratian. d. 2. c. ſi non frequentius.* (*b*) *vide Arnd. Antiq. l. de Cœna D.* §. 57. 58, 59. 62. 64. 65. *item p* 368. *i.* (*c*) *c.* 18. (*d*) *l.* 2. *c.* 17. §. 2. (*e*) §. 3. *f*) *lib.* 1. *cap* 14. §. 1.

De S. Communione.

Ann. 34. rum, erant congregati, Verbum Dei prædicabatur, & diſciplina exercebatur. An verò Latini Miſſam extra templa amandabunt? Vel hinc diſce, Euchariſtiam extra loca ſacrata, ſine altaribus, abſque veſtitu Miſſatico &c. fuiſſe adminiſtratam.(*g*)Non negamus interim ad alios, utpote Clinicos, peregrinos &c. fuiſſe tranſmiſſam Euchariſtiam, ſeu Eulogias, tum panem, tum vinum, at num ex uſu Apoſtolico id factum quærimus.(*h*)Caſalius(*i*)ex Albino & Hugone de S. Victore dicit Petrum primum omnium Antiochiæ rem divinam celebrâſſe: ubitamen eosdem ita corrigit, ut dicat, apparatiſſimâ pompâ id factum, quandoquidem longè antè Hieroſolymis Apoſtoli ſacrificium fecerint. Denuo Caſalius(*k*) initio *ad ſolam Orationem Dominicam* hoſtiam conſecratam ait: item Petrum Antiochiæ tres tantummodo orationes addidiſſe. Aſt quis dubitaverit, Apoſtolos more & mandato Chriſti benedixiſſe S. ſignis? *Quis* autem conſecrârit hoc loco non recenſetur, unum certè ex Apoſtolis id præſtitiſſe exiſtimandum. *Olim*, ait Bona(*l*) *Pontifex*, (ſacerdos)*confectis myſteriis ſumpſit Euchariſtiam, & ſingulis præſentibus tradidit ſive per Diaconos, ſive per ſeipſum.* Certè Juſtinus Apol. 2. teſtatur, Diaconorum fuiſſe Calicem & panem adminiſtrare. Et Cyprian. ſer. 5. de lapſ. *Solennibus adimpletis calicem offerre Diaconus præſentibus cœpit.* Verùm nihil hîc de Diaconis. Imò in rerum natura nondum exiſtebant. Neque narratur, quid diſtribuentes dixerint communicantibus: tempore Gregorii M. dicebant: *Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti conſervet animam tuam.* Apud Alcuinum: *Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam.* (*m*)Nil hîc de elevatione, quæ deinceps demum introducta, Græcis κυφισμὸς, ὕψωσις, ἀνύψωσις dicta. Nihil de luminaribus.(*n*)

§. 75.) Act. 3. 1. Petrus & Johannes ſub horam nonam aſcenderunt in templum. Hac occaſione Baronius (*o*) ad narrationem de *horis canonicis*, ſive de *ſeptem temporibus* dilabitur, quorum originem dum oſtendere conatur, Moſen cum Chriſto, Legem cum Evangelio confundit, quaſi precaturi hodiéque Templum Hieroſ. viſitare, vel eo nos convertere deberemus. Cantu autem, & multis quidem incognito, pronunciantur ut plurimum, eóque adducunt Chriſti exemplum Matth. 26. 30. quod tamen occaſionale eſt: & Pauli monitum Eph. 5. 19. quod nihil facit ad illas ſtatas horas (*p*) Neq; Apoſtolorum exemplum movere nos debet, quandoquidem nondum penitus ſepulta fuit Lex, unde Paulus ſemet totondit, & Timotheum circuncidit: inſuper occaſionem ibi captârunt docendi Judæos: hinc Tertull. (*q*) inſtitutionem Chriſtianorum de porticu Solomonis eſſe ait: vid. act. 5. 12. Neque ſepties ſaltem in die laudavit Dominum Regius Pſaltes: Pſal. 119. 64. ſed pro

Horæ Canonicæ. Vid. an. 51. §. 47.

g) Conſule Arnd. l. de Cœna Dom. § 66. 67. (h) Vide eundem Arnd. §. 51. (i) cap. 9. pag. 65. (k) cap. 10 pag. 75. (l) l. 2. c. 17. §. 2. (m) Plura Bona l. 2. c 17. §. 3. (n) Plura vide apud Morn. de Euchar lib. 1. cap 5. & Iohan. Lichtfodum Hor. Talmud. in Matth. cap. 26. (o) §. 243. Spond. § 72 ſeq. (p) vide Caſal. c. 45. (q) de praſcr. c. 7.

pro more phraſeos, ſæpiſſimè. Ac quemadmodum in Miſſæ centone errorem error peperit, ita & hoc accidit loco. Trium horarum inquit Caſalius, (*r*) mentionem facit Tertullianus Tertiæ, Sextæ, & Nonæ: quibus alias duas ſuperadditas docet Cyprianus (*s*) Matutinam & Veſpertinam. Athanaſius (*t*) duarum aliarum meminit, quæ oriente fit ſole, & media nocte. Vide Arnd. antiq. à p. 80. ex libro Græcorum, cui ἄνθ@ nomen, apud Cruſium Turcogr. l. 2. Aſt non eſt in controverſia, an liceat certas horas precum definire? id enim eſt Chriſtanæ libertatis, & hactenus pii atque ſalutaris inſtituti. Hoc autem quæritur. 1. An præciſè oporteat definire ſeptem horas. 2. An illæ præciſè dicendæ. 3. Num illa precandi oratio propriè ſit Clericorum. 4. Num etiam in laudem B. Virginis, vel Sanctorum. Ter quotidie orare precationem Dominicam ſtatuit Pſeudoclemens Conſtit. l. 7. c. 25. & l. 8. c. 34. imò ſæpius recitandam quis neget? At nullus ibi Sanctus, ſolus autem invocatur Deus. Ubique & omni tempore orandum: Eph. 6. 18. 1. Theſſ. 5. 10. media etiam nocte: pſalm. 119. 62. adeóque certum tempus & locus præſcripta non ſunt: veruntamen ad torporem & imbecillitatem noſtram ſublevandam, utile, ſi ſibi quiſque tanquam ordinarias precandi horas conſtituat, dummodo illarum obſervatio ſuperſtitione careat, ac ſervitutis jugum imponi nobis non ſinamus, quale in Papatu hodie. Neque jejunii à pio Magiſtratu indicti, aut feſtorum exempla quiſquam proferat, quoniam non ſuperſtitionis alicujus gratiâ, ſed in ſignum Dei beneficiorum memoria, ſive periculi neceſſitas & miſeriæ nos ſponte invitat. Qua verò ratione primam antiquitatem obtendant, modò jam vidimus, illud inſuper Polyd. Verg. (*u*) te docebit, quando ait: Preces horarias ſive canonicas Hieronymus primus (qui anno 420. obiit) Euſebio Cremonenſi, & pleriſque aliis, qui cum eo vixerant, inſtituiſſe fertur &c. Poſtea Pelagius II. (qui vixit anno 590.) decrevit, ut ipſæ VII. canonicæ horæ quotidie à Sacerdotibus recitarentur veluti præſens remedium imbecillitati humanæ futurum, quo ſicuti juſtus ſepties die cadit &c. Meritò ergo humanum inventum ſuperſtitionis pleniſſimum hoc Rom. Eccleſiæ ἔνταλμα dixeris: itaque fruſtrà ſtatutum in Laterano Conc. anno 1514. can. 9. ut privetur beneficio, qui canonicas non recitaverit horas. In Canonibus Ælfrici Dorovern. Archpiepiſcopi (*x*) ita VII. horarii cantus enumerantur ſaxonicè & lat. 1. Uthſang, cantus antelucanus. 2. Primſang, matutinus. 3. Underſang / tertianus, vel ad horam diei tertiam. 4. Middægſang, meridianus. 5. Nonſang, nonalis, vel ad horam 9. diei. 6. Æfenſang, veſpertinus. 7. Nithſang, nocturnus, qui & ſeptimus. Ponitur autem hic Ælfricus ad 1052. annum. (*y*) Ann. 34.

§. 76.) Nova prærogativa Petrus inſignitur, quòd primum miraculum in teſtimonium fidei edidit: act. 3. 6. R. 1. Nihil infert. 2. Commune & re-

R 3 liquis

r) cap. 3. p. 28. (s) de Orat. Dom. (t) de Virg. (u) de rer. inv. l. 6. c. 2. (x) apud Wheločum p. 131. (y) Spelm. in Concil. p. 572.

Ann. 34. liquis Apoſtolis fuit fidem miraculis confirmare. 3. Negatur primum fuiſſe: act. 2. 43. 4. Non ſoli Petro adſcribitur: v. 4. & 11. 12. 5. Alluſio ad Eccleſiæ fundamentum à pedum confirmatione æquè nihil probat.

Petrus claudo dicit: *Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Jeſu Chriſti* &c. Num in hoc Papa æqualis Petro? Auro & argento orbem emungens, ipſos Principes auri ſplendore ſuperat; non morbis ſanandis celebrem ſe reddit, ſed Magiſtratibus etiam ſummis inſultat, gratiam Spiritûs S. remiſſionem peccatorum, benficia Eccleſiaſtica vendit, miracula confingit &c.

Πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ ὡραίαν: ad portam Templi ſpecioſam: act. 3. 2. De XII. Templi Hieroſ. portis vid. Tractat. Lempereurii in Cod. Talmud. Middot, Villalpand. in Ezech. itinerar. Buntingi, alios. Ad hunc annum Baron. §. 258. ex Ariſtæa, quem & alibi quoque citat: illum autem ſpurium eſſe & ὑποβολημαῖον Cocus (z) ex Leone Caſtrio, Ludovico Vive atque Salmerone probat. Scripſit autem de LXX. interpretibus.

§. 77.) Act. 4. 5. 6. Congregantur primores Judæorum, Seniores, Scribæ, Annas Pont. Max. Cajaphas, Johannes, Alexander, & quotquot erant ex genere Pontificio. Patet etiam corrupto hoc ſtatu Eccleſiaſticam jurisdictionem penes unum Summum non fuiſſe. conf. c. 22. 30.

Act. 4. à v. 8. Petrus ſe ſuóſque ob prædicatum Evangelium maſculè defendit, illud Propheticis dictis confirmat, Chriſtum unicum generis humani Servatorem, Deóque potiùs, quàm hominibus auſcultandum eſſe aſſerit. Papa hodie prædicationem Verbi, ceu rem majeſtate Pontificia indignam partim negligit, partim committit aliis, traditiones ſuas obtrudit, & ſibi auſcultandum eſſe, injungit, quidquid dicat Verbum Dei.

Act. 4. 12. *aliud nomen ſub cœlo non datum inter homines, per quod oporteat nos ſervari*. Er. hoc nomen ſoli Chriſto convenit: Philip. 2. 9. Blaſphemum itaque eſt dicere, omnia Chriſti nomina, ex quibus intelligitur, eum eſſe ſupra Eccleſiam, Papæ communicari. Ib. *Non eſt in alio quoquam ſalus*. Er. ſolo Chriſti merito nobis hæreditas cœleſtis parata: 1. Tim. 2. 6. 1. Pet. 1. 3. &c.

Act 4. 23. ſeq. Aliqui hîc ſynodum faciunt. Atqui hac ratione omnes conventus Eccleſiaſtici ſynodi forent dicendi. (*a*) Ita non minus ineptè ex v. 32. Collector Conciliorum (*b*) dicit ex hoc decreto apoſtolicam fundatam vitam, & converſationem omnium religioſorum, vitam beatorum imitantium. Atqui nullum hîc decretum extat, neque Clerici ſoli adſunt, ſed Eccleſia; neque Monachi quidquam habent cum illo commune.

Omnia hactenus ab Apoſtolis communi authoritate, poteſtate atque Zelo acta: vid. v. 19. 33. 37. inpr. quando v. 35. fideles deponebant pretia rerum ſuarum non ad unius Petri, ſed ad Apoſtolorum pedes. Ita v. 37. in diviſione

z) pag. 1. (a) vid. T. 1. Conc. p. 2. f. edit. Ven. (b) ib. p. 3. A.

viſione quoque bonorum non ſolus Petrus fuit: conf. c. *6*. v. 2. Sic v. 31. omnes repleti Spiritu S. ſermonem Dei cum libertate ſunt locuti. Ann. 34.

Act. 4. 29. Precatur cœtus, *deſpice Domine in minas eorum.* Ad quæ Veneti (*c*) *Obedientia, quam Chriſtianus Papa debet, non ſe penitus extendit ad omnia, verùm ea excipiuntur, quæ præcepto Dei repugnant, in quibus, ſi obedias, peccas.* Probant ex Thom. 1. 2. q. 69. art. 5. & ex Canoniſtis in cap. Si Dominus. Non ſemper. Julianus. Et qui reſiſtit 11. q. 3. *Imò obedientia,* addunt illi, *Papa debita, non ad omnia Legi Dei repugnantia ſe dilatat, quoniam in multis bonis rebus homo liber eſt & exemtus:* idque ex Deut. 17. ex Thoma, Cajetano, Navarro &c. confirmant. Sobriè hîc de Dominis (l. *6*. c. 3. §. 24.) Non eſt cur confuſionem timeant adverſarii, ſi adeò diſtinctæ ſint duæ poteſtates (Eccleſ. & politica) ubi unica eſt & ead. communitas. Sed quid ſi duæ hæ poteſtates præcipiant contraria, utri ear. obediet ſubditus? R. Faciat id, quod per tot ſecula factum eſt, quando Eccleſia erat ſub Principibus Ethnicis: & quod nunc facit ſub Turcis & idololatris: húcque præſentem locûm applicat. Sed ubi Princeps Chriſtianus, utatur ſua poteſtate ad amuſſim fidei, per rectam conſcientiam:

§. 78.) Act. 5. 1. ſeqq. alia Petri prærogativa, quòd ut ſummus & divinus judex agnovit & damnavit hypocriſin Ananiæ & Sapphiræ: hinc judiciariam ejus poteſtatem commendat Baronius. (*d*) R. 1. nihil concluditur. 2. etiamſi horum & omnium malorum, tamen nondum Apoſtolorum fuit judex. 3. Cœteris quoque Apoſtolis data hæc poteſtas. conf. omnino v. 12. item act. 13. 11. 4. nihil hoc extraord. exemplum ad Petri ſucceſſorem. Imò hoc loco Petrus gladio Verbi divini ferit malos, cum coapoſtolis concordiam colit & propter Chriſtum, unicum Eccleſiæ Principem, patitur. Papa contrà, gladio materiali, anathematiſmis innocentes ac Chriſti teſtes opprimit; ſacrilegos, ſimoniacos, canonibus veterum excommunicatos fovet, promovet &c. *Ananiæ hypocriſis.*

Act. 5. 15. Petri umbra ſanat. Heîc duo adverſarii notant. 1. quòd Petrus à reliquis ſejungatur. 2. ut Petrus prærogativam in primatu, ita eandem in miraculis habuerit. Ex 1. nihil omnino infertur, niſi quòd ordinis & ætatis, item & facti eximii ratio habeatur: à cœteris tamen haud abſimilia, nec leviora patrata: vid. act. 19. 11. Ita neque ex 2. eaſd. ob cauſas. Neque hinc reliquiarum, ſeu imaginum uſus, viſitatio & adoratio ſequitur; multa quidpe Apoſtoli peculiaria habuere aliis non imitanda. Vel edant tandem talia iconolatræ. Multa Deus fecit per corpora vivorum, quæ non fecit per cadavera mortuorum, unde eadem honeſtè fuerant ſepulta in primitiva Eccleſia, neque vel viva, vel mortua fuerunt adorata. Non igitur umbra Petri, ut nec ſudariis Pauli, hic ſanationis effectus tribuendus, quia Deus ægros, *Umbra Petri.*

ad

c) *Contra Paul V. p.* 103. (*d*) §. 269. *Spond.* § 76.

Ann.34. ad harum rerum præſentiam, ſanavit. Præſtitit hoc virtus divina ἐνεργητικῶς, fides ægrotantium ὀργανικῶς, umbra Petri συμβολικῶς. Umbras autem ſectantur, qui ex umbris imagines, reliquias, earumque adorationem deducunt more Baronii §. 275. & Spond. §. 77.

Septem Diaconi. §. 79.) Ut nunquam Petrus Chriſti Vicarius conſtitutus, ita nunq. exercuiſſe primatum reperitur, id quod tamen negligere minimè debuiſſet, ſi is Primas fuiſſet, maximè cùm totiens occaſio ſeſe obtulerit. Sic Act. VI. capite, omnes Apoſtoli multitudinem diſcipulorum convocârunt, communicato inter ſe conſilio ſeptem Diaconos conſtituerunt, & manuum impoſitione confirmârunt. Elegit hos Diaconos cœtus, idem electos in conſpectu Apoſtolorum ſtatuerunt, ut manus illis imponerent; id quod Apoſtoli non proprio, ſed univerſæ Eccleſiæ nomine, tanquam illius Miniſtri, fecerunt. Secundum autem N. T. hoc habetur Concilium. Ludit Bellarminus (*e*) in re clara, quando ait, Credendum eſt, id factum eſſe, Petro auctore, vel certè conſentiente. At cum omnibus reliquis conſenſit Petrus, imò facta & peracta à cœtu toto electio, ac poſt ejus approbationem conſilium ad exitum demum deductum eſt. Tria ad hoc exemplum Bellar. (*f*) reſpondet. 1. non probari id eſſe de jure divino. R. Eo ipſo tale eſt, quia divina traditio, & Apoſtolica obſervatio, ac perinde tenenda. 2. Tributum hoc etiam populo ex Apoſtolorum conceſſione, ut Lucas ipſe apertè teſtatur. R. Utrunque tam Chriſtianæ fraternitatis jus in electionibus perpetuum confirmat: quod enim Chriſti plebi concedendum cenſuerunt Apoſtoli, quâ poteſtate freti & denegant, & denegandum pronunciant Apoſtolorum, ut volunt, filii, quorum tota in Apoſtolorum imitatione dignitas conſiſtere debuit. 3. Locum hunc non eſſe ad propoſitum, quia hi Diaconi præficiendi erant menſis, paſtores autem præfici regendæ Eccleſiæ. R. Quaſi verò cœco impetu, nullo judicio, extra oleas rogati ſint Patres, qui ex hoc loco, de deligendis quibuſcunque ſive Paſtoribus, ſive Diaconis, multitudini judicium permittendum, qui omnibus placeant promovendos collegerunt. (*g*) Ordinem eſſe diaconatum, & ſacramentum, eiúſque participes quoque reddi Diaconos Caſalius (*h*) ex manuum impoſitione probare nititur: quid ni ergo ab Apoſtolis fuiſſent eligendi? Certè ſi minores ſacrorum Miniſtri, quos privato Cleri decreto promoveri minus Eccleſiæ intererat, nonniſi communibus cleri plebiſque ſuffragiis eligendi fuerunt, multò minus ſacerdotes ſine publico fraternitatis judicio conſtituendi fuerunt. Factum hoc loco prætendit R. Billſonus (*i*) ut populus bonorum ſuorum œconomos, & menſarum curatores nominaret, quorum operâ uteretur in quotidiano victu & cultu, & quorum poteſtati ſua permiſiſſet omnia: unde hac ratione etiam Apoſtoli ſe à neglectarum viduarum ſuſpicione liberârint, ortúmque ſuper ea re murmur

e) lib. 1. de Summo Pontifice cap. 16. (f) de Cleric. cap. 7. (g) Chryſoſt. in Act. hom. 14. (h) c. 26. i. (i) de perp. Eccleſ. regim. c. 7.

mur ſedârint. R. Admittimus rationem: at quidni ergo majorum ratio- Ann.34.
num pondere paſtores quoque, qui ſpiritualem cibum curant & præbent, à cœtu eligendi erunt, utpote quibus auditores animas committunt. Inſt. Exempla multum diſtare à præceptis: ex facto igitur ſingulari regulam generalem non poſſe conſtitui, ut nec ex Matthiæ deſignatione colligas, Miniſtrorum delectum per ſortes faciendum. R. 1. Negatur hoc ſingulare eſſe exemplum, quin & Apoſtolorum, & Patrum praxin opponimus. 2. Exempla ad imitandum propoſita præcepti vim habent, maximámque & maniſeſtiſſimam traditionis Apoſtolicæ rationem. 3. In Matthiæ electione Apoſtolos ſorte uſos rectè nonnemo (k) ex Beda ait, quia nondum acceperit Spiritum S. uti verò hoc in loco, & aliis. Neque venerunt, inquit, ad ſortes, niſi prius aliis omnibus rationibus exploratis. Viderunt eſſe duos pari judicio, pietate, dignitate, ut nihil periculi futurum eſſet, utercunque fuiſſet electus. De Diaconis autem tranſigi poterat ſine ſortibus. Septem enim in medium proponebantur, & eos omnes legerunt. Sed ſi ex illo numero aliquot tantùm fuiſſent eligendi non dubito illos uti potuiſſe ſortibus. (l)

§. 80.) Heîc ſanè praxis Apoſtolorum docet, quòd licet extra ordinem à Chriſto vocati, & ſingulari poteſtate divinitus inſtructi eſſent, nunq. tamen abſque conſenſu totius Eccleſiæ quenquam ad Miniſterium S. imò ne ad Diaconatum quidem vocârint: Act. 1. 16. Idem praxis Eccleſiæ viventibus Apoſtolis comprobat, de qua in ſeqq. (m) atque hinc ſanè conventuum Eccleſ. utilitas & neceſſitas colligitur. Porrò Diaconos utriuſque menſæ, *Diaconi qui*
communis & ſacræ curam habuiſſe Baronio (n) placet. Certè ærario Eccleſiaſtico, ſeu muneri τῶν ἀντιλήψεων in recipiendis, conſervandis ſeu adminiſtrandis eleemoſynis & collectis præfuerunt: unde hoc ipſo capite v. 2. muneri Apoſtolorum, quod in prædicatione & Sacramentorum adminiſtratione conſiſtebat, opponuntur. Hinc Epiſcopi in tot fidelium Conciliis à negociis & curis ſecularibus tam ſtudioſè arcentur. Quærunt hîc, num VII. Diaconorum munus extraordinarium, an ordinarium fuerit? Prius Chryſoſtomo, Concilio Trullano, & forſan Epiphanio viſum; aliter Ignatius, Cyprianus, Hieronymus cenſuerunt. Certè Evariſtus, qui circa annum 112. ſedere cœpit, ſuperſtitioſè potiùs ad formam hanc primam, Diaconos Romæ ad ſeptenarium redegiſſe numerum fertur, at alio munere illis impoſito, ut Epiſcopo prædicanti adeſſent. Verùm hæc decretorum confictori relinquimus. Certè Diaconi terminus polyſimos in N. T. reperitur, inde hoc ipſo capite v. 4. Διακονία λόγου, adminiſtratio, diſtributio h. e. prædicatio ſermonis: ita Rom. 15. 8. Chriſtus τῆς περιτομῆς (Judæorum) Διάκονος nominatur: conf. 1. Cor. 3. 5. Eph. 3. 7. Col. 1. 23. 25. 2. Cor. 3. 6. Ita ex VII. hiſce ad

S legerte-

k) Pet. Martyr l. c. cl. 1. c. 5. §. 4. (l) vid. de Dom. l. 1. c. 11. §. 10. Blondell. de Epiſc. 97. & 379. & 389. ſeq. Tilen. diſp. part. 2. diſp. 25. §. 13. (m) Alſted. de membr. Eccl. milit. c. 4. § 5. de Dom. l. 2. c. 4. §. 48. (n) 284. Spond. §. 80.

Digitized by Google

Ann. 34. τραπεζῶν διακονίᾳ allectis non ſolùm Stephanus v. 8. ſed & Philippus c. 8. Verbum Dei prædicavit, univerſam Samariam ad fidem & baptiſmum recepit. Uſitatè etiam διακονία pro χορηγία, neceſſariorum quoruincunque ſuppeditatione, quovis modo facta, Lat. adminiſtratio, ſubminiſtratio: vid. Matth. 25. 44. c. 27. 55. Marc. 1. 13. 2. Tim. 1. 18. Hebr. 6. 10. 1. Pet. 4. 10. act. 11. 49. 1. Cor. 16. 15. 2. Cor. 8. 4. & 9. 1. ubi tamen illa differentia notanda, quoſdam ex propriis, alios ex alienis ſeu Eccleſiæ facultatibus fratribus ſubminiſtrâſſe.

Bona Eccleſ. §. 81.) Nullos agros ſive prædia, quæ alicujus nominis fuerint & momenti, uſque ad Chriſtianorum Impp. tempora Eccleſiam habuiſſe compertum eſt: imò ne ſplendida quidem vel ampla bona mobilia, qualia aurum & argentum: vid. act. 3. 6. ſed potiùs in pauperes & varias neceſſitates ea erogabant, unde etiam oblata prædia vendebant: c. 2. 45. Porrò de collectis, bonorum communione, Eccleſiæque reditibus atque poſſeſſionibus adi Hoſpin. de Templ. p. 475. Tilen. diſput. part. 2. diſp. 22. alios. Bonis temporalibus Eccleſiarum uſib. deſtinatis Eccleſia vetuſta non egebat, quandiu charitas populi fidelis erga Miniſtros munifica durabat, deinceps traxerunt ortum ex retentione prædiorum donatorum Eccleſiæ, vel ex dotationibus ac fundationibus novarum Eccleſiarum. Ante Conſtantinum M. non videtur cuiquam licuiſſe bona ſua, ſtabilia præſertim, relinquere Eccleſiis, quidquid de divitiis Eccleſiarum Baronius dicat. utut enim temporibus Apoſtolorum oblati agri, tamen illi divenditi erant. Tempore Hieronymi jam poſſedit Eccleſia villas & latifundia. Oblationes, quas initio fideles ad Miniſtros deferebant, in pane utplurimum, vino, & reliquo ad victum neceſſario commeatu, ac nonnihil in numerata pecunia conſiſtebant; poſtmodum, quando cœpit jam retinere prædia Eccleſia, quæ vendenda offerebantur à piis, factæ ſunt etiam prædiorum & villarum oblationes, quas ſecula poſteriora deinde appellârunt *Dotationes* ſeu *Fundationes beneficiorum*. Cœterò quando jam templa cœperunt multiplicari, dedit Eccleſia certas leges, ne conſecraretur ullum templum, niſi antè dotatum certis proventibus ad ipſum ſartum tectum conſervandum, ad luminaria & ſuſtentationem Miniſtrorum: Concil. Arel. IV. cap. 33. & Valentin. ſub Lothario Imp. cap. 9. Singulare communitatis exemplum inter primos fideles occurrit act. 2. v. 44. qui non coacti, ſed ſponte, neque omnes, ſed qui volebant, inſtinctu Spiritûs S. ita vivebant, à quorum inſtituto longè diſcrepabat ſequentium Chriſtianorum vita, ubi quiſq; privatim victitabat, & proprias poſſeſſiones retinebat: remanſit tamen ſequioribus temporibus ſimile quid in Eccleſiaſticis viris, licet non in omnibus, ſicuti hodie in Monaſticis, cujus rei ſtricturæ quoque radiant in communitatibus ſeu communibus menſis Academiarum: ſic vixit Dominus Joh. 12. 6. c. 13. 29. Confer Pſeudo Urbani Epiſtolam. Et Auguſt. ſerm. 52. de hæred. ad Fratres.

vid. an. 233. §. 3.

§. 82.)

Digitized by Google

§. 82.) Quicquid ſit, miniſtrare menſis recuſabant Apoſtoli, quia orare Ann. 34. & prædicare, ſeu quod Matth. 28. Marci 16. à Servatore injunctum, munus fuit Apoſtolorum, non aliud neque diſtinctum: ubi contrà Papa totus hodie mundanus, nullus in ſpiritualibus, Dominus in Clericos & Laicos, in Impp. & Reges, quos ſuos nonniſi Vicarios eſſe dictitat atque Vaſallos; qui ſuos nepotes egregiè ex Eccleſiæ reditibus dotat & ditat. Novum ergo hoc loco, ob auctam Eccleſiam ejúſque curas, habemus miniſtrantium ordinem, & talem quidem, qui neque prædicationi, neque Sacramentorum adminiſtrationi, ſed bonis Eccleſ. ſive pauperibus & egenis intenti eſſe, adeoque Apoſtolis & presbyteris ſubſervire debebant. Unde poſtea in Conciliis toties reiterata illorum denominatio. Quanquam non negandum Diaconos ad presbyteratum promoveri potuiſſe, vel etiam extra ordinem, ſingulariter vocatos Evangelium annunciare, prout de ipſis etiam Laicis nonnunquam atque mulieribus exempla extraordinaria obvia. Species ſive Ordines Eccleſiaſticorum duas recenſet Paulus, *Protheria* & *Diaconia*, reliquas ſub his comprehendens: Rom. 12. 6. 7. Sic Philipp. 1. 1. 1. Tim. 3. 1. *Epiſcoporum* & *Diaconorum* meminit: ſcil. quia Epiſcopi in Apoſtolica Eccleſia iidem qui presbyteri. Petrus 1. c. 4. 11. *ſermonis* & *miniſterii*. Paulus quinque docentium Ordines enumerat Eph. 4. 11. ex quibus tres temporarii, duo ordinarii, paſtores & doctores, nulla planè vel Petri, vel Chriſti vicarii, vel etiam Epiſcoporum, ſive Prælatorum, ut vocant; nulla ſacerdotum, neque Archidiaconorum, Subdiaconorum & ſimilium, mentione facta. Iidem tamen Diaconi, ut jam dictum, re id exigente, poſt legitimam vocationem & admiſſionem, Verbum Dei prædicare & adminiſtrare Sacramenta poterant. Rectè Camero: (o) *Quid veterum Diaconorum hoc hominum genus præter nomen poſſidet? An pauperum curam gerunt? imò crudeli & importuna proventuum ſuorum exactione pauperum ſanguinem ſugunt. An miniſtrant menſis? Imò in illorum menſis opiparè illis miniſtratur.* De hypodiaconis Hoſpin. (p) Veriſimile eos initio adhibitos, ut eorum opera circa pauperes uterentur: cúmque amplitudo facultatum novam & exactiorem rationem adminiſtrandi poſtularet, adde & egentium copia, Archidiaconi creari cœperunt. Inde licet deinceps in Epiſcopi & collegii poteſtate, non tamen in adminiſtrandi cura fuerant relicta bona Eccleſ. ideo *Procuratores & Oeconomi* conſtituti. Quibus hodie menſis ſerviant Epiſcopi & Prælati res loquitur.

Ordines Eccleſiaſtici.

§. 83.) Num VII. hi Diaconi è LXX. diſcipulorum numero fuerint, *vid. an.* certant inter ſe docti: affirmat Hammondus (q) item Collector Conciliorum. 33. §. 33. (r) Negat Blondellus. (s) Jure in medio hæc nos relinquimus. Notabis, licet Stephanus ordine & vocatione, donis fortè etiam, primus, ſicut Petrus

o) *de Eccleſ. Rom. præjud. c. 27. p. 578.* (p) *de Templ. p. 497.* (q) *differt. 3 de Epiſ. c. 5. à §. 12. item à §. 18. collat. cum §. 6. & 23.* (r) *T. 1. p. 3. edit. Pariſ.* (s) *de Epiſc. §. 3. à p. 113.*

Digitized by Google

Ann.34. inter Apoſtolos, nulla tamen poteſtate Miniſterii conſortibus majorem fuiſſe. Porrò inter VII. Diaconos cenſetur Philippus, cujus memoriam ad 6. Junii celebrant, de quo plurib. in ſeqq. item Timo, de quo Martyrol. & Hoſpin. ad 19. Apr. ut & Parmena, de quo 23. Jan. Numerum autem Diaconorum ſeptenarium non myſterium aliquod, ſed neceſſitas expreſſit, adeò ut fabuloſus, ſuperſtitioſus Evariſtus Romanus cenſendus. Diaconis adjunctæ *Diaconiſſæ*, ſeu *viduæ ſexagenariæ*, curandis potiſſimùm ægrotis, peregrinis fratribus & ſororibus excipiendis, atque aliorum neceſſitatibus deſtinatæ. De his Concil. Chalced. c. 15. *Diaconiſſam non debere ante annos XL. ordinari ſtatuimus, & hoc cum diligenti probatione.* Ei verò anathema denunciatur, quæ poſt ordinationem nupſerit. At juvenem viduam apertè reiicit Paulus 1. Tim. 5. neque cœlibatûs voto illas adſtringi permittit. Confer 27. q. 1. Diaconiſſam non. Et copioſè Chamier. de votis l. 20. c. 15. toto. Non audiendus Baronius (*t*) cùm ait: Viduas, quæ præerant miniſterio quotidiano, conſtat poſt Diaconorum electionem ab eo ceſsâſſe, aliíſque functionibus mancipatas eſſe. Harum itaque officium fuiſſe vult, ut ſicuti foribus, quà ingrederentur viri, *Janitores* & *Oſtiarii*, præfecti erant, ita & ipſæ portis, mulieribus tantùm patentibus, præeſſent. Inſerviiſſe etiam placet ad mulierum fidelium miniſteria. Verùm in ipſa Apoſtolica Eccleſia tales fuiſſe janitrices neutiquam probatur, quoniam altè tacet Evangelica hiſtoria, neque ſanè tam libera erat tum fidelium conditio, neque aditus tam patentes & diverſi, neque loca tam capacia & publica. Viduas unà cum Diaconis durâſſe in primitiva Eccleſia pro neceſſitatibus miſerorum inſerviendis Paulus docet. De ſequentibus autem ſeculis hac vice non agimus, neque ſuppoſitum Clementem admittimus. Confer Rouſſel. in hiſtoria juriſdict. Pont. lib. 4. cap. 2. §. 14. Bella verò res, quòd parentes, ut liberorum copia ſe exonerent, vel amici, ut imperium, ſeu hæreditatem adeant, Juvencas Diaconiſſas facere conſueverint, vel, ut Presbyteri & Canonici genio indulgere validius queant, non puellis tantùm, ſed novis etiam nuptis januarum recluſionem, cereorum accenſionem &c. ceu Diaconiſſis, commendare auſint.

Anno 57. & 58.

Diaconiſſæ.

§. 84.) De Diaconiſſis Joh. Gerh. Voſſius. (*u*) Munia Diaconiſſæ varia fuerunt: unde Clemens Conſtit. Apoſt. l. 3. cap. 15. ad multos uſus indigemus Diaconiſſa. In his duo præcipuè erant. 1. ut fœminis baptizandis veſtes exuerent, & dum aquam ingrederentur, circumſiſterent, ne quid inverecundè ingereretur oculis Sacerdotis: Confer Epiphan. hær. 79. 2. ut in eas domos Diaconiſſa mitteretur, in quas, propter cogitationes malorum hominum, ac propter infideles, viri mitti non poterant: miſſa autem, ut miſeros corroboraret hortando, vel ſolando; ſive ut pauperes, vel ægrotos ope adjutaret. Videntur, ſubdit laudatus Voſſius, (*x*) & foribus ac veſtibulis præfuiſſe, quibus in templis diſtinguerentur portæ: Confer Clem. l. 7. c. 23. ita l. 2. c. 26.

(*t*) §. 285 *Spond.* § 81. (*u*) *in Epiſt. Plinii II. ad. Trajan. p.* 40. (*x*) *p.* 42.

Digitized by Google

l.2.c.26.interdicitur,ne qua mulier ad Epiſcopum, vel Diaconum ſine Dia- Ann.34
coniſſa accedat: adi & l.3.c.19. Apud Latinos verò Diaconiſſarum uſus eſt abrogatus:Concil.Aurel.2.& in aliis quibusdam.(y)Ut in viris,ſic & in mulieribus Eccleſiaſticos Ordines & nomina ſequior ætas nimium quantum auxit. (z) Subdiaconiſſa,quæ ad ſubdiaconatum promoti uxor erat. Ita Presbyteræ,non quòd ætate, vel ſeniores viduæ erant,ſed conjuges Presbyterorum. Sic Epiſcopæ, non ab aliquo miniſterio Eccleſiaſtico ſic dictæ, vel quòd inſpectionem in alias habuerint, ſed Epiſcoporum erant uxores. Aſt verò nec nomina iſthæc, nec cœlibatum Apoſtolorum tempore extitiſſe,imò nova eſſe nomina,ordines novos,prout adverſarii eosdem modò accipiunt, ad oculum noſtri jam abundè demonſtrârunt, ac idem à nobis deinceps ξ.Θ.præſtabitur.Exempla quæ adducunt,vel aliena ſunt,vel ſuperſtitione non carent.

§.85.) Stephanus Apoſtolicæ Eccleſiæ Diaconus (Archidiaconus *μυ- Stephanus martyr.*
θολόγοις)vir plenus fide & Spiritu S.ab adverſariis impetitus, poſt prolixam apologiam,primus omnium à reſurrectione Chriſti, martyrii Στέφανον accepit,Paulo aſſentiente,& veſtes lapidantium ſervante.(a) Vapulat autem Evodii,viri alioquin Apoſtolis proximi,ſcriptum à Baronio,quòd ſeptimo anno à Chriſti morte ejus accidiſſe lapidationem dicit. De tempore paſſionis hujus martyris vid.præfat.Blondelli in lib.de Epiſc.(b)contra Franciſci à S.Clara Apologiam Epiſcoporum: item Chamier.T.2.lib.11.c.19.§.1.ſeq. De hoc Martyrol.Rom.ad 26.Dec.*Hieroſolymis natalis S.Stephani protomartyris, qui à Judæis non longè poſt aſcenſionem Domini lapidatus eſt.* Adde Baron. Hoſpinian.Adonem,reliquos,ad dictam diem. Tertio Auguſti inventio corporis ejusdem martyris, quæ Hieroſolymis Luciano presbytero contigiſſe perhibetur anno demum 415. celebratur. Tranſlatio corporis Stephani, Conſtantinopoli Romam allati,ſub Pelagio P.anno 1079.die 7.Maii.Octava Stephani die 2.Jan.Serò ergo cultus B.Stephanus. Confer Hoſpinian. de Templ.p.126.In Cypro Nicanorem,Diaconum de ſeptem primis, coronatum ajunt d.10.Jan:vide Hoſpinian.Hunc cum aliis 200. martyribus contra omnem hiſtoriæ fidem,a Judæis cæſum,fabulatur Dorotheus. (c) Cœterò contradicit ſibi Baronius , quando funus Stephani à fidelibus magno cum planctu curatum ait: ſimul tamen corpus ejus projectum à Judæis,die ac nocte jacuiſſe,ut à feris conſumeretur, ſed intactum omnino permanſiſſe. Tandem poſt inventionem corporis ejus à Gamaliele ſepultum. Ipſa teſtimonia,quæ (d) adducit,mendacium produnt, hinc ipſe Cardinalis Apocryphas Clementis Recognitiones vocat,ex quibus Beda ſua habet. Similiter *Anno* 415
certa fide deſtitui,imò imponere Lucianum ſuo loco diſces. Ex ipſius Ba- §. 1.
ronii conceſſione intelligis honeſtè olim ſepulta fuiſſe Sanctorum corpo-

S 3 ra.

y) vide Arnd.Antiq.l.Clerus: à §.152. (z) Baron.289.Spond.§.82. (a) Baron.à § 300. Spond.§.88.ſeq.(b)pag.55. (c)confer Baron.§.324. (d.§.280.Spond.§.91.

Digitized by Google

Ann.34. ra. Quî verò fit,ut integrum ejus corpus in tot partes fuerit diſcerptum? Aut quibus rationibus tunica ipſius,ut & lapides,quibus obrutus fuit,tamdiu conſervari potuere? Quâ licentiâ tandem funus Stephani (*e*) non una die,ſed pluribus,uſque ad ſeptuagenarium numerum,inter tot turbas & pericula curari, ungi, & ab excubantibus fidelibus hymnis celebrari potuit? Conferact.8.1.ſeq.Nimirum ut purgatorium extruant,ſuffragia pro defunctis effingant, & cœlites ſuos adorent, ut ipſe Baronius (*f*) ſeniet prodit. Pulchrè Chemnitius (*g*) abuſus obortos demonſtrans dicit: *Ex tranſlationibus mox facta fuerunt circumgeſtationes reliquiarum.* Sic apud Auguſtinum, cùm in tranſlatione reliquiarum Stephani mulier cœca illuminata eſſet: mox Lucillus Epiſcopus circumgeſtationem memoriæ Stephani inſtituit. Nos verò non Patres, non traditiones obſcuras, non ſpuria, ſed authentica & canonica indagemus & quæramus. Plura autem de Stephano & ejus reliquiis habebis apud Dallæum de adorat. l.4.c.19.p.220.

Iacobus I. Hieroſol. Epiſcopus.

§. 86.) Ad Jacobum primum Hieroſol. Epiſcopum Baron.(*h*)dilabitur. Plerique autem haut injuriâ,tum de nomine ſeu perſona Jacobi,tum de officio ſeu vocatione diſceptant. (*i*) Alii Alphæum vocant, alii Juſtum. Duos Jacobos Epiſcopos Hieroſol.fuiſſe ajunt, Jacobum fratrem Domini, & Jacobum Juſtum,illum ordine primum, hunc tertium collocant. Quò autem rectius omnia capias,en tibi ex Eutychio Patriarcha catalogum. 1. Jacobus frater Domini. 2.Simeon filius Cleophæ. 3.Judas Juſtus. 4. Zachæus ſeu Zacharias &c.ita Blondellus(*k*)& Hammond.(*l*)alii; ubi tamen Hammondus ex Egeſippo,apud Euſebium l.4.c.x5.Jacobum Juſtum primo loco ponit,dum ait: *Poſt Jacobi Juſti martyrium,iterum Simeon filius Cleophæ Epiſcopus conſtituitur,quem ſecundum Domini conſobrinum exiſtentem,aliis omnibus unanimi conſenſu*(en electionis ſuffragia) *præpoſuerunt.* De eodem iterum Eutychius(*m*): Jacobus Joſephi filius,qui & frater Domini noſtri appellatur,Epiſcopus Hieroſol.factus,qui primus hoc munere annos XXIIX. functus eſt. Hunc Jacobum inter XII. Apoſtolos numerandum haut eſſe Hammond.(*n*)ſed ſaltem μαθητὴν fuiſſe concedit.(*o*)Sic Menologium Græcorum tres Jacobos celebrans,Jacobum Alphæi d.9.Octobr. Jacobum fratrem Domini d.23.Octobr.& Jacobum Zebedæi d. 30. april. recenſet. (*oo*) Sic etiam autor Recognitionum,quem Clementem non eſſe ex eo etiam Bellarminus concludit, quòd Jacobum fratrem Domini non vult eſſe Apoſtolum ex XII.Tres fuiſſe Jacobos negat Baron.ad ann.44.§.36.Hunc Verronus,ut titulos & dignitates fingat,Archiepiſcopum vocat.(*p*) Inde Mareſ. (*q*) *Hieroſol. Eccleſiæ primum faciunt Epiſcopum vulgò Jacobum fratrem Domini*

Confer an.44. à §.1. & ib. § 31.inpr. an.63.§. 1.

(*e*)*Baron*§.313.*Spond.*§.92.(*f*)§.313.(*g*)*Concil.Trid.p.*670.(*h*)§.290.*ſeq.Spond.*§.83.) (*i*) *vide Bellar. de ſcript.Eccl.pag.*32.*alios.* (*k*) *de Epiſc præf. p.*14. *f.ſeq.*(*l*)*Diſſert.*5.*c.*5.§.13. (*m*)*p* 327.(*n*)*diſſert.*4 *c.*3 *à* § 2 (*o*)*Euſeb.Hiſt.Eccleſ.l.*1.*c.*11.(*oo*)*Confer M.Ant.de Dom.l.*2.*cap.* 24 §.14.*ſeq.Kipping.Polit.l.*2.*c.*14 § 3.(*p*)*p.*148. (*q*)*M.S.in Baron.*

mini,qui uſitatè minor vocatur,ad diſtinctionem Zebedæi ſeu majoris,quem ſecuri percuſſit Herodes Act.12. Sed quamvis id multis ſit perſuaſum, ſunt tamen ex veteribus,qui putant,Jacobum primum Hieroſol.Epiſc.alium fuiſſe,quod videre eſt apud Clem.l.1.Recogn.item apud Chryſoſtom.ad c.1.ad Galat. Hieronymus quoque in Catalogo refert verba Hegeſippi dicentis: Qui ſuſcepit Eccleſiam Hieroſol.poſt Apoſtolos,& quòd plures Jacobi fuerint cognominati,hic verò ſpecialiter Jacobus Juſtus fuerit dictus. Huic quoque ſententiæ concinunt, quæ feruntur à nonnullis de Jacobi Hieroſol.ordinatione,à Jacobo,Petro & Johanne,prout illi inter tres columnas cenſentur. Galat.2. qui alius eſſe non potuit,quàm Jacobus Apoſtolus,autor Epiſtolæ Canonicæ, & magnæ authoritatis in Collegio Apoſtolico, ſiquidem Stapletono confitente,præſidem egit Concilii Hieroſol.act.15. (r) Whelocus (s) ex homilia Anglic.ſeculi circiter IIX. *Tunc Apoſtoli, priusquam abierant, Jacobum,qui vocabatur Juſtus, in Chriſti,* (ergo non Petri: Euſeb.l.1.c.1.) *ſedem locabant,totáque* (ergo & Petrus) *fidelium Eccleſia,illi* (Jacobo) *juxta doctrinam Dei obſequebantur. In ſede ergo illa XXX. annos ſedebat,& poſt eum Simeon, Servatoris conſanguineus.* Ann.34.

§.87.) A Petro Eccleſiæ Hieroſol.præpoſitum Jacobum fingit Baronius, à tribus verò nominatis initiatum ſeu conſecratum,unde & mos fluxerit ſive forma,ut non minus quàm abs tribus Epiſcopis electus Antiſtes conſecretur.R.1.Ita ergo hi,qui Apoſtolum,& ſimul ordinarium Hieroſolymis Epiſcopum fuiſſe volunt,epiſcopatum cum apoſtolatu miſerè confundunt,illum apoſtolicæ origini adſcribendo, hunc certis ſedibus, contra Chriſti mandatum Marci 16.15.affigendo. Quippe Apoſtoli generales inſpectores fuere & miniſtri, proinde veriſimilius multò videtur,nuſpiam eos Epiſcopos fuiſſe. Interim eos aliquandiu interdum uno etiam in loco ſubſtitiſſe, at mox ſubſtitutis aliis aliò migràſſe.Inde Blondell. (t) Electus,non quòd non antè fuerit Apoſtolus,ſed quòd ἰδικῶς inter Judæos apoſtolatum exercere deberet.Ita act.13.2.Paulus & Barnabas ad ſpecialia ſegregati. Eodem modo Seldenus. (u) *Ideo Jacobum Hieroſol. Epiſcopum fuiſſe dictum crediderim,quia is ab Apoſtolis fortè conſtitutus princeps presbyterii Hieroſol. ut Apoſtolis huc illuc,ſicut fiebat,excurrentibus,haberet cœtus ille virum egregium, à quo regeretur.* Scil. ad formam Judæorum,quibus in Synedrio præſes,primus,princeps, καθηγητής. R.2. Clemens Conſtit.l.8.c.34. ab ipſo Chriſto & ab Apoſtolis ordinatum Jacobum dicit. Ergo non ſolus Petrus,uti volunt, Epiſcopus à Chriſto inſtitutus: neque ſolus Petrus Jacobum ordinavit & initiavit: vide d.66.c.porrò.Imò à ſolo Chriſto,cùm ei appareret poſt reſurrectionem,conſtitutum eſſe,ex ſententia Chryſoſtomi Theophylactus in 1.Corinth.15.7.aſſerit. Euſeb.lib.2.cap.1. ex Clem.Apoſtolos eum Epiſcopum

r] viſe de Dom.l.2.c.2.§.21 & 44 Lipſtorp in Monarch.Pap.c.2.§.13.p.12.alios. [s] *in hiſt.Eccleſ.Bedæ l.5.c.7.* [t] *de Epiſc.præf.p.19.& in tract.p.523.* [u] *de Synedr.l.2.c.7.pag.334.*

Ann.34. pum deſignâſſe. Confer eundem lib.7.cap.19.(*x*)Hieron. in viris illuſtr. Poſt paſſionem Domini ab Apoſtolis ordinatum. Polydor. Verg. (*y*) *Jacobum*, inquit, *primum Hieroſol. Epiſcopum à Petro factum Chryſoſtomus arbitratur, id quod tamen alii non Petro ſolùm, ſed Johanni quoque, ac alteri Jacobo aſſignant.* (*z*) Imò nemo eorum illud fecit officium, ſi ipſi Petro credimus, qui apud Clem. recognit. 1. de ea ipſa re ita teſtatur: *Septimana jam una ex paſſione Domini complebatur annorum, & Eccleſia in Hieruſalem conſtituta, copioſiſſimè multiplicata creſcebat per Jacobum, qui à Domino ordinatus Epiſcopus &c.* De Dominis(*a*)fuiſſe quidem Apoſtolum dictum contendit, etiamſi in XII. numero non fuerit. Conſentit Polydor. Verg. (*b*) *Apoſtolus dictus*, inquit, *non quòd de numero XII. fuerit, ſed quia, teſte Hieron. in Comment. in Epiſt. Pauli ad Galatas viderat Chriſtum, & poſtea prædicârat: quando omnes, qui eo pacto de Chriſto prædicaviſſent, Apoſtoli nuncupati ſunt.*

§.88.) Manet ergo XII. Apoſtolos totius orbis Miniſtros fuiſſe, manet hunc à Petro ſolo electum & ordinatum non fuiſſe. Jam verò ſi ibi ordinarium fuiſſe omnino detur, maximè ſi non fuerit è XII. numero, quid impediat, ſi hic Jacobus, vir ſanctus & divinus, ejus Eccleſiæ curam geſſerit, atque ab aliis ſimul conſultus fuerit, & cum ipſis Apoſtolis act. 15. conſederit, ſuámque ſententiam dixerit, cumprimis quia univerſa Chriſti Eccleſia nonniſi una eſt cathedra, atque arctiſſimam inter ſe communionem alit: ita quidem, ut nihil Monarchici habeant, de quo tantopere glorientur. Præſtat itaque omnibus Eccleſiis, etiam Antiochenæ, Alex. & Romanæ, Hieroſolymitana, ibi enim Chriſtus primitus docuit, & miracula edidit, etiam pro humani generis redemptione ſatisfecit, mandata Apoſtolis dedit, reſurrexit, Spiritum ſanctum miſit: ibi quoque ab omnibus Apoſtolis Evangelium annuntiatum, ſtupenda miracula patrata, prima eáque inſignis inſtituta Eccleſia, prima ibi cathedra collocata, & Synodus apoſtolica habita. Unde rectè Polydorus: (*c*) *Poſt Chriſtum Petrus in ſacerdotio prærogativam habuiſſe dicitur, quòd primus Apoſtolorum ordine, & ejus ſancti Collegii caput fuiſſet. Quapropter*(pergit,) *D. Cyprian. Epiſt. 3. ad Cornelium: Cathedram Petri principalem vocat: nam, ne quis erret, nulla alia ratione ſacerdotalis ordo à Romano Epiſcopo profectus eſſe dici poteſt, niſi apud Italos duntaxat id factum intelligatur, cùm perdiu ante adventum Petri in urbem Romam, apud Hieroſolymos ſacerdotium ritè inſtitutum fuiſſe liquidò liqueat.* Quid ſi verò Petrum penitus Romæ nunquam fuiſſe, vel ordinarium ibi Epiſcopum haut extitiſſe, adeóque ibi non ſediſſe ſciſſet?

*§.89.)*Non

x] *Fusè Hammond de Epiſcop. Diſſertat.4 cap.3. Chamier. T. 2. lib. 11. cap 18. §. 16. & lib. 13. cap. 4. §. 9.* [*y*] *lib. 4. cap. 6. ex Chryſoſtom. homil. ultim. in Iohannem.* [*z*] *Plura de Dom lib.2. cap.2. à §.17.* [*a*] *l.c. à §.19. & 44.* [*b*] *lib. alleg. cap.2.* [*c*] *inv. l.4 c.6.*

Digitized by Google

§. 89.) Non diffitemur olim in honore fuiſſe Sanctorum Reliquias, diu tamen abſque ſuperſtitione, ſine idololatria & præjudicio. Ita Euſeb. hiſt. l. 7. c. 19. recenſet, Jacobi Apoſtoli Cathedram Epiſcopalem hucuſque ſervari, cuſtodiri & monſtrari. Unde non ſine cauſa Baronius (*d*) tam ſtudioſè eam & diligenter deſcribit, ut ſcil. Romanam Petri oſtentare & venditare queat. Verùm quid Cathedra, quid locus abſque doctrina? Quid Aharon cum Anna & Cajapha? Sedem autem pro loco, ſive ſucceſſione accipi notiſſimum, quomodo Euſebium ſumere & intelligere facilè crediderim. Multa talia ex credulitate ſeculi hauſit Euſebius: inſuper θρόνȣ vocabulum nihil tam Auguſti hoc loco notat, unde meliùs cathedra, quàm thronus exponitur, id enim Apoſtolicæ paupertatis ſimplicitas non permittit, neque Apoſtolicum munus, nec negociorum gravitas & ſublimitas. Sellam ergo permittamus, at quæ non adorata. Addo quòd quotidie videmus virorum, vel bellicæ fortitudinis, vel literariæ eruditionis, vel aliarum laudum fama præcellentium arma, libros, ſuppellectilem, alia etiam minora, magni à poſteris fieri diligentérque aſſervari, & in auctionibus precium rebus haud rarò ingens heri nomen addere. (*e*) Ita non minori ſtudio laminam Jacobi auream Bar. (*f*) nobis depingit, qualem communem fuiſſe cæteris Apoſtolis credibile eſſe in ſignum regalis ſacerdotii (1. Pet. 2. 9.) eámque à Chriſtianæ Legis Pontificibus geſtari conſueviſſe cenſet. R. 1. Affingat Apoſtolis quidquid libuerit, nos ad fidem illius haud adſtringimur. 2. Petrus univerſam fidelium Eccleſiam ita vocat, quod ille nonniſi in ſuos Prælatos, uti vocant, transfert: totúſque ſpiritualem ſenſum ad ſceptra, purpuràmque malè detorquet. 3. Si commune fuit ornamentum, quare Epiſcopi non imitantur? quare Papali dignitati omnia deferunt? 4. Quid negocii nobis cum Judaicis atque Ethnicis ritibus, unde hæc omnia. Ideo Seldenus: (*g*) Flamines *Ethnici ςεφανηφόρȣς vocabant, à capitis geſtamine, quod Flama dictum, coronæq; ſpeciem referebat: vide Dionyſ. Halicar. Pilamines verò à pileis, quibus capita circundederunt: vid. Plut. Filamines à filo lanæ, quo pracincta habebant tempora, Varro ſcribit. Quid ſi ergo à gentibus converſis non propter talia inſignia illi ſic vocati, qui Flaminum atque Archiflaminum loco ſucceſſere? ſicut in Anglia factum legimus.* Non minus Caſalius (c. 35. p. 156.) circa infulam & laminam cœteráque Epiſcoporum ornamenta totus ſecularis, Moſaicus & gentilis. Fatetur aliquoties Baronius, quod talia pleraque apud Paganos in uſu fuerint. Et Polydorus l. 4. c. 7. ubi ibid. *Undequaque manârint, magis tamen Hebraica, quàm Apoſtolica inſtituta referunt.* de hac materia Bona (*h*) Mitra i. q. cidaris, tiara, infula, phrygium, corona ſacerdotis, cuphia. Quidam (Latini) exiſtimant recentem adinventionem eſſe, quæ circa annum Chriſti 1000.

T incœ-

Ann. 34.

Cathedra Jacobi.

ejuſd. lamina.

(*d*) §. 292. *Spond.* §. 84. (*e*) *Dalla. de adorat. l. 4. c. 1. Confer Hoſpin. de Temp. p. 135.* (*f*) §. 293. *Spond.* §. 85. (*g*) *metamorph. Angl. p. 52.* (*h*) *in Liturg. l. 1. c. 74. inpr.* §. 14.

Ann. 54. incœperit; alii ab ipſis Apoſtolis deducunt, præcipuè Andr. du Sauſſay. (*i*) Vult autem Bona Mitram, qualis eſt hodie, nuperum ornamentum eſſe, qui ante 1000. annos vix fuerit in Eccleſia; à temporibus tamen Apoſtolorum aliquod fuerit capitis ornamentum, quo peculiariter, ſi non omnes, aliqui ſaltem Epiſcopi uſi ſint &c. His tu Dallæum de cultu Latin. l. 8. c. 10. oppone, ubi prolixè de πετάλῳ ſeu Mitra agit: cui adde Drelinc au faux viſage §. 7. à p. 50. De hoc negocio Conr. Graſerus (*k*) Trifidam Papæ tiaram, ſeu coronam triplicem, Baronius ad Perſarum Magos & Indorum Brachmanes refert, idque ſanè parum prudenter: de Petro enim & Paulo res & incredibilis, & ridicula futura erat. R. 5. Doctiſſimum Rivetum (*l*) Balſaci argumentum pro ſplendore & magnificentia Pontificia à πετάλου, ſeu aurea B. Johannis bractea, deſumtum, refutantem audiamus: *Si id verum eſſet, non ſequeretur, fuiſſe illud ornamentum commune ſummorum præſidum in Christianiſmo, quum hæc omnia referantur tanquam ſpecialia Johannis privilegia. Sed falſum eſt, ſi id ad literam intelligatur. Nec enim fuit ſacerdos Johannes, nec auream geſtavit laminam, quæ nunquam fuit inſigne præſulum Chriſtianorum, ſed tantùm Pontificis Max. Judæorum &c. Polycratem alluſiſſe exiſtimo ad ea, quæ Summi ſacerdotis olim fuerunt inſignia, & ea tribuiſſe Johanni ſignificatione ſpirituali, ob magnitudinem revelationum.* &c. Ita loco 1. Pet. 2. 9. inſigniter abutens Baronius (*ll*) docet Sacerdotium in Eccleſia eſſe inſtitutum, conjunctum cum Regia dignitate: ac propterea videri regiæ dignitatis inſignibus omnes Apoſtolos uſos. R. 1. Putidè omnia confundit. 2. Si commune fuit Apoſtolorum ornamentum, quî ergo factum Papæ proprium? quî ſolus Papa Judex ſupra omnes poteſtates à Deo conſtitutus? (*m*)

§. 90.) Eodem ſtudio veſtitûs ſacerdotis Novi T. ornamenta deſcribit Baronius, quò ſuam ſuorúmque pompam palliare queat. At quoniam partim à Judæis, partim ab ipſis Gentilibus pleraque mutuata, ac ſequioribus demum ſeculis ad præſens uſq; faſtigium à diverſis conſarcinata & conſuta ſunt, hæc ipſis ſimplicitati ſtudentes relinquimus, Deúmque externis hiſce & pompaticis non coli profitemur. Copioſa de his apud Durandum & ſimiles habebis. Eò autem tendunt adverſarii, ut ſummam inde Flaminibus ſuis poteſtatem tribuant: at verò licet totum hunc ornatum ſeu φῦκος potiùs, quem ſibi fabricârunt, illis concederemus, id tamen quod volunt, non obtinerent; unde Philo apud Baron. §. 297. quòd autem caput ejus perpetuò mitra tegitur, ſignificat diadema Regium, inſigne poteſtatis, non ſummæ quidem, ſed proregiæ &c. Ex hac tandem, aliiſque ſimilibus Apoſtolicis ſedibus ita anonymus concludit: *Si primum 500. annorum ſtatum à Chriſto Servatore mortuo uſque ad Juſtiniani tempora revolvamus, nihil ipſum Pontificem in ſpiritualibus duntaxat ultra ſibi ſubditos decreviſſe apparebit* &c. Uno verbo in

i) *l. 1. Panoplia. Epiſcopalis.* (*k*) *exerc. 3. in Dan. XI. p. 205.* (*l*) *in Ieſuita vapulante c. 8. §. 7.* (*ll*) *§. 293.* (*m*) *vid. Caſaub. in Bar. proleg. p. 59.*

Digitized by Google

in re veſtiaria olim decorum & modeſtia obſervata: vide can. omnes. q. 4. Ann. 35.
c. 21. & diſt. 3. c. Si quis virorum. & c. 20. q. 1. c. Vidua. & c. 21. q. 4. c. omnis jactantia: & Mareſ. in Jure Can. l. 2. tit. 2. p. 99. Si denique Jacobo Hieroſ. Cathedram, laminam, & neſcio quid præterea adſcribamus, num illa pro Ramana Sede pugnabunt? Annon pro Hieroſ. Ita Epiphanius hær. 79. §. 1. de Jacobo agens, inquit. *ab illo & ab omnibus Apoſtolis conſtitutas eſſe ſucceſſiones Epiſcoporum ac presbyterorum in domo Dei.* Et Iſid. Hiſpal. l. 2. de offic. Eccl. c. 5. *Cæteri Apoſtoli cum Petro par conſortium honoris & poteſtatis acceperunt, qui etiam in toto orbe diſperſi Evangelium prædicaverunt, quibusque decedentibus Epiſcopi ſucceſſerunt, qui ſunt conſtituti per totum mundum in ſedibus Apoſtolorum.*

JESU CHRISTI *Annus* 35.
TIBERII *Jmp. Annus* 19.

§. 1.) Coſſ. Sulpitius Galba, & Corn. Sulla: quos Calviſius ad an. 33. Cuſpin. ad an. 34. collocant. Verùm Chriſto nunc in cœlos digreſſo, Baronius nullum nobis Viſibile Eccleſiæ Caput monſtrat, quin Sedem Petri Romanam anno demum 44. vel 45. inchoat. Neque hoc præſenti anno jam Antiochiæ ſediſſe Petrum adverſariis ipſis videtur, ſed anno demum 39. & ſi vel maximè ibi ſediſſet, tum Petri Sedem Romæ non alligatam eſſe concedere nobis deberent: multò magis ſi dixerint ubicunque Petrus, ibi Sedes. Imò Hieroſolymæ primatûs honos erit deferendus, quia primò ibi vixit. Ergo vel nullum habemus Viſibile Caput, vel Caput erit ſinè Sede, adeoque iterum Roma cauſâ ſuâ cadet. A nece Stephani gravis Hieroſolymis perſecutio excitata: act. 8. 1. coll. cum cap. 26. 10. Unde diſperſi Apoſtolorum diſcipuli: hinc Ananias Damaſci degit: act. 9. v. 10. ubi Eccleſiam colligit (a) cujus natalem die 25. Januarii celebrant. Unde vides, aliquando veros Evangelii Miniſtros abſque miſſione, ſingulari Dei providentiâ & ordinatione, exiſtere poſſe. Quòd autem Apoſtoli Hieroſolymis permanſerint, id meo judicio, ad an. 34. §. 325. Baronius rectiùs miraculo divino, quàm vel Gamalielis patrocinio, vel Judæorum timori ob populi favorem in Apoſtolos, adſcribit. Ex his diſperſis aliqui in Phœniciam, Cyprum, Antiochiam perveniunt: act. 11. 19. Unde perſecutionum utilitatem facilè diſcas. Ergo ibi locorum, cumpr. etiam Antiochiæ, non primus prædicavit Petrus; neque miſſi à Petro fuerunt, quandoquidem diſperſioni, ſeu perſecutioni

Viſibile Eccleſiæ Caput.

diſperſio diſcipulorum.

a) *Bar. §. 5.*

Digitized by Google

Ann. 35. tioni iſthoc adſcribitur. Ita rectè noſtri concludunt, hac eadem ratione Evangelium Romæ per aliquos ex his longè ante Petrum (ſi modò is unquam Romæ docuerit) annunciatum fuiſſe.

Gallorum & Britannorum Apoſtoli. vid. an. 44 §. 35

§. 2.) Certè Bar. (*b*) Lazarum, Mariam Magdalenam, Martham & Marcellam, unà cum Maximino navi abſque remigio, in certum periculum expoſitos, Maſſiliam appuliſſe; ex quo comitatu Maximinus ibi docuiſſe, & primus Epiſcopus Eccleſiæ Aquenſis extitiſſe dicitur: Joſephus autem Arimathæenſis ex Galliis in Britanniam navigâſſe, illícq; poſt prædicatum Evangelium, diem ſuum obiiſſe. De hoc negocio Gallia Chriſtiana (*c*) Hujus traditionis (en tra litio) *teſtimonio veteres membranæ Eccleſiarum, & nonnulli hiſtorici utcunq;* NB. *favent: Sigebertus Gemblacenſis* (fl. 1110) *& Albericus Monachus* (fl. 1350.) *inprimis Vincentius Belvacenſis* (fl. 1240.) *l.* 10. *Speculi hiſt. c.* 101. *Ptol. Lucenſis Dominicanus, Bernh. Guidonis, Petrus Equilinus in Catalogo ſeu Natalibus Sanctorum l. 5. c. 10. Martin. Polonus, Gilb. Genebrardus, Baronius, Spondanus. Sunt autem Viri docti*, ſic ſubiicit auctor qui *recepto à multis ſeculis horum Sanctorum ad has terras appulſui apertè reclament; & Græcorum Georgii Cedreni in compendio hiſtoriæ, in vita Leonis Imp. Curopalatæ, Joh. Zonaræ T. 3. Annalium auctoritatem opponant, aſſerentes corpora Mariæ Magdalenæ & Lazari quieſcere Epheſi. De Maximino autem, qui primus Aquenſium Antiſtes fuerit, nullam unquam vel in veteribus Martyrologiis, vel Eccleſiæ Scriptoribus, uti Caſſiano, Salviano, Victore Maſſil. Eucherio Lugdun. Cæſario Arelat. aliisque non paucis, factam eſſe mentionem.* At verò licet hi, qui modò nominati, idem traderent, non tamen ſua authoritate perſuaderent. Eum autem in finem talia effinguntur, ut in Petrum Apoſtolum, eiúſque ſucceſſores omnes miſſiones conferantur, quocunque id modo fiat. Ex fundamento autem tam infirmo hoc fit, ut partim nulli anni primis ſeu fictis tum fundatoribus, tum ſucceſſoribus in catalogis adſcribantur, partim ut magni ſint hiatus, prout etiam in hujus Maximini ſucceſſione, & aliis pleriſque videre eſt: unde ſecundus Aquenſis Epiſcopus recenſetur S. Sedonius (S. Cydoine) qui colitur d. 23. Aug. Tertius Lazarus ad an. 420. Quartus Baſilius ad an. 429. ſic deinceps.

Porrò Lazari memoriam d. 17. Dec. celebrant: Confer Hoſpin. ad dictam diem. Idem autem qui Nazarius eſt: vid. an. 69. §. 27. & an. 44. §. 35. Galliæ item Chriſt. T. 2. p. 26. in Æduæ deſcriptione. De tribus Lazari corporibus vid Hoſpin. de Templ. 126.

Mariam Magdalenam defunctam apud Aquenſem urbem, & ibidem à Maximino ſepultam ex Alberico Monacho docet Gallia Chriſt. T. 1. p. 2. ubi ex eodem addit: *Quòd verò alii ſcribunt, hanc Sanctam apud Epheſum nullum ſuper ſe tegmen habere, omnino eſt apocryphum.* Aſt quibuſnam hic Albericus ſatis-

b) §. 5. *Spond.* §. 1. (*c*) *T.* 1. *p.* 2.

Digitized by Google

ſatisfaciat? vide Hoſpinianum ad 22. Julii. Ejus inventio accidit demum anno 1279. (*d*) Ann. 35.

Martha Taraſci in Gallia obiiſſe Martyrol. ad 29. Julii narrat.
Maximini celebritas die 8. Junii agitur.

§. 3.) Gildas Brito ſive Sapiens, natus anno 493. Evangelii lumen in Britannia radiâſſe mox à paſſione Chriſti, ope diſcipulorum ejus ait. (*e*) Sic alter Gildas priori antiquior, Albanicus cognomine, lib. de victoria Aurelii Ambroſii, Britanniam ſub tempore Tiberii Imperatoris Evangelium ſuſcepiſſe ait, addítque miſſum fuiſſe (poſt diſperſionem diſcipulorum) è Gallia in Britanniam à Philippo Apoſtolo Joſephum Arimathæenſem, circa annum 63. &c. quem non ſine ratione corrigit doctiſſimus Spelmannus, (*f*) dum pro 63. ponit 36. nî duplex ſeminatio innuatur. Quid ſi fortè etiam amplior Evangelii propagatio intelligenda? Ita etiam Beda (*g*) converſionem Britannorum non altiùs repetit, quàm ab anno Domini 156. quo Lucius Britannorum Rex, cum ſuis, fidem Chriſtianam ſuſcepit. Iterum Spelmannus: (*h*) *Cùm Philippus (Apoſtolum dixeris, an Evangeliſtam, num confundi ſolent iſtorum res geſtæ) in Gallia prædicans, graviſſimè à Druidis oppugnaretur, intelligerétque eorum diſciplinam in Britannia vicina inſula repertam eſſe & florentem, mittendos in Britanniam cenſuit XII. concionatores, qui conculcatis Druidarum ſuperſtitionibus, Evangelii radiis illuminarent populum. Cœtui præfeciſſe referunt Joſephum Arimathæum* &c. Eundem hunc Joſephum à Philippo eò miſſum Seldenus (*i*) ait, ibíque prima fundamenta veræ religionis poſuiſſe, cœnobium monaſticæ familiæ, D. Benedicti Ordinis in Glaſconia, agri jam Somerſetenſis inſulâ, primùm quadantenus inſtauráſſe (ex quo locus ille prima terra Dei, & prima Sanctorum terra in Anglia dictus) Simonem etiam Zeloten hanc adiiſſe inſulam, Nicephorus ſcripto reliquit. R. 1. Nullus fuit tum religionis ordo, multò minus Benedictinus: ſenſus ergo, cohabitâſſe, commune negocium egiſſe, ſicuti Hieroſolymis Apoſtoli. 2. Ratio apoſtolatûs hoc non admiſit. 3. Communio victûs & habitationis, inpr. ſub infidelibus non inducit monaſticam vitam: confer act. 2. 41. Sic Uſſerius (*k*) *In Britannia ipſis Apoſtolorum temporibus Evangelium annunciatum fuiſſe, authores habemus locupletiſſimos Euſebium, Theodoretum, Arnobium Juniorem, & Gildam Britannum. A Joſepho verò Arimath. id præſtitum Glaſtonienſium Monachorum traditio eſt. Nec ita tamen antiqua, ut ante Normannica tempora aliquod in probatæ fidei ſcriptore quoquam deprehendi poſſit illius veſtigium.* (*l*) Whelocus (*m*) *Circa annum 39. religio Chriſtiana in Anglia.*

Britannorum converſio.

v. d. an. 183 § 2.

T 3 §. 4.) Ad

d) Dallæ. de ador. l. 4. c. 22. f (*e*) *Ep. de excidio Britannico* §. 6. & 26 (*f*) *T. 1. De Concil. Angl. p. 1.* (*g*) *l. 1. c. 4. & ex eo Splem. præf. col. 4* (*h*) *p. 4* (*i*) *in metam. Anglor p. 51.* (*k*) *Antiq. Brit. præf. ad Lect. & in tract. p. 14. f.* (*l*) *Conſ. Forbeſ. Inſtr. l. 3. c. 30. § 13 Polyd. hiſt. Angl. l. 1. & 2. Regenvolſc, hiſt. Slav. p. 297.* (*m*) *in ſchol. ad Bedæ hiſt. Eccl. l. 1. c. 3. & 4.*

Ann. 35. *Samaritana Eccl.* §.4.) Ad Eccleſiam in Samaria à Philippo plantatam Petrus & Johannes ſubmittuntur : act.8.14. (*n*) Hinc laicum etiam in caſu neceſſitatis baptizare poſſe volunt, quia Philippus nonniſi Diaconus fuerit. R. Hîc neceſſitatis caſus nullus fuit. Neque tantùm Diaconus fuit Philippus, ſed & Evangeliſta: act.21.8. unde non ſolùm baptizavit : act.8.12.& 38. ſed & prædicavit: *v*.5. Proinde à Diaconatu ad Evangelii prædicationem promotus. Quicquid ſit, palmam in hoc Petro præripit, dum Samaritanis prior V.D. annunciat & Eccleſiam colligit. (*o*) Sic Eunuchum baptizavit act.8.26. ſeq. adeóque non unius Petri, ſed Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſonus in omnem exivit terram. (*oo*) ut probet nonnemo ex inſtitutione divina Epiſcopatum ordinem eſſe, ſive gradum à presbyteratu diſtinctum eóque ſuperiorem, quærit, quid aliàs opus fuerit, ut hoc loco ſubmitterentur Apoſtòli, quò ulteriùs pro iis orarent, & per manuum impoſitionem Spiritum ſanctum illis communicarent? Ita Baron (*p*) *Diſtinctio, inquit, actionum et donorum, inter Diaconos & Apoſtolos, quorum hodie Epiſcopi ſucceſſores, unde uſus m inavit, ut Epiſcopi manus imponant, ſeu confirment.* R. Diſtingue dona ordinaria ab extraordinariis, qualia habuerunt Apoſtoli, & plures viri apoſtolici in primitiva Eccleſia. Non negamus manuum impoſitionem ritum eſſe antiquum & ſanctum, non tamen ex opere operato quicquam illi tribuendum, ſed ſoli gratiæ Dei. (*q*) Samaritani cùm credidiſſent Philippo docenti de Chriſto, ſcribuntur ab eo baptizati eſſe. Poſtea verò cùm Apoſtoli poſt preces manus imponerent eis, acceperunt illi Spiritum S. modo ſcil. viſibili, non donum regenerationis, omnibus in baptiſmo oblatum, ſed dona illa inſignia & peculiaria, qualia donum linguarum, faciendi item miracula, & alia fuerunt. Confirmationis Sacramentum hoc loco fingunt adverſarii (*r*) at ubi oleum & balſamum, & ipſa unctio? unde fatentur, hoc & ſequenti capite ſola manús impoſitione confirmâſſe Apoſtolos, quia cùm imponebant manus etiam ungebant. inſuper ajunt, confirmâſſe Apoſtolos utroque modo, & ſolâ manús impoſitione, quando Spiritus S. dabatur viſibiliter cum dono linguarum; & præterea unctione quando ceſſârunt ſigna viſibilia. R. Manuum impoſitionem propriè ad baptiſmum non pertinuiſſe, ſed miraculoſam fuiſſe actionem jam diximus. Poſtea receptus quidem mos, ut baptizatis imponerentur manus, ita deinceps & ungebantur, verùm nonniſi appendices & ritus fuere baptiſmi, adeoque abeſſe poterant.

Χειροθεσία §. 5.) Bis tantùm leguntur Apoſtoli impoſuiſſe manus baptizatis act. 8. & 19. Ergo ritus non fuit perpetuus atque neceſſarius, neque de baptiſmi integritate; neque in Scripturis Apoſtolorum ulla mentio chriſmationis & unctionis in baptiſmo: χειροθεσία autem nonniſi ſymbolum fuit miraculoſi illapsûs Spiritûs S. ejúſque miraculoſorum donorum; act. 8. 16. c. 19. 6. Similiter

(*n*) *Bar.* § 9. *ſeq.* (*o*) *Euſ. l. 2 c. 1. m.* (*oo*) *Euſ. c. 3.* (*p*) §. 12. *ſeq. Spond.* §. 11. *ad verſ.* 15. (*q*) *vid. Polyd. Verg. inv. l 4. c. 6* (*r*) *Claſalius c. 23. p. 110 ſ.*

Digitized by Google

militer manuum impoſitio immediatè, vel in eodem actu lotionem baptiſma- Ann. 35.
lem excepit, adeoque pars integrans baptiſmatis ceremoniæ extitit, act. 19. 5. 6. adultis autem Apoſtoli manus impoſuerunt, ceu talium donorum capacibus, ſecùs ſubſequens fecit Eccleſia imponendo promiſcuè manus infantibus. Apud eoſd. veteres χειροθεσία non fuit verum & propriè dictum Sacramentum, ſed tantùm ritus Sacramento Baptiſmi annexus, actus ejus ultimus perfectivus & conſummatorius, ita ut manuum impoſitio exceperit lotionem immediatè & actu continuo, & ille ipſe qui tinxit, etiam manus impoſuerit, non autem ſolus Epiſcopus. Hodie apud Latinos manûs impoſitio ceſſavit & nonniſi in chriſmatizationem abiit. Fuit olim hic ritus non collativus Spiritûs S. & gratiæ habitualis, ſed tantùm optativus, medium non efficientiæ ſed præſentiæ, efficax nō ex opere operato, ſed ex opere operantis: unde Auguſtinus: *Quid eſt aliud manus impoſitio, quàm oratio ſuper hominem?* Et Tertull. *Imponitur manus per benedictionem advocans, & invitans Spiritum S.* Adeoq; hic ritus hodiéque à nobis uſurpari poſſet. Manuum olim impoſitio reiterari poterat, teſte Auguſt. l. 3. c. 16. de Baptiſmo, non item baptiſmus. Primitus non alius per impoſitionem manûs Spiritus, quàm qui in lavacro baptiſmi, dari Patribus creditus, Spiritus nempe illuminationis, renovationis, adoptionis, charitatis, roboris, confirmationis ad pugnam, multis variiſque præter lotionem ritibus, unctione, vino, lacte, melle, cereis, candida veſte adumbratus: quibus tandem acceſſit manuum impoſitio, ſolennis illorum chariſmatum invocatio, confirmatio, cum incrementi & benedictionis voto. (s)

§. 6.) Sanè manuum impoſitionem majorem habuiſſe efficaciam, majoríſve eſſe momenti rem, quàm baptiſmus, neutiquam arbitrandum: neque ipſi operi vel hoc, vel illud adſcribendum. Ita quum act. 10. 34. 48. 1. Cor. 1. 16. Apoſtoli prædicârunt, alii verò baptizârunt, vel laicos illos fuiſſe, vel alium ordinem ſacrum feciſſe, non arbitrandum. Negamus ergo nonniſi per Apoſtolos, vel Epiſcopos etiam, quos illi vocant, Deum edidiſſe ſigna & miracula: conf. act. 8. 7. collat. cum c. 9. v. 10. & v. 17. ſeq. Diaconi baptiſmum Spiritûs S. donis nequaquam caruiſſe Hieron. adv. Luciferianos c. 4. ab abſurdo argumentatus demonſtrat: *Niſi fortè,* inquit, *Eunuchus à Philippo Diacono baptizatus, ſine Spiritu S. fuiſſe credendus eſt, de quo Scriptura ita loquitur: act. 8. 38. 39 Et deſcenderunt ambo in aquam, & baptizavit eum Philippus, & cùm aſcenderent ab aqua Spiritus S. venit in Eunuchum. Imperitiam produnt,* ait Blondellus (t) *quotquot Spiritûs unctione deſtitui putant, quos Epiſcopalis manus non conſignavit: Si, inquit Hier. ad Epiſcopi tantùm imprecationem Spiritus S. defluit, lugendi ſunt, qui in vinculis, aut caſtellis, aut remotioribus locis, per presbyteros & Diaconos baptizati antè dormierunt, quàm ab Epiſcopis inviſerentur.* Cauſa miſſionis Apoſtolorum ad tinctos Samaritanos, non fuit gratiæ poteſtatíſve defectus ullus in Diacono baptiſta, ſed Samari-

tanorum

(s) *vide Dallæum tract. de confirmat. & de cultu Latin. l. 2. c. 11. p. 145.* (t) *de Epiſc. §. 3. p. 212.*

Digitized by Google

Ann.35. tanorum minus felix, quàm Judæorum fidelium fuerat conditio poſt lavacrum. Si viſibilis Spiritus illapſus, pari eos cum cœteris diſcipulis gratiâ colluſtrâſſet, ad preces pro eodem impetrando ſe nequaquam convertiſſent Apoſtoli. *Si hoc loco quæris,* inquit iterum Hier. *quare in Eccleſia baptizatus niſi per manus Epiſcopi non accipiat Spiritum S. quem nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui, diſce hanc obſervationem ex ea auctoritate deſcendere, quòd poſt aſcenſum Domini Spiritus S. ad Apoſtolos deſcendit.* Ergo obſervatio illa non divinitus præcepta, ſed liberè ab Eccleſiis ſuſcepta eſt, multis in locis, ait Hier. idem factitatum reperimus, ad honorem potiùs ſacerdotii, quàm ad Legis neceſſitatem.

Miſſio Petri. §. 7.) Igitur malè tum ex hac miſſione, tum ex manuum impoſitione Bar. (u) hierarchicum ordinem concludere vult. Atqui Johannes cum Petro, ut æqualis & collega, comésque individuus miſſus cum pari poteſtate. Servus autem Domino, miſſus mittente major non eſt. Ergo Petrus non fuit ſuper omnes Apoſtolos Dominus, ſed ſingulis æqualis, toto autem Concilio inferior. Nec valet ſophiſma Ekii: Senatus ſolet mittere præcipuos ex ſuo ordine. Nam certè nullus Senatus mittit ſuum Principem, Regem aut Cæſarem. Nec magis ad rem facit cùm ajunt; Regem aliquando dici mitti ad bellum à Conſiliariis. Jo. de Turrecremata ait (x) Petrum fuiſſe ab Apoſtolis miſſum, non authoritatis imperio, ſed providentiæ conſilio. Alii ſic efferunt, Conſultivè miſſum fuiſſe, non authoritativè. Ita fingunt illi, Apoſtolos omnes Petrum rogâſſe & obſecrâſſe, ut ipſe non dedignaretur Samariam ire. R. Non dicimus Regem mitti à conſiliariis, ſed ire ſua ſponte, vel rogari, ſuaderi, moneri à viris primariis Reip. ut ead. conf. Joh. 13. 16. Ecquid verò de Johanne reſpondebunt, qui non aliter ac Petrus miſſus fuit, num etiam tantùm providentiæ conſilio, non authoritatis imperio, conſultive, non authoritative? Inſt. Etiam Chriſtus à Patre fuit miſſus. R. 1. Comparare hac in parte Papam cum Chriſto blaſphemum: 2. Miſſus fuit Chriſtus à Patre quatenus fuit incarnatus, adeoq; hoc modo major, & is ejus ſervus fuit. Longè igitur aberrat Bar. (y) cùm ait, eò Petrum miſſum, ut gentibus aperiret clavibus ſuis cœlum: at idem Johanni act. 8. àv. 15. tribuitur. Regerunt, Petrum conſtituiſſe, qui in Samariam mitterentur, ſed & ipſum voluiſſe eſſe de eorum numero. R. Vim contextui faciunt. Inſt. Bar. (z) Æquales mitti ab æqualibus. Quanquam miſſio non neceſſariò ſubjectionem infert, excludit tamen dominationem ejus, qui mittitur: docétque unum, etiamſi ſit æqualis ſingulis, inferiorem tamen eſſe toto collegio. Herodes Magos rogabat potiùs, quàm illis imperabat: ſive ut tyrannus pro libidine imperavit, etiam ubi non habebat auctoritatem: vel in ſua ditione habere ſe illam poteſtatem credebat: deinde hoc ipſo Reges non fuiſſe hos Magos rectè ſtatues. Bene itaque Petrus ſe ſubjeciſſe concilio dicitur. Nec malè Libertas Gall. *(a) Petrus*

u) §. 12. (x) *l. 2. c. 14. de Eccleſia.* (y) §. 10 *Spond.* §. 9. (z) §. 9. *ſeq.* (a) *T. 1. 554.*

Digitized by Google

trum ergo in hac miſſione inferiorem ſe agnovit. Firmum itaque manet, Superiorem eſſe Eccleſiam ſupra omnia membra particularia. Conſentit Renatus Benedictus in Panoplia: item Stapleton. in relect. contr. 3. q. 1. art. 3. & Gerſon de Anferibil. Papæ conſid. 1. Ann. 35.

§. 8.) *Date mihi*, inquit Simon Magus, *poteſtatem hanc* &c. act. 8. 19. Igitur Simonia traditio erit poteſtatis, ſeu gratiæ ſpiritualis, propriè ſupernaturalis,, ſub pacto pecuniæ, & pro pecunia, aut quocunque pretio. Id quod Curiæ Rom. & præcipuè Capiti ipſius, probè convenit: unde autor in fulmen brutum: (*b*) *Papa vias diligenter excogitavit, quibus ea recuperaret, quæ in coëmendis ſuffragiis erogavit: infamis ſacrorum nundinatio inſtituta, Sacramenta venalia, indulgentiarum contractus, conductitiæ preces, ſupererogationis merita, diſpenſationes quæſtuoſæ &c. Quicunque ei numerat pecuniam, accipit facultatem offerendi Chriſti, pro peccatis mortuorum & vivorum, fit abbas, Canonicus, Epiſcopus, Primas, Cardinalis: poſſidet quot poteſt beneficia: habet partem & ſortem in negociis Eccleſiaſticis &c.* Tu Petrarcham & ſimiles evolve. De eodem de Dominis, ipſe olim Archiepiſc. l. 9. c. 9. §. 77. Chemnit. in Concil. Trid. de indulg. & nundin. p. 710. ſeq. Rivet. in Cathol. Orthod. p. 21. alii innumeri. Ipſum Officium S. vendit, ſeu Ordinem, ſive poteſtatem ipſam, regendi animas, & Eccleſiaſtica munia, unà cum præbendis ſeu beneficiis. Accedit quòd nullam rationem doctrinæ, aut vitæ habet: ſibi ſoli electionem & confirmationem reſervat: quod unius Dei opus, id hominis miniſterio tribuit: munera Eccleſiaſtica in dignitates convertit, de paſcendo grege non magis cogitans, quam ſutor de arando. Papa cum Epiſcopis in ſufflando cum ſuo habitu, S.S. conjunctum eſſe, & hunc, quibus volunt, conferre poſſe, videri volunt. Quouſque tandem telonaria illa Romanorum facultas ſe extendat, facilè ex praxi cum jure ipſorum Canonico collata diſces.

Simonia quid & unde.

§. 9.) Petri prærogativa, quòd is Simonem Magum primum hæreſiarcham detexerit, & Romæ extinxerit: act. 8. v. 20. R. De extinctione illius ſuo loco dicetur. Non autem Petrus hunc detexit, ſed ſemetipſum prodidit, ita ut cuivis eum deteggere facile fuiſſet. (*c*) Tantum igitur abeſt ut hæc in hæreticis puniendis, in immeritis excommunicandis & devovendis patrocinentur Papæ, ut omnia contra illum æquo jure revibrari poſſint, maneátque apud Miniſtros legitimos jus fáſque ſceleratos reprehendendi, ac impœnitentes ligandi: ſic tamen ut, exemplo Petri, v. 22. non exitium illorum, ſed ſalus quæratur. In ipſis ergo Eccleſiæ N. T. incunabulis hæreſos ortas videmus. Num autem Simon hîc Magus primus N. T. hæreticus fuerit diſceptant docti. (*d*) Ita Nicephorus ex Hegeſippo de primis hæreticis: Propterea Eccleſiam vocaverunt virginem, quòd nondum eſſet inanibus & vanis

U corru-

b) *p.* 307. (*c*) *adi Cham. T.* 2. *l.* 11. *c.* 18. *à* §. 38, *Wit. q.* 2. *c.* 15. *de Dom. l.* 1, *c.* 9. §. 30 *ad Bar.* §. 25. (*d*) *vide Danæ in Aug. de hær. proleg. c.* 9.

Ann.35. corrupta doctrinis. Primus eam depravare cœpit, quòd in petitione epiſcopatûs repulſam tuliſſet, Thebutes, unus è VII. hæreticis & plebejus: è quibus & Simon eſt, unde Simoniani dicti: & Cleobius, unde Cleobiani; & Doſitheus, unde Doſitheani; & Gorthæus, unde Gorthæani; & Masbotheus, unde Masbotheani. Ex his vulgò ſolus hic Simon Samaritanus Patriarcha exiſtimatur hæreticorum Novi Teſtamenti. Ope Dæmonis multos eluſit apud Samaritanos, ac Numinis loco habitus honore ſimulachri ſeu ſtatuæ fuit decoratus. De Simonis & ſociæ ipſius imaginibus ad adorandum propoſitis vide ex Aug. de hær. Dallæum de imag. lib. 1. cap. 7. Inter primos etiam Nazaræi, qui aliàs Pſeudo-Apoſtoli vocantur: hi Evangelium de Chriſto, unà cum ceremoniis Legis Moſaicæ ad ſalutem neceſſarium dicebant.

vide ann. 74.§.1.

Eunuchus Aethiopa.

§. 10.) Philippus Eunuchum baptizat: act. 8. 36. ſeq. Hunc Abdias ineptè Candacem vocat. Cadit ergo Petri prærogativa, quòd omnium primus inceperit prædicare Gentilibus, eóſque convertere: act. 10. 13. Inſt. Proſelytus fuit Eunuchus, ac dubio procul circumciſus. R. Eſto, nec alius Cornelius extitit. Ita ergo ſonus Evangelii per Philippum exivit in longinquas terras. Hinc, qua tamen fide alii diſpiciant, Polydor. Vergilius teſtatur: (e) Eunuchum reducem poſtea reginam ipſam, cum tota familia, bonáque populi parte baptizâſſe, ut Chriſtiana religio in gente ſemper viguerit. Brianus Walthonus: (f) *Æthiopes antiquam habent totius Scripturæ verſionem, quæ, ſi illis credendum ſit, ipſis Apoſtolorum temporibus facta eſt, nec enim aliam, à primò recepta fide Chriſtiana, habuiſſe probari poteſt.* Bibliotheca Patrum edit. Pariſ. (g) *In Miſſa, quâ Æthiopes utuntur, quæ etiam Canon Univerſalis dicitur, incertæ ætatis opus,* extat in Bibliotheca T. 6. col. 41. item *ordo benedictionis puerperæ* col. 56. *ordo Baptiſmi* col. 57. *ordo myſteriorum ſive confirmationis* col 72. Igitur quia incertæ ætatis, obſcuri translatoris, potiùs compilatoris, alicujus ponderis ea non facimus. De Miſſa Æthiopum Mareſius: (h) *Liturgia Matthæi dicitur, quæ epactarum meminit, & numeri aurei, qui diu poſt tempora Matthæi in uſu canonum paſchalium fuit inventus. Ibidem fit mentio Concilii Niceni, Epheſini, Conſtantinopolitani: item Baſilii, Chryſoſtomi, Gregorii M. quos inter & Matthæum 500. ſeu 600. anni interſunt.* De his Petrus Molinæus (i) ex Franciſc. Alvarez Monacho, qui ſexennium in aula Neguzi, Æthiopici Imperatoris fuit, ita refert: *Æthiopes purgatorium, transſubſtantiationem, elevationem & adorationem panis non credunt: Papam Dominum ſuum eſſe non agnoſcunt, neque indulgentias ipſius, neque Miſſam privatam. Religionem linguâ ſuâ peragunt: communionem ſub utraque populo exhibent: imagines non adorant: nonniſi unam menſam ſeu altare in templo habent. Monachi ipſorum conjugati manuum labore ſe alunt. Puerulos quadrageſimo, puellas ſexageſimo die baptizant, quo certiſſimo indicio baptiſmi neceſſita-*

vide ann. 44.§.29.

e] *Inv. lib. 4. cap. 2.* (f) *diſſert. de ling. Orient. edit. Daventr. 1658. pag 92* (g) *in ind. p. 70.* (h) *in ἀνεκδότῳ.* (i) *Anat. Miſſal. 1. c. 21.*

neceſſitatem ſe non ſtatuere oſtendunt. Sic Brerevod. (*k*) inter alia: (*l*) *Nec audiendus Alvarez, qui in ſua Æthiopia hiſtoria Chriſtianos Nubienſes Pontificis Romani ſuperioritatem agnoviſſe, & ab ipſo conſecratos Epiſcopos habuiſſe ſcribit &c.* De fide præterea, religione, moribúſque Æthiopum ſeu Abiſſinorum conſule Damianum à Goes, collatum cum Scaliger. de Emendatione Temporum, item Wild. 4. Argent. 1664. Confeſſio Claudii Regis Æthiopum ſeu Abiſſinorum, qui circa ann. 1540. ad imperium pervenit, Patri ſuo Davidi, cognomento Wanagſaged, ſucceſſit, eámque conſcripſit in Luſitanorum gratiam, poſtquam illi hunc aliquot cohortibus contra Grainum Adelenſem, modicæ aliàs potentiæ Regem, juvârunt: ſcripta anno 1555. edita cum notis & verſione Latina Jobi Ludolfi J. C. impreſſa autem Londini 1661. In hac licet uſum circumciſionis, & diſcrimen ciborum ſe retinere profiteantur, tamen Judaiſmum, & ceremonias Moſaicas ſuperſtitioſas longè à ſe removent, hæcque nonniſi receptæ conſuetudini tribuunt: adeóque circumciſionem ritum ſacrum eſſe non volunt, unde perficitur etiam à muliercula, arbitris remotis, etiam in fœmellis. Ita autem articulus 3. ſe habet: *Nos incedimus viâ regiâ, planâ, verâ, & non declinamus neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, à doctrina Patrum noſtrorum XII. Apoſtolorum: & Pauli fontis ſapientiæ, & LXXII. diſcipulorum, & CCCXIIX. Orthodoxorum, qui congregati fuerunt Nicea, & CL. Conſtantinopoli, & CC. Epheſi.* Et circa finem: *Mea verò religio, & religio presbyterorum doctorum, qui docent juſſu meo in ambitu regni mei, talis eſt, neque recedant à via Evangelii, neque à doctrina Patris noſtri Pauli, ſive ad dextram, ſive ad ſiniſtram.* Adeóque Papæ Romano ſe non ſubmittit, non ad ejus placita, ſed ad ſacram Scripturam provocat. Ann. 35.

§. 11.) Cœterò quod Eunuchi baptiſmum ſpectat, nullum baptiſterium habemus, neque in prima Eccleſia in uſu fuiſſe facilè is concedet, qui templa eos non ſtatim habuiſſe profeſſus fuerit, inprimis quia immergebantur plerunque, in fluminibus, in ſtagnis, in domibus, in mari, etiam in occultis locis & cryptis, in carcere baptizabantur. (*m*) Nullum hîc templum: unde olim baptiſteria ſeparata erant ab Eccleſia, ſine dubio etiam propter immerſionem, quia capaciora erant. (*n*) Nullum olim baptizandi obſervatum tempus, ſed quævis arrepta occaſio & opportunitas: malè ergo poſtea in paſcha, pentecoſten, & alia tempora dilatus baptiſmus. (*o*) Nullæ ſingulares ceremoniæ, veſtes, chriſma &c. (*p*)

k) in ſcrutin. relig. c. 23. ſeq. (*l*) *pag. 177.* (*m*) *vide Zimmerm. in Tertull. §. 58.* (*n*) *ibid. §. 69.* (*o*) *ib. §. 56* (*p*) *ib. §. 67.*

Digitized by Google

Ann. 36.

JESU CHRISTI *Annus* 36.
TIBERII *Annus* 20.

Paulus perſequitur Eccleſiam.

§. 1.) Coſſ. Paulus Fabius Perſicus, & L. Vitellius Nepos. Hos Calviſius ad ann. 34. Cuſpin. ad 35. ponunt. Spondanus ad ann. 35. §. 2. ex Baronii §. 4. hujus anni, occaſione miſſionis Sauli ad perſequendam Eccleſiam factæ à ſummo Pontifice poteſtatem maximam Pontificis commendat, quam in religionis negocio habuerit, ut eandem in Romanum ſuum præſulem derivet, ex act. 9. v. 2. R. 1. Quid ad Papam? 2. Abſque dubio ſummus Sacerdos pro toto Synedrio accipitur, quandoquidem ex Lege, communi cum conſenſu, talia adminiſtrare debuerunt. 3. Horum poteſtas limitata optimè ex Chriſti paſſione intelligitur. 4. Corruptiſſimus fuit omni ex parte Pontificatûs Judaici ſtatus. 5. Ex tyranni actione & fraude nullum jus colligitur. 6. Non fuit executiva poteſtas, ſed tantùm inſtrumentalis & miniſterialis, imò prædatoria: ita ex hodiernæ inquiſitionis hæreticæ pravitatis actionibus quid colligas?

Saulus dictus Paulus.

Idem Spondan. ad ann. 35. à §. 3. Baron. ad ann. 36. §. 10-12. inter alia, quæ de Paulo diſſerunt, etiam de nominis mutatione agunt. Quid ergo Petrus habet præ hoc & aliis? Maximè cùm tam inſigne illi Chriſtus elogium act. 9. 15. perhibeat, Σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐςὶν ὗτος: *inſtrumentum electum eſt mihi.* Hinc Baron. (a) ex Hieron. in Epiſt. ad Philem. *Qui putavit, ſicut Rom. ducibus & Imperat. mos erat, à devictis populis nomina ſibi ſumere, ita & Saulum ad prædicationem gentium miſſum, à primo Eccleſiæ ſpolio Proconſule Sergio Paulo: Act. 13. victoriæ ſuæ trophæa retuliſſe &c.* Quidam aliàs nomen à Latinis deducunt, quaſi Puſillus, quòd ex ſuperbo humilis factus: alii à Græc. quaſi mirabilis ſeu requies.

§. 2.) *Saul, Saul, &c.* act. 9. v. 4. Hinc omnipræſentiam corporis Chriſti urgent: addunt varias Chriſti alias adparitiones, eam inprimis, quando Romæ ſub portam Petro occurrit, unde & prærogativam illi aſſignant. R. Fabula eſt illa poſterior adparitio. Non neceſſe autem fuit, ut vel in terra, vel in aëre Paulo appareret, quoniam è cœlo hoc factum, ſicut Stephano act. 7. 55. 56. & ipſi poſtea Paulo 1. Cor. 9. 1. unde cœli Chriſti corpus capiunt uſque ad tempora reſtitutionis omnium: act. 3. 21.

Saul converſus.

Chriſtus Ananiæ operâ in Pauli converſione, non autem Petri utitur: act. 9. 17. Sic eundem Paulum & Barnabam non Petrus, ſed Prophetæ & Doctores Eccleſiæ Antiochenæ mittunt in gentes: c. 13. 3. Petrus ergo ordinaria ſua authoritate, quam illi ſoli tribuunt, in creandis novis Apoſtolis & Miniſtris Evangelii, & in tradenda ipſis poteſtate non utitur. Ita Paulus dat authoritatem apoſtolicam Tito, dat Timotheo, &c. Petrus in S. Scriptura nemi-

a) *lib. al. & Spond ad ann.* 35. § 8.

Digitized by Google

nemini. Portò de converſionis Pauli anno ipſi diſceptant adverſarii, unde eam Baronius ad hunc, Spondanus ad præcedentem annum reponunt. De ea Martyrol. Roman. ad 25. Januar. *Converſio ſancti Pauli Apoſtoli, quæ fuit ſecundo ab aſcenſione Domini anno.* De eadem Hoſpinianus ad dictam diem: *Mentio hujus feſti primò fit ſeculo demum XII. à probatis authoribus, nondum tamen ubique celebratum Innocentii III. tempore, circa annum* 1200. plura ib. Whelocus (*b*) ad annum 34. collocat. Ann. 36.

Paulus converſus Damaſci, operâ Ananiæ, vixit ibi cum diſcipulis, & ſtatim in Synagogis prædicavit Chriſtum: act. 9. v. 20. En fructum converſionis, ingentem & intrepidum ejus zelum! Synagogas adiit, tum quia nulla Chriſtianorum templa, tum ut occaſione docendi uteretur. Confer act. 13. 5. & v. 14. cap. 14. v. 1. & v. 10. & v. 17. cap. 18. v. 4. & v. 16. & v. 19. & v. 28. cap. 19. v. 8.

b) *in Chronol. Sax. pag.* 503.

JESU CHRISTI *Annus* 37. TIBERII *Imperatoris Annus* 21. Ann. 37.

§. 1.) Coſſ. C. Ceſtius Gallus, & Servilius Rufus. Vide Calviſ. ad ann. 35. Cuſpin. ad ann. 36. Lucius Vitellius Proconſul in Syriam, cui etiam Palæſtina ſubjecta fuit, mittitur, ac honorificentiſſimè Hieroſolymis excipitur. (*a*) Ac ſtolæ Pontificiæ cuſtodiam quam Herodes & Archelaus ſibi arrogabant, Sacerdotibus concedit, Cajapham Pontificatu removet, & Jonatham Anani filium ſubſtituit.

a) *Ioſeph. Antiq. l.* 18. *c.* 6. *al.* 7.

JESU CHRISTI *Annus* 38. TIBERII *Imperatoris Annus* 22. Ann. 38.

§. 1.) Coſſ. Q. Plautius Plautianus (al. Lælianus) & Sex. Papinius Gallienus. Pilatus patratæ cædis à Samaritanis apud Vitellium accuſatus, ſucceſſorem Marcellum habuit, & apud Tiberium cauſam dicere juſſus fuit: ſed dum eſt in itinere, Tiberius vitâ exceſſit. (*a*) Non tantùm verò ob cædes, ſeu crudelitatem in Samaritanos, ſed propter injuſtitiam quoque revocatum Romam Pilatum ex Philone de legatione ad Cajum dicunt, quippe ſolitus ſententias vendere, cuncta rapere, injurias inferre, innocentes puni- *Pilati reatus.*

a) *Ioſeph. Antiq. l.* 18. *c.* 5.

Digitized by Google

Ann. 38. re, tormentis cruciare, ac denique morte eoſdem afficere, atque id genus alia patrare, (*b*) quæ ſanè cum hiſtoria paſſionis probè conveniunt, unde etiam vindictam hoc loco ſentit. Hunc Pilatum Viennam relegatum, ibique mortem ſibi conſciſſe Baron. ad ann. 41. §. 20. ex Adone & Oroſio ait: Eutychius autem (*c*) Cajum Cæſarem illum Romam accerſitum morte mulctâſſe vult. De Pilato vide diſſert. Mitternachti 8. Naumb. 1666.

b) Baron. §. 2. (c) pag. 324.

Ann. 39.

JESU CHRISTI *Annus* 39.
CAII *Imperatoris Annus* 1.

Tiberius Imperator moritur.

§. 1.) Coſſ. Cn. Proculus, & Pontius Nigrinus. Moritur Tiberius Imperator anno ætatis 78. imperii XXII. additis menſibus 6. diebus 20. Sagax autem fuit, artium peritus, avarus contrà, immitis, callidus, cujus obitus omnibus expectatus. Nulla gravia bella per ſemetipſum geſſit. (*a*) Tiberium de recipienda Chriſtiana religione cogitâſſe, & ad ſenatum retuliſſe, qui reſtiterit, ſcriptores è Chriſtianis fide digniſſimi referunt. (*b*) Succeſſit Cajus Caligula anno ætatis 25. Nepos ex Germanico, ob continentiam gratus primo anno populo, deinceps intolerabilis beſtia, ac nepos inſignis, urbi toti fatalis. Tantæ autem prodigalitatis fuit, ut cùm vicies ter millies ſeſtertiùm h. e. ultra centum milliones in theſauros acciperet, nulla ejus pars ſuperfuerit in tertio ejus imperii anno, ut Dio & Tacitus annotant. Statim initio imperii Romæ Agrippa Major, Ariſtobulo Herodis Ma. filio natus, carcere à Caligula liberatur, & catenâ aureâ ejusdem ponderis, quo ferrea fuerat, donatur, Réxque Tetrarchiæ ſuæ conſtituitur, cui VII. annos præeſt: manet tamen hoc anno Romæ, ad demerendum Caligulam. (*c*) Vitellius autem, Syriæ præſes, cùm Hieroſolymis eſſet in paſchate ſummum Pontificem Jonathanum pontificatu movet, & Theophilum fratrem ſubſtituit, ubi quarto die pòſt accipit literas de obitu Tiberii, & ſimul Judæos jubet jurare in verba Caligulæ, omittítque bellum, quod Aretæ Arabum Regi movere paraverat. (*d*)

C. Caligula fit Imperator.

Petrus in Judæa degit.

§. 2.) Hactenus multa Petri acta in Judæa, uſque ad necem Stephani, continuata hiſtoria, totis quinque prioribus actorum capitibus Lucas deſcribit. In perſecutione Stephani, ac diſperſione diſcipulorum ſubſtitit Petrus cum Apoſtolis Hieroſolymis. Poſtea Petrus & Johannes miſſi ad Samaritanos, ubi cum Simone Mago habuit contentionem. Vana autem, térque vana narratio, Petrum, cùm hunc videret venena ſua ubique ſpargentem, ſecutum eſſe illum in quaſcunque ille profectus eſſet terras, tandémque

a) Oroſ. lib. 7. cap. 4. (b) Rupert. in hiſtor. univerſ. pag. 283. (c) Ioſ. Ant. lib. 18. cap. 8. d) Ioſeph. ibid. cap. 7.

Digitized by Google

que Romæ publicè cum eodem certâſſe. Paulus poſt triennium ſuæ converſionis venit Hieroſolymas videre Petrum: Gal.1,18.act.9.&22. Certè anno 36.(ait de Dom.l.4.c.1.§.17.) Tiberius mortem illis minatur, qui accuſarent Chriſtianos, Tertulliano & Euſebio teſtibus; unde Chriſtiani pace fruebantur per totam Judæam, Galilæam & Samariam: act.9.31. ubi per Apoſtolos Eccleſia ædificabatur, Petrus quoque eaſdem regiones circuibat: v.32. ubi etiam in Joppe Tabitham à mortuis excitavit: v.40. & viſo linteo cap.10. Cornelium convertit. Reverſus Hieroſolymas de Cornelii hominis Ethnici converſione rationem reddidit: c.11. quibus in locis commune Eccleſiarum ſub Apoſtolis & presbyteris regimen nota: conf.act.8.14.c.9.v.27.c.1.v.4,& 18.& 22.& 30.c.13.v.3. ita deinceps. Ann.39.

§.3.) Poſtquam Paulus Damaſco in Arabiam ſe contulit, indéque Damaſcum reverſus Hieroſolymam aſcendit, ut videret Petrum: Gal.1.17.18.(e) inde Petro prærogativam faciunt. Triennio autem à converſione ipſius exacto hoc accidit. R. Non ut ad principem & Dominum, ſed ut ad Apoſtolum, eúmque eximium aſcendit, cujus apud omnes ſumma dignitas fuit, & quem antea nunquam vidiſſet: cum tot prærogativis, non tamen niſi perſonalibus, ut ætate, vocatione, familiaritate cum Chriſto, rebus geſtis inſignem, conventum deſideravit. Adde quòd major minorem inviſere quandoque poteſt: Luc.1.14. Unde Chryſoſtomus ad Gal.1. *Quid hoc animo poſſet eſſe modeſtius? Poſt tanta taliáque facta, cùm nihil opus haberet Petro, nec illius egeret voce, ſed honore par erat: (nihil enim hîc dicam amplius,) tamen aſcendit ut ad majorem & ſeniorem.* At terminum major hoc loco, & ſæpius alibi, non ſuperioritatem, ſeu dominium, ſed ætatis, vocationis &c. prærogativam ſignificare, doctiſſimus Abbas Arnoldus(f) ad oculum oſtendit. Profectionis ſuæ ſcopum ipſe Paulus recitat, ſcilicet ut poſſet ἱστορῆσαι cum Petro, quod idem ac ἰδεῖν, hoc eſt, cognoſcendi cauſâ viſere penitúſque inſpicere. Neque uni Petro, ſed communiter Apoſtolis & diſcipulis operam ibi dediſſe: vid. act.9.v.17.27.28. coll. cum Gal.1.v.19. ubi præter Petrum & Jacobum fratrem Domini alium ſe Apoſtolum non vidiſſe teſtatur, unde fortè fit, ut unius hoc loco Petri mentionem faciat. Hactenus ergo Judæorum fuit Apoſtolus Petrus. *Paulus inviſit Petrum.*

§.4.) Paulus loquebatur Gentibus, & diſputabat cum Græcis: (i.e. Helleniſtis ſeu profeſſione Judæis) ut Vulgata habet act.9.29. Ergo, juxta Pontificios, etiam hoc loco Petrus Gentibus non primus Evangelium annunciâſſe probatur.

Petrus pertranſibat per omnes: act.9.32.(g) unde prærogativam habet. R. Non ſolus Petrus, ſed & cœteri muneri ſuo non defuêre, pace inprimis Eccleſiæ conceſsâ: conf.v.31. Petri autem, ceu ferventiſſimi & diligentiſſimi Evangelii

e) Baron.§.5.ſeq.Spondan §.4. (f) dans la grandeur de l'Egliſe Romaine l.4 cap.20. g) Baron.§.14.

Ann.39. Evangelii præconis mentio fit, inprimis propter illud miraculum, quod Lyddæ patravit: v.35.& poſtea Joppæ: v.40. Chryſoſtomum non curamus, maxime quia non honoris, ſed laboris primatum intellexit, qui nihil ad Papam.(*h*) Gratis ergo Baronius(*i*) de Petri diligentia & ſtudio triumphat: rectè autem Ant. de Dom.(*k*) *Plurimùm fallitur Bellarminus de Romano Pontifice, l.2.c.6.* inquit, *dum facta Petri cum Cornelio, Ænea & Tabitha, ponit primo quadriennio, antequam Paulus prima vice poſt converſionem veniſſet Hieroſolymam: hæc enim omnia poſt diſceſſum Pauli Hieroſolymis ponit S. hiſtoria.* Nimirum angit & vexat illos hiſtoriæ ſeries, ita ut ſedem tum Antiochenam, tum Romanam Petri invenire nequeant, unde tam in ſupputando diverſi. De Petri autem Cathedra Henr. Smidium viſe.

Antiochena Petri Sedes. §.5.) Ad hunc annum Sedis Petri Antiochenæ exordium referunt. Ergo Roma prærogativam nullam habet, quia hæc tempore prior: licet autem ibi mortuus prætendatur, æquè tamen nihil proficiunt, quoniam ipſe Chriſtus Hieroſolymis paſſus pro genere humano, & totum redemptionis perfecit negocium, ob quod tamen nihil accedit loco. Quidam Petrum in Oriente V. alii VII. annis ſeſe continuiſſe, tandem Antiochiæ VII. annis in Epiſcopali Sede reſediſſe, & in Ponto, Galatia, Bithynia, ac circumjacentibus Aſiæ provinciis aliquam moram eum feciſſe aſtruunt. Certè hactenus Romæ non fuiſſe conſtat, nec Antiochiæ: ab aliis verò, quàm à Petro, fundatam Eccleſiam Antiochenam c.11.act.v.20.22.25.26. docent, Cypriis ſcilicet & Cyrenenſibus nonnullis, quibus doctor à conſiſtorio apoſtolico Barnabas ſubmiſſus: & quia plures jam erant, quàm ut ab uno regi poſſent, Tarſo is ſibi Paulum aſſumpſit, ubi annum magno cum fructu docuit. Tandem quidem eò Petrus devenit, conſtituta jam & fundata Eccleſia, ubi propter hypocriſin à Paulo reprehenſus: Gal.2.11. tantum abeſt, ut ibi primatum aliquem exercuerit. Aſſenſum nequaquam merentur, qui veritatis pondere preſſi, inter fundare & docere diſtinguunt, atque ita alios tum Antiochiæ, tum Romæ Evangelii præcones præceſſiſſe Petrum permittunt: quibus fundare i.q. primatum & eminentiam habere. Aſt talem tantámque majeſtatem Eccleſia non agnoſcit. Sic Paulus de Corinthiis agens, prædicationem ſuam plantationem vocat: 1.Cor.3.6.8.& fundationem: v.10. ad quod nihil niſi Dei benedictionem requirit. Fundare itaque i.q. plantare, conſtituere, ordinare, confirmare: Confer 1.Cor.9.7. act.19.9. Diſcipuli per provincias diſperſi fundamenta Eccleſiæ ubique poſuerunt. Neque locus Pauli 1.Cor.3.10. huc facit, niſi æqualem adverſarii Petro reddere malint, prout Arnoldus Abbas, dum ait: (*l*) *Barnabas Paulum ut Caput & Architectum Antiochiam vocavit. Unde Chryſoſtomus homil.29. in Acta teſtatur, quòd ceſſerit Paulo, ſicut Johannes Petro: & homilia 25. quòd adhibuerit Paulum Barnabas,*

h) *Vid. Chamier. T.2.l.11.c.17.§.20. Witt. q.2.c.14. de Dom. l.1.c.9.§.22.* (*i*) §.26. *Spond.* §.3. (*k*) *l.4.c.1.§.17.* (*l*) *dans la grandeur l.3.c.2.*

Digitized by Google

bus, non tanquam diſcipulum aut militem ſuum, ſed tanquam ducem & caput Ann.39.
exercitûs Jeſu Chriſti; ceu athletam invictum, & quaſi Leonem: atque his verbis concludit: ultrà dicere non poſſum, omne enim quod dixero, infra dignitatem Pauli dixero.

§.6.) Ecquis verò nonniſi Petrum & Paulum fundatores Eccleſiarum vocaverit? Caſalius (*m*) ex Clem. l. 10. Recognit. vult S. Petrum Antiochiæ convertiſſe in Eccleſiam domum Theophili, in qua collocârit ſuam Sedem & Cathedram. At hoc ipſo cauſam prodit, dum nullas, niſi falſas ſe producere poſſe tabulas agnoſcit. Fac divertiſſe ibi, & docuiſſe, at in privatis ædibus, etiamſi communibus Eccleſiæ uſibus inſervierint. Nimirum Eccleſiæ dictæ loca, ubi à privatis fidelibus permiſſum fuerat reliquis eò convenire ad audiendum Verbum Dei: vel potiùs fideles Eccleſiæ nomine intelliguntur, qui ibi fuerant collecti. Quod ſi ita ut prætendunt adverſarii, cur ergo Antiochenæ Sedi papatum non attribuunt? Cur Petrus Romam proficiſcens Epiſcopatu hoc ſe abdicavit? Si in perſona fuit papatus, ergo mortua cum Petro illa dignitas: ſi in loco, ergo antecedit Antiochia, vel ſanè prima eſt poſt Romam. Certè Alexandrinum Patriarcham ſecundum fecerunt, cùm ea Eccleſia à Marco Evangeliſta, non Apoſtolo, fundata & plantata fuerit. Qua ratione in Concilio poſtea Chalced. de ſuo loco Alexandrinum dejicientes Conſtantinopolitano Patriarchæ ſecundum locum poſt Romanum dederunt, cùm Eccleſia Byzantina à nullo Apoſtolorum fundata. Quo ſenſu tandem Epheſina, Hieroſol. Corinth. Theſſalon. & ſimiles Eccleſiæ, quæ Apoſtolos habuerunt Architectos, venient? Baronius (*n*) & Bellarminus (*o*) dum Petrum trium Patriarchalium Sedium, ſola ipſius voluntate inſtitutorem faciunt, quia ſic ipſe ſtatuerit, & decreverit, propria narrant ſomnia, quæ nullo modo, ne ex apocryphis quidem, probare poſſunt. Qua tandem ratione S. pagina hæc tanti momenti negocia præterire potuiſſet, cùm reliqua, etiam longè minora & leviora, tanta cum diligentia conſignârit? Cur autem Petrus Hieroſolymæ Sedem non fixiſſet, ceu Judæorum Apoſtolus, vel ſimilem dignitatem in illam non contuliſſet, cui patriarchatus unicus deberetur totius mundi, maximè etiam propter Vet. Teſtamenti Sedem, quam Chriſtus propterea præſentiâ ſuâ & morte honoravit, ibidem cœtum apoſtolicum conſtituit, ac per eoſdem Eccleſiam primam collegit, ita ut ex Sion exiverit Lex in totum mundum: vide Eſaj. 2. act. 1. v. 8.

§.7.) Ignatio epiſtolâ ad Magneſios, Antiochena Eccleſia à Petro & Paulo τεθεμελιωμένη, fundata dicitur. Et in Epiſt. ad Antiochenos: *Vos Antiocheni* Πέτρου καὶ Παύλου μαθηταὶ γεγόνατε. *Id verò ſic* (*p*) *intelligi debet, ut quemadmodum Petrus Judæorum Antiochenſium, ita Paulus Gentilium Apoſtolus*

m] *c. 33. p. 131.* [*n*] § 16. [*o*] *de Rom. Pont. l. 2. c. 12.* [*p*] *ait Hammond. de Epiſc. diſſertat. 5. cap. 1. à § 15.*

Digitized by Google

Ann. 39 *ſuiſſe ſtatuatur.* Inde Eccleſiæ vel Cœtus Gentilium Antiochenſium (ſub Paulo, ad fidem perductorum) diſerta mentio eſt act. 15. 23. cujus fundamentum ex Gal. 2. 9. diſces, ut Paulus ac Barnabas Gentibus; Jacobus, Cephas & Johannes Judæis prædicarent. Hinc cùm Petrus Gentilium conſortio ſe ſubtraheret, ac Legis Moſaicæ æmulis nimis gratificaretur & blandiretur, Paulus in faciem illi reſtitit: v. 11. & 12. Inde Petro & Paulo aliò digreſſis Evodius Petro, in Eccleſia Judæorum; Ignatius Paulo in parte Gentilium ſucceſſere, utriſque tandem cœtibus, diruta divinitus maceria omni, ſub Ignatio feliciter coaleſcentibus, hic Ignatius Origeni (q) & Euſebio (r) ſecundus; Hieronymo (incluſivè Apoſtolos complexo) tertius Antiochiæ Epiſcopus dicitur. Athanaſio (s) poſt Apoſtolos (nota plur.) conſtitutus Epiſcopus: quem etiam Chryſoſtomus ſequitur, cùm tamen Theod. à magni Petri dextra ſummi ſacerdotii i. e. epiſcopatûs gratiam accepiſſe pronunciet. At hæc ingenioſè potiùs, quàm verè referuntur. Epiſcopatum, quem illi volunt, non admittimus. Æquales fuerunt ut Petrus & Paulus, ſic Evodius & Ignatius, cooperarii erant & ſynpresbyteri, ſive doctores & ductores illius Eccleſiæ. Inde fit ut ſtatim huic, ſtatim illi vel ſucceſſio, vel primatus tribuatur, id quod aliis quoque aliarum Eccleſiarum primis doctoribus fieri vulgò ſolet. Eutychius Alex. (t) ita ſtylo vulgato refert: *Petrus è carcere Hieroſolymis elapſus Antiochiam fugit, ubi Archadium* (i. e. Evodium) *Patriarcham conſtituit* (atqui nulli adhuc Patriarchæ) *cui annos XXVII. præfuit. Atque hic primus in urbe Antiochia Patriarcha factus eſt. Profectus eſt deinde Petrus Romam II. Caii C. anno.* Ergo ipſe Petrus primus ibi Patriarcha non fuit. Etſi autem Patriarchæ titulus tum in rerum natura nondum extiterit, ita tamen vocantur, quia illos, qui Patriarchæ póſt facti, in ſede præceſſerunt: planè ſicuti Romani Linus, Cletus, Clemens & reliqui dicuntur Epiſcopi, Patriarchæ, Papæ &c. Quòd ſi, ex Hammondi conceſſione Petrus Judæorum Apoſtolus fuit, etiam Antiochiæ, ut Paulus ibidem Gentium. Ergo Petrus univerſalis Eccleſiæ Paſtor non extitit.

§. 8.) Non malè Baronius §. 10. Majores inſtituendis Sedibus Eccleſiarum, non aliam iniſſe rationem fatetur, quàm ſecundùm provinciarum diviſionem, & prærogativas à Romanis antea ſtabilitas. Ad quæ doctiſſ. Chamier. (u) Etſi verum ſit, amplitudine civitatum motos fuiſſe Patres, tamen non ſequitur, eandem eſſe rationem dignitatum Eccleſ. & ſecularium: unde Chriſtus ad ſuos: *Vos autem non ſic.* Idem jure etiam fuiſſe nonniſi tres Sedes Patriarchales non permittit, quanquàm verum & certum, tres extitiſſe omnium nobiliſſimas, at immutatam deinceps paulatim Eccleſiarum politiam: & cùm altior factus Patriarcharum gradus, quàm Archiepiſcoporum & Metropolitanorum, has tres ſummam rerum tenuiſſe. Igitur cùm, juxta Baro-

(q) hom. 4. in Luc. (r) l. 2. c. c. x β (s) de ſyn. Arim. & Selenc. (t) p. 327. (u) T. 2. l. 11. c. 18. §. 58.

Digitized by Google

Baronium, à dignitate urbium, Sedium quoque Eccleſiaſticarum dignitas; Ann. 39.
nec ergo Roma, nec Antiochia, vel à Petro, vel à Paulo, vel ab utroque, nec alia loca ab aliis, à fundatoribus ſuis, ſed potiùs ab Impp. horúmque præſidibus, & locorum privilegiis eam obtinebunt. Ex Conciliorum itaque arbitrio, juxta rationem politicam, Sedium factam differentiam, ipſa experientia, ceu locupletiſſimus teſtis, fidem abundè facit; hinc ad rem Vulſo: (x) *Si antiqua Concilia, quæ primatum Romanæ Sedi dederunt, nonniſi eam ob cauſam hoc feciſſent, quòd Petrus Romæ fuerit, ibíque mortuus: ſine dubio prior fuiſſet Antiochena Eccleſia, ad minimum certè Alexandrinam præceſſiſſet, quam nonniſi Marcus fundavit: atque omnium prima Hieroſolymitana foret.* Ita ſanè Marcellus Papa ad univerſos Epiſcopos per Antiochiam conſtitutos ſcribens (y) primam Petri Sedem apud Antioahiam fuiſſe dicit, quæ poſtea, jubente Domino, *(at ubi, quando?)* Romam translata. Sub quatuor, imò ſub quinque primis ſeculis, Epiſcopi Rom. ſuperioritatem aliquam attribuere ſibi conantes, nunquam allegaverunt dictum *Super hanc Petram,* neque *Tibi dabo claves,* neq; *Paſce oves meas,* aut tale quodpiam: ſed ſolos canones quoſdam Eccleſiaſticos, à ſe corruptos & depravatos, prout in Africano & Chalced. accidit Conciliis. Non itaque juri divino adſcripſerunt primatum, neque moræ Petrinæ, ſed Conciliis, imò figmentis.

§. 9.) Verùm Antiochiam revertamur. Ibi Petrum ſediſſe ſeptennium volunt Latini, priuſquam Romam abiret, ſed unde illius ſeptennii initium ſit ducendum, ubi terminandum, haut ullus divinaverit; Contrà Onuphrius Panvinius judicat Petrum primò Romæ ſediſſe, deinde Antiochiæ, quapropter valde illi ſuccenſet Baronius in Martyrol. ad 22. Febr. Id verò mirabile & dignum notatu, quòd longè dignior & celebrior ſit in Papatu Antiochena Petri cathedra, quàm Romana, illa enim, quæ celebratur 22. Febr. omnibus eſt nota, & Calendario rubrica inſcripta, hæc verò Romana, cujus mentio fit d. 15. Jan. longè eſt obſcurior, atque teſtatur Baronius, eam demum An. 1557. per Paulum IV. Pont. quòd in multis Eccleſiis exoleviſſet, reſtitutam fuiſſe. In Breviario Pauli III. excuſo 1541. ad 15. Jan. nihil habetur, præter Priſcam Virginem & Martyrem; & ad 22. Jan. rubrica hæc eſt: Cathedra Petri Apoſtoli: adeò ut nequidem in ipſa Eccleſia Rom. Cathedræ Petri Romanæ ulla fiat celebratio & mentio ante annos 100. quod argumento eſſe poteſt apud ipſosmet valde dubia eſſe omnia. Ficulneum ergo Caſalii (z) argumentum, quando Pauli cum Petro inæqualitatem probaturus, à Petri Cathedra illam deducit, *quia,* inquit, *Eccleſia non omitteret eandem ſolennitatem vocare Cathedram Petri & Pauli.* Sic non minus lepidè iſdem (a) ait: Petrum primum omnium Antiochiæ celebrâſſe. Quaſi verò Cyprii, Cyrenenſes, Barnabas, Paulus atque alii nunquam ante Petri adventum Antiochiæ communicârint. At domatim, ſingulis diebus Apoſtoli &

 fideles

x) de poteſt. P. l. 5. c. 6. §. 5. ſeq. (y) c. 24. q 1. rogamus (z) c. 78. p. 315. (a) p 355.

Ann. 34. fideles Hieroſolymis panem fregere. Ita non feſtivius ibidem Caſalius nugatur eundem Petrum primum omnium B. Virgini adhuc viventi Aradi templum erexiſſe, & ibi primum ſacrificâſſe. En templa! en ſacrificia!

§. 10.) Vetus Saxonica Chronologia (*b*) ad an. 35. initium Antiochenæ Petri Sedis collocat: & ad an. 44. Romanæ. M. Anton. de Dom. (*c*) vanos eos vocat, qui Petrum Antiochenam Eccleſiam fundâſſe dicunt in illa peregrinatione ſeu viſitatione, de qua act. 9. 32. *ubi Petrus pertranſibat per omnes:* quinto nimirum anno poſt D. paſſionem, cùm non videatur Petrus ultra Joppen progreſſus, quia inde converſo Cornelio Hieroſolymam rediit, & tunc primùm de Antiochena converſione audivit: quâ auditâ miſſus eſt ex Hieruſalem Barnabas, ut ipſe Antiochenæ Eccleſiæ fundationem promoveret: ille ſocium ſibi aſcivit Paulum: & ſimul uterque illam Eccleſiam plenè fundavit. Fumos ergo vendit Baronius (*d*) quum ait, Æquum eſſe credere Petrum eò fuiſſe miſſum, quandoquidem ex Scriptura contrarium conſtat. Sed preſſiùs illos urgeamus. Quatuor plerunque Paulo Hieroſolymas verſus, inde ab ejus converſione itinera adſcribunt, rectiùs autem, meo calculo, quinque. I. Gal. 1. 18. act. 9. 26. II. Gal. 2. 1. act. 11. 29. III. act. 15. IV. act. 18. 21. quod nonnulli obmittunt. V. act. 20. 16. c. 21. 15. 17. 26. 33. &c. In I. Petrum Hieroſolymis inviſit Paulus: quod Spondanus an. 38. Bar. ad an. 39. ponunt. In II. Paulus cum Barnaba collectam Hieroſolymas fert: Baronio ad an. 44. §. 68. Spond. §. 30. quo anno (*e*) Petrus ab Herode incarceratus. Hanc profectionem anno 14. à ſui converſione factam, Paulus Gal. 2. 1. fatetur, unde non ſine causâ ad an. Chriſti 49. eandem quidam referunt, quia in famis hujus calculo nimium variant autores. Atqui toto hoc tempore Petrum Antiochiæ non fuiſſe ex Gal. 2. 7. adparet, quia, ut per Petrum ad Apoſtolatum circuncisionis efficax fuit Deus, ita idem efficax quoque fuit per Paulum apud Gentes: v. 9. quia Jacobus (en præmittitur) Cephas & Johannes dexteras dederunt Paulo & Barnabæ ſocietatis, ut hi apud Gentes, illi verò apud circunciſos Apoſtolatu fungerentur. Licet verò aliqui exiſtiment, ut Paulus Antiochiæ Gentilium, ita ibidem Petrum Judæorum Doctorem & Caput fuiſſe, nil tamẽ hinc lucrantur. Etenim ſi vel maximè iſthoc concedamus, tum Petrus nõ fuit Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſed Judæorum nonniſi, & quidem Antiochenorum; tum duo Eccleſiæ Capita, vel ſi malis, duos uno in loco Epiſcopos. Petrus poſt vincula egreſſus eſt ac profectus in alium locum. Num Antiochiam? An Romam? at neutrum exprimitur act. 12. 17. imò Concilio Hieroſ. act. 15. 7. ſeq. poſtea interfuit. Quî tandem Spiritus S. rem tantæ molis, tanti momenti vel præteriiſſet, vel tam obſcurè propoſuiſſet, cùm aliàs Petri itinera hactenus uſque ad Concilium Hieroſ. non omiſerit? Sine dubio pericula elapſus Antiochiam venit circa an. 51. (juxta Ant. de Dom.) aſt non ut fundator, quin reprehenſus ibi à Paulo,

Itinera Pauli Hieroſolymitana.

(*b*) *apud VVhelocum p.* 504. (*c*) *l.* 4. *c.* 1. §. 18. (*d*) §. 10. (*e*) *Bar.* §. 1. *ſeqq.*

Paulo, & nec illi, nec ulli alteri vel ad momentum ceſſit. III. Pauli iter ad Concilium Hieroſ. quod Baronio ad an. 51. & Claudii IX. illuſtri Marollo ad 52. Hieronymo in Epiſt. ad Gal. anno 18. à Chriſti aſcenſione: alii tandem ad an. 48. alii ad 49. reiiciunt. Quidquid ſit, Petrus tum Hieroſolymæ fuit, neque anno 51. venire Romam Petrum, neque morari ibidem potuiſſe, Tranquillus in Claudio autor eſt, qui Chriſtianos tum temporis Româ fuiſſe pulſos ſcribit. (idem habent Oroſius & Velenus) Vel anne Petrus Româ diſcedens gregem reliquit, & malè deſeruit ſtationem? Neque fatentibus Antagoniſtis, Vicarios adhuc ordinârat. Sive expediant nos, ubi Petrus ante, & poſt Concilium fuerit. IV. Pauli iter Hieroſolymitanum, quod intermittunt aliqui, & cum V. conjungunt, quod Bar. ad an. 58. (f) collocat. At quotus quiſque tandem eſt, qui ex Paulinis epiſtolis, diverſis temporibus ſcriptis, oculis vel maximè lynceis, vel umbram Petri Romæ fuiſſe, videre & ſubolfacere poſſit, cùm contrà Paulus plurium aliorum fidelium mentionem faciat? Rectè ergo ex Oecumenio in Act. 16. gloriam Paulo tribuimus impoſiti Chriſtiani nominis, ut & inſtitutæ Antiochiæ Patriarchalis Sedis (tu dic Apoſtolicæ Eccleſiæ. (g) *Ann. 39.*

Baronii de Patribus judicium.

§. 11.) Non prætereunda Baronii cenſura, quam in B. Patrum ſcripta liberè edit, quando §. 22. Apollonii, antiqui cujuſdam apud Euſebium Theologi, ex majorum traditione ſententiam, quòd Salvator mandatum ſuis dederit, Apoſtolis, ne ad duodecimum annum Hieroſolymis decederent, refellit, ſcil. quia illa Papiſtarum ſtomacho non ſapit. Ita non mitiùs Patres tractat an. 34. §. 213. an. 44. §. 42.

f) §. 117. *ſeq. Spond.* §. 18. (g) *Plura tract. meo de æqual. Petri & Pauli l. 3. c. 45.*

JESU CHRISTI *Annus* 40.

CAII. *IMP.* *Annus* 2.

Annus 40.

§. 1.) Coſſ. M. Aquilius Julianus, & P. Nonius Aſprenas al. Torquatus. Hos Cuſpin. & Calviſius ad an. 39. collocant. Herodias uxor Antipæ, fratri Agrippæ hoc anno Româ reverſo, invidens tantam fortunam, exhortationibus tandem impetrat à marito, ut ipſe ſecum Romam proficiſceretur, & regiam dignitatem à Caligula Imp. peteret. Agrippa autem hæc ſentiens ſcribit ad Imp. quantum armorum Antipas ſibi comparâſſet, & quanta amicitiâ Artabano Parthorum Regi junctus eſſet, effecitque ut Antipas Lugdunum in Galliam relegaretur, cui conjux Herodias voluntaria comes acceſſit, & Agrippa tetrarchiam Antipæ ſibi acquirit (a) Judæos autem, inpr. Alexandriæ

Antipas relegatur

a) *vid. Bar.* §. 16.

Digitized by Google

Ann.40. xandriæ, ab Agrippa, operâ Flaccii Avilii præfecti Ægypti, de quo ad an. 42. maxima calamitate fuiſſe affectos, Philo teſtis eſt: confer Joſeph. l. 18. c. 10. & de bello Jud. l. 2. c. 8. Euſeb. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 4. De eod. Herode Caſaub. exerc. 13. c. 38.

§. 2.) Petrum jam in biennali itinere verſantem Lyddæ Æneam paralyticum ſanâſſe act. 9. 33. 34. Joppæ autem diſcipulum Tabitham ſuſcitaviſſe: v. 40. Baronius (*b*) vult, de quibus hincinde videbis.

Ughellus (*c*) ad hunc annum primum Tridentinum facit Epiſcopum Jovinum. Reliquos ſine annis ponit, utpote 2. Abundantium. 3. Claudium. 4. Magnoſium ſ. Magoſium. 5. Aſpidium. 6. Lambuccium. 7. Valentinum. 8. Genialem. 9. Felicem. 10. Valerium. 11. Guarinum. 12. Magroninum. 13. Theodorum. 14. Probum. 15 Montanum: quibus ſubiicit. *Non deſunt, qui hos omnes dicant dignitate haud fuiſſe Epiſcopos, ſed ex ſollicitudine ſtudióque alienæ ſalutis animarum Curatores. Cæterùm quid prohibet, quin dicantur etiam Epiſcopi, tametſi non habuerint certas Sedes* &c. Oppido ſanè benè & ad nutum noſtrum, imò ad antiquitatis veritatem, non modò quod hunc locum, ſed etiam quod alias Eccleſias ſpectat. Hoc autem ſi admittant, tranſacta erunt multa, de quibus diſceptamus. Ergo prior fuit in Italia Petro Jovinus, quia Petrum anno demum 44. Romam veniſſe Cardinalis docet.

Idem Ughellus (*d*) circa an. 40. Potinum Beneventanis datum primum Archiep. ait. Omiſſis ſucceſſoribus mox ſubiicit decimum tertium S. Januarium, ſublatum anno 305. 19. Sept.

b) §. 17. 18. (*c*) *Italiæ S. T. 5. p. 510.* (*d*) *T. 8. p. 12.*

Annus 41.

JESU CHRISTI *Annus 41.*

CAII *IMP.* *Annus 3.*

Petri Viſio. §. 1.) Coſſ. Cajus Auguſtus, L. Apronius Cæſianus Hos Calviſius ad an. 38. ponit, & eodem año iiſdem ſucceſſores Cn. Domitium Corbutū & Julium Apronium facit. vid. Cuſpin. ad an. 41. Baronius (*a*) ad act. 10. 1. ſeq. ut uterque paries Judæorum & Gentilium per Caput Petrum conjungeretur, divinitus per typum, & Cornelii legatos vocatur, unde etiam prærogativâ à Romanenſibus inſignitur. R. 1. Chriſto, cui Paulus ad Epheſ. 2. 14. hanc phraſin applicat, hoc officium relinquamus. 2. Quî fit, quòd hactenus Petrus, qui nam ſibi commiſſus ſit grex, quæ poteſtas, ignoravit, atque in hoc egregiè erravit, quando ſibi imaginatur, Evangelium non eſſe Gentibus communicandum, cùm à Chriſto inſtituto nihil alienius eſſe poturiet, quàm Gentibus

a) §. 2. *Spond. ead.*

Digitized by Google

bus Evangelium invidere. Inſt. ex v. 13. *Surge, macta & ede.* Capitis autem Ann. 41
eſt, inquiunt, manducare, & cibum traiicere in ſtomachum atque eundem ſibi incorporare. R. Allegoria nihil valet. Potius quia manducare juſſus, ergo caput habuit. Imò ore manducatur. Gentium autem receptionem & converſionem viſio ſignificat. At non primus Petrus prædicavit, neque hoc act. 15. 7. negat, ſed factum ſuum ſimpliciter recenſet. Ex hoc ipſo Veneti (*b*) contra Paulum V. terrenam jurisdictionem nec Petro, nec Papæ traditam probant, quia Baronius §. 6. impura illa animalia gentes denotâſſe, mactationem autem baptiſmum, dicit. Quanquam verò vel primum Petrum prædicâſſe Gentibus concederetur, nihil tamen obtinerent. Viſio, inquit Bellar. ſoli Petro oſtenſa, quâ monebatur, tempus eſſe prædicandi Gentibus. Quod ex act. 11. 19. obiiciunt, id extraordinaria juſſa divina, uti quum Philippus Eunuchum docuit, non tollit. Neque Samaritani Judæi fuerunt.

§. 2.) Act. 10. v. 26. Petrus erexit Cornelium adorantem, dicens: *Surge & ego ipſe homo ſum.* Ergo quicunque homo eſt, adorari non debet. Non ſine cauſa Spiritus S. hoc annotat, quia peccat hoc loco Papa. Ergo incommodè Caſalius hanc Cornelii adorationem (*c*) Papæ applicat. Atqui Petro ingrata fuit. Nec meliùs, imò blaſphemè locum Eſa. 60. 14. huc accommodant, *incurvabunt ſe ſuper plantas pedum tuorum.* Peſſimè ergo Papa immani faſtu turgens, poſtulat à Summis Impp. atque Regibus pedum ſuorum oſcula (*d*) Ita mundi dominos ſibi ſubiiciens, iiſque diras, nî dicto ſuo obediant, intendens, quoſvis ad ſe venientes coram ſe proſterni patitur, ſub prætextu, quod J. Chriſti & B. Petri Vicarius ſit, ceu non nudus homo: Summorum etiam colla impuris calcare pedibus non erubeſcit, ſe hominibus, & Angelis ipſis præferens: aliorum congreſſus contemnens, de rebus politicis conſilia multa miſcens, doctrinæ de Chriſto ignarus: contrà quàm Petrus dictorum factorúmque ſuorum rationem nemini reddens, imò ſe ſupra omnia politica & Eccleſiaſtica concilia ſuperbè efferens. (*e*) Quare Antichriſtianè Nicol. I. ſuum primatum & poteſtatem demonſtraturus Epiſtolâ ad Michaëlem Imp. allegat *Occide & manduca.* Nec alio ſpiritu Baronius actus, quando eodem dicto in epiſtola Papam in Venetos concitat. *Cornelius Centurio*

Nota v. 44. Cornelium cum ſuis accepiſſe Spiritum S. ante baptiſmum: nec adhibita manuum impoſitio, multò minus chriſma. Sive autem Cæſarenſis, ſive Ilienſis factus ſit hic Cornelius Epiſcopus, perinde eſt; auctoribus (*f*) nugas relinquimus: ſanè Latini d. 2. Febr. contrà Græci d. 19. Sept. memoriam illius celebrant.

§. 3.) Petrus Hieroſolymam redit: act. 11. 2. id quod ad aures Apoſtolorum & fratrum confeſtim pervenit: c. 11. v. 1. Inde patet Spiritum S. Petri itinera hactenus deſcribendo non neglexiſſe, & magis Antiochenum illud *Petrus judicatur.*

b) *p.* 134. (*c*) *p.* 327. (*d*) *vid. Lib. cerem. lib.* 1. § 5. *confer Bar. an.* 710. §. 2. (*e*) *Fulmen brut. p.* 308. (*f*) *Confer Bar.* §. 9. *Spond.* §. 3.

Digitized by Google

An. 41. illud deſcripturum fuiſſe, ſi ab illo unquam ſuſceptum fuiſſet. Unde non ſine cauſa v. 19. aliis Antiochenorum converſio adſcribitur: coll. cum v. 25. Baronius (g) ut periculum evitet factæ in Petrum commotionis, quòd ad incircunciſos ingreſſus: act. 11. 3. ex Epiph. hær. 28. dicit, non aliquem Apoſtolum, ſed qui poſt Simonem Magum primus omnium fuerit hæreſiarcha, Cerinthum, inventorem & inſtigatorem fuiſſe. R. Nihil de Cerintho, nihil de hæretico, ſed communiter iis, qui erant ex circunciſione, hæc contentio, ſeu reprehenſio adſcribitur. Atque ſanè receptum apud Judæos fuerat, ſolos ſe ad Eccleſiam pertinere, nec communicandum in religione cum Gentilibus. Nonnulli hîc Synodum faciunt, quod non placet Conciliorum collectori. (h) Quicquid ſit, in conventum ſeu concionem Petrus vocatur: illi autem ſe Petrus ſubiicit & ſiſtit, non differt, non tergiverſatur, neque provocat, queritúrve minui ſuam authoritatem &c. quanto magis hunc honorem Petrus frequenti œcumenico Concilio detuliſſet? Regerit Slapletonus: Boni paſtoris eſſe. paratum ſemper eſſe ad ſatisfactionem omni poſcenti. R. Ergo Petri ſucceſſores boni paſtores non ſunt, quia nulli ſe reddere volunt obnoxios examini aut rationi. 2. Non unus hoc loco rationem à Petro poſcit, nec ſoli Apoſtoli, ſed tota Eccleſia. Comune ergo fuit Eccleſiæ regimen, unde toti fraternitati rationem facti reddit Petrus. Ita hoc eodem capite v. 22. Simulac Antiochenos Helleniſtas crediſſe audivit Eccleſia, ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν. Et v. 30. Eleemoſynas ſuas Antiocheni per Barnabæ & Sauli manum, πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ἀπέστειλαν. Erravítne verò hoc loco Eccleſia, quando rationem facti poſtulârunt? 3. Si diſcipuli vel Eccleſia Petrum ἀνυπεύθυνον, vel Monarcham eſſe crediſſent, minimè litem moviſſent, neutiquā in judicium illum vocâſſent, non auſi fuiſſent tantum in ſe ſuſcipere, ut de rebus ab illo geſtis ſententiam ferrent. Neq; recuſat Petrus illorum imperium aut judicium, ſed cauſam ſuam illis diligenter exponit, rationem facti reddit, ſe apud illos officioſiſſimè purgat: Adeóque nihil Pontificium ſibi aſſumit, ἀνεγκλόγιστος eſſe non vult. Bene Veneti (i) Licet hoc loco fideles in vocatione Gentium diſſentiebant à Petro (διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν; graviter expoſtulabant;) tamen non excommunicationis fulminibus & tonitrubus proſtrati ab ipſo, & ſilere juſſi fuere, ſed potiùs divinæ revelationis ratione & autoritate, ac Servatoris noſtri verbis inſtituti & edocti fuere.

Barnabas & Saulus Antiochia docent. Plura ad an. 44. § 12. Templa.

§. 4.) Barnabas & Saulus annum totum Antiochiæ congregati in Eccleſia (ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ) docuerúntque turbam non parvam: act. 11. 26. At verò hoc non de Templi alicujus, multò minùs de Baſilicæ ſtructura intelligendum. De hoc, ut cœtera, egregiè Blondellus (k) *Quamdiu publicis Chriſtiano cultui dicatis locis caruerit Eccleſia, in tanto literariorum monumentorum naufragio pronunciare difficillimum eſt. Antiochiæ fortè, Corinthi, in aliis-*

(g) §. 11. *Spond.* §. 3. (h) *T. 1. p. 3. ed. Ven.* (i) *contra Paul. V. p.* 84. (k) *de Epiſc.* §. 3. *f.* 218.

Aliisque celebrioribus urbibus, brevi mirum in modum aucto fidelium locupletiorum numero, quamprimum vel tantillam à ſeculi turbis interquieſcendi ſpem ſancta plebs nacta eſt, ſibi, quò commodius in unum conveniret, excitatis vel privato, vel collatitio totius fraternitatis ære capacioribus fabricis, providere non neglexit: factum tamen ante annum 220. nequaquam apparet (vide librum Pontificum in Calliſto) imò quotquot veterum expreſſiora loca occurrunt, de privatorum domiciliis agunt, quæ quia τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας uſibus inſerviebant, deflexo nonnihil à propria ſignificatione vocabulo, Eccleſias nuncupare placuerat. Atque huc præſentem locum trahit: & 1. Cor. 14. 23. cum quo Synagogæ vocabulum convenire cenſet. Sanè cum hac explicatione convenire Damaſus in Pontificali videtur, quando ſæpe Eccleſiarum Romanarum mentionem facit. Ita Cæſareæ Cornelii domus in Eccleſiam immutata perhibetur. Non tamen negamus, ſequiori tandem tempore talia domicilia ſurgere in Templa & Baſilicas potuiſſe. Ann. 41.

§. 5.) *Matthæum* Evangelium ſuum Hebraicè idque Apoſtolorum & diſcipulorum rogatu ſcripſiſſe Baronio placet: ab eodem non diſcedit Bellar. (*l*) ex Hieron. Epiph. & Euſ. Ita Eutychius (*m*) Claudii tempore ſcripſit Matthæus Evangelium ſuum Hieroſolymis, linguâ Hebr. quod Græcè vertit Johannes Evangeliſta. Proinde nihil hac ratione detraheretur contextui Græco, quoniam auctorem quoque virum θεόπνευστον haberet. At ignorari tranſlatorem Hieronymus ait. Athanaſius (*n*) à B. Jacobo fratre Domini fuiſſe expoſitum narrat, utrum autem illa expoſitio fuerit verſio in Græcum non ſcire ſe dicit Bellarminus. Alii contrà, nec immeritò, Hebraicè ſcriptum negant, quanquam prior ſententia plures Patres aſſertores habet, omnes tamen ab uno Papia φιλομύθῳ dependent. Ita Irenæus (*o*) eum ſcripſiſſe vult, dum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, cùm certum, Matthæum ante Marcum & Lucam ſcripſiſſe. (*p*) Nicephorus (*q*) anno XV. Apoſtolis in terrarum orbem à ſeinvicem diſcedentibus. Euſebius in Chron. ad an. 41. Matthæus in Judæa Evangelium primus ſcribit. Nicephorus & alii teſtantur, Evangelium illud Hebraicum in illum uſque diem inter Nazaræos ſive Ebionitas manſiſſe, lingua autem Græca ab alio quopiam donatum eſſe: id quod non alio fundamento, quàm ipſorum Nazaræorum teſtificatione nititur: hinc quoque Hieronymus illud Hebræum Evangelium ab hæreticis corruptum eſſe affirmat. Sixtus Senenſis tria commemorat Evangelia Hebræorum, vel ſecundùm Hebræos, Nazaræorum, Ebionitarum & Encratitarum, imò & hoc freti Gnoſtici atque Valentiniani ſcripſerunt & finxerunt Spiritum S. eſſe matrem Chriſti. Unde duo libri ab iiſdem Matthæo adſcribuntur, alter de ortu ſeu ſtirpe Mariæ, alter de infantia Servatoris. An verò paſſura fuiſſet vetus Eccleſia, hæreticos exemplar Hebræorum & authenticum ſibi vendi-

Matthæi Evangelium. vid. an. 44. §. 29.

(*l*) *de Script. Eccl.* (*m*) *p. 328.* (*n*) *in Synopſi.* (*o*) *l. 3. c. 1.* (*p*) *vid. Bar. §. 15. Cham. T. 1. l. 11. c. 8. & l. 12 c 1. §. 4. 5.* (*q*) *l. 2. c. 45.*

Ann. 41. vendicare idque corrumpere? Adhæc ſi id Evangelium Hebraicè fuerit ſcriptum, aut illud eſt, quod hodie extat, aut aliud quodpiam: neutrum autem probari poteſt. Quin Græcè ſcriptum facilè ex Græcarum vocum ibi occurrentiū interpretatione adparet, ut p. c. 1. v. 23. c. 27. v. 46. Rectè ergo Eraſmus, Cajetanus, Alphonſus de Caſtro, alii, Hebraicè ſcriptum negant. Eandem ſententiam multis propugnat Vedelius in Epiſt. Ignatii ad Smirnenſes c. 2. ubi inter alia docet, Hieronymum atque alios ex facilitate deceptos erráſſe, Baronium verò alium longè finem intendere, nimirum ut deroget huic Evangelio, contextúmque Græcum in dubium vocet, id quod ex eiuſdem Cardinalis anno 34. à §. 170. probat. Adi Caſaub. exerc. 16. c. 115.

§. 6.) Hoc Evangelium Matthæi communi Apoſtolorum ſententiâ miſſum fuiſſe ad Eccleſias Gentilium act. 15. aliquibus placet: hinc Nicephorus in annum ab aſcenſione Domini XV. h. e. ad Epiſtolam Synodi Hieroſ. illius ſcriptionem reiicit. Longiùs excurrunt Irenæus *(r)* Athanaſius in Synopſi, teſtantes Matthæum demum ſcribere cœpiſſe, cùm Petrus & Paulus Romæ evangelizarent & fundarent Eccleſiam. Cui ſi fides habenda, certè Epiſtolæ Pauli non paucæ omnem hiſtoriam Evangelicam antecedunt. Ad Irenæi autem verba, quibus tam Paulum, quàm Petrum Romanis fundatores dat, ita Baronius §. 15. compunctus ſcribit: Communi potiùs, tum ipſius (Irenæi) tum cœterorum Patrum uſu loquendi, cùm de Rom. Eccleſia fit mentio, Paulum æquè ac Petrum nomináſſe: non quòd Paulus eodem tempore, quo Petrus, Romam venerit, ac ſimul cum Petro primum fundamentum jecerit, ſed quòd deſuper ædificaverit: ac denique eandem Eccleſiam unà cum Petro ſanguine conſecravit. Verùm apertè contradicit Paulus Rom. 15. 20. ex Eſa. 52. 15. Præmiſerat eò ſuos diſcipulos non ſine magno fructu: at ipſe rem perfecturus ſuum quoque adventum Romam maturabat: confer v. 22. ſeq. ídque hoc argumento quòd ipſe ſit Gentium Apoſtolus c. 11. 13. quo certè excludere Petrum videtur. Sed reſpondeat Baronius, quare Romæ Paulus Petro ad dextram collocetur? Dicet, quia honoratior ſiniſtra: ſcilicet!

Evangeliſtæ qui. §. 7.) Sicut Apoſtoli & Prophetæ temporarii ſeu extraordinarii fuerunt, ita non minus Evangeliſtæ συνεργοὶ καὶ συλλειτουργοὶ Apoſtolorum h. e. ſecundarii quidam Apoſtoli, non in una tantùm, ſed in pluribus Eccleſiis, ad quas miſſi fuere, tantiſper dum ab Apoſtolis revocarentur, ſicuti Timotheus, Lucas, Marcus, Tychicus, Titus, Philippus &c. ut verò κατ' ἔπαινον Apoſtoli XII. ita Evangeliſtæ illi quatuor dicuntur, qui Evangelicam hiſtoriam ſcripto complexi, nobíſque eandem reliquere: aliàs etiam Scribæ Apoſtolorum & comites dicuntur. Vita Evangeliſtarum ex Arabico per Kirſtenium verſa extat folio: Breslæ: 1608. Apoſtolum autem ſimul & Evangeliſtam eſſe aliquem poſſe, Matthæus & Johannes ſuis docent exemplis. Nec ſine cauſa

r) *l. 3, c. 11.*

causa quatuor Evangelii ſcriptores Chriſtus habere voluit, quandoquidem in duorum aut trium teſtium ore omnis veritas conſiſtit. Conſignari autem ſcripto Evangelium etiam poſteritati contra hæreticorum perverſitatem placuit. Eſſe verò maximum Evangeliſtarum conſenſum, variorum doctorum veterum & recentium diſcuſſiones, Collationes & Harmoniæ id comprobant (s) Pulchrè hoc loco Polyd. Verg. (t) Doctrina Chriſti continetur decretis, quæ ipſe Evangelium appellavit. Hæ igitur Chriſti & Apoſtolorum traditiones nobis meritò ſunto, quæ Canonicis N. T. libris comprehenſa. Marcum & Lucam in ſcholam quidem Chriſti, ex LXX. diſcipulorum cœtu, non tamen in Apoſtolorum numerum allectos conſtat. (Cauſam vid. apud Chemnit. Harm. prolog. c. 8.) Horum IV. Evangeliſtarum ſegregationem plerique Patres Ezechielis viſione & Johannis in Apoc. de IV. animalibus adumbrari exiſtimant, quorum unum homini, alterum leoni, tertium bovi ſive vitulo, aquilæ quartum aſſimilatum. Hominis ſymbolum Matthæo tribuunt, quòd narrationem hiſtoriæ Chriſti à genealogia, ſive à vita ejus ſecundùm naturam humanam orditur. Marco rugiens appingitur leo, utpote qui narrationis ſuæ initium à Johannis Baptiſtæ miniſterio facit, qui leonis inſtar rugitu ſuos terruit auditores, & ad reſipiſcentiam eſt hortatus. Bovis ſeu vituli imaginem Lucæ affingunt, utpote qui hiſtoriam ſuam à Zacharia Johannis Baptiſtæ parente orditur, qui tanquam ſacerdos boves Deo immolare conſuevit. Aquilæ inſigne Johanni datur, quia altius ſubvectus, à Deitatis Chriſti myſterio hiſtoriam Evangelii ſui inchoat. His ἐπίκρισιν ſuam Altingius (u) ita ſubjungit: *Præterquam quòd nec inter ipſos Patres ſatis convenit, etiam à reipſa longiùs diſcedunt, his enim imaginibus non homines, non animalia, ſed Angeli, tanquam Miniſtri providentiæ divinæ, in gubernatione mundi & Eccleſiæ repræſentantur, & diverſitate animalium non diverſi homines aut diſtincta miniſteria, ſed qualitates ſignificantur diverſæ, utpote qui ſagacitate præditi ſunt, inſtar horum, qui fortes ut leones, laborioſi ut boves, celeres ut aquilæ. Conſule Caſaub. exerc. 13. ſeqq. à p, 207.*

Ann. 41.

Evangeliſtarum ſymbola.

§. 8.) Ob diſperſionem in perſecutione rogatum ſcripſiſſe Matthæum volunt; quatuor autem hujus inſtituti cauſas adferunt. 1. ut, quòd ad alios ex Judæa tranſiturus, præſens viva voce, docendo & confirmando præſtare non poterat, id abſens ſcripto perficeret. 2. quia memoria fragilis & labilis eſt, ea quæ docuerat ſervanda relinquere literis voluit. 3. ut totius fidei ſtatum & ſummam ſcripto comprehenſam haberent, qui viva Apoſtolorum voce uti non poſſent. 4. Propter hæreticos, ne Eccleſiæ falſa, ſuppoſititia & adulterina, ſub Evangelii nomine obtruderentur. Partes autem hiſtoriæ Matthæi tres ſunt majores. I. quæ ad ortum, nativitatem, educationem & baptiſmum Chriſti pertinent, tribus primis cc. II. Conciones Chriſti & miracula, partim quidem in Galilæa diverſis temporibus à c. 4. ad 19. partim

Quare Matthæus ſcripſerit.

Partes Evangelii Matthæi.

 etiam

(s) *de hoc inpr. Chemnit. in Harman. proleg. p. 1.* (t) *inv. l. 4. c. 1.* (u) *hiſt. Eccl. l. 2.*

Ann.41. etiam in Judæa atque Hieroſolymis edita enarrat ad c. 26. III. Paſſionis, mortis & reſurrectiois Dominicæ hiſtoriam tribus cc. ultimis ſubiicit. Hoc Evangelium ſecundùm Suidam, titulos habet 68. capita autem 355.

§. 9.) Petronius Vitellio in Syria ſuccedit, vel ſtatuam Templo Hieroſ. vel bellum Judæis illaturus. (*x*)

x) Bar. §. 21.

JESU CHRISTI *Annus 42.*

Ann.42. CAII *Imperatoris Annus 4.*

§. 1.) Cajus ſolus tertiùm Conſul. Lugduni autem conſulatum inchoâſſe fertur, cùm collega, qui Romæ inire debebat, fato functus eſſet. Cùm vero & ipſe idib. Jan. magiſtratu abiiſſet, ſuffecti ſunt L. Cellius Poplicola & M. Coccejus Nerva: hos habet Calviſius ad an. 40. alii aliter. In Ægypto Alexandriæ magnam perſecutionem operâ Præſidis Flacci Avilii, occaſione Agrippæ Regis Româ reducis, motam anno 40. innuimus. Hic inter alia Synagogas Judæorum imaginibus implevit, orto verò inde tumultu, res coram Cæſare acta, hinc pro Judæis Philo inſignis vir, pro Gentilibus Appion peroravit. (*a*) Et Judæi quidem non ſolùm cauſâ cecidiſſent, ſed & malè multati fuiſſent, nî Cajum mors antevertiſſet. Fuit hic Philo omnium conſenſu doctiſſimus. Fertur Romæ ſub Claudio ad colloquium Petri, Romanis tum prædicantis, veniſſe. Duas autem Romam obiiſſe legationes volunt, priorem hoc anno ad Cajum, poſteriorem ad Claudium, in qua cum Petro amicitiam contraxerit. (*b*) R. In ipſa Judæa Philo Petrum, ut qui ibi prædicando ætatem ferè conſumpſit, cognoſcere potuit. Obiicit Spondanus ad hunc annum *§.* 2. Philonem legatum iterum agentem, locutum eſſe Romæ cum Petro, ejúſque habuiſſe amicitias Hieronymus (*c*) teſtatur. R. Non ipſe Hieronymus id aſſerit, ſed aliorum relationem adducit. Verba ejus: *ajunt, cùm ſecunda vice veniſſet ad Claudium, in eadem urbe* (Româ) *locutum eſſe cum Apoſtolo Petro:* adeoque ipſe dubitat.

Alexandrina Judæorum perſecutio.

Philo Judæus.

§. 2.) Vehementer hic Philo, ut graviſſimus Philoſophus, ſic & Theologus eruditiſſimus celebratur apud Euſ. & Hier. locis citatis, item Suidam, alios; ac ſcripta ipſius plurima ibidem enumerantur. (*d*) Librum de temporibus ejus non eſſe Canus (*e*) affirmat, & cum illo viri docti Galli, Angli, Hiſpani, Itali, Germani, & ex omnibus ferè Europæ angulis, ut loquitur Caſaub. (*f*) ita ut malè Baronius hujus, pro Annii Viterbienſis teſtimonio nitatur.

a) Ioſeph. l. 18. 10. Euſ. l. 2. 5. coll. cum Bar. §. 2. Spond. §. 2. ſeq. Latus hiſt. alii. (b) Bar. ad an. 42. §. 36. & an. 45. 15. (c) de Script. Eccl. (d) Confer Chemnit. Conc. Trid. à p. 785. (e) l. 11. c. 6. (f) exerc. 3. p. 183.

Digitized by Google

ſtatur. Confer Calviſii Chron. in apparatu c. 28. De Apoſtolicis etiam viris Ann. 42.
ſcripſiſſe ait Hieronymus, cui libro titulum fecerit περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν vid. an.
quòd videlicet cœleſtia contemplentur, & ſemper Deum orent. Unde for- 64. § 4.
tè Photius in Bibliotheca Philonem ex Chriſtiano Judæum factum vult, id quod Baronio & aliis non placet. Eodem Hieronymi inſtinctu Bellarminus (g) ideo inter ſcriptores Eccеſiaſticos numerat, quia ſcripſerit in laudem Chriſtianorum, ſub Marco in Ægypto religioſiſſimè viventium. Ita jactat Baronius ad an. 64. quòd hic Philo Eccleſiam Alex. ſub Eſſenorum titulo commendârit. Verùm hac pia ac moderata Chriſtianorum converſatione non omnes Chriſtianos Monachos nobis facient, imò ne auditus tum fuerat Monachatus. Quòd ſi verò Alexandrinos Chriſtianos tam ſtudioſè deſcripſit, quidni multò magis de Petro ſeu Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopo & Capite hoc feciſſet, ſi vel quidquam illi innotuiſſet? vid. an. 64.

§. 3.) Plura hic Philo in ſcriptis ſuis habet, quæ oculos adverſariis configunt: de Decalogi præceptis tract. quis rerum divinarum hæres ſit: (h) ſic habet: *In divino jure prima lex opponitur opinioni plures Deos credentium: ſecunda vetat, ne quis ſibi Deos alios faciat præter creatorem; deceptus pictorum fictorúmque inſidioſis artibus, quas Moſes ejecit è ſua Rep. damnatas exilio perpetuo, ut ſolus verè Deus colatur. Tertia eſt, de nomine Dei &c.* Idem in libro de Decalogo, ut & ſtatim in principio libri ſeq. cui titulus, De ſpecialibus legibus, quæ referuntur ad tria Decalogi capita, conſtanter ubique unum nonniſi de Concupiſcentia præceptum ſtatuit. Cum hoc alius non inferior Judæus, nempe Joſephus (i) conſentit. Philonis opera Gr. & Lat. excuſa Pariſ. 1613. & 1640. fol.

(g) *de Script. Eccl.* [h] *in p.* 342. [i] *Antiq. l.* 3. *c.* 4.

JESU CHRISTI *Annus* 43. Ann. 43.
CLAUDII *Jmp. Annus* 1.

§. 1.) Coſſ. Cajus Caligula quartùm, & Cn. Sentius Saturnius al. Saturninus. Caligulæ autem d. 7. Jan. abdicanti ſucceſſit P. Pomponius Secundus II. Hos Calviſius ad an. 41. recenſet. Imperator pro Deo adorari ſe præcepit, ac quos voluit, absq; omni cauſa occidit. Ejus votum & verba: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* Sæpe etiam de conditione temporum ſuorum conqueſtus eſt, quòd nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Pluribus de ejus furiis & ſceleribus vid. Oroſ. l. 7. c. 5. alios. Caſ- *Caligula*
ſius Chærea tribunus militum, communicato cum nonnullis conſilio d. 24. *confoditur.*
Jan. XXX. vulneribus eum interficit, anno æt. 29. imperii 3. m. 10. d. 18.

 al. 9.

Digitized by Google

Ann.43. al.9. Succeſſorem nactus Tiberium Claudium, Druſi filium, Germanici fratrem ex latebris à milite productum anno ætatis 50. qui imperavit annos 13. menſ.8. d. 10.(a)

Succedit Claudius.

Rex Agrippa.

§.2.) Agrippa Rex de Claudio benemeritus, augetur ab ipſo provinciis Hieroſolymitana & Samaritana, additur præterea eidem principatus Lyſaniæ. Hunc Eutychius(b) vocat Irudum, Ariſtobuli filium, qui & Agrianus appellatus. Non tantùm Hieroſolymis præfectum, ſed & quatuor provinciis auctum filiorum Herodis. Priuſquam autem in Syriam abiret, impetrat à Claudio edictum ad Alexandrinos & alios in Aſia, ut Judæi eodem viverent ubique jure, quo fuerant ſub Imperatore Auguſto, & libertate ſuæ religionis ubique fruerentur: id tamen Romæ factum non eſt, ut Dio habet. Idem Agrippa auream coronam, quam dono à Caligula acceperat, Hieroſolymis deponit in templo, ut eſſet ſignum benignitatis divinæ: inde Theophilum movet Pontificatu, ſubſtituitque Simonem Cantharam, & Judæis Hieroſolymitanis immunitates omnium rerum concedit. (c) Ita non minus interceſſione Agrippæ, ejúſque fratris Herodis Chalcidis R. ſedati tumultus Alexandrini. (d)

Antiochenæ Eccleſiæ plantatio.

§.3. Neque Judæis, neque Gentilibus Antiochenſibus Petrum primum Evangelium annunciâſſe, ſed illis quidem diſperſos quoſdam ex afflictione ob Stephanum, his verò quoſdam Cyprios & Cyrenenſes Lucas act. 11.v.19.20. teſtatum facit. Nuncio igitur accepto de plantata & egregiè aucta illa Eccleſia, Barnabas Hieroſolymis ab Apoſtolis miſſus fuit, qui Tarſo Antiochiam Paulo adducto Eccleſiam auxit, eóque integri anni ſpacio deduxit, ut ibidem diſcipuli primùm nominarentur CHRISTIANI: v.26.

Primi Chriſtiani.

Lorinus dicit non conſtare, quis hoc nomen Chriſtianis indiderit, num Apoſtoli, an fideles ex Judaiſmo, aut Gentilitate; vel ipſi infideles. Putant nullo certo auctore inaudiri primùm cœptum hoc nomen, ita vocitantibus diſcipulos vel ipſiſmet inter ſe, ſeu ex Judæis converſis, ſeu ex Gentilibus, vel infidelibus: tum verò poſtea certo decreto ſtabilitum eſſe id nomen ab Apoſtolis. Tamen exiſtimant ſimul, jam antè eodem nomine alibi vocatos eſſe, qui crediderant in Chriſtum, unde Tertullianus prodidit Tiberii tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introiiſſe. Novum ergo fuit nomen, 1. non novæ religionis, ſed novæ impoſitionis. 2. diſcretivum, ab infidelibus ſcilicet. 3. memorativum, beneficii nimirum adoptionis. Huc ſpectat Mareſius: (e) *Nullis unquam fidiculis conficient Pontificii, Petrum ſediſſe Antiochiæ ante Barnabæ miſſionem, quam Claudii primo anno accidiſſe dicunt. Anno 39. Petrum Sedem Antiochenam fundâſſe volunt. At illum nunquam non Hieroſolymis & in Palæſtina offendimus hactenus. Tempus commorationis Pauli et Barnabæ, prædictionis item Agabi, in annum minimè ſecundum Claudii*

a) *vide Ioſeph. Ant. l. 19. c. 1. ſeq. alios.* (b) *p. 324.* (c) *Ioſeph. l. 19. c. 4. 5. Baron. à* § *3.*
d) *Ioſ. ib.* (e) *contra Tirin. T. 1. 215.*

Digitized by Google

dii incidit: ac tum Herodes Hieroſolymis ſecuri percuſſit Jacobum, Petrum autem in vincula conjecit. Quo inſuper jure volunt, Petrum relictâ Antiochiâ Romam conceſſiſſe. Sive anne vel Paulus, vel Barnabas Petri fuit Antiochiæ Vicarius? At Evodium alii, alii Ignatium ſucceſſorem illi dant: ſcilicet quia plures olim Epiſcopi uno in loco; ita ergo Paulus æquè ac Petrus, ac longè etiam meliori jure, Apoſtolus, hoc eſt, extraordinarius ibi fuit, reliqui Epiſcopi, ſive presbyteri, id eſt, ordinarii. Sanè dum Act. 13. 1. Antiochenæ Eccleſiæ Doctores & Rectores nominantur, Barnabas, Simon Niger, & Lucius Cyrenæus, Manahem & Saulus, nulla Petri fit mentio. In Legibus Aluredi Anglorum R. circa finem noni ſeculi latis, ita: (*f*) *Poſt Chriſtum crucifixum diſcipuli (dum adhuc unà eſſent, nec nunciandi Evangelii causâ ſegregarentur) multas quidem Chriſto nationes adjunxerunt, & divinæ voluntatis legatos atque interpretes ad Antiochiam, Syriam & Ciliciam miſerunt. Cùmque iis, quod accidiſſet, renunciatum eſſet, literas ad eos dederunt &c.* Ann. 43.

§. 4.) Vel ex ignorantia, vel ex malitia Ethnici eos, qui nomen Chriſto dederant, *Chreſtianos* quaſi benignos vocabant. Ipſi autem fideles quanti ſuum hoc nomen fecerint, inde adparet, quòd olim à Judice in ſummis periculis interrogati reſponderent, *Chriſtianos ſe eſſe:* & ipſi Martyres in cruciatibus, *Chriſtiani ſumus.* Chriſtianorum nomine etiam vocati Catechumeni poſt primam χειροθεσίαν ante baptiſmum, quibus oppoſiti *Fideles* jam baptizati, & ſecunda χειροθεσία confirmati. Occaſione Chriſtiani nominis ſuſcepti, Baronius alia diverſa Chriſtianorum ſynonyma promit, ut cùm dicti *fratres, ſancti ſeu hoſii, credentes, fideles, Nazareni, Galilæi &c.* Appellati etiam ab infidelibus *tertium genus hominum*, quia ſcilicet nec Judæi erant, nec Gentiles: item *Noviſſimi* apud Tertullianum adv. Nat. lib. 2. cap. 8. Quia etiam ipſi hæretici & ſectarii Chriſtianorum appellationibus uſi, proinde ab Orthodoxis *Catholicorum* nomen eſſe adhibitum Baronius (*g*) docet, adeóque hîc & alibi ſæpe *Romanum* idem eſſe quod *Catholicum* placet: ſicut è converſo generale nomen *Apoſtolici*, tandem unius Sedis Roman. proprium & ſpecificum eſſe factum ad annum 45. (*h*) contendit. Adeóque Claudium, Neronem, & ſimilia furfura, Catholicos habebimus, quia Romani fuerunt. Locum hîc habebit: *Quod antiquiſſimum, illud optimum.* Atqui diſcipuli Chriſti fideles, Chriſtiani &c. primitus dicti. (*i*) At verò novum eſt Catholicorum nomen, unde Fulgentius (*k*) teſtatur nec in Veteri, nec in Novo Teſtamento reperiri. Quare inſcriptiones epiſtolarum Jacobi, Petri & Johannis autenticæ non ſunt: unde fit, ut ejuſmodi inſcriptiones in translatione Syriaca non extent. Imò nomen Catholicum in pluribus antiquis Symbolis ne quidem extat. Tale erat Symbolum Apoſtolorum Romanis olim uſitatum, quod Uſſerius nobis exhibet. Inde Pacianus Epiſcopus Barcinonenſis

Catholici, Romani.

f) *p. 20. edit. Wheloci.* (*g*) *§. 17. Spondan. §. 3.* (*h*) *§. 10. & Spondan. §. 2.* (*i*) *vid. Martyrol. Baron. ad 22. Febr.* (*k*) *reſp. 7. contra Arrian.*

Digitized by Google

Ann. 43. cinonenſis(*l*)fatetur,neminem inde à tempore Apoſtolorum Catholicum ſe nominâſſe : item Orthodoxos fideles ideo Catholicorum nomen aſſumpſiſſe,ut diſtinguerentur ab hæreticis, quorum magna erat copia, ideóque nomenclationem Chriſtiani ipſis fuiſſe loco nominis, Catholici verò loco cognominis. Unde Theodoſius Magnus præcepit : (*m*) πάντας τοὺς ἀρχομένους θρησκεύειν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίοις παρέδωκε Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν Ἀποστόλων φυλάττειν δὲ τότε Δάμασος ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος, καὶ Πέτρος Ἀλεξανδρείας μόνων τὸν ἰσότιμον τριάδα (Θείαν) θρησκευόντων, καθολικὴν τὴν ἐκκλησίαν ὀνομάζεσθαι : *ut universi ſubditi eam religionem amplecterentur , quam Petrus Apoſtolorum princeps Romanis ab initio tradidiſſet, quámque tum temporis Damaſus Romæ, & Petrus Alexandriæ Epiſcopus conſervarent : & ut illorum duntaxat Eccleſia diceretur Catholica, qui Trinitatem divinam æquali honore colerent*. Itaque centrum erant communionis. (*n*) A quarto autem poſt Chriſtum ſeculo demum, & quidem non à Catholicis, ſed ab Arianis, Gothis, Alanis, Vandalis, bellum Romanis inferentibus, ita *Romanum* nomen uſurpari demum cœptum. Illi ſcilicet omnes Chriſtiani, hi Catholici. Inde factum, ut omnes Chriſtiani Romanorum nomine venirent : non ſecus atque Turcæ hodie Chriſtianos vocant *Francos*.

§. 5.) Ita ergo Chriſtiani priùs, ad differentiam infidelium & hæreticorum vocati, quia Roma præcipua fuit Religionis atque puritatis, & quidem patriarchalis ſedes. Contrà Euſebius in Simonis Magi hiſtoria(*o*) Romam regiam urbem vocat, tam myſticam Theologiam ignorans. Ea extiterunt veterum ſedis illius Epiſcoporum in univerſam Dei Eccleſiam merita ac benemerendi opportunitas, ut hoc honore, & quovis alio, eſſent digniſſimi, quæ tamen appellationes honorificæ in Monarchiæ argumentum trahendæ non ſunt, quaſi aliud non ſit, præſtare dignitate & meritis, inter fratres & ejuſdem ordinis viros, aliud Monarcham eſſe, & abſolutam in omnes dominationem ſibi vendicare. Prærogativas itaque quaſdam veteri, puræ, Romanæ largiri Eccleſiæ haud gravamur, de quibus de Dominis lib. 4. cap. 9. alii, modò reliquarum Eccleſiarum libertas ſarta tecta maneat. Olim primis temporibus, inquit Turretinus, (*p*) quando Eccleſiæ illius Epiſcopus, uti pro exemplo Damaſus, orthodoxus fuit, ac illius Eccleſiæ confeſſio pura, ut diſtinguerent ſe fideles ab Arrianis, Neſtorianis, Eutychianis, dicere ſolebant, ſe profiteri confeſſionem illius Eccleſiæ, hoc eſt, orthodoxos ſe eſſe, non ſecus ac ſi dixerunt, ſequi ſe fidem Alexandrinam, Cyrilli, aut Petri Epiſcopi Alexandrini, hoc eſt, bonos ſe eſſe Chriſtianos. Sic iterum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſub Nectario, Laodicææ ſub Pelagio, Tarſenſi, Iconienſi, Cæſareenſi, atque aliis celebribus, ſine ulla Romanæ mentione, tributum fuit, quo quidem nihil aliud, quàm unius ejuſdémque fidei com-

l) *Epiſt. 1. T. 3. Biblioth. Patrum.* (*m*) *apud Soz. hiſt. Eccl. l. 7. c. 4.* (*n*) *Larroq. de Eccleſ. c. 5. pag. 49.* (*o*) *lib. 2 cap. 12.* (*p*) *au recueil à p. 2.*

Digitized by Google

communio intelligebatur: Cod. Theod. lib. 16. Tit. de fide Cathol. l. 3. & Sozom. l. 7. c. 9. Ann. 43.

§. 6) Catholicum rectiſſimè noſtris i.q. orthodoxum: à religione communi & vera, quam Prophetæ & Apoſtoli prædicârunt & tradiderunt, quámque omnes fideles V. & N. crediderunt & ſuſceperunt. Ita Apoſtolicæ Eccleſiæ non modò illæ dictæ, quæ ab Apoſtolis, aut viris apoſtolicis plantatæ, ſed etiam, quæ doctrinam Apoſtolorum habuerunt, etiamſi diu poſt Apoſtolos plantatæ fuerint, à conſanguinitate doctrinæ, uti Tertullianus (*q*) loquitur. Ideóque Eccleſia non à nominibus, ſed ex fide dignoſcitur. (*r*) Aliàs Catholicorum titulus apud varias gentes nomen fuit dignitatis: ut docet Miræus. (*s*) Ita duo fuere Catholici ſeu Primates, Patriarchæ Antiocheno ſubjecti, Catholicus Romagyreos ſeu Perſiæ: & Catholicus Irenopoleos ſive Bagdacenſis (*t*) quidquid ſit, longè ſaniùs ex primo uſu Catholicum i.q. orthodoxum. Liquet itaque hinc, quàm ſubdolè & ſenſu longè alio multi hodie ſcriptores nomina *Romanum, Orthodoxum & Catholicum* pro uno eodémque ponant, quin ipſam particularem Eccleſiam Romanam ceu caput, matrem & dominam (*u*) intelligi velint, neque enim cœteras Eccleſias alio ſenſu Romanas vocant, quàm quatenus ſe ſubmittunt & ſubſcribunt Romanæ Sedi, eíque primatum, principatum & infallibilitatem tribuunt. Verumenimvero non de nomine, ſed de re lis nobis eſt & controverſia, alioquin ipſe Diabolus, & ſatellites hæretici ita mali non eſſent. Id Catholicum ſine controverſia, quod ſanum, quod Prophetæ & Apoſtoli crediderunt, ac poſteris poſt ſe reliquerunt. Id apoſtolicum, quod ex Apoſtolorum traditione ſcriptis comprehenſum ſervatur. De hoc eodem Thomas (*x*): Eccleſia eſt Catholica ſeu univerſalis 1. quantum ad locum, quia eſt per totum mundum: contra Donatiſtas. 2. quantum ad conditionem hominum, quia nullus abiicitur, nec dominus, nec ſervus, nec maſculus, nec ancilla (nec Judæus, nec Gentilis.) 3. quantum ad tempus, quia Eccleſia incipit à tempore Abel, & durabit uſque ad mundi finem. Eleganter etiam Danæus (*y*) monet: *Quum Apoſtolorum è mundo ſublatorum memoria non ſatis aliter commendari videretur, datum eſt imperito multorum conſenſui, ut certæ quædam Eccleſiæ Apoſtolicæ haberentur, & qui illis præeſſent, aliis etiam Epiſcopis pro dignitate ita ſcilicet loco quæſita ſuperiores eſſent, tanquam Apoſtolicam & ipſi prærogativam retinerent, unde περὶ τῶν πρωτείων diſceptandum tandem fuit, & qui, & à quibus ordinandi, ſive judicandi eſſent, quod ad Apoſtolos auctores ineptiſſimè relatum eſt: unde etiam Epiſcopus urbis Romæ, tanquam rerum iſtarum ultrò ſummus arbiter, ſenſim ſibi ſummam ante & ſupra omnes πρωτείαν eodem jure ſcilicet vindicavit.*

Z §. 7.) Tor-

q] Larroq. de Eccl. cap. 4. pag. 57. (r) ibid. cap. 5. pag. 68. [s] in Notitia Epiſc. lib. 1. cap. 22. [t] ib. cap 12 pag. 27. & p. 87. cenſ. pag 434. [u] vid. Stapleton, l. 4. c. 18. Relect. contr. 1. q. 5. art. 3. (x) in expoſ. ſymb. c. 12.. (y) in Aug. de hær p. 272.

Digitized by Google

Ann.43. *Antiochenum Concilium.*

§.7.) Torſit me diu,quonam *Synodum Antiochenam* collocarem,cùm ne ipſe quidem Cardinalis certum illi annum aſſignet.De hac Staravolſcius ſtatim initio Conciliorum :(z) *Dum ſedit Petrus in Cathedra Antiochena annis VII.habuit ibi Synodum Apoſtolorum,in qua & nomen accepit religio Chriſtiana,& mores fidelium certis legibus ſtabiliti ſunt.* In margine : *Anno Imp.Claudii tertio.*Verùm ita ad an.45.pertinebit : cùm tamen Petrum anno Chriſti 44.Claudii II. Romam veniſſe Baronio §.11.placeat. Nec minus fluctuat Baronius,de hac ad an.102.id eſt,ultimo Clementis anno,occaſione Canonum apoſtolicorum,ita §.19.loquitur : *Tradunt alii,Antiochiæ ab Apoſtolis, ad ſedandas controverſias exortas habitam eſſe Synodum, idque auctoritate Pamphili martyris,cujus fragmenta recitat Turrianus adverſus Magdeburg.l.1.c.25.* Sequuntur collectores Conciliorum T.1.p.53.edit.Pariſ. noviſſimæ. Audiendus hîc Dallæus:(a) *Suppoſiti ſunt Antiochenæ Synodi Canones, quos ex Jeſuitæ Turriani vaniſſimi fabulatoris mendaciſſimis ſcriniis depromptos Baronius fuſè memoravit, & inverecundiſſimus Baronii expilator Binius in Eccleſiaſticos Conciliorum Tomos(in quibus nullum hactenus locum invenerant)audaciſſimo peſſimóque exemplo referre non dubitavit.*Nimirum in hunc præcipuè id finem faciunt, ut ejuſmodi telis pro imaginibus certent,ſicut videre eſt apud Baronium ad an.57 §.111.& ad an.102.§.20.Unde huic Concilio firmiſſimum teſtimonium præbere aſſeverat Concilium Nicenum II.act.1.Id verò Concilium quibus mendaciis & fraudibus conflatum & conſutum,ſuo loco pateſcet.Miſerè ergo armis deſtituti Turrianus, Gretſerus,Baronius,atque alii, pro imaginibus hunc citant Canonem. Aſt ſpuriam eſſe totam hanc Synodum inde convincitur,quòd ejus nec Euſebius, nec Socrates, nec Theodoretus, nec Rufinus, nec quiſquam veterum meminit. Sic ante editionem Binianam non extabat in codicibus Conciliorum à Merlino,aut Crab,aut Surio,aut Dominico Nicolino editis. Ubi ergo per tot ſeculorum centurias delituerunt hi Canones ? In quo verò Pamphili Martyris opere illos vidit Turrianus, Baronius, Binnius, Poſſevinus, Staravolſcius ? Omnes ſanè Turriano tantum theſaurum acceptum referunt : unde ergo ille ? Annon ſeptimus Canon in Concilio Hieroſolymitano conſtitutus act.15.29. Unde quare hunc Canonem Baronius ſilentio tranſit,cùm reliquos recenſeat.Idem Cardinalis primum Turriani Canonem integrum non relinquit,ſed emendat,veritatis vi adactus. (b)

§. 8.) Sed accipe tibi bellos iſtos Canones.

Canones huius Concilii.

1. *Ut credentes in D.Jeſum, quos illius temporis homines appellabant diſcipulos,Chriſtiani dicerentur.* At pro Diſcipulis Turrianus Galilæos ponit, contra apertam veritatem act.11.

2. Ne

z] *pag.11* (a)*de uſu Patrum pag.24.* (b) *Cocus in cenſ.Patr. à pag.438. præcipuè Dallæus in Pſeud.pig.l.3.c.22.ſeq.*

Digitized by Google

2. *Ne baptizatus Judaico more circumcideretur.* Ann. 43.

3. *Ut omni nationi ad Eccleſiam aditus pateret, nec quiſquam à Chriſtiana religione excluderetur.*

4. *De vitanda avaritia & quæſtubus iniquis.*

5. *De vitio gulæ coërcendo, curioſitatéque ludorum, qui in theatris exhiberi ſolerent vitanda; & de abſtinendo à juramento.*

6. *De vitanda ſcurrilitate, & moribus gentium.*

7. *Abſtinentiam ſanguinis & ſuffocati, in Synodo Hieroſolymitana præceptam confirmat.* At anno 51. hæc demum habita.

8. *De imaginibus ſacris venerandis.* At nec vola nec veſtigium in antiquitate. (*c*)

9. *De non admittendo Judæorum delectu ciborum.* Pro ratione tamen infirmorum cautè vivendum cum proximo Paulus ſuadet, ne offendantur.

§. 9.) Huc pertinet cenſura Baronii, quam ad an. 102. §. 18. habet in Canones, quos Apoſtolorum vocant, qui ejusdem cum hiſce furfuris: *Conſueverunt Apoſtoli obortas controverſias communi conſeſſu atque conſenſu ſtatutis quibusdam regulis definire.* At verò Apoſtoli, Paulus inprimis, multas controverſias deciderunt & compoſuerunt abſque Synodis, id quod in Epiſtolis illorum videre eſt. Non tamen volumus, eandem cum Apoſtolis, eorum ſucceſſores poteſtatem habere. Presbyteria quidem & totas Eccleſias minimè neglexerunt, quantò igitur magis horum ſucceſſores id fecerint. Num verò Apoſtolos Antiochiæ hoc tempore conveniſſe dixerit aliquis? Præterea, quî fieri potuiſſet, ut Lucas recenſitis aliis conventibus, eorúmque decretis, hunc præteriret, & recitato nonniſi Canone primo (*d*) omitteret reliquos?

§. 10.) Baronius (*e*) Thaddæum Edeſſam Syriæ profectum Abgarum ſive Abagarum R. ac populum Edeſſenum convertiſſe ait. A Thoma miſſum hunc Thaddæum Euſeb. l. 1. c. 13. ait. At quare non à Petro? Illum ſanâſſe Abgarum R. incredibile haud eſt, ſiquidem Chriſtus per miracula viam ſibi ad Evangelium prædicandum patefacere voluit. Thaddæum alii Apoſtolum, alii unum ex LXX. faciunt: de quo Baronius ad Martyrol. Rom. d. 28. Oct. *ut ex duobus Simonibus,* inquit, *ita ex duobus Thaddæis orta eſt ambiguitas, Judas Thaddæus Apoſtolus fuit, alter verò ex LXX. numero, qui ad Abgarum miſſus.* Ita Græci de illo ad 13. Kal. Julii, de hoc verò ad 12. Kal. Sept. agunt. Conſentit Hammond. (*f*) Unum autem eundémque Hieronymum in Matth. c. 10. feciſſe videtur, qui act. 1. Judas Jacobi, & Matth. 10. Lebbæus vocatur. Apud Hippolytum in libello de XII. Apoſtolis Berythi conſummavit agonem. Reliquias S. Thaddæi Hieroſolymis ad ſe miſſas B. Bernhardus accepit, uti in vita ipſius reperitur.

Thaddæus Edeſſenos convertit. vide ann. 31. §. 14. & 44. §. 30.

Z 2 JESU

c) vide Dallæum de adorat. lib. 2. cap. 16. ſ. item Humfr. Lynde dans la voye eſgaree: pag. 176. (d) act. 11. (e) §. 18 ſeq. (f) de Epiſc. diſſert. 4. c. 3. §. 16.

Digitized by Google

Ann. 44.

JESU CHRISTI *Annus* 44.
CLAUDII. *IMP.* *Annus* 2.

Iac. Apoſt. decollatus. vide ann. 34 § 86. & hic §. 31.

§. 1.) Coſſ. Claudius Aug. ſecundùm, & C. Licinius Largus, al. C. Licinius Cœcina Largus. Hos Calviſ. ad ann. 42. reponit, additque Licinium in Magiſtratu mortuum. Cuſpinianus ad eundem an. Auguſto Saturninum adjungit. Herodes Agrippa Jacobum Apoſtolum, filium Zebedæi, Johannis fratrem ſecuri percutit. (*a*) De hoc Eutychius: (*b*) *Pravæ converſationis fuit Agrianus* (Agrippa) *ac multæ malitiæ vir, in diſcipulos crudelis, Stephanum protomartyrem interficit, Jacobum item Johannis fratrem, Zebedæi filium, Petrum denique in carcerem conjecit.* De hoc Jacobo nugantur mythologi, eum Hiſpaniæ & occidentalium locorum populis Evangelium annunciaſſe, ac in occaſum mundi lucem prædicationis infudiſſe, in Britanniam, Hiberniam, Gallias &c. ac tandem Hieroſolymas reverſum. De ejus acceſſu in Hiſpanias & prædicatione liber falsò Iſidoro inſcriptus, ut Baronius in Martyrologio fatetur, cui titulus de vita & morte Sanctorum, cap. 73. Idem habet Breviarium Tolet. Nuper Lucii Dexteri & Maximi Barcinone ab Hiſpanis fabulæ ſunt editæ, exploſæ autem ab ipſis Pontificiorum eruditiſſimis Alberto Miræo ſcholiis ad Hieronym. de Script. Eccleſ. cap. 132. à Joh. Launoyo diſquiſ. pag. 4. Dionyſio Petavio Epiſt. l. 2. ep. 19. Fidem commento præbent Beda in collectaneis de diviſione Apoſtolorum, Turpinus lib. de rebus geſtis Caroli Magni, Calixt. II. Joh. Mariana de adventu Jacobi in Hiſpania. De hoc Seldenus: (*c*) *Flavius Dexter*, inquit, *in chron. ad ann. 36. tradit, Jacobum Apoſtolum in Hiſpaniis Templum, vel oratorium B. Virgini, ex ejus juſſu præſentiaque ſuper columnam, Cæſarauguſtæ erexiſſe.* Idem Franc. Bivarius in comment. firmare pluribus nititur. Martyrol. Roman. Oſſa Jacobi Hieroſolymis in Hiſpanias die 25. Julii tranſlata, & in ultimis earum finibus Gallæcia recondita coli dicit, ad quæ Baronius: De Jacobo Græci in Menologio agunt pridie Kal. Maii, in quem diem natalis ejus, quando ab Herode occidi juſſus eſt, transfertur. Latini verò hac die agunt, quando corpus ejus ex Jlia Flavia Compoſtellam tranſlatum eſt. In literis Calixti II. expreſſum habetur, ut tertio kal. Jan. celebretur ejus tranſlatio Hieroſolymis facta in Gallæciam, itémque electio: rurſus autem ut V. nonas Octobr. ſolemnitas agatur, quâ recolantur ejuſdem miracula. Calendis verò Junii Compoſtellanæ Eccleſiæ celebratur dedicatio facta à Turpino Epiſcopo Rhem. Pro adventu Jacobi in Hiſpaniam pugnat Sanctius in append. comment. ad acta Apoſtolorum. Tu vide Urſinum de Eccleſ. German. pag. 40. Hoſpinian. ad 25. Julii, & de Templ. pag. 393.

§. 2.) Ita.

(*a*) *Vide Korthold. de perſecutionibus à pag. 40.* (*b*) *p. 324.* (*c*) *de Synedr. l. 3. c. 15.*

§.2.) Ita ergo chimæris & ſomniis oble ctantur. Hujus autem Ja cobi legendam adcóque omnes haſce nugas fusè & doctè explodit Uſſerius Armachanus.(*d*)Ita præmatura morte ſublatum ab Herode ad exteras regiones non perveniſſe rectè conjectat Baronius : ſuccinit Spondanus §.2. ut & in annotat. ad §.7.edit.ultim. quam negativam duobus argumentis §.3.fulcit,quorum prius ex Innocent.I.epiſt.ad Decentium,quâ docet,nullum Apoſtolum(ergo nec Petrum)in Hiſpania docuiſſe, ſed alios Româ illuc miſſos. Poſterius ex Gregorii VII.epiſt.64. ad Hiſpan.Reges,quâ fingit,Româ à principibus Apoſtolorum,Petro & Paulo ,(Petro itaque æqualis Paulus) per ſeptem Epiſcopos miſſos inſtitutam Hiſpaniam fuiſſe. Quæras itaque haut immeritò;Hiſpaníne an Papæ errent,& uter Paparum verior ? Is profectò ſanctus eſt atque indefeſſus Paparum zelus, ut quid pro quo venum exponant,ut nihil non Sedi ſuæ adſcribant,ac pro veriſſimo,ceu oracula venditent,quò faciliùs incautos & credulos ſubjugent Aſt inquiſitione contrà dignum foret in Hiſpania ſcelus, credere, Jacobum hunc ibi non fuiſſe Apoſtolum & præconem ; nec minus flagitium negare corpus Jacobi poſt decollationem miraculosè Hieroſolymis Compoſtellam translatum eſſe.Prius dum fecit Baronius loco allegato, item ad an. 816.§.48.ſeq.non modò malè apud Hiſpanos audiit, ſed & annalium ſuorum prohibitionem eſt expertus.Jure igitur Petrus Molinæus(*e*)exclamat: *Quis ergo te,bone Apoſtole,inde à morte tua,Patronum Hiſpaniæ,invito etiam Romano Pontifice,fecit? Si dixerint cum Baronio, corpus eò eſſe translatum, quæritur quî tamdiu ibi deliteſcere potuerit? Quis effoderit? Quis revelârit?* Ann.44.

§.3.) Baronii tu admirare inconſtantiam, dum hanc Jacobi profectionem conſtanter, etiam contra Hiſpanos, negat in annalibus, pro qua tamen in notis ad Martyrol. Rom. ad 25. Julii ita declamitat: *Jacobi in Hiſpaniam profectio tunc potiſſimùm potuit* (ita nonniſi divinat) *contigiſſe cùm poſt necem Stephani ſecuta eſt ſtatim diſperſio omnium diſcipulorum : & licet dicat S. Lucas in actis, omnes diſperſos eſſe præter Apoſtolos, intelligendum ex majori parte* &c. Ita ergo vim contextui clariſſimo facit, ut τὸ Ψεῦδος defendat. Verùm quia Gentibus nondum erat oſtium reſeratum, teſtimonio lintei Petro oſtenſi, altercationiſque diſcipulorum contra Petrum, fingit ibidem Baronius, Jacobum in Hiſpania nonniſi Judæis convertendis operam dediſſe, adeoque Innocentii I. ſententiam epiſtolâ ad Decentium, de Gentilium converſione agentem, conſiſtere etiam poſſe. In omnibus tamen hiſce ipſe fluctuat & dubitat, ac ſomniat nonniſi, proinde credendi libertatem cuique permittit. Quin ex Venantio Fortunato Spond. §. 4. omnem futilitatem prodit, cùm fatetur, illum haut vetuſtum ſcriptorem, relegiſſe cujuſque Provinciæ, vel civitatis celebriores Sanctos, at neſciviſſe hunc Jacobum Hieroſolymis fuiſſe translatum, imò dixiſſe, ipſius corpus adhuc ibidem Hieroſo-

(*d*) in antiq.Brit.c.1.à p 5. (*e*) Novit.Pap.l.7.c.5. inpr.oper.T.3 p.167.

Ann.44 lymis venerationi expoſitum, in Hiſpania autem Vincentium Martyrem fuiſſe, qui in ea celebrior habitus ſit. En ergo Legendiſticæ fidei ſpecimen! Et tamen hunc Baronius atque alii frequenter in teſtem advocant. Non alia fides Dexteri, quem ipſi Hiſpani annis poſt Jacobi mortem haud paucioribus, quàm trecentis vixiſſe confitentur. Delatum Jacobi corpus Compoſtellam dicunt à tribus diſcipulis, ſine rectore & vectoribus, regnante tum in Hiſpania Lupa regina, quæ inter initia infeſta, mox permota miraculis quæ fiebant ad corpus Jacobi, Chriſto nomen dederit, & Baſilicam Jacobi ædificarit. At Reginæ Lupæ nullæ hiſtoriæ mentionem faciunt, eo cumpr. tempore, quo Hiſpania, provincia Romanis ſubjecta, nec Reges, nec Reginas ullas habuit. Adde quòd Toloſa de poſſeſſione corporis hujus Jacobi, aut certè magnæ illius partis, gloriatur: contra quam ſententiam Maurus Caſtel. Flor. in hiſtoria S. Jacobi l. 3. ſcribit. Utroſque conciliare auctor notarum in Spond. an. 44. §. 4. conatur, dum ſingulis partem aſſignat. Decollatus autem hic Jacobus ante diviſionem Apoſtolorum: Euſ. l. 5. c. 17. illum Dorotheus ab Herode non Agrippa, ſed Tetrarcha (Lugduni Caij juſſu exulante) conſummatum cum Iſidoro fingit: (*f*) Illum ex Hiſpania, relicto ibi Vicario, atque aliis Epiſcopis, in Britannias ut & alias provincias perrexiſſe, quidam tradunt hiſtorici: (*g*) ita ergo antevertiſſet Jacobus in Britannia & & alibi, Petrum atque cœteros. Quare autem pro his ita digladientur, divinatu haud difficile, nimirum ut dignitates Sedium obtineant & defendant: ita 816. (*h*) contendebat Epiſcopus Compoſtellanus in Synodo Lateran. ut meliorem Toletano locum ſortiretur: at muliercularum trivialibus ſermonibus niti illam Jacobi apud Compoſtellanos prædicationem, affirmabat Rodericus Toletanus, & obtinebat cauſam.

Oratur pro Petro captivo. §. 4.) Orant fideles pro Petro captivo: act. 12. 5. ſeqq. R. Negatur conſequentia Bellarmini, quòd ſit Caput Eccleſiæ. Inde rectè Chryſoſt. *Audite, quomodo affecti erant erga praeceptores* (nota pluralem.) Ergo non pater fuit unicus, & eodem modo erga alios erant affecti. Inſt. at nihil ſimile de Stephano, aut Jacobo. R. Stephanus nonniſi Diaconus fuit. Quia Jacobum ſublatum Petrus, eximius Chriſti ſervus ſequi è veſtigio debebat, ideo eò magis ſoliciti ſunt fideles. Et tamen tum pro Stephano, tum pro Jacobo illos oraſſe quis ambigat? Verùm quid hîc cum Petro Papa? Ipſe à multis ſeculis crucem pro Evangelii doctrina ſtudioſè fugit, aliis crucem figens &c. Kal. Aug. Petri vincula celebrantur: vid. Bar. §. 7. 8. Hoſpin. & Martyrol.

Ib. *Noctu erant collecti:* nimirum ob veritatis hoſtes: unde Chriſtianis non modò igni & aquâ, ſed ipſa quoque luce interdictum fuit, inde *Antelucani cœtus* apud Plinium.

Fruſtra

f] vide Joſeph Antiq. lib. 18. cap. 9. Euſ. Chron. & hiſt l. 2. c. 8. Spelman. de Concil. appar. p. 2 § 4. adde Vincent. Belvac. Specul hiſt. l. 8. c. 7. Calixt II lib. de miraculis & translat. huius Apoſt. (g) Uſſer. Antiq Brit. 743 [h] Baron. ib. §. 49.

Fruſtrà myſterium in hoc quærit Baronius, quòd ad hiſtoriam de Petro è carcere liberato act. 12. v. 20. ſubiicitur narratio de diſſidio Herodem inter atque Tyrios & Sidonios, idque inde factum temerè affirmat, quòd illi Petrum ſuſcepiſſent ac coluiſſent, quem ipſe neci tradere quæſîſſet. At nihil quidquam Spiritus S. vel de hoc, vel de Epiſcopo ex comitibus ſuis à Petro Sidoniis dato, qui tamen diligentiſſimè omnia tradere inſtituit. Quare igitur illi bellum deprecantes Petrum non reddunt? v. 20. Facilè autem animus affectibus non deditus ideo hæc de Herode referri ſentit, ut ubi, quando & quomodo impius ille Eccleſiæ perſecutor graviter à Deo fuerit punitus, diſcamus. Dum autem Epiſcopum à Petro Sidoniis datum ex Metaphraſte probat, eo ipſo ſe confundit, quando mendacii eum arguit, quòd dicat, Petrum ex illo itinere non Romam, ſed Hieroſolymas rediiſſe: at verò extra dubium, Hieroſolymis poſtea Petrum fuiſſe in Concilio. Porrò phtiriaſis illa, quâ periit Herodes: act. 20. 21. hodiéque in memoriam tyranni, *morbus Herodis* dicitur. Ann. 44.

§. 5.) Hactenus Sedem Antiochenam reperire non licuit, nunc ut ſe iter & Sedes ejuſdem Romana habeat, conſiderabimus. Quòd ſi igitur Antiochiâ Romam venit, translationes ſeu tranſitiones potiùs dari, nec eſſe matrimonium ſpirituale inter paſtorem & gregem, nî divortium admittere velimus, neceſſum erit. Nihil reſpondent cùm dicunt, majoris profectûs causâ, non propria libidine, ſed divino juſſu & inſtinctu id factum eſſe. (i) Non migrat, inquiunt, de civitate in civitatem, qui non avaritiæ causâ, nec ſponte dimittit ſuam Sedem; ſed aut pulſus à ſua, aut neceſſitate coactus, aut electione & exhortatione Sacerdotum & populorum, translatus eſt ad alteram civitatem. Oſtendant hæc prius in Petro, quàm ita dicant. Quòd ſi dixerint Univerſalem, ſeu Univerſæ Eccleſiæ paſtorem fuiſſe Petrum, tum Rom. Sedi malè alligari eundem, nec plus cœteris Apoſtolis illum habere reponimus. Et ſicut Antiochenam, ita & Rom. Sedem h. e. tanti rem negocii prætermiſſétne Spiritus ſanctus?

Iter Petri Romanum.

§. 6.) *Diſceſſionem Apoſtolorum*, ſeu illorum in diverſas orbis partes profectionem, idque ob Herodianam perſecutionem, ut & *Symboli Apoſtolici* compoſitionem, hoc anno Baronius ponit. Confer Hoſpin. de feſtis Chriſt. ad 15. Julii. Verùm manſiſſe potiùs adhuc Hieroſolymis Apoſtolos vero ſimilius, quòd diſcipulis diſperſis act. 8. 1. ibi tamen Apoſtoli manſerunt. Rectiùs igitur alii hanc profectionem, poſt Concilium demum Hieroſ. quod Baronio anno 51. habitum, ponunt, alii melius ad 48. aliter alii. Euſeb. l. 5. c. 17. ex Apollonio dicit, Chriſtum Apoſtolis ſuis præcepiſſe ut XII, totos annos Hieroſolymis manerent: quod non ita accipiendum, ac ſi inde vicinas Eccleſias viſitare auſi non fuerint. Baronius liberior in commentando fingit Concilium convocatum ab omnibus Apoſtolis (Et. Petrus Hieroſoly-

Symboli Apoſtolici compoſitio & Apoſtolorum in totum orbem diſceſſio.

i] *Melch. Canus l. c. l. 6. c. 8.*

Ann. 44. ſolymis fuit) priuſquam à ſe invicem divellerentur, ut Symbolum Apoſtolicum conderent. R. 1. Rem tam notabilem Lucas proculdubio recitâſſet. Traditiones autem non curamus. 2. Symbolum Apoſt. non dicitur ab authoribus, ſed quòd ex eorum doctrina fuerit depromtum, ejúſque compendium ſit. 3. Quòd Apoſtolorum tempore totum non extiterit, id quod articulus de deſcenſu ad inferos comprobat. Fundamentum autem Symboli ex formula Baptiſmi à Chriſto præſcripta deſumtum eſt. Etſi igitur eo ordine, iiſque expreſſis articulis ſingulis in Scriptura non extet, extat tamen implicitè, quod ad ſenſum, idque non ſemel, nec obſcurè; ita ut traditionibus, eo ſenſu, quo volunt Pontificii, nullo modo annumerandum ſit. *vide ann. 102.* An verò in hoc Concilio imaginario Canones, qui vulgò Apoſtolorum audiunt, conditi fuerint, num verò in Hieroſolymitano anno 51. vel Antiocheno, de quo anno præcedenti, ipſi adverſarii dubitant, nec ulli parti nos aſſentimur.

§. 7.) Symbolum Apoſt. tempore Hieroſ. Concilii compoſitum quibuſdam videtur. De eo non Cyprianus, ſed Ruffinus in expoſitione Symboli: *Diſceſſuri ab invicem Apoſtoli normam prædicationis in commune conſtituunt.* De hoc Perronius (k) *Stultitia eſt dicere, ſingulos Apoſtolos articulum fidei addidiſſe.* De eodem Prideaux (l) contra Antitrinitarios: *Symbolum Apoſt. Nicenum, & Athanaſianum, utcunque de ipſorum initiis & authoribus non ſatis conſtet, & quædam obſerventur in illis addita, & aliter diſpoſita (prout in varias temporum viciſſitudines inciderunt) ſenſum tamen eundem orthodoxorum ſemper retinuerunt, ſicut patet ex nupera illorum collatione & editione doctiſſimi Armachani.* De tribus Symbolis Apoſtolico, Athanaſiano & Conſtantinopolitano edidit commentationem egregiam Jo. Gerh. Voſſius. Confer T. 1. Concil. p. 9. 10. edit. Pariſ. Symbolum hoc ab Apoſtolis ea ſerie, quam jam habemus fuiſſe compoſitum affirmare videntur è veteribus Ruffinus loco jam nominato, Auguſtinus ſer. 101. de tempore, vel quiſcunque tandem autor: Leo epiſt. 96. & Serm. 38. Gilbert. Genebr. l. 3. de Trinit. p. 204. Franc. Quareſmius T. 2. Elucid. Terræ ſanct. l. 4. c. 1. relictâ ſententiâ Adrichomii, qui num. 6. in deſcript.. Jeruſalem, putat Apoſtolos collectos in cœnaculo Sion, Credo compoſuiſſe, intendens ad Eſa. 2. 3. præfert illam, quæ ſtatuit, Apoſtolos Symbolum ſupra montem oliveti compoſuiſſe. Antonius tamen Nebriſſenſis ambigit, Apoſtolorúmne, an 120. virorum act. IV. extiterit conſenſu &c. Dubitant etiam hac de re Laur. Valla, Polyd. Verg. l. 5. c. 13. Eraſ. præfat. in Matth. Verùm Symbolum, quale jam habemus, quoad verborum contextum & ſeriem non Apoſtolos, Apoſtolicos tamen viros compoſuiſſe alii vulgò aſſerunt. Priores inde Symbolum vocant, quòd unuſquiſque portionem, ſeu articulum ad hanc doctrinæ Chriſtianæ ſummam contulerit: at ſi ita ſit, tum Petrus Hieroſolymis extitit, & ante Jacobi decollationem compoſitum fuit, nî vel unum cœterorum, vel Jacobi ſaltem nomine

k) *in poſthumis pag.* 300. (l) *Faſcicul. Controv. c. 2. p. 98.*

Digitized by Google

nomine id præſtitiſſe dicas. In hoc ſanè nulla Petri prærogativa, ſed ſumma omnium æqualitas adparet, non ſecus atque in orbis diviſione, maximè Petrum inter & Paulum. Vel quare ſolus Petrus totum illud non compoſuit? Non igitur eſt de quo tantopere triumphet Baronius, quando Symbolum in Scripta Canonica non relatum obiicit, ut eò faciliùs traditiones quaſvis obtrudere nobis queat: licèt enim communis antiquorum ſententia, ab Apoſtolis id conſcriptum, tamen res ipſa oſtendit, recentioris omnino ævi & compoſitionis eſſe, ſiquidem Lucas, qui Apoſtolorum Acta ordine deſcripſit, & Euſebius, qui decem libros hiſtoricos congeſſit, ut & Chronologiam, illius nullo modo meminerunt, ſed ne Patres quidem Ignatius, Iuſtinus Martyr, & ſequentium temporum alii, uſque ad Concilium Nicenum. Prima illius origo ex ipſa Baptiſmi inſtitutione petenda & arceſſenda: Matth. 28. 18. 19. Marci 16. 15. 16. quæ contra varios exorientes hæreticos aucta deinceps. Igitur Apoſtolis jam extinctis, ipſorum diſcipuli ſive ſucceſſores, ut unà cum Eccleſia conſervarent doctrinam religionis, & ad longè latèque diſſitas per Aſiam & Africam gentes propagarent, & ut unam ac ſibi per omnia conſentientem doctrinæ formam omnibus traderent, eam formâſſe credibile. (*m*) Ann. 44.

§. 8.) Neque de hoc tantopere gloriandum adverſariis, quòd Symbolum hocce Apoſtolicum Traditionum nomine veniat: quandoquidem hinc non ſequitur, omnes quaſcunque traditiones ſine diſcrimine, etiam extra Scripturam, eſſe admittendas, ſiquidem à traditionibus humanis libertatem habemus in Chriſto, nec traditiones extra Scriptram traditiones dicendæ, unde Chriſto traditionibus non traditiones, ſed Scripturas opponit. Apoſtolicarum traditionum multoties mentionem fieri haut quidem inficiamur, at eaſdem in literas redactas, unde & illa ipſa, quæ ſcripto nobis reliquerunt, ita dici aſſeveramus. (*n*) Ita Symbolum hocce Apoſtolicum dici affirmamus, quòd ſparſim hinc inde in Scripturis ipſorum occurrat, & traditum ſit: ſic ut ultrò concidat abſurditas Verbum Dei per traditionem, ſine Scriptura conſervari poſſe. Non certè quæſtio, quid fieri poſſit, ſed quid velit Deus: neque de forma Apoſtolici Symboli, ſed de materia in S. Literis clariſſimè comprehenſa eſt controverſia. Pulcherrimè hoc loco Cyrillus Catech. 5. *Fidem in diſciplina & promiſſione poſſide ac cuſtodi: illam ſolam ab Eccleſia tibi nunc traditam, & ex omni Scriptura munitam. Cùm enim non omnes poſſint Scripturas legere: & alios quidem inſcitia, alios verò occupatio quædam impediat à cognitione, ne ob inſcitiam animam perdas, in paucis verſibus univerſam fidei doctrinam comprehendimus: quam vos volo verbotim memoriæ mandare. Non enim pro arbitrio hominum compoſita ſunt res fidei, verùm ex Univerſa Scriptura, quæ potiſſima collecta unam perficiunt fidei diſciplinam.* Ita Eu-

 cherius

m) Confer Conſolat. Draxi p. 358. (n) Chemn. exam. Conc. Trid. à p. 61. confer ib. p. 710. Bulling. de Concil. c. 17.

Ann. 44. cherius homilia I. de Symbolo: *Eccleſiarum Patres de ſalute populorum ſoliciti, ex diverſis voluminibus Scripturarum, collegerunt teſtimonia divinis gravida Sacramentis* &c. In eundem planè ſenſum Thomas ſecunda ſecundæ q. 1. art. 9. Thomam ſecutus Durandus in 3. diſt. 25. q. 2. cui adde Bielem in eundem locum & Almainum. Itaque ut στοιχεῖα Chriſtianiſmi meliùs & compendioſiùs diſcerentur, compoſitum eſt Symbolum Apoſtolicum, quod in priſca Eccleſia Catechumeni & Competentes docebantur, quod ubi didiciſſent & intellexiſſent, ad baptiſmum admiſſi ſunt, & πιστοὶ, Fideles dicti ac habiti. Ita Carolus M. aliquoties in Capitularibus ſuis præcipit, ut juniores ediſcant Orationem Domini & Symbolum, nullam ſalutationis Angelicæ mentionem faciens. idem habet Beda l. 1. hiſt. angl. c. 8. & can. 22. Edgardi R. & Kanuti R. 23. Franc. Fevardentius præſupponens ab Apoſtolis Symbolum compoſitum, in notis ad Irenæum l. 1. c. 2. adſerit, adultos tempore Apoſtolorum, ac poſtea, illud ante ſuſceptum baptiſmum decantâſſe, & ipſos Apoſtolos in celebratione Euchariſtiæ. Ita ſcil. fingunt & ſomniant.

Laicorum libri qui.

§. 9.) Patet hinc, benevole lector, non imagines, non ſtatuas aùt Cruces, ſed hæc fidei compendia optimos & certiſſimos eſſe Laicorum libros, atque Catholicæ & Apoſtolicæ fidei veriſſima teſtimoia ac teſſeras. Nimirum ea eſt cœleſtis Patris benignitas, ut cuique ſe accommodet, ut ea, quæ prolixè in S. Codice comprehenſa, ἁπλόμως pueri etiam & rudes habere, memoriæ imprimere & in illis ſeſe exercere, adeóque de fide ſua certi eſſe, de eadem reddere rationem, contra ſeductiones omnes munire ſe poſſent. Unde quæſo ſolidiùs reſpondeat etiam illiteratus adverſario vel ſubtiliſſimo de fide quàm ex XII. hiſce fidei articulis? unde faciliùs & citiùs, quàm ex illis ipſis, deprehendat, evitet & excutiat omnia humana commenta? quem in omnibus neceſſitatibus tam animæ, quàm corporis, quâ etiam confidentiâ invocare debeas, optimè te Oratio Domini inſtruet: quid faciendum, quídve omittendum, Decalogus. Non verò ſe de Symbolo hoc Apoſtolico adverſarii tantopere jactitent, quoniam Bellarmino (o) poſt Theodoretum (p) atque alios, atteſtante, non ſufficit unum atque idem habere Symbolum, & Orationem Dominicam atque Decalogum cùm eadem quoque hæretici habeant: nos hæc ipſa illis reponimus, & telis fortiſſimis eoſdem configimus (q) Sive igitur ab Apoſtolis ipſis conſcripta ſit hæc fidei regula, ſive à viris Apoſtolicis, haut magni noſtra refert: nam quamvis ſcripto traditum non ſit ab Apoſtolis hoc Symbolum, ſed diſcentium commendatum memoriæ, doctrinam tamen non aliam continet, niſi quæ in Scripturis invenitur. Idcirco ita de eo Auguſtinus (r) loquitur: *Hoc eſt Symbolum, quod retenturi eſtis, & reddituri. Iſta verba, quæ audiſtis, per divinas Scripturas ſparſa ſunt, ſed inde collecta, & ad unum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret,*

o) de Laicis l. 3. c. 19. & l. 3. cont. 5. gen. (p) hiſt. l. 3. c. 4. (q) Hallus in nulla pax cum Roma §. 4. Symphonia Polani à p. 428. ad 435. Gerhard. in Paſſ. Dom. part. 2. p. 260. b. Dallæus in Apol. 137. item Calov. Arminian. p. 27. (r) l. 1. de Symb. ad Catechum. c. 1.

Digitized by Google

borarct, ut omnis homo poſſit dicere, poſſit tenere, quod credit. Apud omnes Ann. 44.
igitur Chriſtianos in uſu fuit hoc Symbolum, ſufficiénsque confundendis & retundendis omnibus hæreticis, quia regula & norma, qua verum à falſo dignoſcimus: quandoquidem breviarium eſt omnium articulorum eſſentialium & fundamentalium. ut autem in S. Scriptura *Catholicæ* (Eccleſiæ) terminus non occurrit, ita olim in pluribus Antiquis Symbolis non extabat articulo IX. ſed nonniſi *Sanctæ*, vel *unius ſanctæ Eccleſiæ* mentio fiebat. (*s*) Negamus igitur, térque quatérque negamus Symbolum iſthoc, juxta Latinorum ſenſum, rectè Traditionum nomine venire, quaſi S. Scripturæ opponatur, neque in ea comprehendatur. Et quemadmodum nec Concilia olim & Synodi, nec Symbola, ſicut Nicenum, Epheſinum, Chalced. & Conſtantinop. &c. neque huic Apoſtolico Symbolo, neque S. Scripturæ præjudicârunt quicquam, verùm nudæ fuerunt horum exegeſes; ita hodiéque diverſa Symbola & Confeſſiones à noſtris editas, nihil Antiquioribus Canonicis & Apoſtolicis Scripturis præripere aimus.

Diſceſſio Apoſtolorum Hieroſolymis,

§. 10.) Incertum eſſe tempus diſceſſionis Apoſtolorum ſuprà (*t*) intelleximus, atque hoc ipſum Bar. (*u*) haut diffitetur, quando nullum de hac fide dignum extare hiſtoricum agnoſcit, unde nec Apollonium, qui eam in XII. nec Melitonem qui in II. ab aſcenſione Chriſti annū reiiciunt; recipit. Hunc autem ſibi maximè ſeligit annum, ut Romæ Petrum ſiſtat. Verùm quia præ omnibus hodierni Romanenſes ob Antiochenam & Romanam Petri Sedem planè ſe extricare nequeunt, ideo quibuſdam placet, Apoſtolos ſaltem poſt aſcenſionem, ſive Pentecoſten, quando Petrus & Johannes Samariam petierunt, diſceſſiſſe. Quanquam autem Baronius (*x*) non ſorte, ſive diviſione aliqua provinciarum, ſed divina aliqua demonſtratione, & Spiritûs S. ſpeciali inſtinctu hæc peracta rectè credit, unde & Didymus (*y*) quenque Apoſtolum inſtinctu Spiritûs S. Regiones ſibi deſignâſſe ſcribit: id tamen ex ſententia Patrum, quando ſorte æquali id factum putant, emergit, ut tum Bernhardi (*z*) cadat abſurditas, cùm ait: *Signum ſingularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut cæteri quisque ſuam, ſed ſeculum ipſum ſuſcepit gubernandum:* tum hodiernorum Papiſtarum, cœteros ſive Apoſtolos, ſive viros Apoſtolicos, ſive etiam utroſque nonniſi Petri nutu, juſſu & mandato huc illuc profectos & miſſos fuiſſe, ſententia (*a*) Unde jactabundus Innoc. P. (*b*) teſtis ſcil. irrefragabilis dicit: *Cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam, Galliam, Hiſpaniam & Africam nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Apoſtolus Petrus, aut ſucceſſores ejus conſtituerunt. Legant autem, ſi in his Provinciis alius Apoſtolus invenitur, aut legitur docuiſſe.* Sic Tyanenſibus, Byzantinis, atque aliis Petrum in tranſitu Epiſcopos dediſſe Bar. (*c*) vult. Licet autem ita factum concederemus, quod tamen

s) *Larroque de Eccleſia c.* 10. *p.* 160. (*t*) §. 6. (*u*) §. 13. *Spond.* §. 2. (*x*) §. 20. *Spond.* § 9. (*y*) *l.* 1. *de Spiritu S.* (*z*) *ſer.* 1. *in feſto Petri & Pauli* (*a*) *de Dom. l.* 1. *c.* 10. §. 26. & *l.* 2. *c.* 7. §. 1. (*b*) *d.* 12. *c. quis neſciat.* (*c*) *Bar.* §. 11. 13.

Ann. 44 men neutiq. largimur, anne ſtatim dominium in illas plantatas Eccleſias obtineret Petrus?

Apoſtoli à quo miſſi. §. 11.) A Chriſto fuiſſe Apoſtolos in totum orbem miſſos, expreſſa ſunt Matth. 28. 19. Marci 16. 15. Lucæ act. 1. 8. verba, idque per omnia æquali ratione, dignitate & jurisdictione: neque ab homine ſuam ſe accepiſſe vocationem & miſſionem Paulus ubique docet. Non igitur Petri fuere delegati & emiſſarii reliqui. Meritò ergo Joh. de Turrecremata ab aliis Papiſtis exploditur, quòd ait, (*d*) Petrum factum Epiſcopum à Chriſto, Apoſtolos reliquos à Petro. Turrianus (*e*) omnes Apoſtolos factos eſſe die Pentecoſtes Epiſcopos ſcribit. Bellarm. (*f*) Apoſtolos omnem authoritatem à Chriſto immediatè accepiſſe. Inſt. Chriſtus Petrum ordinarium paſtorem, reliquos fecit Delegatos. Sed cujus? Suos, an Petri? Si Petri, non igitur ſummam illis poteſtatem dedit, ut Baronius vult, ſed minorem reliquis, quàm Petro. Si ſuos, in eo omnes pares erant, nec magis Petrus ordinarius paſtor fuit, quàm cœteri. Ineptus adeòque Stapletonus (*g*) propriè & principaliter dictum Petro Paſce oves meas, quaſi reliqui hoc propriè facere non deberent. Num Chriſtus Apoſtolis magis, quàm Petro extraordinariam functionem impoſuit: Joh. 20. 21. Iterum delirat, cùm ait: Totum munus paſcendi Petro incubuiſſe, ſed Petrum hoc in aliorum humeros diſpertiiſſe. Rectiùs Cajetanus: (*h*) Petrum nullum miſiſſe Apoſtolum, quia præventus fuerit à Domino. Imò non præventus Petrus, ſed æqualis in omnibus cœteris factus.

§. 12.) Inſtant. Poſt Apoſtolorum tempora vix ullæ converſiones factæ, niſi per eos, quos Romani Pontifices in opus Dei emiſerunt. R. 1. Dum particulam vix addunt, univerſalem non agnoſcunt. 2. Chriſtus eſt ille Monarcha, qui mittendi authoritatem habet, eóſque ſuo ſpiritu, quos vult, excitat. Quid verò totum hoc magis ad Romanum, quàm ad quemvis orbis Chriſtiani Epiſcopum? Non is ſolus, ſed & alii miſerunt Epiſcopi, ut Demetrius Pantænum, Athanaſius Frumentium: unde tamen nullum primatum exprimas. Sanè, ut vertuntur humana, ſic & Petro, ejúſque ſucceſſoribus accidit; Miſſus olim ab Apoſtolorum choro Petrus act. 8. 14. Nunc ipſe modò nullos non ad nutum ſuum habet, & quò vult, cum mandatis ablegat. Verùm ad iter Petri Romanum accedamus, utpote in quo probando copioſus eſt & prolixus Baronius. (*i*) Certè de tempore adventûs nihil firmi conſtat, alii ſecundo, alii quarto, alii XIII. Claudii anno appuliſſe affirmant, alii nonniſi generaliter adventûs meminere. Neque verò de tempore litigaremus, ſi de re conſtaret, de qua altè tacet Scriptura, nec ullus chroniſmus aut ratio, prout vidimus hactenus, illam probare poteſt, ut de ſucceſſoribus illius nihil nunc dicamus. Quanquam verò documentis aliquibus

iter

d] *l. 2. c. 32 & 34.* (*e*) *pro epiſt. Decr. l. 2. c. 21.* (*f*) *de Roman. Pontif. l. 4. c. 23.* (*g*) *l. 6. c. 10. de princ. fid. doctr.* (*h*) *de inſtit. Papæ c. 10.* (*i*) *à* §. 25. *Spond.* §. 10.

Digitized by Google

iter hocce Petrinum demonſtrarent, nihil tamen aliud conficerent, quàm eò ſe Petrum, ut cœteri aliò, Apoſtolatûs ſui causâ contuliſſe, & fortè aliquantulum ſubſtitiſſe. Ann. 44.

§. 13.) Hoc eodem anno, quo incarceratus Hieroſolymis Petrus, Romam abiiſſe contendunt: (k) At in diverſas ſe contuliſſe parteis act. 12.17. collat. cum c. 15.7. ſeq. videbis. Ita multis eos ſcriptores urgeri perplexitatibus obſervabis, qui Romanæ Eccleſiæ fundationem aut ſoli, aut potiſſimùm Petro acceptam ferunt, ut illum ſæpius adducant Romam, ſæpius inde abducant, & denuò reducant, ídque confuſo & incerto ordine: neque inter eos ſatis conſtet, quot annis Romæ ſederit Epiſcopus, quot Antiochiæ, ubi priùs, ubi poſteriùs ſeſſitârit, & uter prior venerit Romam Petrúsne an Paulus. Antiochiæ fuiſſe Petrum legimus, ſed non ſedem ibi ſuam magis, quàm aut Hieroſolymis, aut Joppæ, vel Cæſareæ poſuiſſe. Romæ verò fuiſſe nunquam legimus, niſi extra Scripturas: at fides noſtra intra Scripturas includitur. Ad minimum præcedet Antiochia: at ſucceſſor illius loci totius Eccleſiæ Caput non factus. Vel inde Romam ſecum eam poteſtatem detuliſſe probent. Id quidem negare non debemus, Patres pleroſque communi errore deceptos & abreptos, Petrum Romam abiiſſe, ibíque traxiſſe moras aſſerere: at verò verba abſque ponderibus non ſufficiunt. Facilè factum ut unus ſeduxerit alterum, ſicut in pluribus aliis accidit, cumprimis in tanto hiſtoriarum defectu & fabulatorum & falſariorum copia. Hujus autem traditionis primus auctor Papias eſſe videtur, Chiliaſta, & fabularum multarum ſcriptor. Vel annon plurium, quæ occurrunt in Legendis, pudet hodie adverſarios? Quos non vellicat noſter hic Cardinalis? Vel ſolorum Petri ſucceſſorum, ſive Coëpiſcoporum ſeu Sympresbyterorum potiùs Romanorum rationem nobis veram & indubitatam edant. Quid ergo miremur, ſi cæcus cæcum duxerit, ſi priores ſubſequentes à veræ hiſtoriæ tramite ſeduxerint? Quis tandem credat, inde à Petri adventu Romæ demum eſſe Chriſtianos cœpiſſe? At deceptus ab aliis hoc adfirmat Otto Friſingenſis (l) utut verò erret, Paulum tamen ita commendat, ut illum Græciam, hunc Romam ſortitum dicat. Cùm tamen Pauli epiſtola ad Romanos, iteratum eò iter, ac commoratio biennalis, plurimáque alia, Romam Paulo tribuant. Non ſecus Oroſius (m) in exordio regni Claudii Tiberii Imp. Petrum Romam veniſſe ait, atque exin Chriſtianos Romæ eſſe cœpiſſe.

Romam Petrus abit.

Vid. an. 69. §. 5.

§. 14.) Quis credat tenebricoſiſſimo Papatui totos immerſos, tamen quaſi per rimas lucem haut exiguam vidiſſe, ac veritatis vi actos commentis humanis ſeſe oppoſuiſſe, eáque agnoviſſe. Id inter innumeros Polydoro Vergilio contigit (n) dum nulla alia ratione ſacerdotalem ordinem à Ro-

(k) *Bar. §. 25.* (l) *hiſt. l. 3. c. 15.* (m) *hiſt. l. 7. c. 6.* (n) *inv. l. 4. c. 6.*

Ann.44. mano Epiſcopo profectum dici poſſe affirmat, niſi apud Italos duntaxat id factum intelligatur &c. dum etiam de Hieroſ. Cathedra ex Recognit. Clement. lib. 1. ita ait: *Eccleſia in Hieruſalem conſtituta, copioſiſſimè multiplicata creſcebat per Jacobum, qui à Domino ordinatus eſt Epiſcopus &c.* quando ſubjungit: *Exiſtunt etiã nunc, qui contendant* (ergo non omnes ita ſenſerunt, ſed pauci) *Petrum in omnes Apoſtolos jus habuiſſe &c. contrà nonnulli aliter cenſent ex 2. Cor. 10. 8. ubi Paulus ait: Nam ſi amplius etiam quippiam glorier de jure noſtro, quod dedit Dominus nobis ad ædificationem &c.* Idem Epiſcopos aliàs Pontifices à munere, horúmque officium Sedem dici affirmat, quia quandiu Epiſcopus ſuum facit officium, non imperat, nec regnat, ſed ſedet h. e. vigilat, docet, bene agit, animarum ſaluti conſulit. Iterum Paulo inprimis, non tantùm Eccleſiarum plurium plantationem, ſed & reviſionem tribuit: atque Epiſcopi nomen i. q. presbyteri, neque divini juris id officium, ſed humani, nec honoris, ſed oneris eſſe ex Hieronymo inculcat. Inſuper (*o*) Servatorem non tantùm XII. Pontifices, ſeu Apoſtolos mittendos in diverſas orbis partes, ſed & LXX. diſcipulos elegiſſe, quos etiam ad concionandi munus delegerit, à quibus presbyterorum, ſeu ſeniorum ordo, ſicut ab illis Epiſcoporum. Ergo nec Apoſtolos, nec presbyteros illos Petrus vel elegit, vel miſit. Verùm quomodo diviſus ordo, ſi presbyteri iidem qui Epiſcopi?

§. 15.) Quanta in erroribus imbibendis vis ſit & efficacia, id vel unus Baronius manifeſtum faciet in diſcipulis ſuis, qui quaſi in verba ejus jurant, & quanti quanti, toti ab eo dependent. Hoc Gaulterius, Staravolſcius, Pariſini, & ſexcenti alii faciunt: facit Caſalius, Baſilea Sacra pronuper edita, quæ ita inter alia: (*p*) *S. Petrus anno Chriſti* 44. *Claudii ſecundo, Romæ ſedem fixit, ac biennii ſpatio omnia percurſavit, cumprimis tamen etiam inter cætera Occidentem convertendum inter diſcipulos diviſit.* Ad quæ de Dom. (*q*) *Petrus non modò Romam non eſt adducendus usque ad VI. Claudii annum, ſed ne Antiochiam quidem: quia Act. 12. eodem tempore, inquit Lucas, quo Paulus & Barnabas Hieroſolymas occaſione famis venerunt, Petrus erat in Hieruſalem, ab Herode in carcerem conjectus.* Ubi ergo Sedis Antiochenæ per Petrum erectio ante II. Claudii annum? Eam non habet Baronius unde probet (*r*) niſi quia ipſi videtur æquum eſſe ita credere. Siccine verò antiquæ hiſtoriæ, præſertim Sacræ, firmantur? Id quia Euſebius in Chronico certè inconſideratè ac indiſcuſsè protulit, inde & Hieronymus, & cœteri ferè omnes Scriptores poſteriores hauſerunt &c. Euſebii verò Chronicum, circa tempus vinculorum Petri errorem continere fatetur Bellarminus: (*s*) alii alios, nec leves in eodem Chronico errores deprehendunt, & temporum falſiſſimam aſſignationem. Euſebiani igitur Chronici errore Onuphrius in Petro etiam deluſus, priorem ponit Romanæ Eccleſiæ ſedem à Petro erectam, Antiochenam

nam

o) Pag. 276. (p) p. 3. (q) lib. 4. cap. 1. §. 21. (r) an. 39. §. 10. (s) de Rom. Pont. lib. 2. c. 6.

Digitized by Google

nam verò poſteriorem: quia ante vincula Herodis cernebat Petrum ex Judæa nunquam egreſſum: contra quem Bellarminus indicato loco inſurgit. Ann. 44.

§.16.) Pergit porrò Ant. de Dominis(t) *Quòd ſi quis velit Petrum Antiochiam ad reſidendum poſt Concilium Hieroſol. deducere, ipſemet Petrus nullo modo conſentiet, jam enim illum aliò charitas, eximiúſque fervor prædicandi Evangelii evocabat. Et ſi illum per ſeptennium, aut ſexennium Antiochiæ alligabis, vix fortaſſe ſupererit & tempus Romam adeundi, nedum XXV. annis Rom. Cathedram gubernandi. Jam enim Petrum habemus in Judæa perpetuò detentum, uſque ad VII. Claudii annum, niſi quòd vix ſemel potuerit Antiochiam uſque, Herodem fugiens, excurrere, &c. adde, quòd magnam poſtea orbis partem peragrârit.* Plura ibidem quære. Quo quid aliud, quàm uni ſe non addictum eſſe Sedi, ſicut & reliqui Apoſtoli, demonſtrare voluit? Adverſarii, quò faciliùs omnes ictus excipiant, duplex munus Petro aſſignant. 1. Quòd fuerit particularis Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſeu Patriarcha Occidentis, adeóque hac in parte reliquis Patriarchis æqualis. 2. Quòd fuerit Univerſalis Eccleſiæ Caput, adeóque ubique Epiſcopus & ſupremus Inſpector atque Rector. R. Hæc quomodo ſubſiſtant in uno ſubjecto, ipſi viderint, & priùs probent, quàm obtrudant. 2. Produnt cauſam, dum Papam particularem quoque Epiſcopum faciunt, nec Romanam Sedem ſtatim univerſalitatem includere agnoſcunt. 3. Qui fit, quòd Irenæus, Euſebius, Epiphanius, & alii, ut non Paulum, ita nec Petrum in cathalogo Epiſcoporum Romanorum numerent? Certè quia omnibus Apoſtolis non particularis aliqua Sedes, ſed generalis inſpectio omnium Eccleſiarum à Chriſto fuerat demandata. 4. Inde Hieronymus ait, Petrum Romam veniſſe ad Simonem Magum expugnandum. (u) Igitur omnes Apoſtoli Apoſtolatum ſuum in toto exercere mundo non tantùm poterant, ſed & ex Chriſti edicto omnino debebant. Quocunque perveniebant, Eccleſias particulares fundabant, eis etiam proprios Epiſcopos ſeu presbyteros ordinabant, quibus Eccleſias commendabant: act. 14. & quò ipſi pervenire non poterant, diſcipulos à ſe bene inſtructos & ordinatos mittebant. Tit. 1.5. 2. Tim. 4. &c. Remundus Rufus (x) quò annos XXV. Romæ Petro affingat, ex Apoſtolis univerſalibus ita particulares reddere ſatagit, ut tandem vel ſingulos, vel plures uno in loco ſubſtitiſſe, ac in maxima quadam civitate ſedem ſuam & domicilium collocâſſe velit, veluti Andræam Pataris, Matthæum in regia Æthiopum civitate Naddavir annis XXIII. Jacobum Hieroſolymis, Johannem Epheſi &c. Verùm nec Abdiæ fabulas, nec cœteros ab eodem ſeductos alicujus momenti facimus. Etſi verò vel maximè, quod unicè contendunt, omnia adverſariis largiremur, tales tamen ſibi ſucceſſores Petrus non delegiſſet, qui poteſtatem haberent, quam ipſe nunquam obtinuit.

§. 17.)

t) §. 27. *ſeq.* [u] *Plura Blondellus de primatu à pag.* 588. [x] *in duplicat. in Patron. Car. Molinæi pag.* 65. *ſeq.*

Ann.44. §. 17.) Non à Petro dependiſſe cœteros,ipſa orbis æqualis inter Apoſtolos diviſio argumentum ſufficiens eſſe queat. Neque verò eandem Petrum authorem habere,ſed ex compoſito ſimul omnes,expreſsè docet Paulus Gal.2.9.ubi docet, dexteras ſocietatis inter ipſos datas,ut Jacobus, Cephas & Johannes in circumciſionem (unde etiam ad Judæos ſcribunt): Paulus verò & Barnabas in Gentes ferrent Evangelium. Hinc toties Paulus immediatè ſe à Chriſto & vocatum, & miſſum eſſe inculcat. Huc non minùs cœterorum Apoſtolorum faciunt exempla.Sic act.13.Paulus & Barnabas per impoſitionem manuum,abſente Petro v.1.2.ad Evangelii prædicationem dimittuntur: idémque Timotheo ſuo & Tito Paulus commendat. Atque hæc ipſa vocatio & miſſio ordinem cum poteſtate dat.Porrò de locis,in quæ abîſſe Apoſtoli feruntur,varii agunt,quos conſule.

Jacobi & Petri itinera. à §. 1.

§.18.) Petro & Jacobo Zebedæi occidentem in diviſione obtigiſſe volunt.De *Jacobo* decollato initio hujus anni actum.*Petrum* Romam accepiſſe ajunt.Concilium Aquenſe ſub Pipino l.1.c.12.Petro dat occidentem, Johanni orientem, Paulo totam generaliter mundi latitudinem. Baronius §.54.& 38.ex Metaphraſte(quem tamen haut rarò carpit,utpote hîc §.10. ſub f.) S.Petrus ſub annum 58.occidentem orbem Evangelio prædicando peragravit,& ad Britannos uſque penetravit. Addit Metaphraſtes, longo tempore Petrum moratum fuiſſe in Britannia, multáſque gentes non nominatas attraxiſſe ad fidem,ac monitum Angelica viſione,oportere eum ire Romam : in qua,cùm mortem per crucem ſuſtinuiſſet,acciperet mercedem juſtitiæ.(y) Ita anon. apud Patricium Jun.in notis ad Clem.Epiſt.p.8. *Poſtquam,* inquit, *manſiſſet in Britannia dies aliquot,& multos verbo gratiæ illumináſſet,Eccleſias ſtatuiſſet,Epiſcopóſque, presbyteros, & Diaconos ordináſſet,anno XII.Cæſaris Neronis Romam reverſus,& inveniens Linum moriturum, Clementem in locum ejus* (ergo Linus ante Petrum mortuus, eóque vivente Papa fuit)*elegit recuſantem,&c.* Huc facit Uſſerius(z) ex libello de fundatione Eccleſiæ ſancti Petri : *Beatiſſimo Petro Apoſtolo urbis Romæ principatum tenente, ac Tiberio Cæſare regnante, tempore eodem venit in Hibernia quidam vir ſanctus Epiſcopus,nomine Manſuetus, cum ſocietate plurima ſanctorum Hibernenſium,inviſere.Romæ cœli clavigerum, ad conſequendam ab eo indulgentiam. Videns B. Petrus ſanctorum virorum prûdentiam, illorum quosdam miſit in Apuliam,alios in Calabriam, alios aliò, ut Verbi Dei ſemen ſeminarent. Ipſum reverendum Epiſcopum Manſuetum ad Lotharingiam direxerat,ut filios Dei multiplicaret: & contulit ei poteſtatem ſolvendi ac ligandi populum rebellem ac incredulum, ratione authoritatis collata ad unitatem fidei domare* &c. quam narrationem meritò nugaciſſimam vocat. Ita ſcilicet ad authoritatem locis ſuis conciliandam finxerunt olim impoſtores. Legendas

y) Uſſer.Antiq.Brit.pag.7.& 742.ſeq.Spelm de Concil.p.3. §. 6.Baron.an.58 §.51.Baſilea S.p.3 (z) loco allegat.pag.1038.

Digitized by Google

gendas pro more ſequitur Galliæ Chriſt. Tomus 3. pag. 1095. ubi Manſuetus primus Tullenſis Epiſcopus dicitur, nullo tamen addito anno. Secundus S. Amo. III. Alchas, vel Alta. IV. Celſinus. Baronius §. 12. Petrum Byzantinis etiam, & aliis ejusdem provinciæ locis primos dediſſe Epiſcopos affirmat, eámque affirmationem Agapeti P. literis confirmat. At Bellarminus (a) Conſtantinopolitanam Eccleſiam negat eſſe Apoſtolicam, nec oſtendi certam originem ab Apoſtolis. Euſebius l. 3. c. 1. *Petrus in Galatia, Ponto, Bithynia, Cappadocia & Aſia diſperſis Judæis NB. prædicâſſe videtur, qui & circa finem vitæ Romæ conſtitutus capite demiſſo cruci eſt affixus.* Ita Naz. Judæam eidem aſſignat. Petrus ſanè ex pacto cum Paulo inito Judæorum fuit Apoſtolus, itaque non univerſalis: eam ob cauſam ad advenas ſparſim incolentes Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam & Bithyniam ſcripſit. Fingamus Romæ fuiſſe Petrum, quid tamen inde. Sub Nerone demum Romam veniſſe Damaſus ait, atqui Nero XIV. nonniſi annos imperavit. Ann 44.

§. 19.) Johanni filio Zebedæi, una cum Andræa, provincias maris mediterranei attribuunt. Aſiam accepiſſe fertur *Johannes* ſeu Epheſum, unde vicinas Aſiæ Eccleſias adminiſtravit, Euſebio teſte, lib. 3. cap. 1. Nazianz. Or. 24. [illegible] ſīd. alii. Bar. (b) ut in unum Petrum omnia conferat, prætendit Joh[illegible] [illegible]as provincias, quibus jam Petrus Evangelium annunciaverat, & [illegible]as quamplures erexerat, prædicatione ſua excoluiſſe. At verò ipſo [illegible]vito fatente, Epheſina, & complures aliæ ejuſdem regionis Eccleſiæ, à Paulo fuerunt fundatæ, adeóque ſuper alienum fundamentum non ædificavit. Putant Johannem in ſenecta illarum Eccleſiarum, ceu Apoſtolum curam habuiſſe, eáſque verbo & ſcriptis confirmâſſe. Alii ſtatuunt, Gentiles Epheſi à Paulo fuiſſe converſos, & in manus Timothei traditos; alios poſtea è Judæis, ſub Johanne Apoſtolo (cujus provincia Judæi ex pacto erant Gal. 2. 9. & illi quidem per Aſiam univerſam, ut ex Euſebio ubique patet (c) præcipuæ verò Epheſi, ubi diem obiit (c) degentes) poſt ejus ab exilio reditum, in ſacros cœtus collectos fuiſſe (d) ita ſentit Hammond. (e) nimirum ut Epiſcoporum antiquitatem probet, at verò Apoſtolos non particulares, ſed univerſales eſſe doctores multoties jam probatum, proinde certis ſedibus non affigendi, licèt fortè, ſicut interdum Paulus, aliquandiu ſubſtiterint alicubi. Neque duos in uno loco Epiſcopos, prout illi vocabulum modò accipiunt, Concilia extra neceſſitatem admittunt, neque diviſas Eccleſias. Porrò lib. 5. certaminis Apoſtolici Abdiæ falſarii & impoſtoris introducitur hic Johannes narrans, quomodo Chriſtus ter ſtudentem nuptiis ab iis revocârit, tandémq; dignatus ſit ei dicere, *Johannes niſi meus eſſes permitterem tibi, ut uxorem duceres.* Quaſi Chriſtus neminem è ſuis velit uxorem ducere. Ecquî Johannes votum cœlibatûs violare voluit? Cum Baronio §. 12. & 24. item ad an. 92. *Ioh. & Andrææ itinera.*

a) T. 1. 4. controv. generali de Conciliis & Eccleſia (b) §. 29. *Spond.* §. 11. (c) *l. 3. c.* κύ *idem l. 3. c.* λά (d) *Confer Euſ. l. 3. c.* κύ. (e) *de Epiſc. diſſert. 5. p. 258.*

Ann.44. §.1. ut & cum Lorino Jeſuita in act.6. atque Poſſevino & aliis Prochori ſcriptum de vita, miraculis & aſſumtione B. Johannis Apoſtoli, ceu falſum & mendaciſſimum mittamus, utut Coccius ex eo probare velit Chriſti crucis ſignum vel ſola fidelium manu expreſſum, dæmonibus eſſe terrori, hominibus ſaluti.

Andræas. §.20.) *Andræas* Scythiam nactus juxta Euſebium (*f*) Achajam accepit apud Iſid. Sophronio (*g*) Sogdianis etiam, Seccis atque Æthiopibus prædicavit. Aliis in Achaja, Macedonia, Ponto, Bithynia: Naz. orat. ad Arian. addit Epirum. Niceph. (*h*) ait, eundem peragrâſſe Cappadociam, Galatiam & Bithyniam, uſque ad mare Euxinum; ab eodem quoque Ruſſi & Moſcovitæ religionem ſe hauſiſſe Chriſtianam gloriantur. (*i*) Græcis annunciâſſe Evangelium ſcribit Chryſoſtomus orat. in XII. Apoſtolos, eúmque poſt Petrum fratrem conſummâſſe martyrium. Tandem Patris in Achaja cruci ſuffixum, in qua tres dies vivus pependerit & concionatus ſit, ſcribunt, ab Ægeo Edeſſenorum præfecto. Hoſpin. de feſtis Chriſt. ad 30. Nov. anno Chriſti 80. Confer Bar. ad an. 69. §. 15. & §. 34. Anno 359. reliquias Andrææ Conſtantinopolin translatas Hoſpinianus loco all. ait, ac collocatas in magno SS. Apoſtolorum templo: ex quo tempore credibile, addit idem, memoriam ejus ſolenniter celebratam. Hanc, ut ex Lucæ atque Timothei translationem, Baronius ad an. 336. (*k*) collocat. Martyrologium Romanum ejus memoriam ad 30. Nov. illius verò translationem ad 9. Maij: vigiliam ad 29. Nov. ponit. Huic Apoſtolo Gregorius M. adeò fuit addictus, ut primum ejus fecerit officium. (*l*) Abdias in ſua hiſt. lib. 3. Andræam poſt diram flagellationem ligatum manibus atque pedibus, non autem clavis affixum, fuiſſe ſuſpenſum, quò diutino cruciatu deficeret, mentitur. Atqui modus ita crucifigendi uſitatus non fuit, ipſo Bellar. (*m*) teſte.

§.21.) Nicephorus (*n*) hunc Andræam primum præconem Byzantii facit, extruxiſséque ædem ſeu oratorium ultra regionem Argyropoli. Ita Baronius ad an. 314. §. 94. ait, illum primum Byzantinorum dici Epiſcopum à Græcis recentioribus. At Apoſtolicam Eccleſiam Byzantium non fuiſſe, imò nec metropoliticam, ſed Parochiam tantùm Heracleenſis Eccleſiæ vult, Nicephorúmque ceu recentiorem Græcum, non attendendum, cùm tamen alibi tot & tanta eidem tribuat. Igitur ſanè ob exaltationem illius urbis, ſive ob Imperatoriam ſedem, factam quoque patriarchalem, adeóque patriarchatum non divini, ſed humani juris eſſe concedat. Neque ſufficit, quòd Petrus eò ſuos dimiſerit (quamquam ne hoc quidem damus) ita enim plurimas ſedes haberemus patriarchales. De oratoriis ædificandis ita ſolicitos fuiſſe Apoſtolos,

f) Lib. 3. c. 1. & Orig. in Gen. (g) apud Hier. de Script. Eccl. (h) l. 8. c. 6. (i) Regenvolſc. l. 1. c. 1. p. 4 inpr. l. 3. p. 294. Olear. itin l. 3 c 21. p. 277. Roſſus de relig. 975. de Linda p. 1254. ſeq. Hornb. 954. inpr. Pappi hiſt. Eccleſ. p. 25. ſeq. Herberſt. hiſt. Moſcovit. p. 30. ſeq. (k) §. 70. (l) Beleth. in rat. c. 164. (m) l. 2. de mag. (n) l. 8. c. 6.

Digitized by Google

poſtolos, vix eſt credibile, imò nec permiſſum fuerat. In Achaja quidem ſtatuamus martyrio Andræam coronatum & ſepultum Patris: ſed id non impedit, quò minus etiam Byzantii docuerit, imò quod & proditum nonnullis veteribus, Niceæ in Bithynia, licèt Baronius hîc §.12. id noluerit admittere, ne pereat ipſi Romæ jactantia, quæ extat in Agapeti P. literis, recitatis in Concilio V. Petrum Apoſtolum Byzantinis & Nicenis ſuos primos dediſſe Epiſcopos. Quaſi verò Andræas à Petro miſſus, vel Epiſcopus unius loci fuerit. Quin Stachys, de quo ad Rom. 16.9. ab Andræa, non à Petro, Epiſcopus Byzantinus conſtitutus perhibetur: de quo Græci & Latini ad 31. Oct. Ergo ipſe Andræas ibi Epiſcopus non fuit, ſed Apoſtolus. Quomodo verò Byzantium tum nonniſi Parochia Baronio fuiſſe perhibetur, cùm Stachys ibi Epiſcopus ſit conſtitutus? Reſp. Epiſcopus i. q. presbyter & parochus. (o) Ann. 44.

§.22.) Huc ſpectat, quæ de Dom. (p) proponit: *Tres, inquit, duntaxat patriarchales Sedes in toto Romano Chriſtianorum orbe agnovit antiquitas: quia tres duntaxat fuerunt Romano Imperio, adoleſcente Eccleſia, urbes maximè inſignes, & dignitate ſeculari celeberrimæ, Romana, Alex. & Antiochena, cùm nondum Byzantium fuiſſet Imperii ſedes, & Nova Roma. Eò deinceps Imperii Sede collocata, proximum poſt Romam dignitatis locum, ſupra alias duas ei tribuere: & conſequenter primum locum dignitatis, inter omnes Eccleſias Orientis illam habere voluerunt, in Concilio Oecum. Conſtantinop. can. 5. Priùs enim Byzantinus Epiſcopus, ſi Gelaſio credimus, ne Metropolitanus quidem erat, ſed Heracleenſis Metropolis Suffraganeus. Quanquam ipſa Byzantina Eccleſia Apoſtolicam Sedem ſe habere ſoleat gloriari: cui ſive Petrus primos dederit Epiſcopos, ſicut Alexandrinæ, uti contendit Baronius §.12. ſive Andræas primus eam fundârit Eccleſiam, ut Græcorum volunt hiſtoriæ in Menologio, & uterque Nicephorus Conſtantinop. in ſuo Chronico, & Caliſtus in ſuæ hiſt.* l.8.c.7.&c. Neq; verò eſt ut apocrypha hæc teſtimonia Baronius vocet, contrà Agapeti arrogantis & incerti teſtis verba, aut aliorum conſimilium, nobis obtrudat. Quid enim? nunquámne in Sedis ſuæ gratiam, etiam publicè in Conciliis, mentiuntur?

§. 23.) Suppoſitum ſcriptum *Paſſio Andreæ* à Presbyteris Achajæ conſignatum, & à Lipmanno cum aliis pluribus editum: vid. Surii hoſt. Sanctorum T.6. Nov. 30. Eam hiſtoriam propugnat Bellarminus, hinc ab eodem citatur l. 2. c. 1. de Euchar. pro reali Chriſti præſentia: & l. 1. c. 15. de Miſſa: pro ſacrificio Miſſæ: & l. 4. c. 21. de Euchar. ut probet, totum Chriſtum eſſe ſub utraque ſpecie Sacramenti. Legitur etiam in Breviario repurgato Nov. 13. Eandem Poſſevinus in Apparatu, in Andræas, ſuſcipit, ut & Bar. ad an. 69. §. 34. obſcurè de ead. hoc anno §. 42. 43. item Pet. Damiani ſer. 2. de S. Andræa. Renituntur Epiph. hær. 47. Philaſtr. hær. 40. Innoc. 1. epiſt. ad Exuperium. Confer Gerhard. Patrol. p. 68. Arnd. antiq. p. 573. & 865. Cocus in Cenſura Patrum (q) fretis ſolidis rationibus, & Baronii ipſius authorita- *Paſſio Andreæ.*

 thorita-

o) *Confer Blondell. de primatu à p.* 1021. (p) *l.* 4. *c.* 4. §. 1. (q) *à p.* 104.

Digitized by Google

Ann.44. thoritate ad hunc annum, illam de ponte deiicit, nec diffitetur Bellarminus ſe audiſſe aliquando virum magnum illam hiſtoriam in dubium vocantem, quæ à Gelaſio ad apocrypha relegatur, & acta paſſionis Andrææ jam olim fuiſſe à Manichæis depravata, & in rem ſuam adhibita, author eſt Auguſtinus. Habet quoque plurima, quæ novitatem eius oſtendunt. vide Baron. in Martyrol. ad 30. Nov. *Liturgia* etiam Andrææ citatur in libro de paſſ. Andr. nullius tamen fidei propter errores, quos continet; nec ulla ejus mentio fit apud antiquos probatos ſcriptores, imò expreſsè inter apocrypha reiiciuntur acta Andrææ & Apoſtolorum apud Euſ. l. 3. c. 25. & Philaſtr. hær. c. 87. Confer. Bar. hoc anno ∫. 42. Adi Jo. Gerhard. confeſſ. Cath. l. 1. p. 2. c. 8. Rivet. Crit. S. l. 1. c. 4. De ritu, qui obſervatur in Papatu in B. Andrææ feſto ſic Naogeorgus l. 4. Regni Papiſtici canit.

Ejus Liturgia.

Andrææ amatores vulgo turbæque procorum
Dona ferunt, credúntque illius numine dextro,
Præſtigiiſque aliis tacita ſub nocte peractis
Spem rectam fore, ſéque frui poſſe re cupita.

Philippus. vid. an. 35. §. 4.

∫. 24.) Philippus alius Evangeliſta, Apoſtolus alius: prior unus ex VII. Diaconis: act. 6. qui prædicavit Chriſtum in Samaria, & Ethiopen Eunuchum convertit, apud quem Paulus Cæſareæ divertit: act. 21. Philippus Apoſtolus immediatè à Domino vocatus Joh. 1. poſt reſurrectionem Domini ſcribitur XX. annos propagâſſe Evangelium in Scythia, ac tandem peragratâ minori Aſiâ Hierapoli ſepultus eſſe unà cum binis filiabus: Euſ. l. 5. c. 31. Martyrol. Rom. ad 1. Maii dicit, eum in cruce pendentem lapidibus obrutum eſſe: vid. Hoſpin. ad dictam diem. Alii novem tantùm annos docuiſſe in Scythia tradunt, indéque ad gentes Oceano junctas veniſſe, quas ad fidem in Chriſtum adduxerit. Et rurſus alii, reverſum ex Scythia Hieroſolymis mortuum. Non tamen dubito, quin aliquando utriuſque Philippi confundatur vita. Scythiæ vocabulum vel latè, vel ſtrictè à chorographis accipi vide Cluverium in antiqua Germ. alios. Inde fit, ut Philippo & Thaddæo alias ſeptentrionem aſſignent. Galliam Philippo Iſidorus. (r) Ex quo ad verbum ſua accepit Freculphus à Malmesb. citatus, quæ ita habent: *Philippus Gallis prædicavit Chriſtum, barbaráſque Gentes, vicináſque tenebris, & tumenti oceano conjunctas, ad ſcientiæ lucem, fideíque portum deduxit.* Ad quæ Uſſerius (s) *Neque* inquit, *hic mihi Baronii (∫. 32. qui ſecutus Jac. Valdeſius de dignit. Reg. Hiſp. c. 6. ∫. 56.) conjectura placet, Iſidori iſta à Gallis noſtris ad Galatas Aſiaticos traducentis: multóque minus nuperi operum Iſidori editoris, Jacobi Breulii temeritas, Galatis pro Gallis in ipſo textu (ſine ulla veteris lectionis commemoratione) reponentis. Nam præterquam quòd Iſidorus in hoc ipſo opere c. 82. & in officio Toletano (off. c. Mozarab. in feſto S. Jacobi T. 2. auct. Bibl. Patr.) quod Gothicum & Mozarabicum vulgò appellatur; itémque Julianus Toletanus Archiep. in Nahum Prophe-*

(r) *de Patribus utriuſque Teſt. c. 4.* (s) *antiq. Brit. p. 15.*

Digitized by Google

Prophetam ſcribens, & Beda (vel quicunque author fuit Collectaneorum & Florum Tertii Tomi operum ipſius adjectorum) Philippo Galliam aſſignant: idémque Gallis Chriſtum prædicaviſſe legitur in libello de feſtis Apoſtolorum, qui in Hieronymiano martyrologio M. S. habetur (ex quo pleraque omnia in librum ſuum de Patribus N. T. tranſcripſit Iſidorus) illa barbararum gentium oceano conjunctarum mentio, Europæos Gallos, non Gallo-Græco ab Iſidoro intellectos eſſe ſatis evincit. Idem Uſſerius (t) Joh. Tinmuth: *Philippus Apoſtolus regionem Franciæ cum ſuis diſcipulis ſortitus eſt: de quibus miſit in Britanniam XII. quorum primus erat Joſeph ab Arimathæa, anno Domini 63. &c.* Ann. 44.

§. 25.) De XII. hiſce diſcipulis in Britanniam à Philippo tranſmiſſis *De XII.*
Armachanus (u) ex Malmesbur. Eulogii l. 2. *Anno incarnationis Dominicæ* *Angliæ*
63. & aſſumtionis B. Virginis Mariæ 15. duodecim diſcipuli venerunt in Britan- *Apoſtolis.*
niam majorem, miſſi à B. Philippo Apoſtolo &c. quibus Rex Arrivagus, licèt Confer
paganus, ne ulterius laborarent, XII. hidas terræ contulit in inſula Avallonia, an. 183.
quæ nunc dicitur Glaſtonia &c. Ad quam fabulam ipſe Uſſerius (x) *Quòd verò,* §. 1.
inquit, *Joſephi Arimathenſis operâ in gentibus Britannicis ad fidem perducendis Philippus uſus fuerit, id totum ex Glaſtonienſium Monachorum lacunis hauſtum eſt &c.* Idem ad an. 48. (y) *Joſephus Arimathenſis, una cum Lazaro, Maria Magdalena, Martha, Marcella, Maximino & aliis, à Judæis Hieroſolymitanis in exilium pulſis, Maſſiliam applicuiſſe, & Gallis Evangelium prædicaviſſe dicitur.* Et: (z) *A primo exortu Evangelii in Britannicis inſulis fides Chriſtiana annunciata eſt.* Ad an. 41. (a) *Jacobus Zebedæi filius in Britannia appuliſſe dicitur unà cum matre Salome.* de qua Hoſpin. ad 24. oct. Ad an. 47. (b) *Simon Zelotes ibi prædicaviſſe fertur.* (c) Ad an. 56. *Ariſtobulus à Paulo & Barnaba Britannorum Epiſcopus ordinatus, conſtitutis apud eos Eccleſiis martyrio in Britannia anno II. Neronis affectus fuiſſe dicitur:* Ad an. 60. (d) *Paulus à Romana captivitate liberatus, in occidente & Britannicis etiam inſulis Chriſti Evangelium annunciaviſſe traditur.*

De *Ariſtobulo*, cujus Rom. 16. 10. mentio fit, ita Menæum Græcum *Ariſtobu-*
ad 15. Martii: *E LXX. diſcipulis erat, ſecutus S. Paulum, prædicans S. Evan-* *lus.*
gelium, & ubique terrarum miniſtrans illi, à quo & Epiſcopus ordinatus in Britannorum regionem &c. Theſſalonicæ martyrium conſummâſſe dicit Martyrologium Rom. ad eund. diem. De eod. in fragmento Helecæ: *Ariſtobulus Zebedæus etiam vocatur, Pater Johannis & Jacobi, ac cum Petro* (atqui Pauli Miniſter fuit) *Romam petiſſe fertur, inde relictis domeſticis ſuis, miſſus in Angliam Epiſcopus, ubi occubuit Martyr II. anno Neronis.* Et hunc Britanniam primum Apoſtolum eſſe nactam circiter annum 99. affirmat Arnoldus Mermannius in Theatro converſionis Gentium, cùm priùs tamen quoque dicat, ſub Neronis imperio S. Paulum Britanniam, Orchades, cœteráſque Oceani

 regio-

t) p. 18. (u) p. 974. (x) p. 15. ſ præcipuè toto c. 2. (y) p. 15. & 973. (z) p. 3. 4. 740. (a) p. 5. 6. 7. 743. ſeq. (b) p. 7. 740. ſeq. (c) p. 9. 744. ſeq. (d) p. 8.

Digitized by Google

Ann.44. regiones, ſeu inſulas extremas etiam adiiſſe. Idem Uſſerius ſimilium traditionem referens, ad an. 56. ſcribit: *Ariſtobulus à Paulo & Barnaba Britannorum Epiſcopus ordinatus, conſtitutis apud eos Eccleſiis, martyrio in Britannia II. Neronis anno affectus dicitur.*

§. 26.) Imò ſanctis hiſce fraudibus finem olim Monachi nullum fecerunt, quò ſibi atque ordini auctoritatem conciliarent, incautis imponerent, & ad largam munificentiam allicerent. Anno eodem h. e. LXIII. quo Philippum XII. ſuos diſcipulos in Britanniam tranſmiſiſſe finxerunt, B. Mariæ Eccleſiam ibidem conſtruxiſſe perhibuerunt: Claudiam item Britannam, uxorem Pudentis, & Matrem Lini Epiſcopi Roman. (cujus tamen Patrem Herculanum quendam fuiſſe liber Pontificalis aſſerit) Romæ fidei profeſſione celebrem fuiſſe, Uſſerius aliquos velle notat. (*e*) Petrum Apoſtolum, poſtquam in Britannia longo tempore fuiſſet moratus, & Eccleſias ibi conſtituiſſet, anno XII. Neronis Romam petiiſſe, Symeon Metaphraſtes author eſt. (*f*) Iterum ad an. LXVI. (*g*) Manſuetus Hibernus Romæ Epiſcopus ordinatus à Petro Leucos in Gallia ad fidem convertiſſe traditur. Ad eundem an. (*h*) Beatus (à Barnaba in Scotia, vel, ut alii volunt, Romæ à Petro
vid. §. 34. baptizatus) Helvetiis Evangelium prædicâſſe dicitur. Ita Helvetii Sedi Rom.
& 39. addicti: Battus ſeu Beatus, diſcipulus Petri & Barnabæ circa an. 64. in Helvetia, inpr. in Argovia docuit. De iiſdem Apoſtolis Britannicis Spelmannus. (*i*) De primo Britonum Rege Chriſtiano ad an. 183. vide. Ideo verò hæc omnia coacervare huc volui, ut benevolus lector illa ſub uno obtutu haberet, expenderétque num tot Apoſtoli in tam exiguam orbis totius portionem mitti potuerint. Atqui ſeriùs Britannos fidem ſuſcepiſſe Chriſtianam alii malunt.

Thomas. §. 27.) Thomæ & Bartholomæo orientem aſſignant. Dictus *Thomas* aliàs *Didymus*: Syr. תאמא à תום vel תאום geminus. Quibus parentibus ſit natus, & quomodo converſus nihil extat. Apud Nicephorum Æthiopas docuit & Indos, extremámque Orientis oram, ac ultimum Oceanum, nec non Taprobanam inſulam, gentémque Brachmanum. In Parthia apud Euſ. l. 3. c. 1. Perſis item evangelizâſſe, Medis, Carmanis, Bactris & Indis, atque Chalannæ (al. Calaminæ) in India ſepultum eſſe, Hieron. T. 1. p. 120. aſſerit. Lanceis confoſſum plerique tradiderunt, aliis verò gladio placet percuſſum. Stapletonus (*k*) l. de tribus Thomis affirmat, hunc Thomam univerſum terrarum orbem percurriſſe, nec ſe tantùm hoc dicere, verùm etiam Sylveſtrum in aurea Roſa, & Chryſologum, ídque ſe poſſe ex bonis authoribus confirmare: in Oriente ergo & in Scythia, in Germania, Parthia, Media, Perſia, Bactris, Hircanis, Æthiopia, apud Abyſſinos, in India, Cataja, apud Sinarum populos, in Taprobana: tandem concludit, nullum ferè

e) *p.* 10. 11. 12. (*f*) *p.* 7. 741. 743. (*g*) *p.* 748. 750. 1038. *ſeq.* [*h*] *p.* 745. *ſeq.* [*i*] *de Concil. p.* 4. §. 8. [*k*] *ap. VVit. de P q.* 5. *c.* 2. *p.* 604. & 45.

Digitized by Google

ferè orbis locum eſſe, quò non Thomæ ſonus, labor, doctrina, prædicatio Ann. 44.
pervenerit. Indiam ſortitum Naz. & Iſid. dicunt. Eundem Germanis etiam
præidcâſſe Sophronius aſſirmat, adeóque latitudine & amplitudine Evange-
lii à ſe propagati longè Petrum etiam ſuperat. Ajunt hiſtoriæ novi orbis
l. 1. c. 8. & navigat. in Braſil. c. 16. in utraque India reperta eſſe quædam in-
dicia extincti apud Barbaros veri Dei, quamprimum noſtri eò penetrârint:
iuveniſſe ſe in India Orientali Chriſtianos Thomæos, templa, laminas & ta-
lia, tabellas etiam, quibus B. Thomæ, aliorúmque Martyrum dicta & facta
fuerint inſcripta. (*l*) Lærius ſcribit (*m*) paſſim confeſſos eſſe barbaros,
quòd ante multas Lunas acceſſerint ad ipſorum Regionem advenæ, qui idem
de cultu Dei prædicâſſent, quod Hiſpani & Galli. Roger in ſua Aſia p. 580.
B. Bartholomæus in ſuperiori h. e. in Indoſtan: B. Thomas in inferiori præ-
dicârunt. Joh. de Laet l. 2. de Orig. gent. Americ. demonſtrat prolixè,
quòd Dei Patris & Filii, atque Reſurrectionis mortuorum notitiam habue-
rint, antequam Luſitani eò perveniſſent. Malabari dicunt S. Thomam apud
ſe prædicâſſe & ſublatum eſſe: Herpont. itin. Ind. p. 161. ita Hulſius p. 9. ad
lectorem: Maliopar ſeu S. Thomæ inſula, in qua Chriſtiani ab Apoſtolo in-
ſtituti. Alii, quia ipſis S. Thomæ natalibus inventa: ib. part. ult. p. 16. vid.
Roſſum de religg. & de Linda p. 139. ſeq. Horn. de origg. Amer. l. 3. c. 19. p. 395.
De eod. Mandeſlo in hiſt. or. l. 3. ex Bertio, Thomas in India intra Gangem
prædicâſſe fertur: in ſinu Coromandel eſt op. S. Thomas, ubi prædicavit,
multos convertit, & tandem ab gentilibus confoſſus, ibíque ſepultus: ejus
tamen corpus poſtea Goam tranſlatum ajunt. Unde Luſitani Narſingæ
Regnum ingreſſi multos Chriſtianos Græcæ religionis invenere. At variant
de hoc ſententiæ: Hieronymus eum dormîſſe in Calatrina Indiæ urbe vult.
Ruffin. l. 4. c. 18. Socr. l. 2. c. 5. Edeſſæ in Meſopot. coronatum. Paulus
Venetus l. 3. rer. Orient. c. 24. in Regno Var ſ. Varenſi occiſum & ſepul-
tum: alii in provincia Maabar: ib. c. 27. In provincia Aden docuiſſe, mul-
tósque convertiſſe, póſt in Maabar tranſiiſſe, ib. c. 43. & 44. Confer Hai-
thonem c. 6. Miræus in Not. Epiſc. l. 1. c. 21. Thomæi in India Orient. à S.
Thoma inſtituti, unde Meliaporæ ſepultus. Non dubito quin diverſi Tho-
mæ confundantur interdum. Ita alius ejuſdem nominis, quem Manes circa
an. 277. in Indiam ad promovendam hæreſin miſit. Prior ille Braſilianis dici-
tur Maire Humane i. e. peregrinus Thomas (Tabjecto, vi linguæ) at non in
Indiam, ſed in Tatariam, unde orti Braſiliani, veniſſe exiſtimant: Hornius
l. all. p. 398. Celebratur etiam apud Indos alius Mar Thomas i. Dominus *Omnino*
Thomas, qui collapſam religionem Chriſtianam ibidem inſtaurârit circa an. *viſe an.*
Chriſti IↃC. viſe eundem l. 4. c. 15. i. De eodem Dallæus de adorat. ob- *277. §. 2.*
jecto l. 5. c. 6. p. 760. *tradunt omnes magno conſenſu Latini rerum Indica-* *f.*
rum

l) Petr. Iarric. T. 1. Theſaur. Ind. l. 11. c. 17. & T. 2. l. 2. c. 20. de Chinenſi Regno. T. 3. l. 1. c. 54. de Braſilia. (m) p. 213.

Digitized by Google

Ann. 44. *rum ſcriptores Indos Malabares, cùm totum Epiſcoporum & ſacerdotum genus varia à perſecutoribus peſte conſumptum, planè penitúsque apud eos defeciſſet, Babylonem ad illius urbis Patriarcham miſiſſe, poſcentes Epiſcopum. Ab hoc ad eos miſſum veniſſe quendam Mar Thomam* &c. Porrò Apoſtoli Thomæ Reliquias Edeſſam Meſopotamiæ translatas anno 230. Hoſpinianus (*n*) ad 21. Dec. & Baro. an. 236. (*o*) ajunt. Martyrol. Rom. ad 21. Dec. *In India Regis juſſu lanceis transfixus occubuit, cujus reliquiæ primò ad urbem Edeſſam, deinde Orthonam translatæ ſunt.* Hieronymus Oſorius Epiſcopus Silvenſis Luſitaniæ l. 3. rerum Indicarum teſtatur, Indos nuper ad Chriſtum converſos affirmare hujus Thomæ corpus penes ſe eſſe. Ad quod Bar. in Martyrol. Julii 3. facilè, pro more, reſpondet, utrobique non totum corpus, ſed parteis proſtare. Plura de Thoma ejúsque tumulo Dallæus l. cit. l. 4. c. 20. p. 689. & l. 5. c. 6. p. 755. ſeq. Bzovius T. 19. ad an. 1523. §. ult. repertum ſtudio Emanuelis Regis Luſit. B. Thomæ corpus in India in Coromandelio littore *Acta Thomæ alia.* in Meliapore urbe veteri. Plures qui de converſione Indorum ſcripſerunt, habebis apud Zimmermannum in dictum Tertull. §. 243. f. Acta Thomæ jure Gelaſius, Auguſtinus, alii, reiiciunt: ita etiam ejus nomine circuitus, Evangelium, Apocalypſis, meritò & prorſus damnantur, teſte Bar. ad 21. Dec. De fabula alapæ à pincerna Indiæ R. Thomæ inflictæ apud Pſeudo-Abdiam l. 9. vide locum in cenſura p. 88.

Bartholomæus. §. 28.) *Bartholomæum* in Lycaonia primum docuiſſe ſcribunt, poſtea in India, poſtremò in Armenia. Alii ipſi & Philippo Syriam & Aſiam ſuperiorem attribuunt. Tandem in Armeniæ urbe Albana juſſu Aſtyagis R. excoriatum. Ei Lycaoniam accenſet Iſidorus: Indiam citeriorem Polydorus. In India ſparſiſſe ſemina Evangelii Euſebius (*p*) ac ibi juſſu Aſtyagis R. capite multatum eſſe ſcribit. Lombardica hiſtoria excoriationis meminit. De eo martyrol. Rom. ad 25. Aug. *In India Evangelium prædicavit: inde in majorem Armeniam profectus, cùm ibi plurimos ad fidem convertiſſet, vivus à barbaris decoriatus eſt; atque Aſtyagis R. juſſu capitis decollatione martyrium complevit. Ejus ſacrum corpus primò ad Liparam inſulam, deinde Beneventum, poſtremò Romam ad inſulam Tiberinam translatum* &c. Hier. (*q*) dicit, eum Indis Fortunatis prædicaviſſe, in Albanopoli obdormiviſſe, prædicâſſe autem Evangelium Matthæi, quod Pantænus ſcholæ Alexandr. magiſter póſt ibi invenerit, & ſecum Alexandriam deportârit: vid. Euſ. l. 5. c. 1. 10. & Soz. l. 2. c. 24. Et quia ſine dubio hoc ipſum fuit Evangelium, quod hæretici corruperunt, ideo in decretis Pontificum illius Evangelia apocrypha cenſentur. (*r*) Duo mendacia, quæ falſarius Abdias de hoc Bartholomæo habet, partim de veſtitu ipſius, partim de tentatione Chriſti vide cenſuram Coci p. 87. Bartholomæum apud Dacas in Perſidis confinio tumulo conditum, Theodorus Lector

n) ex Ruffini l. 2. c. 2. (o) §. 5. & in Martyrol. ad 3. Iulii. (p) l. 3. c. 1. & l. 5. c. 10. (q) T. 1. f. 120. d. f. 127. b. (r) vid. Dallæ. l. all. l. 5. c. 6. à p. 756.

Digitized by Google

ctor collectan.l.2.&Procopius de Juſtiniani ædificiis referunt. Liparim miraculoſè translatum Gregorius Turon.(s)Martyrologia & Metaphraſtes ſcribunt,unde anno 822.Beneventum,anno 983.Benevento Romam delatus perhibetur. Urbanopoli Ciciliæ tumulatum ſomniat Nicephorus: (t) at Dorotheus in Albania magnæ Armeniæ civitate,eò abſurdiùs,quòd Albania Albanorum metropolis fuit,non Armenorum. Plura Baronius ad Martyrol.Rom.item Hoſpinian.alii.Neque corpora Apoſtolorum,neque illorum reliquias,more Papiſtico,cultas ſeu propoſitas fuiſſe ante quartum ſeculum,quin & translationes poſtmodum introductas,locum agonis ſuſpectum reddere Dallæus de adorat.l.4.c.26.p.687.confirmat. Ann.44

§.29.) Matthæus & Simon Zelotes meridiem nacti.*Matthæo* Macedoniam & Judæam adſcribit Iſidorus.Metaphraſtes Syriam ſuperiorem juxta Euphratem: plerique Æthiopiam. Pappus & ex eodem Alſtedius chron.cap. 34. Hebræis primò concionatus, & octavo poſt aſcenſionem Chriſti anno h.e 43. Evangelium ſuum in Judæa edidit,poſtea anno 51. peragrata Aſia & Ponto, in Æthiopiam venit,ibíque poſt 20. annorum docendi labores obtruncatus eſt.Διώνυμος fuit, dictus aliàs Levi: Marci 2.14.In Arabico ipſi tribuitur electi epitheton ſeu clari.Martyrium ſubiit in civitate Beſchperi ſive Naddaver, ubi lapidibus obrutus: alii ſcribunt capite truncatum : alii clavis in terram defixum.De hoc Lebbeus ex Abdia: convertit in Æthiopia Regem Egippum,Reginam Euphroſynen (toti Græci!) filium Regis in vitam revocavit Ephronum & filiam Iphigeniam. Quam cùm mortuo patre Hirtacus quidam ducturus eſſet, & Matthæus conjugium diſſuaderet, ad aram ab eo obtruncatus eſt.En quò tendant Legendiſtæ! Iterum Lebbeus: *Eccleſias in Æthiopia conſtituit Matthæus, quarum nunc quoque reliquias ſupereſſe ſub imperio Pretegianis, ſeu Belulgianis, eíque circiter 40. Æthiopiæ regna parere,& Chriſtianam amplecti religionem,ſcriptores aſſirmant.* An Americanis prædicârit etiam vide Lerii Navig.Ind.l.3.p.225. Martyrol.Rom. ad 21.Septembr.*In Æthiopia prædicans martyrium paſſus eſt. Hujus Evangelium Hebraico ſermone conſcriptum, ipſo revelante inventum eſt, unà cum corpore B.Barnabæ Apoſtoli,tempore Zenonis Imp.*Idem ad 6.Maji: *Salerni,* inquit, *translatio Matthæi Apoſtoli, cujus ſacrum corpus olim ex Æthiopia in diverſas regiones,& demum ad eam urbem*(u) *delatum &c.* De vigilia Matthæi vide ad 20.Septembr. Blondel.de Epiſc.p.106.alios. Infinita autem commenta, quæ de hoc Apoſtolo apud Julium Africanum, qui nuper ſub Abdiæ nomine prodiit, itémque apud Niceph. Metaphr. Lipoman. Perionium,Mar.Ant.Columnam,atque alios,his,qui talibus delectantur,relinquimus. Idem ergo de Iphigenia,cujus memoria quoque 21.Sept. ſacra,judicium eſto.

Matthæus. Vide ann. 41. à §. 5.

(s) mirac l.1.c.34. (t) l.2.c.39. (u) vide Annal.Baron.ad annum 954 à §.2.

Ann.44. Eidem Matthæo Liturgia ſeu Miſſa Æthiopum adſcribitur,ſed immeritò,quia Epactæ mentionem facit,ſeu numeri aurei,qui tamen longè poſt tempora Matthæi fuit inventus.Oratur ibidem pro Papa,Patriarchis,Archiepiſcopis,qui nullibi fuerunt.Facit mentionem trium primarum œcum.Synodorum,ut & Baſilii,Chryſoſtomi,Gregorii M.&c. Ejusmodi inſuper ritus habet, qui adultæ Eccleſiæ demum eſſe hodie cognoſcuntur : vid.Rivet. Crit.S.l.1.c.3.Bonam Liturg.l.1.c.8.§.2.

Liturgia Matthæi. vid. an. 35.§ 10.

Simon Zelotes.

§.30.) *Simon Zelotes* , ſeu Cannites, non Cananites Heb. קנא vel קנוא à קנא Rectè Baronio diverſus à *Simeone Cleopha* , qui paſſus ſub Trajano,& hi iterum alii à Juda,qui malè dictus Symeo Juda,rectè Thaddæus,frater Jacobi,item & Domini,qui fratri Jacobo ſucceſſerit in Epiſcopatu Hieroſolym. Ita autem Eutychius Epiſcopos Hieroſolymitanos enumerat: Jacob frater Domini: Simeon filius Cleophæ: Judas aliàs Juſtus. Conſentit Blondellus (x) ubi contra craſſos Dorothei errores ita(y)infit: *Simonem Zeloten (quem à Simone Juda perperam alium facit)poſtquam Mauritaniam & Africam peragravit in Britannia crucifixum ſcribit Dorotheus, ex eóque Nicephorus & recentiores Græci; quamvis eum in Ægypto prædicâſſe, in Perſide(civitate Suanio,Beda retract.in Acta ex Pſeudo-Abdia)martyrium feciſſe,Martyrologia ad 28.Octobr.& Fortunatus lib.8.carm.3.doceant; eundem in Boſphoro jacuiſſe Iſid.l.1.de obitu Sanctorum neſcio unde hauſit.* Idem Blondel.(z) *Simonem rurſus cum Simeone Cleopha, qui poſt Jacobi martyrium Hieroſolymis ſedit,ibique paſſus eſt,unum facit Dorotheus, quod ei cum Iſidoro commune,imò cum Cleopha parente confundit,occiſúmque in Oſtracina civitate Ægypti Cæſarea ſub Trajano delirat. At eum ex Hegeſippi ab Euſebio laudatâ l.3.c.32.relatione, Martyrologiis Latinorum ad Febr. 8.& Græcorum Menologiis ad Apr.27. Hieroſolymis anno vitæ 120.Trajani 10.paſſum conſtans fama eſt.* Docuiſſe hunc Simonem Zeloten ajunt in Ægypto ,Libya, Perſia, Cyrene,Africa,regionibus ad occident.oceanum & inſulis Britannicis.Reverſum Hieroſolymam,fratri Jacobo in epiſcopatu ſucceſſiſſe , & anno 120.cruci affixum: vide Euſeb.lib.3.c.32.

Judas Lebbæus ſ. Thaddæus. vid. an. 43. §. 10.

Judas Lebbæus ſeu Thaddæus,frater Jacobi & Simonis,Cleophæ filius: primò docuiſſe in Meſopotamia & Ponto narrant,poſtea cum Simone fratre in Perſidem profectum, ibique interfectum. Scripſit Epiſtolam, quæ quaſi epitome prioris Epiſtolæ Petri.De eodem Blondell.(a) *Dorotheus*, inquit, *Judam Jacobi,quem in Meſopotamia, & interioribus Ponti evangelizâſſe vult Iſidorus,in Perſide paſſum martyrologia,& Fortunatus referunt, ſub Angaro Edeſſenorum rege in Beryto occiſum,pudore omni poſito aſſerit. Quid enim Edeſſenorum regulo Beryti Phœniciæ maritimæ opido juris fuit ?* Ita profectò fabularum anilium & nugarum in hoc genere nullus finis, unde omnia

x] *Præf.de Epiſc.pag.14.& in opere pag.104.* (y) §.5. (z) §.6. (a) *l.cit p.106.* §. 13.

nia intricata & perplexa. Tu, ſi lubeat & vacet, plura confer, utpote Baronium in martyrologio ad 28. Octobr. & Hoſpin. ad eundem. Uſſerium in Antiq. Britann. p. 7. 740. ſeq. & 1072. Spelman. de Concil. p. 2. & 3. &c. Ann. 44.

§. 31.) De *Jacobo majori*, filio Zebedæi, primo Epiſcopo Hieroſolymitano, ut ferunt, vulgò vide ſupr. §. 31. & ann. 34. §. 86. Salomen ejus matrem, & peregrinationis & prædicationis filii fuiſſe comitem in fragmentis Helecæ Cæſarauguſtano Epiſcopo attributis, ita invenitur: *Maria Salome vel Jacobi, rediens cum ipſo Jacobo filio, peragratis partibus Germaniæ, Angliæ & Italiæ, ubi prædicavit, cùm Verulam perveniſſet ætate confecta ibi requievit XXIV. Maij, anno Chriſti XLII. cùm ipſa ætate attigiſſet annum XC.* Ad quæ Uſſerius (*b*) *per Angliam ineptulus ille intelligit Britanniam, ubi & Patrem Jacobi Zebedæum, quem ille cum compare ſuo Dextro, Ariſtobulum fuiſſe ſomniat, anno II. Neronis, Chriſti LVI. martyrem occubuiſſe ſcribit.* Nimirum Salomen matrem unà cum filio in Britanniam appuliſſe volunt. (*c*) Epiſcopum fuiſſe Hieroſolymitanum ordinarium, contra vocationem ejus facit, quâ non Epiſcopus, ſed Apoſtolus, quod longè majus eſt, à Chriſto conſtitutus. At finge ſic, tum nihil aliud ſequetur, quàm primum Epiſcopum, temporis reſpectu, non fuiſſe Petrum, quod tamen Jeſuita vult Gretſerus, quando quærit: *Unde in Eccleſia Epiſcopi, ſi Petrus non fuit Epiſcopus?* Nam ſi hic non fuit, multò minùs alii Apoſtoli: Quis enim primus in Eccleſia Epiſcopus fuit? Quis Epiſcopum primus creavit? Ergo etiam nulli Diaconi, quia nec Petrus fuit primus, nec ſolus primum ordinavit. Et reliqui Apoſtoli æquè ac Petrus Epiſcopos, ſeu presbyteros ordinârunt. Cum Gretſero ergo impingit Baronius, (*d*) dum ait, Jacobum hunc à Petro, Apoſtolorum principe ordinatum Hieroſolymitanum Epiſcopum. Atqui ab ipſo Chriſto & Apoſtolis ordinatum Clemens (*e*) teſtatur. De hac Sede Chryſoſt. in Matth. hom. 5. *Tam fuit ille* (Jacobus) *mirabilis, ut Epiſcopatum primus acciperet.* Et Epiphan. adverſus Collyridianos: *Ille primus Cathedram epiſcopatûs obtinuit: cui primò Dominus in terris ſuam ſedem credidit.* *Jacobo* majori opponitur *minor*, aliàs Alphæi, quem tertium faciunt Hieroſolymitanum Epiſcopum, *Juſtum* etiam dictum: eum de ſuggeſtu ſeu pinna templi dejectum volunt. Scripſit Epiſtolam contra inſulſæ fidei Patronos, de qua anno 63.

Iacobus major. *Iacob. minor.*

§. 32.) *Matthiæ* in locum Judæ ex LXX. diſcipulis Apoſtolo electo Judæam Iſidorus, Æthiopiam Nicephorus aſſignant, ibi etiam ſepultum eſſe Hieronymus aſſeverat. Quidam ferunt, eum 33. annos in Judæa & Galilæa docuiſſe. Abdias de longa ejus diſputatione cum Anano Pontifice commentatur, habita Giſcalæ in Galilæa, ibique lapidatum & capite truncatum. Recentiores dicunt, ipſum in Macedonia lapidibus obrutum fuiſſe. De eodem *Matthias.*

(*b*) *Antiq. Brit. p. 744. ib. 37.* (*c*) *idem p. 740. 743. 1072.* (*d*) *ad An. 34. §. 290.* (*e*) *conſtit. l. 8. c. 34.*

Digitized by Google

Ann.44. Blondell. (*f*) ubi Dorotheum atque alios corrigit. Ejus memoria d. 24. Febr. agitatur, vbi Hoſpinianum etiam confer. Evangelium Matthiæ à Gelaſio d. 15. c. S. Sancta Rom. & ab Orig. hom. 10. in Lucam, ab Euſebio quoque l. 3. c. 25. reiicitur. Ejuſdem farinæ traditiones nomine Matthiæ ſcriptæ, ex quibus Marcion ſuam ipſius hæreſin aſtruebat, ut ſcribit Clemens Alex. l. 2. Strom. c. 7. & Euſ. l. 3. c. 23. Acta etiam Matthiæ, quæ ſcripta feruntur ab Abdia, reiiciuntur.

Paulus. §. 33.) Quanquam *Paulus* ordinarius ex XII. Apoſtolorum choro non fuit, nulli tamen ullâ Apoſtolicâ ceſſit prærogativâ, ne ipſi quidem Petro, quod ad donorum copiam, munerisve demandati provinciam & fidem. De his prolixè in tractatu meo de æqualitate Petri & Pauli. uti enim certam portionem Petro tribuunt, ſic Paulo totum pariter mundum, illi Judæos, huic gentes, ſeu, ut Naz. habet, Gentium univerſitatem. Hinc Iſid. Hiſpal. (*g*) *Petrus Romam accepit &c. Paulo autem cum cæteris Apoſtolis nulla propria ſors traditur, quia in omnibus gentibus magiſter & prædicator eligitur. Nam ſicut Petro & reliquis Circumciſionis apoſtolatus eſt datus, ita Paulo præputii in gentibus.* Euſ. l. 3. c. 1. *Quid de Paulo dicam, qui inde ab Hieroſolymis ad Illyricum uſque Evangelium Chriſti adimplevit, & Romæ tandem ſub Nerone martyrium ſubiit.* Concilium Aquenenſe ſub Pipino: l. 1. c. 12. Petro dat occidentem, Johanni orientem: Paulo generaliter totam mundi latitudinem. Caſalius (*h*) ex Damiani l. 2. epiſt. 1. agnoſcit Romam habere utriuſque B. Apoſtolorum Petri & Pauli diverſis quidem in locis conſtitutas (Eccleſias) ſed ſui compage Sacramenti indifferenter unitas. Et: Chriſtum medium inter duos Apoſtolos, Petrum & Paulum pingi olim ſolitum. Idem comprobat ex Prolegom. & Seſſ. 1. Concilii Florent. ſub Eugenio IV. ubi à latere SS. Evangelii utriuſque Apoſtoli, ceu ſupremorum poſt Chriſtum Principum & Paſtorum ſupereminentium, capita collocata fuerunt. Obj. Petri quàm Pauli honorificentius munus fuiſſe, quia Dominus ipſe Judæis prædicavit: & Paulus Judæos oleæ comparat, oleaſtris gentes. En ſpecimen ingenioſæ calliditatis! Quare ergo tot paraſangis Rom. Sedem Hieroſolymitanæ præferunt? imò Antiochenam atque Alexand. Et hoc ipſo univerſalis Eccleſiæ Caput Petrus non fuit. Honorificentius verò Pauli munus, quia latior ejus provincia, nec ullum amplius inter Judæos & gentes diſcrimen. Hinc Baſilius Seleucienſis (*i*) *Terræ habitabilis ſtadia percurrit, & curſu pro fide ſuſcepto mundi anguſtias demonſtravit.* Hieron. (*k*) *Ab oceano uſque ad oceanum cucurrit imitans Dominum ſuum, & ſolem juſtitiæ, ut antè eum terra deficeret, quàm ſtadium prædicandi.* Inde Hiſpaniam, Britanniam, imò ultimas terræ partes eundem adiiſſe ſcribunt. (*l*)

Barnabas. vid. an. 51 §. 41 & an. 485. §. 1. §. 34.) *Barnabas* Cyprius, cum ingenti fructu Evangelium Antiochiæ prædicat, cum Paulo ibidem gentium Apoſtolus ordinatus: ad quæ Martyrol.

(*f*) *de Epiſc. p. 105.* (*g*) *l. 1. de Sam.* (*h*) *de rit. vet. p. 418.* (*i*) *Orat. 2.* (*k*) *in Amos c. 5.* (*l*) *Uſſer antiq. Brit. p. 8. Spelm. p. 2. §. 5. Regenvol. l. 1. c. 1. i. Micræl. hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. à p. 38.*

rol. ad 11. Junii: Multas Regiones cum Paulo peragravit, apoſtolatum ſuum Ann. 44.
in Cypro glorioſè martyrio decoravit: cujus corpus tempore Zenonis Imp.
ipſo revelante, repertum eſt, unà cum Codice Evangelii Matthæi: Conſtantiæ
in Cypro ſepultum docet Hayto (m) Barnabam Eccleſiæ Mediol. prima jeciſſe
fundamenta volunt. Eum in Scotia prædicaviſſe Demſterus (n) ait: ibidem
Beatum baptizaviſſe Uſſerius (o) alii tamen Romæ à Petro hoc factum, eun- *vit. ſuprà*
démque Beatum apud Helvetios vitam depoſuiſſe contendunt. Ughellus *§ 26. inpr.*
(p) ita de Barnaba: *cum Paulo Antiochiæ Evangelium evulgavit, mox Tarſi,* *infrà. §.*
ex eo à Petro in Galliam Ciſalpinam legatus Mediolanum venit, inde Anathalo- *39.*
ne ſucceſſore relicto, quem è Brixienſi Sede vocaverat, poſtq. Bergomum, Bri-
xiam, aliáſque illius provinciæ civitates converſiſſet, in Cyprum inſulam rediit,
ubi certaminis coronam promeruit d. 11. Junii. inde cineres Mediolanum relati.
ita figunt & refigunt, abſque tamen auctore legitimo, ſed ut conferant
ἀσύστατα. Secundum Mediol. Epiſcopum facit *S. Anatholonum* cui paſſus an-
no Chriſti 64. Tertium *S. Cajum*, cui ſublatus dicitur anno 89. d. 5. Kal. oct.
Quartum *S. Caſtritianum*, deletum anno 131. 1. Dec. Evangelium Barnabæ,
& paſſio ejuſdem inter Apocrypha, ipſo Baronio tum in annalibus (q) tum in
martyrologio judice, reiiciuntur. (r) De *Beato* verò vide Pantal. de viris *Beatus.*
illuſtr. Germ. part. 1. cum quo confer Guil. Eiſengrin cent. 2. part. 5. diſt. 2. *vide ſu-*
Merſeum Cratepolium l. de Sanctis Germ. Franc. Guilim. rer. Helv. l. 1. c. *prà §. 18.*
15. Et in hæc judicium B. Rhen. rer. Germ. l. 3. p. 161. Ei condiſcipulum *an. 105.*
S. Manſuetum (Gal. Saint Manſu) addunt, ac Leucorum genti in urbe Tul- *§. 2.*
lenſi primus Evangelium renunciâſſe (s) atque anno 40. miniſterii ſui, Chri-
ſti autem 105. mortem obiiſſe dicunt. (t) Cujus memoria 3. Sept. celebris.
Hunc Leo IX. P. Tullenſis olim Epiſcopus, in Sanctorum numerum retulit.
vid. Gall. Chriſt. T. 3.

§. 35.) Uti *Dionyſio Areopagitæ* Lutetiam, ſic *Lazaro* Maſſiliam tri- *Dionyſius*
buunt, cui & *Nathanaëlem* addunt. Dionyſium converſum anno 52. in Gal- *Lazarus.*
lias autem amandatum an. 98. Baronius dictitat, de quo ibidem & locorum *Natha-*
alibi vide. De Lazaro Gallia Chriſtiana (u) in primo Maſſil. Epiſcopo, anno *naël.*
tamen nullo addito, ita habet: S. Eleazarus, qui vulgò Lazarus, cujus vitam *vid. an.*
deſcripſere Beda, Antoninus, Paulus Venetus, alii. At nos veteres proba- *35 § 2. &*
tos hiſtoricos, non Legendarios fabuloſos requirimus. Secundus Maſſil. *an. 69. §.*
Epiſcopus qui quidem in diptychis illius Eccleſiæ reperire eſt, *Oreſius*, qui *27.*
circa annum 314. unde Arelatenſi Concilio ſubſcripſit. Atque hic ipſe hia-
tus ſequioris temporis Lazari indicium eſt. Ita illud in Gallia hac S. obſer-
vare eſt, quòd Sedium fundatores plerique vel imaginarii, vel ad annum in-
certum collocentur, idque ex obſcuriſſ. traditione: ubi contrà Baronius

 mordi-

(m) *in Orient. c. 15. p. 18.* (n) *ex hiſt. Eccl. Scot. l. 2. n. 159. ſeq.* (o) *antiq. Brit. 745. & 1072.* (p) *Italia Sacra T. 4. p. 54.* (q) *an. 51. §. 51.* (r) *Rivet. Crit. S. l. 1. c. 6 item Hoſpin. ad 11. Junii: Gerhard. Patrol. p. 74.* (s) *Uſſer. p. 747. fuſè, inpr. 1033. ſeq.* (t) *ib. 1039.* (u) *T. 3. p. 641.*

Ann.44. mordicus contendit omnia bellè ſe habere indubiâque eſſe, quia illa Notarii accuratiſſimè & diligentiſſimè in actis & martyrologiis notata reliquerint. Lazaro *Mariam Magdalenam, Martham* (vid. Hoſpin. ad 27. Julii) & *Maximinum*, itineris comites, & pediſſequam *Marthillam* (à Martha, ſicuti Petronilla à Petro denominatam) adjungunt, de quorum Legendis vid. Chamier. l. 16. c. 11. §. 8. ex Petro de Natalibus, Jac. de Voragine &c. Lazarus ergo Epiſcopus factus Maſſil. φιλομύθοις; Magdalena in Eremum abiit, ubi annos XXX. vixit, nullo humano cibo ſumpto, ſed quotidie in multam altitudinem ab Angelis elevata ſupra terram; Martha in nemore juxta Rhodanum Draconem immanem (qui tranſeuntes perimebat, navésque mergebat) cruce & aqua benedicta reddidit agno quovis placidiorem. Maximinum Aquenſem Epiſcopum conſtituunt. Baronius §. 29. (x) inpr. annot. ad 22. Julii, ait Græcorum eſſe opinionem, & Lazarum, & Mariam Magdalenam Epheſi eſſe ſepultos; ſed Latinis magis aſſentitur, imò aſſentatur. Unam autem non duas eſſe Marias Magdalenas non malè credit. Idem ex Sigeberto ad an. 745. ejus translationem ita refert: *Aquenſi urbe à Saracenis deſolata, corpus ejus à Gerardo Comite Burgundiæ ad Cœnobium Viceliacum à ſe conſtructum transfertur. Quanquam aliqui ſcribant, quòd illud apud Epheſum quieſcat, nullum ſuper ſe tegmen habens.* Quòd ſi anilibus locus eſſet relinquendus, quæreremus quandoquidem hi Sanctuli novi appulerunt in Gallia, num Româ miſſos à Petro, adeóque ab illo dependiſſe dicere velint adverſarii. Huc facit, quæ habet Blondellus: (y) *Quinque ſeculis Eccleſia Gallicana fruebatur abſoluta libertate, à ſolo Deo, non autem ab ulla Eccleſia alia dependens, Romanæ Eccleſiæ nulla in re obnoxia, niſi quòd plura membra illam conſiderabant ceu Matricem communem, quatenus ſcil. primos ſuos paſtores ab eadem accepiſſe crediderunt e. g. Lutetia Pariſiorum Dionyſium, Xantones Eutropium &c.* Planè ſicuti Lugdunum & Auguſtodunum ſuos ſe à Smirnenſi Eccleſia accepiſſe rectè crediderant, firmitérque ſtatuerant, quòd fides Chriſtiana illata primitus à diſcipulis S. Polycarpi, Photino, Ireneo, Andeolo, Andochio, Benigno, Thyrſo &c. id quod non magis tribuit jurisdictionem Romæ & Aſiæ in Gallias, quàm reſtauratio Eccleſiæ Orthodoxæ in Italia & Galliis tribuit Hilario Pictavienſi, & Euſebio Vercellenſi, præcipuis reformatoribus & reſtauratoribus fidei orthodoxæ in occidente. Unde uſque ad pontificatum Zoſimi, Roma nihil quidquam firmi inferre poteſt, quòd ullam trans alpeis jurisdictionem habuerit; totum atque ſummum, quod Roma exercuerat ad illa uſque tempora, erat, quando Papa Innoc. I. requiſitus conſulebat Victricio Rhotomagenſi (anno 404.) Exuperio Tholoſano (anno 405.)

§. 36.) In Germaniam etiam viros Apoſtolicos delatos incredibile minimè eſt, quanquam fabularum dumetis ita omnia oppleta & obſita, ut lecto-

x) Spond. §. 11. (y) de prim. 789.

lectorem noniſi perplexum & dubium dimittant. Tu conſule B. Rhenan. de rebus Ger. Jo. Henr. Urſinum de Eccleſiis Ger. Uſſerium de ſucceſſ. Eccleſ. Alſted. Chron. c. 34. Pappi hiſt. Eccleſ. de converſione Gentium p. 37. alios. Talem notat Aventinus *Lucium* Cyrenenſem, qui in Vindelicia, Rhetia &c. Evangelium annunciârit. Commilito hic & cognatus Pauli habetur: Act. 13. 1. quem Baronius alium putat ab eo, de quo Rom. 16, 21. Cyrenæ paſſum vult Martyrol. Rom. ad 6. Maii. Aliàs Lucam etiam Lucium vocant, de quo alibi. Eſt inſuper alius Lucius decantatus ille Angliæ Rex, quem credo, Aventinus cum Cyrehenſi Lucio confundit: De hoc Britanniæ R. Baronius ad an. 179. item Beda, Ado, Uſuardus, Caniſius, Stumpf. l. 10. c. 15. Guilimannus, M. Welſerus, Raderus in Bavaria S. Gulerus in Rhetia l. 3. Sprecher. In Pallade Rhetica l. 2. Beda, Marian. Scotus: Petrus in Catalogo l. 1. c. 4. fertur filius fuiſſe Regis Coilli, Rex autem Angliæ declaratus circa an. 179. Anno 183. duos Romam pro fide legatos Elvanum & Meduinum miſiſſe: tandem relicto regno in Bavariam veniſſe ac Rhetiam. (z) *Emerita* paucis comitibus Angliâ exiens quæſitura fratrem, eum tandem invenit, & in Rhetia in Evangelii prædicatione juvit, tandem 4. Dec. 195. Trimontii ab incolis ſublata (*a*) Lucius itaque hic vulgò Rhetorum habetur Apoſtolus, vixiſsèque cenſetur circa an. 200. colitur die 3. Dec. alii dicunt illum martyrio ſublatum, alii naturali morte, quidam in Anglia, alii in Rhetia deceſſiſſe. Quidam Lucium Cyrenenſem primum Rhetiæ faciunt Epiſcum, mortuum 6. Maii: alii alium, ſcil. Laodicenum Epiſc. cujus feſtum d. 22. Apr. agitur. Hæc rectè ita definit Murerus, ut dicat, *fidem his, vel illis daremus, ſi ex antiquis ſcriptoribus, non autem ſuis verbis hæc ita proferrent*. Sic in Rhetia prima apud Auguſtam *Afra*, *Largio* & alii martyres: in Norico Ripenſi *Florianus* &c. collocantur. *Ægiſtum*, unum ex LXX. diſcipulis ſimiliter Germaniæ dant.

Ann. 44.

Lucius.

Ægiſtus. vid. an. 93 §. 35. ſ.

Petrum quoque non tantùm *Apollinarem* Ravennam miſiſſe ferunt, ſed & *Clementem* Metas, qui totam Lotharingiam & Metenſium ditionem multis templis ornârit, primùmque Metenſium Epiſcopum, & tandem reducem Romam Petri ſucceſſorem factum. At de hoc ante Paulum Warnefridum Diaconum nulla mentio. (*b*) Quis ergo hoc loco fidem antiquitatis cum Murero non requirat?

Apollinaris & Clemens.

De Lino Baſilea S. (*c*) *Unus ex LXXII. Chriſti diſcipulis, primùm à S. Petro ad Veſontinenſes miſſus, quibus ad Chriſtum perducendis poſito anni ſpatio ab Ethnicis pulſus ac poſt ſuum Romam reditum, ſuprema dignitate Pontificia inſignitus, S. Petro ſucceſſit*, De hoc Gallia Chriſt. (*d*) *Linus Evangelium primus Veſuntionem intulit, quin & à multis piè creditur N. B. à B. Petro miſſus, ac re Chriſtiana apud Biſontinos bene geſta, cùm ad eum Romam reverti ſſet, ejusdem in*

Linus.

z) *Helvet. S. Mureri p.* 19. (*a*) *ib. p.* 20. (*b*) *Vrſin. de Eccl. Germ. p.* 41. *ex Gallia Chriſt. T.* 3. *p.* 709. [*c*] *p.* 9. *ad an.* 54. [*d*] *T.* 1. *p.* 118.

Ann. 44. *in Rom. Epiſcopatu vel ſucceſſor fuiſſe, vel ſaltem vicarius NB. quæ ſi fuerit veterum Biſontinæ Eccleſiæ rectorum fides, mirum videri poſſit, cur non eum ſolemni officio, & cum octava (ut urbium patroni ſolent) ſed tantùm ſemiduplici colendum decreverint: & in eo toto officio, quod ad d. 26. Nov. perſolvitur, Linum Papam duntaxat & martyrem, non etiam Biſonticenſem Epiſcopum appellent, ac Biſontini ejus Apoſtolatûs ne verbo quidem meminerint. Lini labores longo licet intervallo NB. excepti ſunt à S. Ferreolo presbytero, ac Ferrucio Diacono S. Irenæi diſcipulis &c.* De hoc Uſſerius (*e*) *A Paulo 2. Tim. 4 21. Pudens, Linus & Claudia commemorantur. Linum primum Rom. Eccleſiæ Epiſcopum à Paulo ordinatum, Claudiæ filium fuiſſe innuit Pſeoclemens* (*f*) *Noſtri* (*Anglos putat*) *Claudiam natione Britannam & Pudentis uxorem fuiſſe ex Martialis l. 11. epigrammate 54. colligunt.* Ita ergo Petrus ſpatio XXV. annorum, ne otioſus ſeſſitaret Romæ, cuique pro arbitrio provinciam certam adminiſtrandam diviſit, ac Prælatos, Epiſcopos, Archiepiſcopos, ſi credere fas eſt, per univerſum orbem conſtituit, gentiles Magiſtratus depoſuit, alióſque pro libitu ordinavit.

§. 37. Quicquid libidinoſa Legendariis dictitabat audacia illud pro vero venditare aliis non veriti, quò ita famam locis conquirerent. Ita Fulco Archiepiſcopus *Sixtum* ſuum Petri diſcipulum, qui electus Romæ anno 132. obiit 142. aſſeruit, Remorum Apoſtolum conſtituit & totius Galliæ primatem.
Martialis: vid. an. 74 §. 3. Abbas alius Lemovicenſis circa an. 1024. finxit, *Martialem* Apoſtolis coævum & Galliarum Apoſtolum eſſe. Lemovicenſibus, Toloſanis ac Burdegalenſibus adeoque Galliis Apoſtolus à Petro miſſus, ac præter plurima miracula, mortuum baculo S. Petri ſuſcitâſſe, inſuper primum in univerſa Gallia templum in honorem S. Stephani dicâſſe, tandémque ſub Veſpaſiano an. 74. diem obiiſſe dicitur. De illo Gallia Chriſt. T. 2. in Lemov. S. Martialis in urbe Secularis. Eum S. Cœnæ à Chriſto inſtitutæ interfuiſſe, poſtea paganiſmum è Galliis Gothorum tempore ejeciſſe fingunt, cùm tamen illa ætate nulli in Galliis Gothi, longóque demum tempore póſt gentiliſmo valedictum fuerit. (*g*) Atqui ψευδολόγων hæc eſſe ſomnia, Blondellus de primatu (*h*) copioſè docet. Metropoliticas Sedes in Gallia antiquitas prima nullas agnovit: inde Sulpit. Severus hiſt. S. l. 2. Religio Chriſtiana ſerò recepta trans alpes. Epiphanius tradit B. Lucam Evangelium Gallis tradidiſſe. Tertullianus quoque teſtatur, ſuis temporibus multas Galliarum nationes fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe. Ita Polycarpus, qui obiit circa an. 169. Ireneum, Andochium, Thyrſum, Felicem & Benignum ex Aſia in Galliam miſiſſe perhibetur. Unde Gallicanæ Eccleſiæ Aſiaticis ſcribunt anno 179. quo eodem Irenæus ab iiſdem Romam ablegatus. At ita magnifica omnia fuiſſe ſub duriſſimis

(*e*) *Ant. Brit. p. 10.* (*f*) *l. 7. conſtit. Apoſt. c. 47.* (*g*) *vid. Bar. ad an. 34 & 47. Pet. Molinæ. in Novit. Pap. l. 7. c. 5. p. 488 & l. 1. c. 37. p. 124. & contra hunc Forer. Jeſuit. T. 1. p. 453. & T. 3. p. 39. Baſileam S. alios.* (*h*) *p. 726.*

riſſimis perſecutionibus, vel prælatos habuiſſe quis affirmârit? De Martialis fabula vid. an. 1032. & 1029. Ann. 44.

§. 38.) Diſtinguendum omnino inter privatam Evangelii doctrinam, & inter publicam tum prædicationem, tum profeſſionem. Privatæ fortè plures nomen dare potuerunt, ubi tamen publica ejus confirmatio poſteriorum fuit temporum. Ita plerisque vel populis, vel urbibus etiam ſinguli ferme doctores, ſive Eccleſiarum fundatores attribuuntur. Ut ampla fuit Germania, ſic & Gallia, ita ut vel privati aliqui ſuſcipere fidem Chriſtianam potuerint, ubi tamen alibi hoc non fiebat, maximè quia fortè citò Evangelii præcones è medio ſublati. Perſecutionibus, & migrationibus fieri potuit ut alicubi locorum extincta fuerit & pulſa veritas: ita Clodovæus Rex anno demum 496. baptizatus. Seriùs Galliam fidem accepiſſe refert Jo. Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ an. 67. Ita ſanè Gregorius Turon. (i) *Decii tempore* (regnare cœpit ab an. 253.) *ſeptem presbyteri* (lege viri) *Epiſcopi ordinati ad* vid. an. *prædicandum in Gallias miſſi ſunt, ſicut hiſtoria paſſionis S. Martyris Saturnini* 251. §. 12. *denarrat. Ait enim ſub Decio & Grato Coſſ.* (hos Bar. ad an. 252. Calviſius ad an. 250. reponunt) *ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Tholoſana civitas S. Saturninum habere cœperat Sacerdotem. Hi ergo miſſi ſunt: Turonicis Gratianus Epiſcopus: Narbonæ Paulus Epiſcopus: Tholoſæ Saturninus Epiſcopus: Pariſiacis Dionyſius Epiſcopus: Arvernis Stremonius Ep. Lemovicinis MARTIALIS eſt deſtinatus Epiſcopus. De his verò B. Dionyſius* vid. an. *Pariſiorum Epiſcopus, diverſis pro Chriſti nomine adfectus pœnis, præſentem* 109. §. 22. *vitam gladio imminente finivit &c.* (conf. Micræl. hiſt. l. 2. §. 1. Regenv. p. 298.) *Atque hæc non fabulæ ſunt, nec commenta, ſed veriſſima hiſtoria*, inquit clariſſ. Dallæus Pater. datis ad me literis, *ex actis paſſionis Saturnini decerpta à Gregorio, quibus Monachorum ſomnia de Dionyſio, Martiale, Trophimo &c. ab Apoſtolis in Galliam miſſis ſolidè & invictè refutantur. Ex tabulis quippe Eccleſiæ Tholoſanæ hæc hauſit.* Idem Gregorius c. 31. *De horum verò diſcipulis quidam Biturigas civitatem aggreſſus* &c. Iterum l. 10. c. 31. anno imperii Decii primo Gratianum Turonenſem Apoſtolum à Romanæ Sedis Papa transmiſſum eſſe ait. Unde apparet, infit Gallia Chriſt. (k) Gregorium contradicere vulgari epochæ aſſerentium, eum à Clemente miſſum, cùm liquidò ad an. 250. deſtinari debeat. Secundus Turon. Epiſcopus, qui recenſetur quidem S. eſt Lidorius, & quidem ad an. 338. Sanè quemadmodum Lazarum Leproſorum illum patronum, Urſulam, Catharinam, & ſexcentos alios, ita & fictum Martialem Legendarum patronis relinquimus, idque eò lubentiùs, quia ſicut Longinum à λόγχῃ, lancea; ita Martialem à gallo, qui aliàs Martialis avis, ingeniosè effictum aſſeveramus. Neq; verò vel Innocentii I. vel ſimilia aliorum, utpote Aureliani ſucceſſoris Martialis, admittimus teſtimonia. Martialis causâ concilium apud Lemovicenſes an. 1029. habitum, idq; unam ob cauſam, Apo-

(i) *l. 1. c. 27. mihi c. 30. p. 23. & ex eo Remund. Rufus contra Carol. Molinæum p. 657.*
(k) *T. 1. p. 734.*

Digitized by Google

Ann. 44. ſtolúsne dicendus. Unde videas certitudinem ejus cultorum. Urſinus (*l*) Trophimum, inquit, primum Arelat. Epiſcopum faciunt. Zoſimus R. P. epiſt. 5. ad Gall. Epiſcopos à Sede Rom. miſſum ait. At Epiſcopi Narbon. ad Leonem P. R. Paulum, cùm in Hiſpanias iret, Arelatæ Trophimum, & Viennæ Creſcentem, diſcipulos ſuos, ad prædicandum reliquiſſe. Contrà Gregorius (*m*) aliter longè, ſicuti modò vidimus. Plura de Creſcente idem Urſinus à p. 43. & 225. ſeq. præcipuè ex Lanojo de Martiali pag. 45. ſeq. qui etiam Trophimi fabulam funditus deſtruxit. Ita Gallia Chriſt. (*n*) ex Arelat. Diptychis à Paulo ordinatum Trophimum ait. At quid hoc ad Petrum, vel Papam? Secundus à Trophimo Epiſcopus S. Regulus recenſetur, qu[illegible] aliqui inde Silvanectenſem Epiſcopum fuiſſe ſcribunt: de quo Martyrol. Rom. ad 3. Kal. Apr. tertius S. Feliciſſimus, ordinatus à S. Regulo. 4. Gratus. 5. Marcianus, circa an. 258 omnibus totius Galliæ Epiſcopis Arelatenſis præferebatur, unde ſingulis annis conventum VII. provinciarum ſuo arbitrio convocabat, aliis longè abeuntibus Formatas dabat: tantâque ejus erat authoritas, ut ſi quæ in Galliis & Hiſpania majores vel de fide, vel de moribus controverſiæ orirentur causâ religionis, ad illum tanq. totius Galliæ primatem deferrentur. Sic cœteris paſchalem ſolemnitatem declarabat. Utut verò pallii uſum, Sedis Apoſtolicæ vices huic delegatas fuiſſe contendant: tamen hujus primatûs originem à dignitate politica civitatis initium duxiſſe agnoſcunt Sammarthani in Gallia Chriſtiana l. all. ex eo, quòd præfecti prætorio Galliarum ſedes eſſet, unde ambivit etiam Eccleſ. primatum júsque Exarchicum. Malè autem ibidem primordium, ad tempora & decretum Zoſimi referunt, cùm Papam in his non curârint.

Saturninus. Stylum in ſexcentis (Sanctorum vitis) mutâſſe ſe Surius profitetur. De Saturnini actis ita Cl. Dallæus (*o*) ex Boſqueto (*p*) narrat: *quod auctor ſcripſerat, ſenſim & gradatim in omnem terram ſonus Evangelii exivit, TARDOQUE proceſſu in regionibus noſtris Apoſtolorum prædicatio corruſcavit, id Surius contra Manuſcriptorum fidem ſuo (inquit Boſquetus) more, corrupit parique proceſſu, pro tardo edidit: ne videlicet hinc diſceremus Dei religionem ſeriùs tranſalpes ſuſceptam, ut ait Sulpitius Severus.* (*q*)

Eadem Gallia Chriſtiana (*r*) *B. Ceratius*, inquit, *primus Epiſcopus ponitur & Apoſtolus per Novempopulaniam, Saturnini Toloſani diſcipulus, qui Aquitaniam Chriſtianæ fidei dogmatibus informavit. Cujus ſucceſſorem Paternum faciunt, qui ejuſdem Saturnini temporibus vixerit, Eccleſiámque rexerit per 49. annos. Tertium dant Lupercum, ſub Decio paſſum, cujus tamen natalem Baronius ad an. 303. refert. Expuncto tamen hoc tabularia antiqua interſerunt Optatum & Pampidianum.*

Maternus §. 39.) *Maternum* & *Valerium* ad Tribocos, Trevirenſes, Colonienſes,

(*l*) *de Eccleſ. Ger. p. 41.* (*m*) *l. 1. hiſt. c. 30.* (*n*) *T. 1 p. 31* (*o*) *de uſu Patrum p. 82.* (*p*) *hiſt. Eccl. Gal. §. 36 p. 61. & part. 2. p. 89.* (*q*) *l. 2. hiſt. S.* (*r*) *T. 1. p. 96.*

Digitized by Google

ſes, Tungros &c. ablegatos Baſilea S. (*s*) dicit, *Vetus*, inquit, *fama NB. eſt, S.* Ann.44.
Maternum cum Valerio Diacono & Euchario Epiſcopo, Româ in Gallias miſſum vid. an.
à S. Petro, priùs doctrinam Evangelii Rauracis & Sequanis prædicâſſe, quàm ad 74. §. 2.
inferiores Rheni urbes deſcenderet. Id ex Rhenani & P. Cratepolii Germania
confirmare vult, additque *Maternum apud Rauracos excepit S. Beatus natione* Beatus.
Britannus, prædicatione S. Barnabæ Chriſto genitus, & ſubinde Romæ ſacerdotio vid. §.34.
initiatus à Petro, cujus imperio ad tranſalpinos populos ſe contulit, magnóque ſtu- & 26. &
dio Helvetiis, viciniſque Arolæ fl. accolis Chriſti colendi ritus tradidit. De Beato an. 110.§.
Helvetia S. *Nobilis Anglus fuit, ante baptiſmum Suetonius dictus: Antiochiam* 3.
ad Petrum abiit, inde cum eodem Romam, à quo Diaconus primùm factus, deinde ſacerdos: miſſus ab eodem in Helvetiam in Argovia moratus, Vindoniſſæ autem ſedem fixit. Alii volunt, Petrum cum Imperatoris militibus ex Anglia reducem per Helvetiam ibi illum reliquiſſe. Socium ſeu Diaconum habuit Achatem, quod nomen etiam in baptiſmo accepit, ſepultus in eremo apud Magiſtrum ſuum. (*t*) Atqui Achates fictum nomen, fidi comitis Æneæ. Mortuus creditur Beatus an. 112. d. 9. Maii. Primus Epiſcopus Vindocinus, cujus reliquiæ Lucernæ aſſervantur. De illo librum ſcripſit Pet. Caniſius. Stumpfium etiam in Helvetia, atque alios conſule. De eodem Gallia Chriſtiana T. 2. 545. ubi primum eum facit Conſtantienſem Sueviæ Epiſcopum, nullo tamen anno addito, ut & in ejus ſucceſſore S. Paterno. Sic ibid. p 627. inter Lauſannenſes Epiſcopos primus eſt cum hac deſcriptione: *S. Beatus Evangelium Aventicenſibus prædicavit cum ſocio Achate, vitam inter Interlacenſes exegit jam ſenio confectus in ſpelunca, quemadmodum veteres produnt Legendæ NB. Hunc ibi excepit S. Protaſius patriâ Venetus circa an. Chriſti 500. NB. Aventicenſem Epiſcopatum obtinuit per annos XXX. Ex anno 1234. ejus feſtum in Eccleſia Lauſannenſi celebrari cœptum eſt 8. Idus Nov.*

Serius Rauracos à quodam Galliæ Epiſcopo, longéq; alia ratione fuiſſe converſos apud Socratem (*u*) invenies. De eodem Otto Friſingenſis traditionibus addictior, (*x*) ita habet: *Petrus Cathedram Romæ ſuſcipiens, nobiliſſimas orbis urbes civibus Chriſti, ac ſacerdotibus illuſtravit. Nempe B. Apollinarem Ravennam, Metis Clementem, ad florentiſſimam verò Galliæ urbem Treverim, tres ſimul proceres, Valerium, Eucharium ac Maternum deſtinavit, qui dum alpes tranſiſſent, Maternus in via moritur, quo facto perculſi ſocii Romam revertuntur. B. itaque Petrus Apoſtolus paſtoralem virgam, ut traditur NB. per eoſdem ad reſuſcitandum eum miſit: qui venientes ad locum ſepulchri XXXIII. invenerunt eum in monumento jacentem, virgâ ſocium à morte ſuſcitaverunt. Qui, ut fertur NB. poſt Eucharium & Valerium, per tot annos Treverenſem & Agrippinenſem rexit Eccleſiam, quot dies antea in ſepulchro jacuerat. Oſtenditur autem adhuc eadem virga in argumentum rei, quam diximus, Treviri ac Agrippinæ, ita quòd ſuperiorem ejus partem Treverenſes, inferiorem Colonien-*

(*s*) p. 3. & 4. (*t*) p. 15. (*u*) l. 7. c. 3. (*x*) l. 3. c. 15.

Ann. 44 *ſes habeant.* Tu verò, benevole lector, judicium de his ad an. 74. §. 3. videbis. De Materni apoſtolatu nonnulla habet Stumpf. in Chron. Helv. l. 3. c. 39. coll. cum l. 2. c. 12. quorum ſumma, Germaniam Cisrhenanam longè citiùs, quàm Transrhenanam ad fidem perveniſſe. Urſinus (y) in Trever. Eccleſia ex Bucherio: Eucharium, Valerium & Maternum, Apoſtolorum diſcipulos, primos ajunt condidiſſe Trevericam Eccleſiam &c. ad quæ auctor ipſe Urſinus: *Tres iſtos conditores fuiſſe, nullo certo antiquitatis teſtimonio conſtat; & ſi fuerunt, tamen non Epiſcopos ſibi ſuccedentes fuiſſe, ſed cooperarios, vel ita Epiſcopos, ut Philippis una in urbe plures ſimul. Sed ſucceſſorum ſeriem non interruptam unde habent? Sacram horum temporum hiſtoriam, æterno veluti ſilentio, ex ſcriptorum inopia, ſepultam nemo non videt, ait Bucherius.* Ingenuè Sammartani: *Videtur obſcura admodum primis ſeculis, uſque ad Agrœcium, cujus nomen in Concilio Arelat. ſubſcriptum legitur anno 314. vel parva omnino in Eccleſiaſticis Diptychis mentio Epiſcoporum Trevirenſium, quâ ſucceſſio legitima probetur.* Lau[illegible]tus Urſinus p. 29. de Mogunt. Eccleſia: *Principem Doctorum ponit Serarius Creſcentem: verum totam cauſam collocat in teſtibus recentioribus, quorum antiquiſſimus eſt Rupertus Tuitienſis. At, inquit, docet hoc conſtans priſcorum narratio, & in Moguntinorum Epiſcoporum catalogis, tam M. S. omnibus, quàm editis. Et tamen ſibi obiicit: At nulla S. Creſcentis in ritualibus Moguntinorum libris, Breviariis, Miſſalibus, & ſimilibus, mentio uſpiam eſt. Sequuntur deinceps uſque ad Francos mera nomina: numerantúrque à Creſcente ad Bonifacium, ab aliis ex libris M. S. tantùm XVI. à Trithemio, ex neſcio quo Meginfrido, circa an.* 1010. *Monacho Fuldenſi XL.* Iterum Urſinus p. 30. *Colonienſis Eccleſiæ primus ponitur S. Maternus, qui Tungrenſes, Colon. Trever. aliósque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxerit. De hoc Baron. in notis ad Martyrol. R. ait, Bedam & alios recentiores teſtari, mirari ſe vehementer, quomodo in tabulis Epiſcoporum Colon. à Demochare deſcriptis, unus tantùm numeretur Maternus: qui ſi præcedit Euphradam Arianum, damnatum in Concilio Agripp. interfuítque Concilio I. Arelat. Conſtantini M. temporibus, manifeſtè conſtat, eum non vixiſſe temporibus Apoſtolorum. Hinc duos alii Maternos faciunt, priorem Petri diſcipulum, de quo tamen Uſuardus: Ado, Rabanus, alii ſilent, alii unum Trevirorum ſimul & Agrippinæ Epiſcopum, hunc ſequitur Euphradas, vel Euphrates Arianus, ad an.* 349. *Inde S. Severinus, Evergiſilus, Aquilinus, & poſtea hiatus eſt uſque ad Francorum tempora.* Urſino in eundem planè ſenſum præceſſit Gallia Chriſt. (z) dum ait: *Maternus B. Petri diſcipulus à Baronio, Molano, Gelenio, & recentioribus ut & in tabulis Eccleſiæ Colon. conſtituitur, ſed idem Baronius in ſuis ad* 14. *Sept. obſervationibus notat, maniſtè conſtare N B. illum non vixiſſe temporibus Apoſtolorum, ſed potiùs Conſtantini M.* &c. At duos fuiſſe Maternos eósque

Colon.

y) de Eccl. Ger. p. 28. (z) T. 1, 256.

Colon. præſules exiſtimat; in eam opinionem inductus, ut volunt, à Gelaſinio, Ann. 44 qui primus dicitur Romano ſuo Martyrologio Maternum tanq. B. Petri diſcipulum inſeruiſſe, de quo Uſuardus, Ado, Rabanus & alii ſilent. Adde quòd acta S. Gereonis unum ſtatuunt Maternum, qui Treverorum & Agrippinæ ſimul Epiſcopus fuerit. De hac igitur quæſtione, & aliis diverſarum Galliæ Eccleſiarum originibus fusè agit eruditiſſ. vir Jo. de Launoy in diſſertatione loci de prima Martyrum Galliæ epocha vindicati. Adhæc Urſinus p. 31. ex Bucherio: *Agrippinenſes à D. Materno, ad ejuſdem nominis alterum, Conſtantini ætate, paucos, nec adeò certos, agnoſcunt Epiſcopos; de cæteris addit: Vangionum, Nemetum, Argentoratenſium Epiſcopi nulli adeò certi, ante Conſtantini, aut etiam filiorum ejus tempora numerantur. Et quidem Argentinenſium primus S. Amandus, Nemetum Jeſſe, Baſileenſium ſive Rauracorum Juſtinianus, è Concillo Agrippinenſi anni 349. eruuntur: Vangionum Victor, aut Victurus, è Sardicenſi anno 347. Conſtantienſis ſive Vindoniſſa neſcio quis Beatus: pòſt uſque ad Francos nulli. Dagobertus II. Sigeberti filius, ut voluit Henſchenius de tribus Dagobertis, Argentinenſem Epiſcopatum condidit & Spirenſem: illi Arbogaſtum præfecit, huic Athanaſium. Jodocus verò Coccius Dagoberto I. fundationes has tribuit, quem Henſchenius refutat.* Plura de hiſce eundem inſpice Urſinum, inde à p. 36. & 38. utpote an à B. Petro miſſi fuerint. Fruſtrà autem provocant, dictos viros Apoſtolicos quemque ad ſuas provincias deſtinatum. ita negat talium locorum tabularia alicujus momenti & auctoritatis eſſe: neque Epiſcopos ſtatim fuiſſe, qui vel uno, vel multis in locis Evangelium prædicarunt.

De Colon. Epiſcopo Werdenhag. (*a*) *Is* inquit, *propter dignitatem & vetuſtatem, in Oſnaburgenſem, Paderbornenſ. & Mindenſem,* item *Ultrajectinum & Leod. inſpectionem tenet. Severinum alii primum Epiſcopum faciunt: at Chronicon. Colon. ſecundum: initium regiminis ejus alii ad an. 346. ſub Conſtant. II. nonnulli ad 374. Theodoſii I. tempora; alii ad an. 410. Arcadii & Honorii ævum referunt, quem Evergislaus, & hunc Solinus, ac Symoneus, pòſt Remedius &c. ſecuti ſunt.*

Creſcentem Moguntinenſium Apoſtolum faciunt & primum Epiſcopum. *Creſcens. vid. an. 33. §. 33. 36. alibi.* 2. Marinum. 3. Creſcentium. 4. Cyriacum. 5. Hilarium. 6. Martinum &c. (*b*) At ibidem (*c*) eundem Creſcentem primum Viennenſem præconem ex traditione conſtituunt: quia per Galatiam Paulum Galliam intellexiſſe volunt, & ſub Nerone paſſum Euſebius, Sofronius ac Chronicon Alexandrinum prodant. Dorotheus autem, dicunt Sammartani, Galeſinius & Baronius ejus martyrium ſub Trajano collocant. Et tamen Viennenſis Creſcens Potino, vel Irenæo Lugdunenſi antiquior non aſſeritur, aut certè ejus æqualis, aut ſuppar. Secundus Viennenſis Epiſcopus recenſetur S. Zacharias, ſub Trajano paſſus. 3. Martinus. 4. S. Severus &c. Cranzius author eſt, Bardo-

 vici

(*a*) *de rebuſp. Hanſeat. part. 4. p. 37.* (*b*) *Gall. Chriſt. T. 1. p. 346.* (*c*) *p. 792.*

Ann. 41. vici (quæ antiquiſſima Saxoniæ urbs) Nerónis tempore diſcipulum quendam Petri nomen Chriſti prædicâſſe, cujus ſepulchrum mille propemodum annis magno in honore fuerit. Irenæus ſanè l. 1. contra Valentinum aliquoties citat Eccleſiarum Germ. teſtimonia: ita Hieronymus ad Suniam & Fretelam, Epiſcopos Germaniæ ad Danubium fuiſſe inſinuat. Verùm idoneis doctoribus decedentibus, multifariam depravata fuit Evangelii doctrina; & ne in ulteriorem Germaniam, Saxoniam, Thuringiam & Franconiam propagata fuit. Multas etiam ad Danubium & Rhenum reliquas Eccleſias Attila evertit. Probè igitur diſtinguendi illi qui Eccleſias plantârunt primitus vel fundârunt, ab iis, qui eaſdem vel confirmârunt, vel reſtaurârunt. Ita non ſtatim tota aliqua regio fidem ſuſcepit.

§. 40.) Ignoſcat mihi benevolus lector, quòd in recenſendis Germaniæ Apoſtolis paulò prolixior fui, factum iſthoc ut ex ipſis apertis ac variantibus auctorum teſtimoniis rerum incertitudinem, ſententiárumque divortia, adeóque errores craſſos liquidò perſpicere poſſes. Ea certè hac in parte Petro ſuo tribuunt, ut non modò Apoſtolos hinc inde emiſerit, ſed Metropolitas etiam & Primates conſtituerit: hinc Rouſſelius (*d*) eum Eccleſiæ Hieroſ. Præſidem etiam facit, unde quoq; primatialem dignitatem illa urbs habere debuerit: *Ubi verò*, inquit, *diſcedendum ab ea* (Hieroſolymâ) *ſibi putavit Petrus, Jacobum ſubrogavit, ordinatum à ſe, & duobus aliis, Jacobo altero & Johanne: Alexandrinam deinde & Antiochenam Eccleſiam fundavit: ac poſtremò Romam, cui, ait Innoc. I. Antiochia non cederet, niſi quòd tantùm in tranſitu Petrum habere meruit, quem Roma ſuſceptum apud ſe conſummatúmque gaudet.* Quot verba tot penè ſomnia! A Jacobo Hieroſ. & ab omnibus Apoſtolis conſtitutas eſſe ſucceſſiones Epiſcoporum ac Presbyterorum in domo Dei ait Epiphanius hær. 79. De Patriarchalibus ſedibus alibi. Diu profectò inde à plantata Eccleſia Romana nihil omnino reperias, quòd Epiſcopus Rom. extra particularem ſuam Eccleſiam poteſtatem exercuerit, vel ullam legem Eccleſiæ univerſali dederit, vel quòd appellatum ad ipſum fuerit ſive à proximis, ſive à longinquis. Omnes Eccleſiæ immediatè ab Apoſtolis plantatæ in honore erant & æſtimatione ſupra cæteras, ac primæ & apoſtolicæ erant vocatæ: vid. Tertull. Apol. c. 20. Interdum verò etiam Apoſtoli titulus ſæpe i. q. Epiſcopus, inprimis verò, ſi is lucem Evangelii alicubi intulerit, & apoſtolatus i. q. epiſcopatus & cura paſtoralis: hinc & omnes dicuntur paſſim Apoſtolici, ita Sidon. l. 6. ep. ad Lupum Epiſcopum, *officium, quod incomparabiliter eminenti apoſtolatui tuo ſine fine debetur.* & l. 6. ep. 1. & ep. 7. In veteri hiſt. S. Lupi: *Germanus ac Lupus Apoſtolici ſacerdotes.* Baſil. Cæſar. Ep. 55. ad Ambroſium Mediol. *Ipſe te Dominus ad præſidentiam Apoſtolorum tranſtulit.* In Biblioth. Patrum inſcriptiones extant: *Domino S. & beatiſſimo ac Apoſtolica reverentia ſuſcipiendo Papæ, Ruricio, Sedatus: alii ſimiles.* Hinc diſcas

d) *hiſt. Iuriſd. Pont. l. 2. c. 2. §. 8.*

diſcas Papas dictos initiò omnes Epiſcopos, ut & Apoſtolicos, item Apoſtolicas Sedes, maximè propter conſanguinitatem doctrinæ, ut ait Tertull. quæ in fide ſemel ab Apoſtolis tradita conſpiraret. Etſi autem in tribus ſucceſſio Apoſtolica commendetur, quæ ſunt Locus, officium, & doctrina, tamen ſi abſit doctrina, duo priora nullius momenti cenſentur, imò ſæpe non ſunt neceſſaria: Gal. 1. v. 8. Tertull. de præſcr. c. 3. *Ipſe traditor Chriſti de Apoſtolis fuit.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. c. 6. *Non habent Petri hæreditatem, qui fidem Petri non habent.* Ann. 44.

§. 41.) Non verò à ſolo Petro, ejúsve ſucceſſoribus, viros ejuſmodi Apoſtolicos, ſed & ab aliis fuiſſe miſſos, vel ex ſolis monumentis Canonicis fit clariſſimum. Sic Rouſſelius liberè (e) *Equidem nos Galli*, inquit, *primos Epiſcopos habuimus ab Apoſtolis, vel diſcipulis illorum* (nota plur.) *miſſos* (Ado ætate 6. ad an. 101. exemplo Creſcentis & Martini) *ut à Paulo Arelatenſes Trophimum, Viennenſes Creſcentem: à Lino Papa Britanni D. Clerum* (credibile officii nomen, & quidem recens) *ſic à Polycarpo Johannis Evangeliſtæ diſcipulo, ſucceſſor Irenæus Photino Lugdunenſi Epiſcopo conſtitutus eſt: item Gratianum à Romano Epiſcopo Turonenſibus, Paulum Narbonæ, Saturninum Toloſæ, Dionyſium Pariſiis, Stremonicum Arvernis, Martialem Lemovicinis datum refert Gregorius Turon. Sed ubi,* ut & hoc ex eodem addamus, *iſtorum & ſucceſſorum prædicationibus auctus eſt fidelium numerus, electiones plerunque factæ ſunt, tam à plebe, quàm à Clero* &c. Ergo non ſolus Petrus tales Apoſtolos miſit, horúmque ſucceſſores tam à plebe, quàm à Clero electi. Et quicunque tandem primos iſtos miſerint, nulla tamen poteſtate in exteras Eccleſias uſi, qualem Romani fingunt, & turpiſſimè concludere volunt. Quid poſtea verò, ſi Romana, tanq. eximia & florentiſſima Eccleſia, plures fortè, quàm aliæ Eccleſiæ, miſerit, vel ſi aliorum quoque Eccleſiarum curam aliquam Chriſtianam & fraternam geſſerit? (f)

§. 42.) Fruſtrà ergo Sanderus & reliqui, argumentum papatûs ſumunt, quòd Martialis Lemovicenſibus, Turonenſibus Gratianus, alii aliis, ab Epiſcopis Romanis miſſi: dato enim hoc ita factum, fruſtrà tamen actum ſupremi papatûs eſſe putant mittere gentibus Epiſcopos. Poſtea Metropolitani, & præſertim Patriarchæ, imò etiam ſimplices Epiſcopi præſtare id potuerunt. Quin etiam talis miſſio ante ortum ullum epiſcopatum, ſtrictè dictum, obtinuit: ac tales etiam prædicârunt interdum, qui externam miſſionem non habebant, ſicuti plures ex Thebæa legione: ita Apoſtolorum ævo, qui perſecutionis metu Hieroſolymis dilapſi Evangelium hinc inde annunciârunt. Scilicet propagari poteſt Eccleſia, etſi nullus ſit unus Summus Eccleſiæ Præſul. Chriſtianorum quiſque, maximè qui ad gradus Eccleſiaſticæ authoritatis promoti erant, ei rei invigilabant, oblatámque occaſionem diligenter arripiebant: atque adeò hæc propagatio vel ordinariè facta, vel ex-

traor-

(e) *l. 2. c. 1. §. 21.* (f) *conf. Caſaub. exerc. 14. c. 4. Urſin. de Eccl. Ger. c. 40.*

Digitized by Google

Ann.44. traordinariè, de qua fusè Chamier T. 2. l. 9. c. 15. à §. 3. Confer can.7. Concilii Niceni, plurimósque alios, inpr. etiam Africanos. Bellar. l. 1. de Rom. Pont. c.3.& 9.& l.4.c.24. præter Turr. l.2. de Eccl. c.64. atq; alios, Epiſcopos veros eſſe Principes atq; paſtores, non vicarios Sumi Pont. aut Proreges, non ſemel concedit. Diſtinguit tamen l.4.c.22. duplicem in Papa & Epiſcopis poteſtatem. 1. ordinis. 2. Jurisdictionis. 1. omnes immediatè habere à Deo, ut & ipſum Summum Papam. 2. licèt eam omnes Apoſtoli æqualem, & immediatè à Chriſto habuerint, Epiſcopos tamen illam nonniſi à Papa accipere. R. 1. probandum, non fingendum. 2. Omnis poteſtas ordinaria Apoſtolorum translata æqualiter in omnes Epiſcopos ſeu paſtores. 3. Omnes Apoſtoli indifferenter paſtores hinc inde cum ordine & poteſtate conſtituerunt, quorum nullus ab alio Apoſtolo ordinatus, confirmationem, pallium, jurisdictionem &c. à Petro petiit, nedum magno ære redemit. 4. quam poteſtatem Jo. 20. 21. unus aliquis, eandem & alter Apoſtolus accepit &c.

§. 43.) Incertiſſima ſumméque ἄδηλα eſſe, quæ de plurium doctorum, ſeu virorum Apoſtolicorum miſſione & apoſtolatu vulgò feruntur, ipſa auctorum inter ſe collatio omnia clariſſima reddet. Sanè plurima etiam Apoſtolorum nomine conficta eſſe Baronius hoc ipſo anno (g) liberaliter fatetur, adeóque res, ſeu ab Apoſtolis geſta, æquè ac ſcripta illorum ſuppoſita & dubia agnoſcit. De Legendis res manifeſta. Quî ergo certiſſimo S. Scripturæ Codici & Canoni non unicè inſiſtitur? Quare ex ἀπείροις & ὀβλιζομένοις tot fabulas & nænias mundo propinant & obtrudunt? Ecquî certi hi patroni ſint, quos ne ipſi quidem conſtanter agnoſcunt? Quâ fronte ex his, quæ non tantùm ſuſpecta habent, ſed apertè etiam falſa, contra nos agere & inſurgere conantur? Multa Apoſtolis adhuc viventibus tum illorum, tum horum diſcipulorum nomine vulgata & ſparſa fuerunt, de quibus Chamier T. 1. de can. fidei l. 7. c. 4. inpr. §. 7. Chemnit. Conc. Trid. p. 24. Gratian. diſt. 15. c. S. Romana. Melchior Canus c. 11. toto. Zeiler. Dial. 1. p. 7. Voſſius de Gr. Script. l.2. c.9. Ex profeſſo Rob. Cocus in Cenſura Patrum: Andr. Rivetus in Critico S. alii, qui plus quàm augiæ ſtabulum iſthoc eſſe profitentur. Unius Petri nomine Evangelium, actus, Apocalypſis, doctrina, prædicatio, judicium, liturgia proſtabant: vid. Hier. de Script. Eccl. In hac Petri Liturgia, ſeu Miſſa Lini, Clementis, Cleti, Cornelii, Cypriani, Chryſogoni, Coſmæ & Damiani, atque plurium aliorum, qui 300. demum annis poſt Petrum vixerunt, mentio fit. Quòd ſi verò extaret vera Petri Liturgia, mirum eſſet, illam non in uſu eſſe in Eccleſia Rom. quæ Sedes Petri κατ' ἐξοχὴν vult haberi. Miſſam Apoſtolicam ſeu divinum ſacrificium Petri, cum canone Latino Eccleſiæ Rom. vid. Biblioth. Patrum edit. Pariſ. T. XII. p. 360. conf. Arnd. p. 572. De cujus principio ſeu inſtitutione Baron. ad an. 102. (h) hæſitanter ſatis & frigidè loquitur. Tu verò modernam Romanorum Miſſam cum antiqua illa Petrina confer, & judicium inde fer. Produnt cauſam cùm ajunt, addita

Suppoſita ſcripta multa.

vid. an. 61. §. 7.

(g) §. 46. & 50 Spond. §. 24. (h) §. 23. Spond. § 8.

Digitized by Google

addita à poſteris deinceps multa: at quænam illa addita, quæ genuina edicant Ann.44.
& diſcernant: ſcilicet quæ malè ipſis olent, nec ad ſtomachum faciunt. At *mos olim Apoſtolorum fuit*, inquit Greg. M. l. 7. ep. 64. *ut ad ipſam ſolummodò orationem oblationis hoſtiam conſecrarent:* ut ipſe quoque agnoſcit & notat Bona Cardinalis Liturg. l. 2. c. 15. §. 1. quæ autem ibidem addit, recentiora ſunt, nec probant. (*i*) Sic lingua nota peractam olim Euchariſtiam veteres Miſſæ clarum reddunt, ut & reſponſa populi, qui dicenti ſacerdoti *Levate corda ſurſum*, reſpondebant, *Surſum levamus ad Dominum.* Ita alta voce conſecratio fiebat, ad quam auditores ſuum *Amen* addere poterant. (*k*)

§. 44.) Eodem jure ea Petri itinera, quæ Romani hodiéque contra B. Lucæ canonicam hiſtoriam, ei adſcribunt, inter apocrypha proſcribas. Ne autem ægrè ferant hanc cenſuram, ipſe Spondanus cum Baronio imponi ſibi ſub titulo ſpecioſo quoque non patitur, quando ait: *Quæ Lini nomine ſcripta habetur Paſſio Petri Apoſtoli Manichaiſmo reperitur infecta. Matthæi, & Marci*, inquit iterum Bona l. 1. c. 8. §. 2. *Liturgias cum pleriſque inter dubiæ fidei ſcripta recenſeo, illa Æthiopum, hæc Armenorum dicitur eſſe.* Et c. 9. §. 9. *Erunt fortaſſis & aliæ gentes peculiaribus & diverſis utentes conſuetudinibus, ſed ut verba uſurpem Nicephori Calliſti l. 12. c. 34. Valde mihi laborioſum & difficile eſſet, variantes per urbes & regiones omnes Eccleſiarum conſuetudines enumerare & perſcribere: id enim omnino fieri nequit. Abraham Ecchellenſis in notis ad Catalogum Hebedieſu p. 134. numerari ait apud orientis Chriſtianas gentes ſupra 50. Liturgias partim communes, partim proprias ſingularum gentium, utpote S. Jacobi, duæ XII. Apoſtolorum nomine, duæ S. Petri, una S. Johannis Evangeliſtæ, una S. Marci, S. Dionyſii Areopagitæ, S. Sixti Papæ, Julii R. P. S. Johannis Chryſoſt. S. Baſilii, S. Cyrilli Alex. S. Jacobi Niſibenſis, S. Gregorii Theologi, D. Joh. Maronis Patriarchæ Antioch. alterius Johannis ibidem Patriarchæ &c. &c.* Junge his quæ habet Zimmermann. in Tertull. §. 141. f. ſeu p. 341.

Sub Pauli titulo venditabatur Epiſtola quædam ad Theſſalonicenſes, contra quam ipſe Paulus 2. Theſſ. 2. 1. ſeq. item c. 3. 17. Epiſtola Laodicenſium, Pauli & Senecæ; Pauli & Theclæ acta ſeu itinerarium à presbytero Aſiatico confictum. Evangelia extabant Thaddæi, Thomæ, quibus Manichæi uſi: Barnabæ item & Andrææ, quæ falſavit Lucianus. Actus Andrææ, Philippi, Petri, Thomæ: Revelatio Pauli, Thomæ Stephani, &c. vid. Caſalium in rit. vet. p. 287. Arnd. in antiq. p. 25. §. 17. ſeqq. & p. 865. Nec nova tantùm ſubdebant, ſed integra etiam corrumpebant, hinc Origenis nondum mortui, tot jam erroribus ſcatebant libri, ut ſæpiuſculè hanc injuriam deploraſſe legatur. Ejuſdem furfuris Concilia diverſa, cumprimis etiam Canones ſeu decreta & Epiſtolæ priorum Epiſcoporum Rom. utpote Lini, Anacleti, Clementis &c. Acta Euphemiæ, Dorotheæ, Conſtantiæ & Eraſ-

Ee mæ;

i) *Confer Larroque tract. de Euchar. part. 3. c. 1. p. 524. ſeq.* (*k*) *idem part. 1. c. 6. p. 123. & c. 7. p. 157.*

Digitized by Google

Ann. 44. mæ: nec non Gervaſii, Protaſii, Nazarii, Celſi, Felicis, Torpeti, Torquati, Secundi, Cæcilii, Euphraſii, Marcelli, Apuleii &c. utinam autem Romana Eccleſia æquum de his judicium tuliſſet, uti quidem prætendunt adverſarii! quare non injuriâ de Jacobi de Voragine Legendis à Lud. Vive (*l*) & Mel. Cano (*m*) Hiſpanis jam dudum lata eſt ſententia, *Ferrei oris eum virum fuiſſe, atq; plumbei cordis*. Quid autem aliud ferè in cœterorum martyrologiis, quàm nugamenta ſimilia offendas. Quin ipſius quoque Romani Martyrologii errores craſſos ne Baronius quidem diffiteri poteſt. Quid noſtro ævo iniqua expurgatorum manus & temeraria Critica in optimis Patrum ſcriptis non auſa?

§. 45.) In his quænam Baronii fides, vel ſolæ Clementis Conſtitutiones Apoſtolicæ te erudient, de quibus Arnoldus Abbas (*n*) ita loquitur: *Si contra Proteſtantes agerem, aut contra alios, quàm adverſus Jeſuitas, eorúmque aſſentatores; vererer ſanè ex Conſtitutionibus Apoſtolorum proferre teſtimonium. Aſt quia Baronius & Bellar. & cum illis omnis generis authores & Theologi, præcipuè Jeſuitæ, ſæpe illas allegant, inpr. quia præcipuus ex Jeſuitis Turrianus cum amplis commentariis eas publicavit, & ceu veras approbavit; quoniam alias etiam majeſtati Eccleſiæ Romanæ adprimè inſervit, mihi id fraudi fore haud equidem exiſtimo.* Ita ergo affirmant, negant, reiiciunt, recipiunt, dummodo facere fucum, & aliquid contra nos prætendere queant. Scilicet lacunas & ipſi amant, & propinant aliis. In eundem ſenſum de Dominis, (*o*) *Producit*, inquit, *pro Petri Romano Epiſcopatu Bellarminus auctoritatem (p) Dorothei in Synopſi ita ſcribentis: Linus poſt Coryphæum Petrum Romæ Epiſcopus fuit. Oblitus, ut arbitror, ſuæ propriæ cenſuræ in illam Synopſin, paulò antè illâ notâ latæ: (q) Porrò Synopſin, quæ Dorotheo Tyrenſi falsò aſcribitur, plenam eſſe narrationibus fictis atque mendacibus* &c. *Sed hoc familiare eſt*, ſubiicit de Dominis, *noſtris Monarchicis, ac præſertim Baronio, eundem authorem modò approbare & in cœlum evehere, ubi favere eis videatur: modò diris devovere & execrari illum eundem, ubi ipſis adverſantem offenderint.*

Petrus quò poſt liberationem abierit.

Prochorus.

§. 46.) Petrum poſt liberationem è carcere act. 12. 17. ac varia circumeuntem loca, tandem Antiochiam & Hieroſolymam rediiſſe vult Metaphraſtes, contra quem propterea inſurgit Baronius (*r*) Romam abiviſſe contendens, poſtquam diverſis in locis Epiſcopos conſtituerit, utpote Nicomediæ Prochorum Johannis diſcipulum, unúmque ex VII. primis Diaconis act. 7. 5. cujus hodie circunfertur liber de vita, miraculis & aſſumptione B. Johannis Apoſtoli: verùm & Bellarminus de Script. Eccl. & Lorinus Jeſuita in c. 6. Apoſt. actuum, ſpurium hunc librum judicant, & Bellarminus ſuſpicatur eſſe eundem, qui ſub titulo Johannis ab Athanaſio in Synopſ. ad apocrypha reiicitur. De eodem Rivet. Crit. S. l. 1. c. 6. Gerhard. p. 8. Arnd. 863. Nicomediæ

l) de cauſ. corrupt. art. l. 2. (m) de locis Theol l. 11 c. 6. (n) tract. Gall. de Petri & Pauli æqualit. l. 2. c. 1. (o) l 4. c 1. §. 3. (p) de Rom Pont. l. 2. c. 4. (q) Bell. ib. c. 2. (r) §. 10. 11.

Digitized by Google

comediæ à B. Paulo Epiſcopum præfectum Sophronius ait. Inter alia argumenta Bell. hoc palmarium eſt, quòd illic referatur, fideles ſtatim ac viderunt Johannem incolumem prodiiſſe ex oleo bulliente, in quod conjectus fuit à Domitiano, Eccleſiam extruxiſſe in ejus honorem. Nam præterea quòd Bellarminus bene notat, ſub Domitiano id neutiquam licuiſſet, templorum autem conſtructio non cœpit uſurpari niſi diu poſt Apoſtolorum tempora. Hinc T. VI. Bibl. Patrum 3. edit. huic ψευδεπιγράφῳ narrationi hæc cenſura præfigitur: *Hæc hiſtoria de vita Johannis falsò adſcribitur S. Prochoro Diacono de VII. primis, & Chriſti diſcipulo, eſt enim apocrypha, fabuloſa, & planè indigna quæ legatur.* Extat in Bibl. Patr. edit. Baſ. præf. p. 9. & in oper. p. 85. in poſtr. edit. Pariſ. T. VII. col. 108. ſcholiis illuſtrata per Laur. Barrenſem. Antiochiæ martyrio coronatum Mart. Rom. ad 9. Apr. ait, quo celebris ejus memoria, vid. ibidem loci Hoſpin. Ann. 44.

§. 47.) Abdias primus habetur Babylonis Epiſcopus: ejus extat hiſtoria certaminis Apoſtolici X. libris, quam rectè Bar. 44. inter ἀποβολιμαίων collocat. Unus ex LXX. diſcipulis fuiſſe fertur. Baronium ſequitur Bellarminus, Poſſevinus, Sixt. Sen. Gerhard. p. 69. Arnd. 26. m. & 863. etſi pro more nonnunquam Pontificii inde quærant ſuis erroribus copias auxiliares, idque tanquam à Juliano Africano ex Hebræo translatum in Latinum, multis commendat Wolfg. Lazius Viennenſis, à quo primùm in lucem prodiit. Vide omnino Coci cenſuram Patrum, ubi de mendaciis auctoris, item Blondellum de primatu p. 1149. Rivet. Crit. S. l. 1. c. 6. De eo Simlerus in Biblioth. ſeductus ab aliis, hæc habet: *Abdiæ Babyl. Epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli, libri X. de hiſtoria certaminis Apoſtolici, ab Eutropio primùm ex Hebræa lingua in Græcam tranſlati, deinde à Julio Africano ex Græca in Latinam excuſi Baſ. fol.* 1551. Confer quoque Tirinum. De eod. Illyricus (s) ita loquitur: *Apoſtolorum vitas neſcio quis ſutor fabularum, qui Abdiæ Bab. Epiſcopi nomen mentitus eſt, quem præceſſerunt, & ſecuti ſunt alii multi, ex quorum ſcriptis non ſatis conſtat, quis fuerit Apoſtolorum curſus, qualis prædicatio.* Unde non immerito ex authenticis actis, quæ Lucas conſcripſit, ideam & ſpecimen Illyricus ibidem proponit, quod æqualitatem & unanimitatem Apoſtolorum depingit & probat. Ejus fabulas aliquas Chemnitius in hiſt. Conc. Trid. p. 85. & 496. & 784. promit. *Abdias Bab.*

§. 48.) Utut Romæ Petrum ſiſtere velint, in tempore tamen, & itineris occaſione mirè variant, de quo alibi copioſiùs; ita de hoc Johannes Nicolai (t) *Petrum Antiochenum Epiſcopatum poſt Romanum accepiſſe fatetur Onuphrius in annot. ad Platinam, in vita Petri; & Petrus Halloix Jeſuita in vitis Patrum Græcorum in annot. ad c. 2. vitæ S. Ignatii, ubi probat contra Baronium, & cæteros ex Scripturis & rationibus, toto illo ſeptennio, quo volunt aliqui Petrum Epiſcopatum Antiochenum geſſiſſe antequam Romam veniret, ipſum* *Petri Sedes Antioch. & Romana.*

s) *Catal. teſt. verit. T. 1. p. 51.* (t) *de Antichr. p. 226.*

Ann. 44. *ipſum ſemper alibi occupatum, necdum Antiochiam iviſſe &c. probatur 1. Exactiſſima Lucæ deſcriptione actorum & itinerum Petri. 2. Ex Gal. 2. 11. 3. Quia ſimulare Judæum Petrus non potuiſſet. 4. Quia Ignatius epiſtolâ ad Antiochenos ait, Evodium ſucceſſiſſe in illa ſede, illis Apoſtolis, qui Eccleſiam Antiochiæ fundaverant* &c. Confer Hornium hiſt. Eccl. p. 43. Romam Petrum veniſſe, ut Simonem Magum, populo artibus ſuis illudentem expugnaret Bar. (*u*) dicit: alii, cùm videret Petrus hunc venena ſua ubique ſpargentem, ſecutum eſſe, in quaſcunque profectus eſſet terras, & tandem Romæ publicè cum eo, pro religione Chriſtiana miraculis certâſſe. Ad quæ Danæus (*x*) accidiſſe hoc II. Claudii anno non potuit, quandoquidem ad Concilium uſque Hieroſ. in Syria fuit Petrus, poſtea Babylone vixit, ſive Chaldæorum illa ſit, ſive Ægyptiorum: 2. Pet. 1. 14. Verùm ſi vel maximè hæc concederemus, ac ita ſe res haberet, tamen non eſſet, ut tantam dominationis molem extruere poſſent, quantam prætendunt adverſarii, quidpe Paulus etiam Romæ idque certiſſimè fuit, voce & ſcripto ibi docuit, unde veteres (*y*) ejuſdem Eccleſiæ fundationem æquè ipſi tribuêre, ceu Gentium Doctori, & ſicut aliarum, ita & Eccleſiæ Romanæ etiam abſens rationem habuit. Neq; Roma ſpeciale promiſſum accepit, proinde nec illa ſucceſſionem habebit Petri, nî aliis quoque Eccleſiis, quas plantârunt Apoſtoli, idem jus tribuere velint Apoſtoli. Nec pulchrius vel à Simone hæreſiarcha, vel ab Imperii ſede & orbis metropoli ad primatum ſeu principatum Petri ac Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopatum argumentum: vide Joh. 18. v. 36. 37. Matth. 20. 25. 26. & ex ipſo Petro 1. Pet. 5. 3.

§. 49.) Obiicit Turrianus: Paulus confirmare volebat Romanos: c. 1. 11. item Judæum Româ venientem converſum invenit: act. 18. 2. Ergo ante Paulum Romæ aliquis docuit, nimirum Petrus, Theodoreto, & Clemente, Petri diſcipulo, teſtibus, ut & Hieronymo dicente Petrum ãno Claudii II. Romam veniſſe. R. 1. Non Petrus, ſed alii ante Paulum, Romæ prædicârunt. 2. Humana ſunt, non divina, quæ Turrianus adducit teſtimonia, ex communi errore, Papia auctore, orta. 3. Ita Hieronymus loquitur, ut poſtea ad vitæ uſque finem Româ nunquã diſceſſiſſe ſtatuat: id quod dicto ãno factum fuiſſe nequit. Inſtat Bellarminus: etſi veteres in modo vel tempore differant, convenire tamen in re. R. 1. de re nec vola, nec veſtigium in S. apparet Canone. 2. Ita in tempore auctores diſſentiunt, ut totam rem ſuſpectam meritò reddant. Oroſio initio Claudiani imperii, ſive anno ejus primo Romam venit Petrus: Hieronymo, Platinæ anno 2. Faſciculo temporum, Scoto, Bedæ anno 4. adeóque duos annos vixiſſet poſt Neronem, ſi ejus ſedes Romana in 25. annos extendatur. Paſſionali in vitis Sanctorum anno Claudii 13. Origeni ſub vitæ finem. Thomæ Aquinati anno 14. poſt Pauli converſionem, item Franc. Harantio l. 6. c. 12. cont. Calvin. Inſtit. Neque ſub Veſpaſiano mitiſſimo Principe

u] § 51 *Spondan.* §. 27. [*x*] *in Aug. de hær p. 3. b.* [*y*] *Iren. l. 3. c. 3. la grandeur l. 3. cap. 2. Wit. de P. cont. 3. q. 3. p. 363.*

Digitized by Google

cipe, qui nullum Chriſtianum occidit, ſublatus fuit. Carthеſ. Card. ad perſua- Ann. 44.
ſionem 2. ſcribit: Petrus antequam Romam venit, ſedit Antiochiæ annos
ferè 5. & addit: nullum gravem authorem ſeptennium illud probare. Ana-
cletus ergo, Bellarminus & ſequaces, inter graves authores habendi non
erunt. Anterius P. Petrum Româ Alexandriam ſedem tranſtuliſſe vult: item
Niceph. l. 14. c. 39. In Breviario Rom. in feſto Cathedræ S. Petri: *Jam popu-
los, qui ex circumciſione crediderant, erudieras: jam Antiochenam Eccleſiam
fundaveras. Jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam atque Bithyniam le-
gibus Evangelicæ prædicationis impleveras: cum trophæum crucis Chriſti Ro-
manis arcibus inferebas, &c. I nunc,* inquit Joh. Nicolai de Antichr. pag. 216.
Paule, & gloriare apud hodiernos Romanos, ab Hieruſalem, &c. ad Roman. 15.
19. 21.

§. 50.) Sub Claudióne, an ſub Nerone extinctus ſit Simon Magus *Simon*
meritò quæritur: & hoc loco etiam dubitanter loquuntur auctores. Quòd *Magus.*
ſi poſterius aſſeratur, ergo diu ipſum Petrus artes ſuas exercere eſt paſſus. *vid. an.*
Ita evadere conatur Baronius, (z) ut dicat, priorem Petri Romam adven- *68. §. 11.*
tum ſub Claudio fuiſſe, & tunc ab eo Simonem duntaxat fuiſſe fugatum,
non extinctum, niſi in altero adventu ſub Nerone: ad quæ rectè de Dom.
(a) Quicunque de Mago ſcripſerunt, cum Apoſtolis Romæ congrediente,
unicum ponunt congreſſum, & eum ſanè, quo Magus penitus eſt extin-
ctus: & verba Euſebii non ejectionem, ſed totalem extinctionem continent.
Ita verò Euſebius l. 2. c. 14. habet: *Simon Magus in Judæa malitiosè contra
Petrum Apoſtolum egit. Romam autem poſtquam Simon abiit, è veſtigio ſub
ipſo Claudii imperio providentiâ divinâ conſtantiſſimum & magnum Apoſto-
lum Petrum, reliquorum omnium virtutis gratiâ principem* (τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν
λοιπῶν ἁπάντων προήγορον) *Romam adverſus tantum vitæ corruptorem deduxit,
&c.* Et continuò c. ſeq. 1. *Sic ergo cùm divinus ſermo jam ad Romanos perve-
niſſet, veſana ſermonis potentia extincta eſt, et homo ipſe actutum unà penitus
profligatus.* Inſuper quis credat Romanos apud quos Simon in tanta vene-
ratione erat, fugari à Petro paſſuros fuiſſe. Doctè ſeptem argumentis cau-
ſam noſtram agentem Aventinum Annalium Bojorum l. 2. videbis. Confer
Horn. Hiſt. Eccl. p. 45.

§. 51.) Baronius, quò Romanam Petri Sedem aſſerat, ac fidem aliquam
apud eos, qui aures dant nimis faciles, aucupetur, hoſpitium Petro primò
apud contribules Judæos, poſtea apud converſum Gentilem Romanum Pu-
dentem aſſignat, ubi tamen candor aliquis in hoc apparet, quòd exiſtimare
ita ſe profiteatur. (b) Ita ergo Petrum ante Paulum, & primum quidem
Evangelii præconem, Romæ habemus. Pudens, Linus & Claudia 2. Tim. *Pudens,*
4. 21. commemorantur. Claudia Britanna eſt apud Uſſerium, (c) uxor *Linus,*
Claudia.

 Puden-

z) §. 54. *Spond.* §. 27. (a) *l. 4. c. 1.* §. 30. (b) §. 61. (c) *antiq. Brit. p.* 10. 11. 12. & 1073.

Ann. 44. Pudentis & mater Lini primi Epiſcopi Romani, ut habet Pſeudoclemens (*cc*) cujus tamen Patrem Herculanum quendam fuiſſe liber Pontificalis affirmat, Romæ fidei Chriſtianæ profeſſione celebris fuiſſe dicitur. Britannam fuiſſe Claudiam, ac Pudentis uxorem ex Martialis l. 11. epigr. 54. & l. 4. epigr. 13. conjiciunt. Iterum Uſſerius (*d*) ex Petro Equilino: *Novatus* (non ille Schiſmaticus, qui in tertii ſeculi meditullio vixit) *diſcipulus fuit illuſtriſſimi generis urbis Romæ, Pudentis diſcipuli Pauli Apoſtoli filius, & frater Timothei presbyteri: quorum ſorores fuerunt S. Potentiana & Praxedes.* Eadem ferè Ado ad XII. Kal. Julii; Confer Hoſpin. de feſtis Chriſt. p. 86. & Martyrol. Rom. ad 19. Maii, ubi Bar. in notis: Ex horum actis à Paſtore presbytero ſcriptis apparere ait, Timotheum & Novatum filios Pudentis ſenatoris, fratres verò prædictarum S. Virginum extitiſſe. At neque ex illis, quæ hinc excerpta, vel Martyrologio ſuo Ado, vel annalibus ſuis inſeruit ipſe Baronius (*e*) neque ex antiquiſſimis Pſeudopaſtoris illius exemplaribus quicquam ejuſmodi colligitur. In his quidem Pudentiana & Praxedes germanæ, Timotheus & Novatus germani appellantur: ſed hos illarum fuiſſe quoque germanos nuſpiam dicit. Quin Priſcillam quoque quatuor hiſce Matrem ſatis confidenter Baronius (*f*) aſſignat: cùm tamen tam in actis Potentianæ ſeu Pudentianæ Manuſcriptis (quæ à Paſtore etiam illo ad Timotheum ſcripta finguntur) quàm in vita Pudentis apud Petrum Equilinum (*g*) Priſcilla non uxor, ſed mater Pudentis, Sabinella Mater Pudentianæ & Praxedis, uxor verò Pudentis ſtatuatur. Quòd ſi (addit inſuper Uſſerius) Timotheum & Novatum Pudentis filios fuiſſe admittamus: Claudia fortaſſe Britanna (ex qua liberos aliquot Pudentem ſuſcepiſſe Martialis author eſt) mater illis aſſignanda videretur potiùs, quàm Priſcilla: Sabinellæ enim filios fuiſſe nemo dicit.

Pudentis Eccleſia. an. 57. §. 19. & an. 93; §. 2. & an. 112 §. 11.

§. 52.) In domo Pudentis primùm Chriſtianos conveniſſe ad Synaxin Baronius in Annotat. in Martyrol. ad 19. Maii, majorum firmam traditionem eſſe ait: idem habet in annal. ad an. 57. §. 100. vetuſtiſſimúmque omnium *Titulum Pudentis* nomine appellatum, item & *Paſtoris*, hodie vulgò *Eccleſia S. Pudentianæ.* Agnoſcamus & nos traditionem, i.e. nullis teſtibus legitimis ſuffultam. Ita Caſalius: (*h*) *In exequiis Pudentis Senatoris interfuit etiam S. Pius Papa:* at nonniſi ex Paſtoris libro illud probat, ubi his imponit verbis: *Quod audientes Chriſtiani, unà cum S. Pio Epiſcopo undique confluxerunt,* (en libertatem!) *& exequias juxta traditionem Eccleſiaſticam in hymnis & canticis celebrantes N.B. dicatis Deo virginibus* (en jam veſtales!) *aſtiterunt.* Extra urbem autem locus fuit ad Nymphàs viâ Nomentana, ubi non exiſtimandum, tum temporis Chriſtianos Templum ſibi extruere fuiſſe auſos, ſed locum quemcunque, etiam cryptas & ſylvas ad conventus agendos aptum

(*cc*) *l. 7. Conſt. Ap. c. 47.* (*d*) *p. 32. ſeq.* (*e*) *an. 162. §. 2.* (*f*) *an. 159. §. 8. & 166. §. 2.* (*g*) *Pet. de Natal. Cat. Sanct. l. 5. c. 14. rit. vet. p. 262.*

tum fuiſſe.(*i*)Viderit itaque Baronius,cùm ad an.57.§.100.ait: *Eo ipſo tempore,quo fides Chriſti Romæ prædicata,Eccleſias ibi eſſe cœpiſſe; earúmque numerum indies magis magíſque Christiana religione amplioribus ſpatiis propagata auctum eſſe.* Idque præſenti exemplo corroborare annititur. Sic Onufrius: Tituli olim erant Templa,vel,ut nunc dicitur,Eccleſiæ,ſive loca ſacra in Sanctorum honorem,aut memoriam erecta,ac per urbis regiones à Rom.Pontif.antiquitus diſtincta,in quibus animarum cura à presbyteris habebatur. Et quia uno in Titulo plures erant presbyteri,item & Diaconi, ideò præcipuum ex presbyteris & Diaconis Cardinalem dictum vult. At ſi ita,tum uno in Titulo etiam plures erant Epiſcopi,quia quoque Cardinales Epiſcopi fuerunt.Unde Bellarminus de Cleric.lib.1.cap.16. à loco,non à perſona nomen Cardinalis deducit: (*k*)quod tamen Cardinalem æquè non juvat. Eccleſiam Chriſti licet in Pudentis domo conveniſſe demus, tamen Pudentis propria eſſe non deſiit; ſic Mariæ Marci Matris, Juſti Corinthiaci, Tyranni Epheſini piis conventibus apertæ domus antiquos dominos nequaquam mutaverunt.Porrò cùm Blondellus tract.de Epiſc.à pag.221.ad omnia ea,quæ Baronius anno alleg. inde à §. 100. adducit in medium, copiosè & accuratè reſponderit, lectorem eò remittimus.

Ann.44.

vid. an. 41.§.4.& an. 57.§. 18.

§.53.) Fames ingens fuit per totum terrarum orbem : act.11.28. quæ duravit à ſecundo(Oroſius & Euſebius habent quartum) uſque in ſeptimum annum Claudii,fuítque tanta,ut modius ſex drachmis venderetur, cujus precium mediocribus annis erant tres ſeſtertii. Præcisè igitur octies ſuperabatur uſitatum precium.Confer Baron.à §.62.ex Joſ.ant.l.20.cap.2. Epiphan.hær.48.& 66.Euſeb.l.2.c.8.Rufin.l.2.c.8. Xiphil.in Claudio. Chriſtianorum neceſſitatibus,ait Oroſ.l.7.c.6.p.523. apud Hieroſolymam, convectis ab Ægypto frumentis,Helena Adiabenorum regina,converſa ad fidem Chriſti,largiſſimè miniſtravit. At ad Judaiſmum converſam Helenam Joſ.l.al. ait,quod credibilius,quia ab urgente & premente fame Chriſtiani non liberatos acta teſtantur,ideò famis hujus causâ Collecta Hieroſolymam Antiochiâ per manum Barnabæ & Sauli mittitur:(*l*) act.11.30. Secundum ergo eſt Pauli iter Hieroſolymam à converſione. Ex S.hiſtoria,inquit de Dom. (*m*)ſextus is Claudii annus fuiſſe convincitur: Chriſti 49.aliter alii: quidquid ſit, vel initii, vel finis terminus conſiderandus, at toto illo tempore conſtat,Petrum nunquam fuiſſe ex Judæa egreſſum. Porrò Antiocheni ad Seniores à Luca,item ab Euſeb.hiſt.l.2.c 12.al. 11.eam miſiſſe collectam dicuntur.Vel ergo Apoſtoli,qui ibi erant,Seniores vocantur,vel apparet,idque potiùs,rerum Eccleſiaſticarum publicarum adminiſtrationem ad ſolos Epiſcops non pertinere , ſed ad presbyteros etiam & Diaconos : confer Rom.12.6.8.Philip.1.1.&c. Collectam ad omnes univerſæ gentis Judaicæ Chriſtianos miſſam,proinde totius planè Judææ Epiſcopos intelligi ſtatuit Ham-

Fames.

vid. an. 39.§.10.

i) *Blondel,de Epiſc.p.238.* (*k*) *Arnd.p.109.* (*l*) *Bar.§.67.Spond.§.29.* (*m*)*l.4.c.1.§.20.*

Ann. 44. Hammond (*n*) hanc item diſtribuendi curam Epiſcopis incubuiſſe ex Phil. 2.25.& c.4.18.& exinde Epiſcopum Juſtino Martyri πᾶσιν ἐν χρείᾳ οὖσιν κηδεμόνα (curatorem) dici vult. Presbyteros ergo Epiſcopos vocari ſicut act. 14.23.c.15.v.2.4.6.22.23.c.16.4.&c. Ergo hoc loco totius Judææ Epiſcopos ſingulares, ſingulis civitatibus præpoſitos, Hieroſolymas ad μητρόπολιν congregatos, Petro, & Jacobo Epiſcopo Hieroſolymitano & Metropolitano, eidémque Secundario Apoſtolo adjunctos fuiſſe cenſet. Verùm ſi ſimplici Spiritûs S. contextui inſiſtamus, nulla tam ſubtili opus eſſe arte deprehendemus, communionem fuiſſe Sanctorum, ita Epiſcopi & presbyteri adpellationem homonymam eſſe facilè videbimus.

Collecta. §. 54.) Hinc ad Apoſtolicam *Collectarum* originem, piúmque commendandum uſum Baron. (*o*) deſcendit, quæ omnia, ſicut par eſt, ita accipimus, ut ingentem illarum abuſum, qui hodie in papatu obtinet, haut immeritò totis pectoribus deteſtemur. Collecta Gr. σύναξις: de polyſimia Mareſius in Jure Can. pag. 76. f. Spiegelius, alii. Apud ſcriptores in genere ſignificat cœtum populi congregatum, in ſpecie fidelium: i.q. συναγωγὴ, ſynagoga, *vid.* §. 36. congregatio. S. Cœna ſic etiam vocata, quia nos in Chriſto colligit & ſimul adunat, ac in iis, qui eadem menſa fruuntur, divinam efficit morum ſimilitudinem. Deſignat etiam Collecta ἐλεημοσύνην, χάριν, λογίαν, uti hoc loco, ſive ab ejusdem Eccleſiæ fidelibus oblata, ſive demum ab aliis Eccleſiis per nuncios ſuos miſſa: Germ. Collect oder Steuer/ aliter etiam contributio, quæ hodiéque durat, verùm avaritiæ ſervit & quæſtui, primitus Miniſtris, pauperibus, peregrinis & ædificiis Eccleſ. debita. Collecta, quòd à Diaconis, quic-*vid.* §. 35. quid datum fuiſſet, diſpenſandum colligebatur. Oblatio, quòd à ditioribus fovendis egenis collatum fuiſſet: quidpe convenientes in unum, inprimis ad Euchariſtiæ perceptionem, offerebant dona fideles non tantùm in uſum Sacramenti panem & vinum, ſed etiam ut inde ſuſtentarentur Miniſtri & officiarii, pauperes; & pro aliis Eccleſiæ neceſſitatibus. Unde factum, ut ſacra Cœna eodem nomine veniat, non ergo, ut volunt hodie Latini, quaſi incruentus Chriſtus offeratur; potiùs & verè, quia fit in recordationem oblati ſacrificii Chriſti. Ex vocabuli ambiguitate & uſu diverſo orta quæſtio, ad quos oblatio ſpectet. Synodus Eboracenſis, inquit Bona l.2. c.8. §.8. ſub Celeſtino III. prohibet Sacerdotem aliquid accipere pro Miſſarum celebratione, niſi hoc duntaxat, quod oblatum fuerit. At diſtinguimus nos uſum Apoſtolicum ab abuſu ſequiorum temporum, dicimúſque oblationem minimè ad ſolum ſacerdotem ſpectâſſe. Ita alia ſunt ſtatuta, quibus decernitur, ne quis laicorum de oblationibus participet, quæ offeruntur ad altare. Ad quæ rectè citatus Bona, ea proculdubio non eſſe de his, quæ ad ſacrificium ſpectabant, ſed de aliis rebus, ad uſum Eccleſiæ, vel pauperum oblatis. Duplex igitur oblatio ſtatui poſſit, prior quæ unà cum aliis tempore conven-

n) *de Epiſc. diſſert.* 4. *c.* 20. (*o*) §. 68. *Spond.* §. 30. *ſeq.*

conventus,vel Synaxeos fiebat,unde & agapæ parabantur; poſterior ſingularem beneficentiam extra ordinem factam in uſum pauperum,vel Eccleſiæ denotat,Germ. Stifftungen/donationes,quas plurimùm promovit ſacerdotum poſtremorum ſeculorum avaritia,quæſtus,luxus,ſub titulo meriti, liberationis è purgatorio,& rerum ſimilium. Quia etiam refrigeſcente charitate prioris generis oblationes in deſuetudinem abire incipiebant, cogebantur B. Patres illas urgere,reſtituere & reparare: unde in Concil. Matiſc. II.c.4. Decernimus,ut omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis,quàm vini,ut per haſce immolationes,& peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel, vel cœteris juſtè offerentibus promereantur eſſe conſortes. (o) En meriti fiduciam! Eandem ob rationem Miſſam aliqui non ineleganter alludendo deducunt ab H. נָשָׂא tulit, inde מַשָּׂא tributum, oblatio, collecta, quaſi elevatio pecuniæ. Ecquid aliud enim quàm nundinatio? Collecta etiam vocantur communes preces,atque hinc,verùm oppidò malè,Papiſtis hodie eſt cantus in Miſſa,nimirum *Dominus vobiſcum:* ſive primæ,ſive ultimæ preces in Miſſa: (p) ſeu,ut Brachylogus vult,devota eſt oratio,continens neceſſaria; & eſt melior oratio poſt Pater noſter. Apud veteres olim Auditores concinebant ſeu correſpondebant. At hodie ſoli hoc faciunt Clerici. Collectæ etiam memoriæ Martyrum erant,cùm petebant à Deo,ut eorum virtutes imitari poſſent; ita dictæ,quòd Notarii conſtituti, res Martyrum geſtas colligerent, ad cœterorum nimirum exemplum, unde Legendarum origo. (q) Fusè de his Polyd. Verg. Inv. l. 5. c. 11. Porrò Eleemoſynarum collatio alia ordinaria fuit,extraordinaria alia, pro temporum neceſſitate. ſic tamen,ut poſtea etiam bona Eccleſiaſtica in quatuor æqualeis parteis diſtributa fuerint,quarum 1. Clericis cedebat. 2. pauperibus. 3. ædificiis. 4. captivis,egenis & advenis. Alii ita. 1. Epiſcopo vel Abbati. 2. Clericis reliquis. 3. Pauperibus. 4. ædificiis. Conſule Hoſpinian. de Templ. pag. 501. Arnd. Antiq. pag. 227. tota,ubi de perſonis agit, inprimis quæ horum participes fieri poterant, quæ ſunt 1. pauperes & patrimonium non habentes. 2. bene merentes & dignæ. 3. non propinqui. At quid hodie apud ipſos Papas Rom. nepotiſmo uſitatius? Quâ fronte ergo maculam abalienationis & invaſionis bonorum Eccleſiaſticorum nobis aſpergent?

§. 55.) Act. 12. 8. nota περίζωμα, ὑπόδημα, σανδάλιον, περίβλημα ἱμάτιον. Ubi tunica, quæ cingitur, & pallium quod περιβάλλεται, unde & περιβόλαιον. Sic Chriſtus ipſe geſſit Tunicam & Pallium, Joh. 19. 23. At quid hoc ad Monachos? Adde quod varius olim & liber erat Chriſtianorum, & Eccleſiaſticorum veſtitus.

Poſtquam act. 13. 2. 3. Spiritus dixit, *Segregate mihi Barnabam & Saulum*, Sanctorum Antiochenorum chorus jejunavit, oravit, manus ſegregatis impoſuit, quò deſtinati erant, miſit. Unde diſcas etiamſi Apoſtoli novum quid *Barnabas & Saulus ſegregantur.*

Ff ſumma

(o) *vid. Arnd. p. 220.* (p) *Goldaſt. rer. Alam. T. 1. p. 204.* (q) *Hoſpin. de feſtis Chr. p. 11.*

Digitized by Google

Ann. 44. ſumma ſua poteſtate in rem Eccleſiarum aggredi divinitus juſſi ſunt, Eccleſiam tamen partes ſuas interponere non deſtitiſſe. Neque Spiritus S. hoc vocandi & ordinandi officium particulari Doctori demandavit, uti hodierni Latini Prælati ſibi ſolis hoc adſcribunt. Hac occaſione de ordinibus, vocatione ſeu electione & ordinatione copioſè admodum Baronius *(r)* tractat. Inſtitutionem ſeu mandatum divinum Sacramenti Ordinis Bellarminus ex hoc loco, item ex act. 20. 28. Epheſ. 4. 11. probare intendit: ad quæ prolixè Chamier T. 4. l. 4. c. 24. Apparet ante omnia hîc factam electionem abſente Petro, diſertéque aliis tribui v. 1. & 2. Falſa igitur Petri prærogativa apud Bellar. *(s)* quòd Petrus immediatè à Chriſto fuerit ordinatus Epiſcopus, cæteri alii Apoſtoli à Petro. Sic à primis Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopis (nota pluralem) in Epiſcopos fuiſſe ordinatos Paulum & Barnabam nugatur Petrus Lirin. Theologus Duacenus ad c. 13. act. At verò χειροθεσία iſthæc votiva fuit, non ordinativa vel ad Apoſtolatum, vel ad Epiſcopatum, quandoquidem illa manuum impoſitio ad illud ipſum opus fiebat, ad quod Spiritus S. illos ſegregari volebat. Hoc autem opus Apoſtolatum, non Epiſcopatum ſpectat. Quid ergo ad hodiernos Epiſcopos, ſiquidem Apoſtolicæ ὑπεροχῇ non ſuccedunt. Proinde malè adverſarii volunt ex hoc loco, quòd manuum impoſitio conferat gratiam, & cum effectu conſiſtat, ſiquidem Paulus jam antè Apoſtolatum habuit, & cum effectu exercuit. Optârunt itaque fideles hac ceremonia, ut hac etiam vice non minus efficax eſſe velit. Dum Baronius ad an. 45. contendit Evodium Epiſcopum demum Petro in Eccleſia Antiochena ſucceſſiſſe, quando ſcil. Petrus Romæ de facto cathedram occupavit, ſequitur hos à nullis Epiſcopis, ſed à ſolis presbyteris fuiſſe ordinatos. Et ipſe Apoſtolus Gal. 1. 1. ſe non ab hominibus, neq; per homines, ſed immediatè per Jeſum Chriſtum vocatum aſſerit, ac multos jam annos ſtrenuè id munus exercuit. Neque etiam Ignatius, quem ſimul cum Evodio Epiſcopatum hunc tenuiſſe Bar. ad an. 45. §. 4. vult, manus hîc impoſuiſſe legitur. Fingere verò vel Paulum, vel etiam cæteros antè à Petro fuiſſe ordinatos, vel Paulum ſive ab Ignatio, ſive ab Evodio, quid aliud eſt, quàm quidvis contra claram Scripturæ lucem effingere?

Electio. Ordinatio. Vocatio quid.

§. 56.) Nec Epiſcopus ſine titulo & grege creatur. Inde fit, ut dum adverſarii τῇ ὑποθέσει δουλεύουσι, in diverſa ſcindantur quando alii Barnabæ & Paulo jam Apoſtolis, ordinem ſacerdotii ſeu poteſtatem ſacrificandi tributam volunt; alii, utpote Baronius, Apoſtolatu fuiſſe initiatos; quod tamen ſic diſplicet aliis, ut tunc demum creatos Apoſtolos, ſive indiſtinctè, ſive præciſè ad gentes, minimè concedant. Rectè Ant. de Dom. *(t)* concludit: *Non ſtatim Epiſcopalem alicui tunc tradi poteſtatem, cùm quis ad fidei & religionis confirmationem aliquò mittitur: aliàs Petrus & Johannes in Samariam ab Apoſtolis miſſi, tunc demum poteſtatem ſeu ordinem Epiſcopalem acceptiſſent* &c.

Ergo

r) *à* §. 74. *Spond. à.* §. 32. *(s) l. 1. de R. P. c. 23. (t) l. 2. c. 1.* §. 4.

Digitized by Google

Ergo neque omnes Eccleſiæ ad unum Petrum ſpectârunt. Neque Paulo igitur, neque Barnabæ, contrà quàm Chryſoſtomus & Beda putârunt (u) ordinatione ad Apoſtolatum opus erat; ſiquidem Paulus jamdiu variis in locis hoc munere, & qui[d]em divinitus vocatus, eſt fu[n]ctus: Barnabas verò à Collegio Apoſtolico Antiochiam ad neophytos in fide confirmandos act. 9. & 11. & 12. ablegatus, ne, opinor, idiota ἀχειρολόγητος eſſe videretur: uterque inter διδασκάλους Antiochiæ λειτουργίᾳ, ſeu publico miniſterio fungebatur quando amandati non ad Apoſtolatum abſolutè, ſed ad Apoſtolatum inter gentes, nec ad munus propriè, ſed ad peculiarem muneris jamdudum collati uſum: quo eorum fundamentum concidit, qui impoſitionem manuum Sacramentum propriè dictum eſſe, ordinem propriè conferre, indelebilem characterem imprimere, ex opere operato efficacem eſſe, iterari ſine piaculo non poſſe putant: nec à primitiva Eccleſia jam ordinatis impoſitas manus, ſed (ſecundùm canonem 68. vel 67. vulgò Apoſtolorum dictum) à Concilio Capuenſi circa A. D. 392. & Carthag. III. A. D. 397. can. 37. vetitas primùm reordinationes vident, quorum decretis Auguſtinus (x) Innocentius (y) & Greg. (z) præcipuè nixi ſunt. Ann. 44

§. 57.) Inter ipſa primordia, ad officia Eccleſ. exercenda ordinatio neceſſaria non fuit, ſed tantùm poſtquam loca omnia Eccleſia circumplexa eſt; quod indicat χειροθεσίαν (quæ adeſſe & abeſſe ſine noxa potuit) nec Sacramentum propriè dictum, nec divini, ſed Eccleſiaſtici duntaxat juris eſſe. Præſentem locum quod concernit, uti adverſarii aliàs electionem, ita ordinationem atque miſſionem ordinariam cum extraord. planè confundunt. Si cæteros Apoſtolos in S. Cœnæ inſtitutione à Chriſto ordinatos dicant, meritò modo quo, quo ritu id factum quærimus. Quod autem Servator ibi dixit, omnibus etiam Apoſtolis dixit 1. Cor. 11. 24. Non manus impoſuit, nec inunxit. Colonienſes inſtitutionem Sacramenti Ordinis quoque ex Joh. 20. 22. *Sicut miſit me Pater* &c. prabant: At quid ibi? Signum externum in miſſione ſeu conſecratione, manuum ſcil. impoſitionem, haud inviti admittimus & agnoſcimus: 1. Tim. 5. 22. at non ut rem abſolutè neceſſariam, neque ut opus operatum, neque ut Sacramentum, quandoquidem non peccatorum condonatio, ſed facultas ad prædicandum V. D. promittitur. Diverſa in PP. genera χειροθεσίαι occurrunt. 1. Presbyterorum, de quo 1. Tim. 4. 14. 2. Baptizatorum, Confirmatio aliàs dicta. 3. Catechumenorum, quâ Chriſtiani fiebant, & hæc prima dicitur. In pœnitentia quoque manus impoſitæ, quod ſignum admiſſionis ad pœnitentiam, ſeu votum potiùs ſeriæ & Deo gratæ reſipiſcentiæ. Impoſitio manuum ſicuti quoque in infantibus, nihil aliud, niſi oratio ſuper homines, qua Deo commendatur. Ita Chriſtus eodem ritu benedixit infantibus. Tirinus contr. 8. i. ita hæc

(u) *in act. hom. 31. c. 13.* (x) *adv. Parmen. l. 2. c. 13. de bono conjug. c. 24. de Bapt. l. 3. c. 16.* (y) *ep. 21.* (z) *l. 2. ep. 32. indict. 10.*

Digitized by Google

Ann. 44. definit: *Electio eſt legitima deſignatio perſonæ ad Eccleſ. præfecturam, verbi gratiâ, ad Epiſcopatum. Ordinatio eſt ceremonia, quâ futurus prælatus inungitur & conſecratur:* hucque locum act. 13. 3. detorquet. Miſſio eidem ſeu vocatio eſt collatio jurisdictionis, quæ reipſa paſtorem, aut præſulem facit. Omnia ſanè pompoſè & prælaticè! At ordinatio non mera eſt ceremonia, utpote quâ alicui facultas indefinita exercendi S. Miniſterii confertur: per electionem & vocationem eidem ordinato definitum jus iſtius exercitii, in hoc aut illo grege. Adeóque ordinatio non primum, ſed ſecundum locum obtinebit.

§. 58.) Et nos cum Baronio (a) profitemur, non ſua ſponte munus prædicationis ſuſcipiendum: at non rectè conſecrationis ceremoniis id tribuit. Examen morum & doctrinæ præcedere debet. Neque ut eligendus neceſſariò ſemper ſit de Clero, cùm etiam ex vetuſtiſſimis Conciliis, & multijugi praxi veteris Eccleſiæ conſtet, potuiſſe eligi, & de facto ſæpiùs electos atque ordinatos Epiſcopos & paſtores fuiſſe homines antea merè Laicos, uti Ambroſius, Syneſius, Sidonius Apollinaris, alii: vid. Concil. Ancyr. can. 3. & novellâ 123. Ad hæc vocatio Paſtorum, ſine qua S. Miniſterii partes obire legitimè nequeunt, aliquando generaliùs ſumitur pro omni eo, quod requiritur ad legitimum miniſterium, aliquando contradiſtinguitur ab ipſa ordinatione. Electionem dicimus deſignationem legitimam non tantùm genericè ad ipſum munus, ſed etiam ad illius muneris exercitium in certo loco & grege: adeóque electionem titularem, atque ordinationem illam indefinitam, hodie apud adverſarios uſitatam, reprobamus. Miſſio ſeu vocatio tum electionem, tum vocationem continet. Ordinatio complectitur jus exercendi S. Miniſterii per omnes ſuas partes. Electio legitima determinatum & actuale exercitium iſtius juris.

Clerici & Laici. §. 59.) Diſtinguendum cum officio ordinem Eccleſiaſticum à politico ſeu ſeculari cum Baronio (b) non inficiamur, ita tamen, ut omne vitetur ſcandalum atque ſupercilium. Sic Clericorum & Laicorum diſtinctionem antiquam quidem agnoſcimus, at nomen minùs commodum, quandoquidem tota Chriſti Eccleſia non tantùm paſtorum, ſed & ovium reſpectu κλῆρος, hæreditas, Clerus, ſeu ſors dicitur: Pſal. 2. 8. 1. Pet. 5. 3. quia illa Chriſto ceu peculium, gratiſſimus & pretioſiſſimus theſaurus data eſt. Arrogantiam ergo hi termini Judaicam ſapiunt, dum cœteros contemptim λαϊκοὺς, Laicos, quaſi populares vocant, Rabb. עם הארץ, populum terræ; quibus חכמים, Sapientes opponunt. Verùm quid multa de terminis? Demus hujus ſumtionis cauſam fuiſſe fortè, quòd adoleſcentes bonæ ſpei & indolis ſelecti, & vel parentum, vel Eccleſiæ ſumptibus ad futurum miniſterium enutriti. Levitæ נתונים conſtituti, aſſignati vocantur: & Nethinæi נְתִינִים Gibeonitæ, qſ. publici ſervi, qui publicis angariis & miniſteriis in domo

(a) à §. 13. Spond. §. 32. (b) §. 77.

Digitized by Google

domo Dei deditì. In V. T. ſæpiùs Deus ſors dicitur Levitarum, ſcil. quia poſſeſſionem cum reliquis Iſraëlitis non habebant: multotiens etiam univerſus populus κλῆρος Domini, סגלה peculium vocatur: Deut. 4. 20. c. 9. 29. ita tamen nuſquam ſpeciatim Levitæ appellantur. Inſuper cùm Levitæ apud Pontificios ſolos ſignificent Diaconos, ſaltem hinc ſequeretur, Cleri nomen non toti ordini ſacro, ſed ſolùm inferioribus Miniſtris Eccleſiæ competere. Denique quid nomen abſque re? Non igitur tam nomen in legitimo Eccleſiæ Miniſtro requirimus, quàm ut 1. juſtam vocationem habeat. 2. ut reipſa paſcat. 3. ut id fideliter & ſumma cum prudentia faciat. Ann. 44.

§. 60.) Ad hierarchiam Eccleſ. papalem conſtituendam Bar. à §. 78. ſe accingit. At hierarchiam Eccl. œcumenico carere Pontificatu papiſtico aimus. Ante omnia verò malè Papiſtæ apoſtolatum ab ordine excludunt, quia e. g. Matthias act. 1. 26. manuum impoſitionem non accepit, contra Paulum act. 13. 3. Epiſcopum factum contendunt, quia illam acceperit & ad prædicandum miſſus fuerit, quæ ſanè ita abſurda, ut refutatione opus minimè habeant. Ita nos ordinis item & gradûs terminos admittimus, ut omne dominium excluſum velimus. Hinc Chriſtus ſuum regnum mundano opponit: & Miniſterium dicitur, quia non eſt ἀρχὴ, principatus, magiſterium aut munus imperioſum, vel in gregem, vel inter ſe, ſed ἐπιμέλεια καὶ διακονία, λειτουργία: vid. Luc. 22. 25. 26. 1. Cor. 4. 1. Unde inter ſe διάκονοι & δοῦλοι, diaconi i. ſervi, miniſtri eſſe jubentur: Matth. 20. 26. 27. Neque de extraordinariis N. T. ſpeciebus, Apoſtolis, Prophetis & Evangeliſtis, verùm de ordinariis hoc loco agimus, quas Paulus Rom. 12. 6. 7. 8. Prophetas ſeu exhortatores & Diaconos: item Philipp. 1. 1. 1. Tim. 3. 2. Epiſcopos & Diaconos: Petrus 1. 4. 11. ſermonem & miniſterium nominat: & docentium ordines iterum Paulus Eph. 4. 11. Paſtores & doctores. Jure ergo divino Epiſcopum, ſtrictè ſumtum, majorem eſſe presbytero infitiamur. Synonyma rectè presbyterum & Epiſcopum facimus. Probéque notandum Baronium *(c)* nonniſi Epiſcopos ſeu presbyteros & Diaconos ex N. T. oſtendere poſſe. Unde ergo reliqui? Dionyſium Areopagitam & Clementem Rom. citare non audet, quia horum ſcripta in controverſiam adducuntur: Ignatium ergo in ſubſidium advocat, qui mortuus an. 109. & quidem notham epiſtolam ad Antiochenos. *Inter illa,* inquit Bar. *(d) non Ordines tantùm, ſed & officia quædam numeravit, nempe Cantorum & Laborantium: quamvis ſicut non omnes recenſuit ordines, ita nec officia Eccleſ.* Ergo certis officiis & ordinibus caruit primitiva Eccleſia, neque jure divino, ſed humano inſtituta, adeóque ultrà Eccleſiæ arbitrium & commodum non obligant. Cypriani teſtimonium Cardinalis Ignatio ſubjicit, cujus exceſſum ad ſeculi III. annum 261. refert. Vide diſt. 6. c. 4. alibi ibidem.

Hierarchia Eccl.

Ff 3 §. 61.)

c) §. 77. Spond. §. 33. (d) §. 78. Spond. §. 34.

Eccleſiaſtici ordines & perſonæ. §.61.) Munera atque officia, in primitiva olim Eccleſia uſitata, miſerè hodie in Papatu corrupta, in quibuſdam nihil niſi inane nomen & larva, quædam penitus amiſſa, converſa alia in abuſum, Iſidoro, Rhabano, Innocentio, Durando &c. teſtibus: adde Arndi antiq. tit. Clerus pag. 216. à §. 204. quomodo ſinguli ordinandi. Duo verò Eccleſiaſticarum perſonarum genera faciunt. 1. dignitatis. 2. ordinis. Prius conſtituunt Papa, Patriarcha, Primas, Archiepiſcopus, Archidiacanus, Præpoſitus. Ut de Monachorum & ſecularium prælaturis ac dignitatibus nihil nunc loquamur. Papæ titulus communis olim i. q. Pontifex, Epiſcopus, Archiepiſcopus: ita vocatur Jacobitarum caput in India, atque alii alibi. Ejuſdem faſtûs Præſules, Prælati, Illuſtriſſimi, Celſiſſimi, Eminentiſſimi &c. quæ omnia à Chriſti & Apoſtolorum exemplis atque præceptis toto cœlo diſtant. Alterum genus, ordinis ſcil. faciunt, in quo Presbyter vel Sacerdos, Diaconus &c. Ordines alii VII. numerant, alii octo, novem alii. Omnes vulgò recenſent Oſtiarios vel Janitores, Lectores & Pſalmiſtas, Exorciſtas, Acoluthos, Subdiaconos, Diaconos, Presbyteros vel Sacerdotes. Hos deinde in majores ordines & Minores, ſubdiſtinguunt. (*e*) Inter majores ſunt Sacerdos ſeu Presbyter, Diaconus & Subdiaconus. Reliqui Minores appellantur. (*f*) Hodie *Janitores*

Janitores. æditui ſunt, ſeu Sacriſtæ (Ger. Sigriſt/ item Meßner/ ab adminiſtratione apud Miſſam:) olim propter excommunicatos, ſeu ſceleratos cuſtodiæ januarum præfecti, ut pœnitentes admittant, malæ frugis homines arceant.

Lectores. *Lectores* ſunt nulli, magno cum Eccleſiæ diſpendio: antehac præambuli & miniſtri prædicatorum, ex editiore loco Scripturam legentes, intra annum codicem abſolvebant: vid. Cypr. l.2. epiſt.5. & l.22. ep.3. Gr. ἀναγνώςης, certa quædam Scripturæ capita prælegebat, quæ poſtea concionator explanabat. Succeſſu temporis, ait Bona l.2.c.7.§.1. munus legendi epiſtolam Subdiaconis, Evangelium Diaconis tributum eſt. Certum verò eſt, pergit idem, multò antè Diaconum Evangelium legere cœpiſſe, quàm Subdiaconum epiſtolam: idque probat ex l.2. Conſtit. Apoſt. c.57. & Hieron. epiſt.

Vid an. 46.§.8. ad Sabinianum & aliunde. Ego verò ſtatuo, tum demum hoc diſcrimen factum, quando Evangelia vel Dominicalia orta, ut & ſelecti Epiſtolarum textus, olim quidpe continuo ordine legebatur, ſicuti Judæi olim in Synagogis, hodiéque Reformati in Gallia, Belgio & alibi. Ita Soz. lib.7.c.19.S. Codicem Evangeliorum Alexandriæ à ſolo Archidiacono, apud alios à Diaconis, & in multis Eccleſiis à ſolis Sacerdotibus, atque diebus ſolemnibus ab Epiſcopis legi teſtatur. Num vi ordinationis Diaconus olim ſolemni hac lectione fuerit defunctus dubitat Bona, quidquid ſit, & Diaconus & alii poterant hoc facere, uti modò vidimus. Id Laicis etiam aliquando demandabatur,

e) Bona l.1.c.25. à §.17 p.289. (f) confer chamier T.4.l.4.c.22.§.3. Rhaban. Maurum de inſtit. Cler. l.1.c.4. Aut. Cucchum inſtitut. Iuris can. l.1 tit.3 Mareſiana editionis, inpr. p.23. ſ. ut & ſeqq. titt.

Digitized by Google

batur, quod in Origene nondum presbytero videre eſt. Lectionem & explanationem excipiebat precatio, planè ad veterem Judæorum morem, qui etiam extraneo meritiſque præſtanti copiam legendi diſſerendíque faciebant: Luc. 4. 16. ſeq. Act. 13. 14. 15. 27. Diviſiones iſtæ S. Scripturæ περικοπαὶ dictæ, quæ aliquando longiores, aliquando breviores fuere, unde περικοπὴ i. q. ἀνάγνωσμα, interdum etiam i. q. verſiculus, quia περικοπὴ aliquando conſtabat verſiculo. Ideo Lat. vocantur Lectiones: inde Lectionaria. Περικοπὴ hodie Caput: alia autem erat S. Librorum diviſio, atque hodie, ſuos enim Verſus, ſua Capita & Titulos habebant à noſtris diverſos. Imò olim una ſerie & contextu deſcriptus erat Codex. (*g*) De hoc Arndius p. 276. Tituli, τίτλοι, κεφάλαια, πίνακες, περικοπαὶ, in quas diviſi erant ob commodiorem lectionem libri Sacri, quia ſinguli habebant ſuas ἐπιγραφὰς & Titulos. Sic Suidas ait Matthæum habere τίτλους ξή, Titulos LXVIII. κεφάλαια τνδ', capitula CCCLIV. περικοπὴ continebat ſenſum integrum alicujus hiſtoriæ doctrinævè Chriſti. Porrò, juxta Chryſoſt. homil. 19. in Act. Diaconus aliquoties clamabat attendamus! ac ſtatim Lector legebat textum Scripturæ: ubi diſtinguere videtur Lectorem à Diacono. Ann. 44. *Capita ſeu lectiones S. Scripturæ.*

§. 62.) *Pſalmiſta, à Pſalmis canendis* (ait Rhabanus inſtit. l. 1. c. 11.) *ut excitent ad compunctiones animos audientium. Solent autem ad hoc officium etiam abſque ſcientia epiſcopi, ſola juſſione eligi, quicunque in cantandi arte probabiles hujusmodi conſtiterint.* Pſalmorum & hymnorum decantatio olim, etiam perſecutionum tempore, uſitata fuit: hodie ad organa ferè abiit: certè Pſalmi Davidici in tanto apud Latinos pretio amplius non ſunt, ut agnoſcit Gaudeau Epiſcopus præfat. in Pſalter. ſuum? Pſalmiſtæ hodie non intelligunt, vel certè non attendunt, quid recitent, aut canant. Olim reſpondebat populus, at nunc minimè. Ecquæ hodie Moniales, Pſalmos Latinè decantantes? Olim in Miſſa poſt introitum, inquit Bona (*h*) integer Pſalmus, nunc unus ejuſdem verſiculus decantatur cum *Gloria Patri. Pſaltriæ* dictæ fœminæ loco præficarum gentilium canentes hymnos: Juſtin. Novell. 59. *Pſalmiſtæ.*

Exorciſtæ, ἐξορκισταὶ: adjurantes, ſeu increpantes. Invocant, ait Rhabanus cap. 10. ſuper catechumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum nomen Domini Jeſu. De his Theologos conſule. Extraordinarium olim donum erat, ab ipſis etiam Apoſtolis exercitum, & quidem modo longè alio, hodiernos neſcio quos jure dixeris. *Exorciſtæ.*

Acoluthi ſunt ceroferarii, qui cereos portant, quando legendum Evangelium, aut ſacrificandum: olim Epiſcoporum comites & pediſſequi, teſtes factorum, & miniſtri prompti. Subdiaconi partes jam ſunt Epiſtolam, Diaconi Evangelium in Miſſa accinere: olim quid Diaconus ad act. 6. vidimus. *Acoluthi.* *Subdiaconi.*

La-

(*g*) *Huet. in Orig. T. 2. p. 8.* (*h*) *l. 2. c. 3. §. 2.*

Digitized by Google

Ann. 45. *Laborantes.*

Laborantium officium erat, ait Caſal. (*i*) corpora fidelium defuncto-rum obvolvere & cooperire; aliàs *Foſſarii* dicti. At quotumquemque amicum & Chriſtianum hoc olim feciſſe quis dubitet?

Exercitii igitur potiùs, quam officii gratiâ olim oſtiarii, Lectores & acoluthi conſtituti, unde ſpecialiter clerici etiam dicti, ſtudioſi & candidati Theologiæ, ſeminarium paſtorum Eccleſiæ & Doctorum, qui ſub diſciplina & inſtitutione vivebant: horum in Eccleſiaſtica adminiſtratione nullæ ferè partes fuerunt, ſed umbratilia tantùm exercitia habuere potiùs, quàm officia, ut aſſueſcerent paulatim ad majora: adeóque Miniſtris ordinariis ſubalternabantur. Apud ſcriptores etiam ſatis vetuſtos mentio quoque Exorciſtarum fit, qui miraculorum dono pollentes, invocato Chriſti nomine, & manuum impoſitione, ab ἐνεργουμένοις i. e. à dæmonio obſeſſis, Diabolos ejiciebant, quorum tamen hodie munus deſiit cum miraculorum dono.

Cœterò de modernorum Græcorum ordinibus ſeu viris Eccleſiaſticis ita Hornbec. (*k*) refert: *Retinent aliquod σχῆμα ordinis hierarchici, numerántque Patriarchas, Metropolitas, epiſcopos, hieromonachos, presbyteros ſive Papas, Monachos, Diaconos & Anagnoſtas: Monachi ſuos archimandritas ſeu Abbates habent, ſúntque omnes ordinis Baſilii.*

Sacerdotes.

§. 63.) *Sacerdotes* analogicè ita dictos dari in N. T. concedimus, atque hac acceptione non tantùm omnes Eccleſiaſticos, ſed etiam quoſvis omnino Chriſtianos ſic appellari poſſe contendimus. Optimè cum Spiritu S. *Presbyteros* ab officio *Servos*, *Miniſtros, Præcones V. D.* vocaveris, qui à miſſificando *Sacrificuli* apud Latinos. Variè autem apud eoſdem Sacerdotes diſtinguuntur, ſic ut alii *Religioſi* ſint, *Seculares alii:* ex his alii *Doctores*, deſtinati quidem prædicationis muneri, magis tamen horis dicendis aut decantandis, & Miſſis celebrandis, alii & potior quidem turba, homines indocti, ventres pigri, nonniſi cantant in templis & miſſant. Inter Seculares Sacerdotes primas tenent *Canonici*, homines otioſi, voluptuarii, ac revera ſeculares. Commune autem nomen olim fuiſſe videtur, ex oblationibus quidpe Clerus ali, ídque in communi & unica menſa ſolebat: diſt. 32. c. præter. & 12. q. 1. c. dilectiſſimis. Hinc & diſtributio illa quotidiana, portio & menſura dicta Canon: unde & certus numerus in Eccleſia habebatur. Inter Seculares parochi etiam numerantur, qui & *plebani* i. e. plebi deſtinati Sacerdotes: Ger. Leuthprieſter. His adjutores & Vicarios addunt: accedunt illis quoque *Sacellani* ſeu *Capellani*, quorum immenſus eſt numerus.

Doctores.

§ 64.) Quod in Templis legitimi paſtores, id in Scholis *Doctores*, hodie uſitatè *Theologiæ Profeſſores: κατ' ἐξοχὴν Theologi*, quia arduas & difficiles quæſtiones, captum vulgi excedentes, tractant & explicant: olim *Tractatores* dicti. Paſtores aliâs *Exhortatores*, Rom. 12. 8. qui legitimè vocati uni certo

(*i*) *Cap. 66. p. 264.* (*k*) *in Summa controv. l. XI. de Gr. p. 948.* (*l*) *vid. Hoſpin. item Arnd. p. 221.*

Digitized by Google

to gregi V. D. prædicant, Sacramenta adminiſtrant, & diſciplinam exercent. Ann. 44
Hi generali vocabulo *Presbyteri* dicebantur: 1. Pet. 5. 1. Gallis Preſtre. Ger. Prieſter: malè Lat. Sacerdos. Vocati quoque *Diaconi:* 1. Cor. 3. 5. Col. 1. 7. προϊστάμενοι: 1. Theſſ. 5. 12. ἡγούμενοι: Heb. 13. 7. item & *Epiſcopi* h. e. inſpectores, in doctrinam videlicet & vitam gregis: Act. 20. 28. Philip. 1. 1. ita ut plures una in Eccleſia reperirentur. Ἐκφάντορες apud Dionyſium Areopagitam h. e. Vates interpretéſque rerum divinarum: item διαπορθμεύοντες quaſi Caduceatores, Nuncii vel duces itineris. Verùm cùm poſtea in Collegio Paſtorum ſeu presbyterorum, ordinis & politiæ causâ, unus reliquis præiret, qui collegas convocaret, talem peculiaret vetuſti Patres, contemtâ nonnihil Spiritûs S. linguâ, Epiſcopum vocârunt, id eſt primum ordine paſtorem, non tamen gradûs, nec Collegarum ſuorum reſpectu: quem Hier. *Superattendentem*, Juſtinus προεστῶτα, *Antiſtitem* vocant. i. q. hodie *Decanus*. Officii itaque non dignitatis nomen fuit: ſive, ut Aug. l. 19. de C. D. cap. 19. habet, operis nomen, non honoris, quòd eis, quibus præficiebatur, ſuperintendebat, curam eorum gerens. Per vices hanc primitus curam ſuſcipiebant: at quia ob donorum defectum, quivis hoc ferre onus non poterat, tandem in ſchiſmatis remedium, ut Hieronymus loquitur, unus electus, qui cœteris præponeretur. Hinc prima tyrannidis in Eccleſiam fundamenta jacta. Ab Epiſcopis enim, peculiariter ſic dictis, ad Metropolitanos, ab his ad IV. Patriarchas, Romanum, Alex. Antioch. & Hieroſ. perventum eſt, quibus Conſtantinopolitanus acceſſit. Ab illis de primatu inter ſe digladiantibus ad Papam tandem Oecumenicum. (m) *Patriarchæ* aliàs Summi Patres ſeu Primates. *Metropolitani* etiam *Archiepiſcopi* dicti, quaſi principes Epiſcoporum, quòd præſideret in urbibus primariis, ſiquidem metropolis velut matrix quædam urbs Græcis dicitur, ex qua coloniæ deductæ. Archiepiſcopus itaque erit, qui provinciæ alicui præeſt, alióſque ſibi ſubjectos habet Epiſcopos: ſeu qui per ſingulas provincias cogit Synodos. Epiſcopis inſuper urbanis additi ſunt *Chorepiſcopi*, quando nimirum latior eſt ager aut regio, qui ceu vicarii & ſuffraganei, (Gr. ſyncelli, i. e. qui unam cellam habent) munera Epiſcoporum per regionem obibant. At longè alia poſtremis his ſeculis horum Vicariorum in Epiſcoporum curiis & diæceſibus ratio eſt. Peſſimè ergo ſacerdotium ab Epiſcopatu ſejunxerunt. Aliud longè erat, quando in primitiva Eccleſia præter Epiſcopos, ſive Paſtores & presbyteros, alii etiam presbyterorum nomine veniebant, *Seniores* ſcil. non tam ab ætate, quàm à moribus, aſſeſſores Paſtorum, morum cenſores & doctrinæ, ſeu Senatores Eccleſiaſtici: vid. act. 14. 23. κυβερνήσεις i. e. κυβερνῆται, gubernatores: 1. Cor. 12. 28. προϊστάμενοι: Rom. 12. 8. unde Synedrium ortum: 1. Tim. 4. 14. cujus tamen præſes nullum dominium exercebat. Fusè Chamier T. 4. l. 4. à cap. 22. Polyd. Verg. inv. l. 4. c. 5. & 7. Fulmen brut. in Sixt.

Epiſcopi. *Metropolitæ ſeu Archiepiſcopi.* *Patriarchæ &c.* *Chorepiſcopi.*

Gg V. pag.

(m) *Vid. Mareſ. in Iure Can. l. 1. tit. 3. p. 24.*

Digitized by Google

de ordines iſti, Flamines, Monachi, ritus, veſtes, tonſura, & ſexcenta alia? Ann.44.
Conſule les conformites des Ceremonies modernes avec les anciennes payennes: 8.Gen. 1667. Ita Rivet. Catholico Orth. p.28. ad rad. Ethnophrones: & p.264. ex Bar. §.88. Vigilias anniverſarias habes apud Suet. in Veſpaſ. c.7. Luſtralemq; aquam, aſperſionem ſepulchrorum apud Juvenal. Sat.6. & alios: lumina in iiſdem parare apud Sueton. in Octavio c. 98. lucernam accendere, cereos in populo diſtribuere, apud Senecam l.14. epiſt.15. & Macrob. in Saturn. adde Claudium de Reformatione p.17. §.2. de ſuo autem habent inſuper multa, unde pejor redditus populus; ib. §.3. Num verò communio luci cum tenebris?

§.66.) Adi omnino tract. Drelincourt. du faus Viſage: §.7. p.64. ſeq. & 56. item §.10. p.106. ubi jure flagellat rancidas Baronii ratiunculas, quaſi hoc modo ſuperſtitiones paganorum per Chriſtianos ſanctificatæ: & quòd hoc, quod olim Dæmonibus ac idolis fuit oblatum, jam Deo & ſanctis offeratur, atque ſic ægrè fieri Diabolo, quando ei eripiantur ab ipſo inventa in ſuum honorem & gloriam, traducanturque ad honorem & gloriam Dei: vid. 2.Cor.6.14. ſeqq. Act.14. v.15. Exod. cap.23. & 34. Deut.7. & 12. & 16. 2.Reg.16. Nec fidelius idem Cardinalis §.87. dicit Paulum Act.17. Athenis ſuperſtitionis Aram ignoto Deo dicatam in veri Dei cultum mirâ quadam prudentiâ tranſtuliſſe. At verò nullo modo altare Athenienſium in cultum veri Dei dedicavit, verùm ex inſcriptione altaris occaſionem arripuit annunciandi veri Dei. Objectio: ſimul & ſemel omnes errores & ceremoniæ eradicari nequeunt. Reſp. at ita non eradicant Latini, ut eradicata reſtituant: quòd ſi fides in falſos Deos ſuos ope Spiritûs S. eximi Gentilibus potuit, quanto magis ſuperſtitioſæ ceremoniæ? Id quod ſtudioſiſſimè Apoſtoli, viríque Apoſtoli fecere. Neque etiam malè faciendum, ut bonum eveniat. Inſt. Petrus & Paulus accommodârunt ſe Judæis. Reſp. alia fuit ratio cum Lege Moſaica. Inſtinctu S. Spiritûs hoc fecerunt, ut Judæos lucrarentur. Quin etiam tempus diſtinguendum, poſtea enim Legi Moſis totos ſe oppoſuerunt, poſtquam facta plena Evangelii manifeſtatio. Gal.5.2. c.4.10.

§.67.) Manaheni, cujus Act.13.1. mentio, memoria Maij 24. apud Lat. celebratur.

Atinæ Epiſcopus Marcus, B. Petri, juxta eoſdem, diſcipulus, ſublatus 28. Apr. de quo hîc Bar. §.28.

Ann. 45.

JESU CHRISTI *Annus* 45.
CLAUDII *Imp. Annus* 3.

§. 1.) Petri an. 1. ſententiâ Baronii. Coſſ. erant Claudius Aug. tertium, & L. Vitellius. Hos Calviſius ad an. 43. collocat, ac Vitellio Nepotis cognomen addit, ſecundúmque conſulatum geſſiſſe ait; eum Simſonius ad an 44. ſequitur. Omnino Caſſiodorus diſcrepat. Uti anno præcedenti Baronius Petrum Romam migrâſſe dixit, ſic eundem hoc anno ſedem ſuam ibi inſtituiſſe affirmat, inde etiam prærogativam illi aſſignant, quòd nimirum feſtum Cathedræ Petri publicè in Eccleſia celebretur, nihil autem tale fiat pro Sedibus aliorum Apoſtolorum. R. 1. Iſthoc feſtum non reperitur in Græcorum Menologiis, ſed tantùm in Latinorum Martyrologiis, in Baronii ad 8. Jan. unde argumentatur Bell. l. 1. de R. Pont. c. 14. aliàs ponitur ad 22. Hoſpin. ad 23. Febr. adeoque nunq. celebratum in univerſa Eccleſia, ſed tantùm in Romana. Neque in memoriam cathedræ alicujus particularis hoc factum, ſed Eccleſiaſticæ in genere, quia primus egreſſus eſt ad gentes. 2. Nec ab initio celebratum fuit, imò ne nomen quidem occurrit apud antiquiorem Bedâ. Auguſtini verò ſermones XV. & XVI. de Sanctis ſuppoſiti ſunt. Nec ibi quidem vel Antiochenæ, vel Romanæ Cathedræ, ſed functionis Petro à Chriſto conceſſæ meminit, quam quia XXII. Febr. exerceri cœptam putant, quando poſt vincula è Judæa act. XII. egreſſus ad gentes Antiochiam ſe contulit avorum demum memoria Paulus IV. teſte Bellar. l. 2. de P. R. c. 6. feſtum Romanæ Cathedræ ſeorſim inſtituit, unde duplex apud Latinos feſtum Cathedræ Antiochenæ & Romanæ. 3. Opinio mera de Sede Petri Romana hoc feſtum peperit. Oſtendi autem ſolet illo die ſella lignea Romæ in Baſilica Vaticana. De Jacobi quidem Sede lignea, nihil autem de Petri habet Euſ. l. 7. c. 14. 4. Nihil refert quòd in Rom. Martyrologiis non habentur feſta pro ſedibus aliorum, quia alii pro Romana etiam non habuerunt, & ſufficit, quòd illi pro ſuis habuerunt. (a) Adhæc ſi Sedis ratio in poteſtate attendenda, tum illam Antiochia magis obtinebit, quia juxta adverſſ. VII. annos ibi ſedit, Concilium habuit, & Chriſtianorum appellationi initium fecit: ita hoc modo Jacobi ſucceſſores, vel Johannis, Apoſtoli fuere, ſive Apoſtolorum illorum poteſtatem habuere. Quanam verò ratione Papas ſucceſſiſſe Petro dicent; pietaténe & vitæ ſanctimoniâ? At hiſtoria reclamat. Num doctrina? At Petri prædicatio & epiſtolæ repugnant. An

Cathedra Petri.

a) vid. Hoſpin. de feſtis Chr. l. all. Cham. T. 2. l. 11. c. 18. §. 61. VVit. de Pont. q. 2. c. 16. p. 112. de Dom. l. 4. c. 1. § 1. ſeq. item §. 25. ſeq.

Digitized by Google

An munere & officio? At Apoſtolus fuit Petrus. Quòd ſi in Epiſcopatu Papam ſucceſſiſſe regerant, tum probent. 1. Petrum Romæ fuiſſe. 2. Ibidem Epiſcopum egiſſe. 3. Reliquos Apoſtolos ſimiliter ſucceſſores non habere. 4. Apoſtolum ſimul Epiſcopum, uſitata acceptione ita dictum, eſſe poſſe. Omnibus Apoſtolis propriè ſuccedi in poteſtate paſtorali ordinaria uſque ad conſummationem ſeculi Joh. Driedo l. 4. de dogm. variis c. 3. part. 1. ita teſtatur: *Ibi Epiſcopatus ab unitate perficiſcitur, ubi Epiſcopi legitima ſibi ordinatione ſuccedunt à Chriſto per Apoſtolos, & ab Apoſtolis ad ſucceſſores uſque ad nos.* Ann. 45.

§. 2.) Aſtutè & contra ſemet Baronius loquitur cùm (b) dicit: *Ejus diei, qua quis Eccleſiæ præfectus olim fuerat, anniverſariam ſolennitatem fuiſſe celebratam.* Ecquænam ergo præeminentia Romanæ Eccleſiæ? Reſpondet mox: *Qua die Univerſalis Eccleſiæ Sedes Romæ ſtabilita eſt, eadem ab Univerſis quoque Eccleſiis particularibus meritò in perpetuum celebratur.* Hîc jugum, hîc nodus. At nulli teſtes. Non obſervatum fuiſſe ab Orientalibus, neque perpetuò ab Occidentalibus, ſuprà modò demonſtratum. Scilicet Catholicum i. q. Romanum eſſe contendit. At nos minimè. Romæ aliquid fuiſſe tributum haut inficiamur, verùm non tantum, quantum ipſe ſibi ſumit, neque eam ob cauſam, quam prætendit. Audi ipſos Adverſarios in Libertate Gallicana ita loquentes: (c) *utut ſtatuamus Romæ Petrum fuiſſe, credibile tamen primatum inter Epiſcopos Chriſtianos Papis Romanis datum fuiſſe propter magnitudinem urbis, quæ jam olim ceu metropolis, aſylum omnibus nationibus præbebat* &c. Item: (d) *Quidam concludere volebant, quia ſedes imperii & dominationis temporalis totius mundi Roma amplius non reſidebat, & quia Galliæ & Hiſpaniæ Reges proprias coronas Imperiales habent impoſitas, neque ſuperiorem ullum agnoſcunt, inde licitum eſſe dictis Regibus eximere ſe à ſuprema poteſtate ſpirituali Papæ Romani* &c. Unde patet atque clarum fit, quonam ſuprema Papæ poteſtas nitatur fundamento.

§. 3.) Quid ergo ad Romanam Sedem Catholicum & Apoſtolicum, ſi à temporali Regno hæc profecta poteſtas? Annon Catholicæ Eccleſiæ titulus in Symbolo, juxta adverſarios, ab Apoſtolis datus, antequam Romam Petrus abiret, vel priuſquam ulla ibi Eccleſia eſſet? Ipſa exempla, quæ Bar. §. 10. adducit, comprobant, eum morem ab initio non fuiſſe, ut Romanum ſumeretur pro Catholico. Cœptum hoc nomen uſurpari non à Catholicis, ſed ab Arianis, & quidem ratione politica, ab adverſariis Religioni & Imperio Romano infenſis, Gothis ſcil. Alanis, Vandalis, Romano Imperio bellum inferentibus. Quando autem Theodoſius II. in Ep. ad Acacium ſcribit: *Vos probatos Romanæ religionis Sacerdotes manifeſto argumento declarate*: per Romanam religionem non Ecclleſiæ, aut Papæ religionem, ſed eam intelligit, quæ in Romano imperio obtinebat. Quoadusque pura ſubſtitit Romana *Romanum an idem quod Catholicum.* *vid. an. 456.*

Gg 3 Eccle-

b) §. 1. (c) T. 1. p. 170. (d) p. 409.

Ann. 45. Eccleſia communicare cum ipſa, profiteri cum illa eandem fidem licebat: neque tamen ita proprium hoc fuit illi Eccleſiæ, ut idem facere erga alias non licuerit. Inde communicare cum aliis Eccleſiis etiam faciebat Catholicum. Vel quid aliud Epiſcopi olim Romani erga alias Eccleſias in ſubſcriptionibus & approbationibus ſuis agnovere, vel quando fidem ſuam aliis ſubmiſere. Magna inſuper Sedis Romanæ erga alias Eccleſias erant merita atq; officia, cumpr. ſub Chriſtianis Impp. Præterea cùm Eccleſiaſtica diſciplina vigebat, devota fuit Sedium Patriarchalium apud minores Epiſcopos reverentia, ut mirari nemo debeat, Romanum Papam, cujus in toto occidente maxima erat autoritas, Apoſtolicum & Catholicum eſſe dictum, plurimúmque Romano nomini eſſe tributum. Neque verò uni Patriarchæ Romano tantum à ſuis dabatur: hinc Syneſius (e) *Divinitus eſt mihi impoſita neceſſitas, ut pro lege habeam, quicquid illa Sedes.* (Alexandrina, cui obediverat) *conſtituerit.* Catholici itaque, Apoſtolici, Chriſtiani erant fideles in Syria, Perſia, Armenia &c. non autem Romani, niſi quatenus Imperio Rom. ſubditi, & illi religioni, quæ in Romano imperio locum habebat, addicti fuerant. Omnes ergo orthodoxæ Eccleſiæ Catholicæ erant. Ita Remigius Epiſcopus in Teſtamento ſuo apud Flodoardum l. 1. *Quando ego Remigius Epiſcopus, de hac luce tranſiero, tu mihi hæres eſto Sancta & Venerabilis Eccleſia Catholica urbis Remorum.* i. eſt Catholicam fidem profeſſa, vel Catholicæ Eccleſiæ illuſtre membrum. Tam ergo illepidi Logici non fuere antiqui, ut Sedem Rom. pro Catholica Eccleſia ſeu Univerſali agnoſcerent: neque adeò amentes, ut characterem facilè recipere (f) & huic capiti ſubiicere ſe voluerint, id quod ſola Africana Concilia abundè demonſtrant. Rectè olim Pompejus: Reſpublica *non conſiſtit in parietibus. Ibi Roma eſt, ubi Senatus.* Sic ibi Catholica Eccleſia, ubi vera Eccleſia. Sic hodiéque ibi Romanum Imperium, ubi Senatus ſeu Majeſtas.

vid. an. 69. §. 7. §. 4.) Obj. ex Euſebii Chron. ad an. 44. ubi Petrus dicitur *Pontifex Chriſtianorum.* R. 1. Longè verò correctiùs Euſebium nobis reſtituit Scaliger: *Petrus coryphæus, poſtquam Antiochiæ primam Eccleſiam fundâſſet, Romam proficiſcitur prædicans Evangelium.* 2. Antehac corruptum fuiſſe locum patet, quòd ibidem affirmatur Petrus Epiſcopus fuiſſe urbis Romæ. Atqui in hiſtoria, quum enumerat Epiſcopos Rom. Petrum ſemper extra eum ordinem ponit, Linúmque primum conſtituit. 3. Etſi Petrus Pontifex Chriſtianorum diceretur, non tamen ſequeretur à Petro ad alium ullum derivari, unde nulli alii Epiſcopo R. datum reperitur. 4. Ita verò dicitur Petrus, quà urbis Romæ Epiſcopus, non quà Univerſale Caput: Sic autem quivis Epiſcopus vocari queat. Nec ferit nos Baronius (g) Irenæi (h) teſtimonio de ſucceſſione Romana, quandoquidem hujus facti ſui cauſam ipſe Irenæus reddit, quarum prior, quoniam valde longum eſſet, in hoc tali volumine, omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones. Romanam itaque elegit, quia omnes non poterat, quia illa maxima erat & antiquiſſima, ac omnibus cognita

Succeſſio Romana.

(e) Ep. 57. (f) Apoc. 14. 16. 17. (g) §. 6. Spond. §. 3. (h) l. 3. c. 3.

Digitized by Google

gnita. Altera cauſa eſt, quòd Romanæ Eccleſiæ ſucceſſionem, loco omnium Ann. 45.
aliarum Eccleſiarum, ceu famoſiſſimæ, ſive, ut loquitur, maximæ & anti-
quiſſimæ enumerat. Hinc hiſt. l. 1. c. 1. *In lucro ponentes ſi ſucceſſiones conſer-
vaverimus* (non ergo ad demonſtrandum primatum hoc facit) *ſi minus om-
nium, at certè præſtantiſſimorum Servatoris noſtri Apoſtolorum in Eccleſiis
illuſtrioribus* (nota pluralitatem) *etiam nunc, & memoriâ celebratiſſimis.*
Eundem l. 3. c. 32. cum his confer. Ergo etiam reliquarum Sedium ſucceſ-
ſiones dari concedit. Maximam Irenæus Romanam Eccleſiam h. e. urbem
vocat, unde tamen ejus in alias urbes, licet minores, poteſtas & dominium
non ſequitur. Antiquiſſimam adpellat, non temporis reſpectu, ita enim aliæ
præcederent, ſed vel occidentis ratione, vel abſolutè, non comparatè, quòd
valde ſit antiqua. Omnibus cognitam nominat h. e. non obſcuri nominis,
quæ in ſuo tantùm ſolo nata. Plura in ipſo Irenæo.

§. 5.) Petrum Epiſcopatum Antiochenum nunquam vel habuiſſe, vel
exercuiſſe hactenus vidimus, cedere itaque vel Evodio, vel Ignatio non po-
tuit. Unde adparet Apoſtoli cujuscunque Epiſcopatum particularem, par-
ticularis Eccleſiæ, nihil aliud eſſe, quàm exercitium actuale ſuæ Apoſtolicæ
& univerſalis auctoritatis in illa Eccleſia, ſeu Apoſtolicæ ſolicitudinis partem.
Hinc Ignatius ep. 12. Evodium primum poſt Apoſtolos (nota pluralitatem) *vid. an.*
illam Eccleſiam gubernandam ſuſcepiſſe. ita Euſ. in Chron. Ideo tum ab Ire- *71. §. 2.*
næo, tum à Tertulliano, tum ab aliis non numerantur inter Epiſcopos ali-
cujus loci Apoſtoli ipſi, quando primos Epiſcopos certis in ſedibus collo-
cant: uterque primum Epiſcopum Smyrnæ Polycarpum, non Johannem
ponit: primum Romanum Clementem (ſive Linum) non Petrum. Euſ. l.
4. c. 5. Primum Hieroſ. Jacobum fratrem Domini, quem Hegeſippus ſcribit
apud Hier. de Script. Eccl. in Jacobo, poſt Apoſtolos illam Eccleſiam gu-
bernandam ſuſcepiſſe. Evodius Origeni (*i*) ſecundus eſt. Hieronymo (in-
cluſivè Apoſtolos complexo) tertius dicitur. Athanaſio (*k*) poſt Apoſtolos
(in plur.) creatus Epiſcopus. Theodoreto, à magni Petri dextra (ἀρχιερωσύ-
νης χάριν) ſummi ſacerdotii gratiam accepit. Quòd autem in primarum Se-
dium Apoſtolicarum primo poſt Apoſtolos Epiſcopo aſſignando tantopere
Veteres variant, dum videl. primum Antiochenæ Sedis Epiſcopum alii fa-
ciunt Evodium, Ignatium alii, quos ideo Baronius hoc loco unà ſediſſe au-
tumat; ita quòd Romanæ Sedis ſimiliter primum alii Linum, Clementem
alii, alii etiam hunc nonniſi tertium, aut quartum à Petro faciunt, indicio eſt,
plures ſimul unà rexiſſe primùm illas Eccleſias, & cùm certò neſciretur, uter
ſenior in ordine vocationis eſſet, cui hoc epiſcopatûs ſimulachrum deferre-
tur, alios hunc, alios illum hoc elogio condecoraſſe. Certè juxta canones ſe-
quentium temporum nonniſi unus Epiſcopus uno in loco eſſe poterat, nec
Epiſcopus viventi Epiſcopo ſurrogandus erat. Ex humana itaque, non autem
Chriſti

i) Homil. 4. in Lucam. (k) de Synodo Arimin. & Seleuc.

Digitized by Google

Ann 45. Chriſti inſtitutione eſt, quòd unus in una urbe Epiſcopus eſſe debeat, quæ poſt Apoſtolorum demum obitum obtinuit, quandoquidem illi ſingulis in Eccleſiis presbyteros ordinaverant, iisque earum collegialiter regimen reſpectivè commiſerant.

An duplices Antiochiæ Epiſcopi.

§. 6.) Clemens Conſtit. l. 7. c. 46. refert: Evodium & Ignatium non ſucceſſivè, ſed ſimul uno eodémque tempore Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopatum indeptos. Explodendum autem inſanum illud Baronii χερσοφύητοι, aſſerentis, duplicem fuiſſe Antiochiæ Eccleſiam, ratione diſſidii à Luca act. 15. commemorati, inter eos, qui fuerunt ex circumciſione, quos Nazaræos vocabant, & qui ex gentibus Eccleſiæ nomina ſua dederunt: ſicuti poſtea factum eſſe commemorant Eccеſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores in iis civitatibus, quæ ſimul ab orthodoxis & hæreticis, aut ſchiſmaticis incolebantur. Quaſi vorò Evodius, aut Ignatius hæreticis publica Apoſtolorum ſententia in Synodo act. 15. damnatis miniſterii ſui operam commodare voluiſſent: vel quaſi Apoſtoli voluerint ſchiſma Judæos inter, & Gentiles Chriſtianos facere & fovere in hac Eccleſia atque permittere, ut alter Cephæ, alter Pauli eſſet. Hæc igitur certiſſima cauſa, quòd Evodius & Ignatius ſimul Antiochiæ Epiſcopi fuere, quia Apoſtoli ipſi hoc munere non defuncti, & quia Apoſtolicæ Eccleſiæ non ab uno, ſed à pluribus ſimul presbyteris regebantur: unde multæ Eccleſiæ duos ſimul Epiſcopos olim habuiſſe prioribus illis ſeculis leguntur. Prodigioſa illa varietas in nominando Petri ſucceſſore in Epiſcopatu Rom. apud Eccl. hiſtoriæ ſcriptores, aliis Linum, aliis Anacletum, aliis Clementem locantibus, nulla ratione reconciliari poterit, niſi concedatur plures Epiſcopos ſimul ſediſſe, ac pari auctoritate Eccleſiam gubernâſſe. Eccleſiæ Smyrnenſi præfuit Polycarpus, Johannis Apoſtoli diſcipulus, ac ejus Eccleſiæ Epiſcopum à Johanne ordinatum teſtantur Ignatius, Irenæus, Euſebius: At Clemens Conſtit. Apoſt. l. 7. c. 47. Ariſtonem primum extitiſſe Smyrnæ Epiſcopum, ejúsque ſucceſſorem Strateam, illi tertium ſucceſſiſſe alterum Ariſtonem: & Suidas in voce Polycarpus, Bucolum primum fuiſſe Smyrnenſium Epiſcopum. Juris itaque Apoſtolici non erit epiſcopatus, unde Hier. Ep. ad Evagr. primatum hunc Epiſcoporum Alexandriæ primùm cœpiſſe, poſt mortem Marci Evangeliſtæ teſtatur; & ita paulatim, ut diſſenſionum plantaria evellerentur, omnem ſollicitudinem ad unum delatam fuiſſe. Adeoque non univerſaliter & ſemper hæc conſuetudo obtinuit. Et hunc Alexandrinæ Eccleſiæ morem Soz. l. 1. c. 15. civitatis conſuetudinem vocat; & Epiph. hær. 86. Non habuit Alexandria duos Epiſcopos, ut aliæ urbes. Adde quòd Hieronymus apertè teſtatur, epiſcopatum à Conciliis primitus ſancitum: Comment. in Tit. 1. *Poſtqam unusquisque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris delectus ſupponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret.* Atque huic rei Codices Conciliorum fidem

dem faciunt. Proinde epiſcopatus neque divini, neque Apoſtolici juris dicendus. Neque Petrum, neque alium Rom. Epiſcopum auctorem habuit, dignitatémve ab illo accepit. Hinc porrò liquet, quo ſenſu Marcus Alexandriæ, Jacobus Hieroſolymis, alibi alii Epiſcopi fuerint. Ann. 45.

§. 7.) Hoc anno Petrus priorem ſuam Epiſtolam exarâſſe creditur à Bar. (l) Marollo cum aliis anno 47. Claudii 4. aliis anno 56. ad advenas autem diſperſionis (παρεπιδήμοις διασπορᾶς) ſcripſit, ſicut & Jacobus atque Johannes, memores pacti cum Paulo initi: Gal. 2. 9. At ſi Univerſalis fuiſſet Petrus, non ſolos Judæos docuiſſet. Hinc Hebraicè ſcriptam, & à Marco translatam hanc Epiſtolam putant. (m) Romà emiſſam, eámq; per Babylonem myſticè iñui c. 5. v. 13. dictitant. Aſt in ſubſcriptionibus non figuratus, ſed proprius & verus locus addi ſolet, ſicut & Paulus fecit. Neque Lyranus, Hieronymus de Viris illuſtribus in Marco, Euſeb. l. 2. c. 15. aliive attendendi, qui opinionem ſuam ab uno Papia, ſcriptore fabuloſo, hauſerunt. Cur enim Paulus ad Romanos ſcribens, plures alios ſalutans Caput Petrum omittit. Cur inde plures Epiſtolas mittens nominando & exprimendo Sanctos, iis non parcit, contrà nullam Petri rationem habet? quàm bellus autem Judæorum fuiſſet Apoſtolus, ſi nunquam in Judæa, ſi ſemper Romæ degiſſet, ſi tam raró τὰς διασπορὰς viſitâſſet? Unde Baronius his rationibus motus ad annum Chriſti 39. §. 16. neceſſitatem præſentiæ Petri in Romana Eccleſia additis rationibus negat: quo quid aliud, quàm ejus abſentiam fatetur & agnoſcit? Quo jure ergo Bellarminus (n) dicit: Romani Epiſcopi ſucceſſionem non ex inſtitutione prima Jeſu Chriſti oriri; ſed inde, quòd Petrus Epiſcopus Romæ fuerit, quòd Sedem illam elegerit, ibique mortuus ſit. Obj. Petrus Evangelium Marco dictavit Romæ. R. At rectiùs alii, Alexandriæ in Ægypto id conſcriptum, non Petro, ſed Spiritu S. dictante. Quare tandem in hiſtoriis & epiſtolis addi ſubſcriptiones ſolent, quàm ut proprius locus intelligi poſſit. Proinde omiſiſſet potiùs locum Petrus, niſi verum Babylon intellexiſſet. Id verò duplex reperitur, Chaldæorum & Ægyptiorum. Pro priori plures pugnant, quia ibi præcipuæ diſperſorum Judæorum, quorum Petrus Apoſtolus fuit, Synagogæ extiterunt, unde ſuum Æchmalotarcham habuerunt: hinc ſcholæ tandem Judæorum ex Palæſtina in Babyloniam fuerunt translatæ, à quibus Talmudi Babylonico nomen. Alii tamen ad Ægypti, ſeu Arabiæ Babylonem referunt, quæ Cairo, & cum Arab. articulo Alcairo, Algier, Alger, i. e. Urbs, κατ' ἔπαινον, propter ingentem amplitudinem vocatur: aliàs etiam Noph: Eſa. 19. 13. Moph. Hos 9. 6. item Mizraim: vid. Gen. 10. 6. 13. 14. unde Arab. Mazar, Mizer. *1. Petri Epiſt.*

§. 8.) Inſignes duæ διασποραὶ numerantur, Aſiana ſive Chaldæa una, cujus metropolis Babylon; altera Europæa, cujus ſedes Alexandria: vid. 4. Reg. 25. Jer. 40. uſque ad 44. ubi reliquiæ populi, occiſo Godolia, in Ægyptum ſe *Διασποραὶ Iudæorum.*

Hh contu-

(l) §. 16. *Spond.* §. 5. (m) *Spond.* §. 7. (n) *de R. Pont.* l. 2. c. 12. §. 13.

Digitized by Google

Ann.45. contulerunt, ut meliùs haberent. Confer 2. Macchab. 1. 1. & 10. l. 3. c. 3. v. 20. c. 4. 12. c. 7. 3. unde Judæi Ægyptii ad aliorum differentiam vocantur. Eò autem vel coacti, vel ſponte conceſſerunt. Hinc illuſtris ſchola Alexandrina, ſummis aucta privilegiis: vid. lib. Iuchaſin. p. 14. f. Tal. Hieroſ. סוכה c. 5. R. Aſer Meor. p. 66. Cunæum Rep. Hebr. l. 2. c. 23. Joſeph. Ant. l. 12. c. 1. Inde horum Princeps Philo libro quem in Flaccum ſcripſit, ſuo tempore non minùs quàm 1000000. Judæorum in Ægypto habitâſſe atteſtatur: Atque etiamnum plurimos ibidem adhuc degere ex Benjamini itinerario & Schikardi Jure regio (o) videbis: quin ob horum Judæorum neceſſitatem verſionem LXX. viralem adornatam ſentit Scaliger (p) quâ fronte ergo Baronius (q) dicit: *nullam reperiri in Ægyptia Babylone Eccleſiam collectam, quia in omnibus Conciliis inter Ægyptiorum Epiſcoporum nomina, nulli Ægyptiacæ Babylonis Epiſcopi reperiantur, nec in aliis monumentis occurrant, niſi poſt annos 500. ſub Juſtino Jun.* Verùm quis ſanus credat in tanto Judæorum Alexandrinorum numero nullos Babylone habitâſſe, nullos ad Chriſtianiſmum converſos, vel Petrum ibi commorari non potuiſſe?

§. 9.) Vero igitur longè ſimillimum Ægyptiam intelligi Babylonem, quia ibi Petrus Marcum comitem habuit, Alexandrinum Epiſcopum, ut credunt vulgò, ubi frequentia Judæorum, quorum Petrus Apoſtolus extitit. Apoſtoli act. 6. 9. oppoſuerunt ſe ſcholis Alexandrinorum: ſcholas novas, utpote Antiochenam & Alexandrinam, inſtituerunt, quæ adhuc Conſtantini tempore extiterunt. De Alexandrina Euſebius ex Philone, & Hieronymus referunt, Marcum Evangeliſtam cœtus atque agmina Philoſophantium, lectionibus, diſputationibus, meditationibus & interpretationibus Scripturæ S. totos dies incumbentium, coëgiſſe in celeberrima urbe Ægypti Alexandria. Adiſis Hoſp. de Templ. p. 418. Dedit hæc Pantænum, Clementem, Originem, Tryphonem &c. Alexandrino Epiſcopo ſeu Patriarchæ Ægypti inſpectio tempore Conſtantini M. in Concilio Niceno commiſſa fuit, ſicut Romano ſuburbanarum. Unde Beda ex traditione (r) in Claudio: Marcus Evangelium, quod Romæ ſcripſerat, Ægypto, Petro mittente, prædicat. Facilè corruit, quando opponunt in Apocalypſi Romam à Johanne Babylonem vocari: ſiquidem prophetiam Johannes ſcribebat, & myſticè loquebatur, Petrus hiſtoricè & ſimpliciter, certum ſcriptionis locum indicans. Nugatur Baronius cùm ait, Romam Babylonem dici, gentiliſmi, & vitiorum tum ibi graſſantium ratione: atqui Johannes de futuris rebus prophetabat. Nec credibile, Petrum Paulo ita meticuloſiorem fuiſſe, ut noluerit cognoſci eſſe ſe Romæ, aut Eccleſiam ibi Chriſto colligi, & Cathedram principalem collocari. Inſt. ex Joſ. (s) Non licuit tunc temporis degere Judæis in Chaldæa, jubente Cajo Cæſare omnes inde pelli. R. Ergo fuerit in Ægy-

pti

(o) *p. 77.* (p) *in Ep. 14. vid. eund. in N. T. ad Ioh.* 18. 31. (q) §. 7. (r) *hiſt. p.* 56. (s) *Ant. l. 18. c. ult.*

pti Babylone. Quomodo verò Romæ XXV. annos Petrus ſeſſitavit & regnavit, quandoquidem Claudius omnes Judæos non urbe modò, ſed totâ Italiâ eiici mandavit? Inſt. Marcus Petri diſcipulus à præceptore monitus Romæ Evangelium ſcripſit. R. 1. Clemens & Papias, unde hæc ſunt hauſta, non admittuntur. 2. Marcum ſuum Evangelium ſcripſiſſe antequam Alexandriam abiret, teſte Marollo & aliis non omnes agnoſcunt. 3. Ipſe Papias mortuum Marcum ante Petrum: anno Neronis IIX. dicit, quem ſequitur Hieronymus. At Irenæus (t) teſtatur, Marcum hunc poſt Petri & Pauli exceſſum ſcripſiſſe. Ann. 45.

§. 10.) Verùm quid multis ambagibus? Arripiamus tam largam adverſariorum conceſſionem, Romam Babylonem vocari. Fallit ergo Baronius, quando §. 18. ratione præteriti temporis, ſive Gentiliſmi ita dici pertendit, quandoquidem & Scriptura, & B. Patres Antichriſto h. e. omnis violentiæ ſedi & cloacæ id applicant: Apoc. 17. v. 18. &c. (u) Totas, benevole lector, teſtium congeries in decurſu hujus hiſtoriæ, bono cum Deo offendes. Ita Greg. I. (x) *Ego fidenter dico, quisquis ſe Univerſalem Sacerdotem vocat, vel vocari deſiderat: in elatione ſua Antichriſtũ præcurrit.* (y) Bernhard. (z) *Væ generationi huic à fermento Phariſæorum, quæ eſt hypocriſis, ſi tamen hypocryſis dici debet: ſerpit hodie putida tabes per omne corpus Eccleſiæ, Miniſtri ſunt Chriſti, & ſerviunt Antichriſto.* Plura in Epiſcopis Colonienſi & Trever. ad Nicol. I. in Arnulpho Rhem. Petrarcha, ac aliis infinitis. Negabúntne Ludov XII. Gall. R. Mediolani Concilium de emendando Eccleſiæ ſtatu egiſſe, moribundóque ſeni Julio II. animum ſuum, cuſo Neapoli aureo numo, hoc elogio, Perdam Babylonis nomen, declaráſſe. (a) Plura fusè & doctè ad Bar. §. 18. apud Witak. de Pont. q. 5. c. 3. item apud M. Ant. de Dom. l. 4. c. 3. §. 26. 27. Apoc. Reſerata p. 20. ex Blaſio Viega in c. 17. Apoc. §. 3. Remaclo de Vaulx in Harpocrate divino part. 1. f. 235. Bellar. l. 2. de Pont. R. c. 2. & l. 3. c. 5.

Nec prior modò, ſed & poſterior epiſtola ex eodem loco, non Româ, ſed Babylone data nonnullis videtur. Inter utranque eſt quædam ſtyli diverſitas, cujus hanc reddit rationem Hieronymus, quòd Apoſtolus non ſemper eodem interprete uteretur, quæ ratio eſt juſto infirmior, cùm potuerit quidem Petrus uti Amanuenſi, ſed interprete non indiguerit. Itaque hæc qualiscunque diverſitas, vel peti debet ex diverſitate materiæ, vel inde arceſſi, quòd ipſe Petrus non eodem modo affectus fuerit, cùm ſcriberet utranque: licet utraq; ſub inſpiratione & ductu Spiritus S. ſpeciali exarata ſit.

§. 11.) Quandoquidem adverſarii Decretalium Papalium præſidio indeſinenter utuntur, licet hodierni prudentiores Latini jure priorum Epiſco-

Hh 2 porum

t) l. 3. c. 1. (u) Hyperaſ. Pet. Molinæi c. 28. item ejuſd. oper. T. 3. part. 2. in complemento Prophetiarum p. 270. ſeqq. Morna. myſt. iniq. p. 8. Medus in 1. Tim 4. p. 69. (x) l. 6. ep. 30. (y) vid. eund. l. 4. ep. 34. de Ioh. Conſtantinopolitano. (z) ſer. 33. in Cant. (a) Thuan. hiſt. l. 1.

Ann.45. porum epiſtolas reiiciant. æquum eſt, ut Petri choragi ſui ſcripta maximè attendant & in ſummo habeant pretio. Diſperſis autem Eccleſiis per Pontum, Galatiam, Cappadociam & Aſiam ſcribit Petrus. Unde Marca (*b*) colligit, Epiſcopales & Metropoliticas Sedes primitus ab ipſis Apoſtolis ad exemplum & formam provinciarum Romani Imperii inſtitutas fuiſſe. R. Eccleſias quidem Chriſtianas à locis, provinciis &c. nomina ſortitas, non tamen ſequitur, Sedium præeminentiam ab Apoſtolis obſervatam fuiſſe: licet poſteri ad talem formam Eccleſias diſtinxerint. Non dubium, quin Apoſtoli majora & populoſiora loca magis reſpexerint & frequentârint, quia ibi prædicandi ac Chriſto homines lucrifaciendi majorem occaſionē & opportunitatem habuerunt. Huc ſpectat Tilenus (*c*) *Sicubi veteres quaſdam Eccleſias appellant matres, nō aliter id accipiendum eſt, quàm inſtrumentali opera & miniſterio piorum hominum, qui ab illis Eccleſiis ablegati, novas alibi plantârunt. Ratione & analogiâ quadam politica, nempe quemadmodum urbes, ex quibus coloniæ deductæ, Metropoles, ſeu Matrices civitates dictæ &c. Atque talem laudem veteri Romæ non invidemus, ſed illud, quod Matris omnium Eccleſiarum, & quidem propriè dictæ, gloriam ſibi per ſacrilegam vim fraudémque arrogavit* &c. Ita Gallia Chriſtiana (*d*) de Colon. epiſcopatu: *Hanc Metropolin obtinuiſſe primatum ſignificat Rupertus l. 1. de officiis divinis c. 7. unde appellatur Metropolis & Mater Eccleſiarum fidelis populi.* Ita (*e*) de Trever. Epiſcopatu: *Archiepiſcopus hic magnæ fuit olim auctoritatis, Epiſcopalis aulæ Pontifex, & in palatio Cæſarum aſſiduus, cæteris Germaniæ Eccleſiis præcellere dicitur antiquitate, multis opibus, dominiis comitatuum &c.* Jam ergo accommoda, hæc Romæ, & eminentiam illius diſce. Confer Concilii Chalced. can. 28. *Nihil enim habet Epiſcopus*, inquit Lipſtorp, (*f*) *quo ſe alii Epiſcopo anteferri poſtulat, niſi urbis, & diœceſeos, cui præſidet, majeſtatem: quod in conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ à Karolo M. ejuſque poſteris facta probè obſervatum legimus.* Negandum igitur omnino non eſt, Apoſtolos urbium amplarum ſingularem habuiſſe rationem, quia amplior erat multos Deo lucrandi campus. Epiſcopos verò in eiuſmodi locis eoſdem fuiſſe, qui presbyteri, vid. Tit. 1. 5. & 7. alibi. Nec minor majorem promovere & ordinare poteſt, juxta canones. At Collegium, quod in Cretra, presbyterium fuit h. e. presbyteris conſtans. Idem Marca (*g*) ex Chaldaica Babylone ſcripſiſſe Petrum vult, & quidem poſtquam Alexandriæ Marcum Evangeliſtam Epiſcopum inſtituiſſet, atque inde Antiochiam profectus fuiſſet. Primæ diſperſionis Judæos vocat, qui in Chaldæa habitabant: ſecundæ verò, qui diſperſi in Provinciis Græcorum ſive Gentilium, qui inde Helleniſtæ ſeu Græcanici dicti.

Summa prioris Petri epiſtolæ. §. 12.) Prior hæc Petri Epiſtola ab ethicis præceptis, quibus referta, Ethica Chriſtiana dicta; quatuor autem abſolvitur partibus. 1. Doctrina de Chriſto,

(*b*) *de Concordia Sac. & Imp. l. 1. c. 3. §. 2.* (*c*) *diſput. part. 2. diſp. 38. à §. 57.* (*d*) *T. 1. 255* (*e*) *p. 714* (*f*) *de Mon. Pap. p. 113.* (*g*) *l. 6. c. 1. §. 4.*

Digitized by Google

Chriſto, ejus officio & beneficiis. 2. Exhortatio generalis, ad vitam profeſſione Chriſtiana dignam: à v. 13. c. 1. ad v. 11. cap. 2. 3. Specialis hortatio, quâ ſingulis hominum ordinibus convenientiam vocationis ipſorum præſcribit, ita tamen ut monita generalia de omnibus virtutum generibus Chriſtianis neceſſariis adſpergat: ad c. 5. 4. Iterum eſt exhortatoria ſpecialis ad presbyteros, itémque ad omnes juniores, additis tamen viciſſim monitis generalibus, quæ variè miſcentur. In tota autem epiſtola, ſicut & in altera, non alium, quàm Apoſtolum, compresbyterum, ſeniorem, & ſervum Jeſu Chriſti ſe gerit, nihil Eccleſiis, quibus ſcribit, ſignificat de Romano ſuo Epiſcopatu, de primatu, principatu & Monarchia ſua, de ſua in ſpiritualia & temporalia poteſtate, de appellationibus & obedientia erga illam Sedem. Quin *συμπρεσβύτερον* ſe vocat 1. c. 5. v. 1 ſicut Johannes Presbyterum: 2. Joh. 1. & epiſt. 3. 1. 1. Pet. 2. v. 4. 6. Chriſtum vocat *lapidem vivum in Sion, angularem, electum, pretioſum: in quem qui credit, nequaquam pudefiet:* v. 25. *paſtorem & curatorem animarum noſtrarum.* Fallitur autem Bellarminus, quando ſoli Petro nomen à Chriſto communicatum dicit, cum ipſe Petrus v. 5. aſſerat, omnes pios & in Chriſtum verè credentes eſſe & Petros & Petras, quia Petram Chriſtum habent: 1. Cor. 10. 4. Quænam etiam illa Petra, illud fundamentum, cui fideles inædificari debeant, clarè indicat ibidem dicens, *Veluti lapides vivi ædificati* (in Chriſto) *ſitis domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum* &c. Quanquam igitur Petrus fundamentum, tamen non ſolus, Eph. 2. 20. neque tamen propriè ita dicitur, quandoquidem Eccleſia in ſola, firma & viva Petra magna Chriſto coſtituta.

Ann. 45.

Christus petra.

§. 13.) 1. Pet. 2. 13. *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ:* ita Vulgata: at rectiùs *Omni humanæ ordinationi* (κτίσει) ut etiam Innoc. III. agnoſcit in c. cùm Marthæ. Extr. de Majorit. & obed. Confer Rom. 13. 1. ſeqq. Tit. 3. 1. 2. Ergo, inquiunt, Papæ mandatis obediendum. R. De humana ordinatione, ſeu civili poteſtate loquitur Petrus, quæ longiùs ſe extendit, quàm Eccleſiaſtica in humanis: 1. Pet. 5. 3. neque Petrus ab hac ſe eximit: neque vult hoc præcepto, ut ſeductoribus obſequium præſtent, ſed legitimo Magiſtratui, etiam infideli, tantum abeſt, ut vel ſe, vel cœteros Eccleſiaſticos exceperit, vel pro ſe hoc poſtulârit. Unde Veneti (h) de Pauli V. iniquitate, Clericos ab omni temporali jurisdictione eximentis, ita conqueruntur: *Petrus, poſtquam eos, ad quos ſcripſit, ſanctum populum, & regale vocavit ſacerdotium, ſic tandem concludit, Sujecti eſtote cuivis humanæ ordinationi propter Dominum, ſive Regi, ut ſupereminenti &c. Propter Dominum dicit, ne metu demum id faciendum h. e. Regi Ethnico & impio obſequendum putarent: tantum abeſt, ut hæc Dominus prohibeat, aliúdve mandet: hinc v. 15. quoniam ita eſt voluntas Dei: inde ad Rom. 13. Dei ordinatio dicitur, graviſque à Deo infligenda pœna ejus violatoribus annunciatur. Impium itaque dicere* (i) *poteſtatem principis*

Subjectio fidelium.

h) p. 145. (i) iidem p. 146.

Ann.45. *in mundana juris divini non eſſe: impium juramento ſolvere ſubditos, deponere reges, transferre regna* &c. Magiſtratus legitimi judicium recuſare, imperata, quæ Deum non lædunt, neque conſcientiam, non facere, efferre ſe ſupra omnes Monarchas & Principes, filium in Patrem Cæſarem (teſte Henr. V. J.) armare &c. eſt B. Petri monito & præcepto reſiſtere. Obj. ex præſenti loco, item ex Rom. 13. 1. non convincitur vel Papam Regi, vel Regem Papæ ſubjectum eſſe, ſed ſolum eum, qui eſt ſubjectus, debere ſuo ſuperiori obedientiam. R. Omnes uterque Apoſtolus Chriſtianos alloquitur, quos Regibus ſeu Magiſtratibus opponit. Jubet omnes Petrus ὑποταγῆναι βασιλεῖ: & τιμᾶν βασιλέα Ergo nonniſi Regum eſt authoritate ſua edicere & præcipere, ut Epiſcopi etiam obediant, ad Synodos conveniant, & ſimilia, propterea neq; Petrus ſemet excipit: unde Chryſ. ad Rom. 3. Omnibus, etiam Evangeliſtis, Apoſtolo & Prophetæ præcipitur obedientia & ſubjectio: ac obſervat, Apoſtolum non dicere πειθέσθω, pareat, ſe ὑποτασσέσθω, ſubiiciatur unusquisque. Ergo ad Rom. etiam Pontificem pertinet hæc ſubjectio, & omnes cœteros Clericos, nî ipſi Domino obniti, & contra mandatum Dei venire velint. Quo jure ergo Papa Imperatoribus & Regibus imperat, ſubditos Principum à juramento ſolvit, & non tantùm ſe, ſed totum reliquum Clerum ab immunitate eximit, unde fit ut ſæpe apud eoſdem nulla fides, nullum obſequium erga naturales ſuos Dominos. Ita ſi Principis ſit cogere & convocare Concilia, qui coactivam ſeu cogendi poteſtatem habet, tum non Papæ erit officium: conf. 1. Tim. 2. 2. Unde in ſignum obedientiæ Petrus ex Chriſti mandato tributum ſolvit. Ea de cauſa Otto Friſing. in geſtis Frid. I. ſeu Barbaroſſæ l. 3. c. 10. ſub annum 1157. narrat, graviter Imperatorem Hadriani IV. ambitionem & faſtum tuliſſe, eáque de cauſa ſic inter alia ad Imperii membra ſcripſiſſe: *Cùm per electionem Principum, à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum ſit, qui in paſſione Chriſti Filij ſui duobus gladiis neceſſariis regendum orbem ſubjecit. Cùmque Petrus hac doctrina mundum informaverit, Deum timete, Regem honorificate, quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio, à D. Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit. Quia verò hactenus honorem ac libertatem Eccleſiarum, quæ jamdiu indebitæ ſervitutis jugo depreſſa eſt, à manu Ægyptiorum ſtuduimus eripere &c.*

Presbyterorum officium. §. 14.) Capite quinto Petrus haud pauca proponit, ex quibus colligitur presbyterorum officium, dum debent Dei gregem ſibi commiſſum paſcere, quod fit docendo, exhortando, conſolando redarguendo, corripiendo, prout exigit neceſſitas. 2. Dum debent gregis ſibi commiſſi curam gerere fidelem: idquod fit, diligenter obſervando ſingulorum vitam & mores: idque promto animo, non propter lucrum. 3. Dum non debent ſibi in cleros (i. cœtus fidelium) uſurpare dominatum. 4. Dum debent ſe gregi ſuo præbere exemplaria. Quòd ſi ſingula hæc cum Pontificum vita, doctrina, functio-

Digitized by Google

funƈtione contuleris, infinitis paraſangis à Petri regulis deflectunt, ſua curant, prædicationem & doƈtrinam ſanam relinquunt, traditiones & decreta obtrudunt atque urgent, Monarchas ſe gerunt, gladium traƈtant & fora, temporalibus toti dediti, oves deglubunt &c. Nec alii ſatellites illorum, ignari & pigri gregem non docent, ſed miſerè laniant eundem, fidei dominantur piorum &c. Haud dubiè Petrus funƈtionem ſibi demandatam à Chriſto ſincerè implevit; at dominari noluit Apoſtolis & Clero, ſed compresbyter fuit & coæqualis, non Dominus, non Caput Eccleſiæ, & Summus Chriſti Vicarius, non Oecumenicus Epiſcopus. At plus juris in ſucceſſores conferre non potuit, quàm quod ipſe habuit & exercuit. *Presbyteros qui inter vos ſunt, precor ego unà Presbyter: paſcite gregem* non veſtrum ſed *Dei*. Quomodo autem paſcere debeant, explicat, dum addit ἐπισκοποῦντες i. e. *Epiſcopos agentes*. Presbyter ergo i. q. Epiſcopus, unde etiam plures uno in loco: conf. aƈt. 20. 28. Tit. 1. 5. & 7. Philipp. 1. 1. Duplices presbyteros ultrò concedimus: hi tamen, quos Pontificii obtrudere nobis conantur, non ab Epiſcopis, ſed à Diaconis tantùm diſtinguuntur: 1. Tim. 3. 2. Qualis ergo presbyter Petrus, tales & illi, quos alloquitur, quorum erat gregem paſcere. Compresbyteros quidem etiam deinceps Epiſcopi presbyteros quoscunque, etiam ſubditos paſſim vocârunt. (k) Id quod ſanè non τῇ ταπεινοφροσύνῃ ſive humilitati Epiſcoporum, prout ſomniant Epiſcopales hodierni, ſed primitivæ & Apoſtolicæ praxi, quâ omnes coæquales fuerant, adſcribendum meritò. Neque ſatis dicunt, cùm ajunt, quando aƈt. 20. 1. Pet. 5. atque alibi, de pluribus Epiſcopis ſit ſermo, tum totius Aſiæ, ſeu plurium Eccleſiarum Epiſcopos ita compellari, quandoquidem iſthoc non perpetuum, & iidem Epiſcopi ſimul etiam presbyteri nominantur, quin uni Eccleſiæ plures fuiſſe Epiſcopos, qui revera etiam presbyteri, in confeſſo eſt. Ann. 45.

§. 15.) Quem Petrus ποίμνιον, gregem nominavit, eundem mox v. 3. κλῆρον, hæreditatem, Domini ſcil. vocat; ne dominentur illi, ſed ut eundem paſcant Verbi Miniſtros monet. Ergo dominatum à paſcendi munere ſegregat, adeoque primatum & dominatum papalem penitus tollit: ſicque nec coaƈtivam poteſtatem, vel Concilia congregandi, vel tale quid agendi habet, ſed illa per Magiſtratum eſt, cui ipſi Miniſtri favere tenentur. Interea tamen inter Miniſtros Verbi & doƈtores Eccleſiæ, gradus eſſe quoſdam non imus inficias, qui tamen nonniſi τῆς εὐταξίας rationem obtinent: 1. Cor. 14. ſuperioritatem autem poteſtatis & dominationis uni in alterum minimè largimur. Ita aƈt. 15. neque ſuffragium inferioribus ademptum, nec ſolis ſuperioribus tributum: Confer 1. Cor. 1. 20. ſeqq. Sacrilegè nomen Cleri hodie in papatu ſolis raſis & unƈtis, atque officia Eccleſiaſtica adminiſtrantibus attribuitur. Quid verò paſcere gregem, ſeu Epiſcopum agere Petrus ſemet hoc ipſo capite fuſè explicat: vid. 2. Cor. 4. 5. Veri nominis Epiſcopus

Dominari gregi.

k) *fuſè hoc probat Blondell. de Epiſc. & presb.* § 3 *p.* 90. *ſeq.*

Ann.45. pus is eſt Petro, qui paſcit gregem Dei. Atqui presbyteri hoc faciunt. Ergo idem eſt Presbyter qui & Epiſcopus. Ergo uterque unum ſunt, juxta Hier. Quem ſibi titulum præcipui inter Apoſtolos proprie vindicaverunt, is dignatione diaconalem propriè dictum ſuperat, Epiſcopalem æquat, vel potiùs repræſentat. (*l*)

Epiſcopatus quid. §. 16.) Merus itaque labor eſt Epiſcopatus, ut rectè monet Ant. de Dominis *(m)* opus nudum & miniſterium: hinc latè etiam διακονία vocatur. Quare non fuiſſet adeò malè tractandus c. gravem. de exceſſ. Prælat. Archidiaconus quidam ab Honorio III. quia ſuum Epiſcopum negaverat eſſe ſuum Dominum: & revera abominabile ſit fratres & collegas Epiſcopi, homagium ei, tanquam ſuo Domino, qui in eos vitæ & necis habeat poteſtatem, præſtare: quod ibidem videtur prætendere Honorius. Petrus poteſtatem Eccleſ. non vellicat, ſed dominium & tyrannidem ſuperbam & ambitioſam tum in fratres, tum in oves reprimit: vid. 2. Cor. 1. 24. Luc. 22. 25. Joh. 18. 36. Tantum itaque abeſt ut directè in mundana poteſtatem habeat Papa, ut ne indirectè quidem illam obtinere poſſit: ita regna, principatus, jurisdictiones & dominia vel ipſi, vel pluribus non committuntur, ut unicè gregem Dei paſcere jubeantur fidi presbyteri, & curam illius gerere; hincque patet, num Papa, quà Papa, poſſit hominum conſcientiis leges ſpirituales condere, pœnas earum violatoribus ſpirituales indicere, & transgreſſores variè, ceu excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, irregularitate & ſimilibus punire: conf. 1. Cor. 7. 35. Luc. 22. 23. Matth. 20. 26. 1. Tim. 3. 3. Tit. 1. 7. Unde Chryſoſt. adimit Epiſcopis ἀνάγκην & νόμῳ κρατεῖν, id enim ſolis dat regibus: item Miniſtri verbi εἰς διδαχὴν ἐτάχθησαν, οὐκ εἰς ἀρχὴν, οὐδὲ εἰς αὐθεντίαν. Similiter Bernh. *Steтiſſe ego Apoſtolos judicandos lego, ſed ipſos judicantes non lego.*

§. 17.) Inſanus itaque, quin & impius Canoniſta Rufus (*n*) *Hoc ſemper diſcrimen Chriſtianorum fuit, ut Clerici eſſent & Laici: Clerici quidem præerant, quare Laici non erant eorum judices.* Iterum: *Epiſcopi hujus reip.* (Eccleſiaſticæ) *principes & moderatores, in cauſis gravioribus & maximis, præſertim de religione Epiſcopi decernebant: quæ digna ſuo judicio videbantur, notionis ſuæ eſſe volebant, ferebántque leges.* Adhæc: *Epiſcopi divinam illam habebant poteſtatem ligandi, quæ erat vinculum hujus Societatis* &c. *Apoſtolorum,* inquit, *erant ſucceſſores, quos nemini dubium eſt, ſummam adminiſtrationem habuiſſe, ſummúmque imperium. &c. quapropter non potuerunt mutare ſtatum hunc Imperatores, & quoties conati ſunt vel eum lædere, ſuum ipſi mutârunt, & imminuerunt, ut Henrici illi & Federici* (ita fœdè ſcribit) &c. Atqui non intelligit Canoniſta, quæ de beſtia Apocalyptica prædicta ſint. Quin eò prolabitur (*o*) ut affirmet, jubere Petrum Epiſcopis (tu Epiſcopos repone) ne premant

l) *Blondel. de Epiſ. p. 4. & 7.* (*m*) *l. 9. c. 9. §. 5.* (*n*) *tract. cont. Car. Molina p. 600.* (*o*) *p. 678.*

premant clerum, ne quaſi mancipiorum dominentur, quia liberi ſint, non mancipia. Imò quod plus eſt, fratres ſunt. Quaſi verò κατακυριεύειν aliud, quàm κυριεύειν: Matth.20.Marc.10.Luc.22. Unde τοῖς LXX. רדה dominari per κατακυριεύειν reddunt, ínque bonam partem accipiunt. Jam verò Petrus τὸ κατακυριεύειν τῷ ποιμαίνειν opponit, illud presbyteros vitare, huic ſtudere jubet. Adhæc quomodo Petri verba ad Epiſcopos ſuos trahunt, quandoquidem hoc loco cum presbyteris ipſi res eſt. Ergo ſanè presbyteri, juxta illos, judices & Domini erunt. Quare dominatio in Eccleſiam, ínque omnes ejus ordines & membra, ac potiſſimùm in Magiſtratum & Concilia, Antichriſtiana eſt & à Diabolo: 2.Theſſal.2.4 ſeqq. Dan.12.2.Pet.2. Quo jure etiam vel divino, vel humano Patriarchæ ſeu Primates, Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopíque ſoli poſſident facultatem dicendi ſententiam prætetitis cœteris tum è Clericorum numero inferioribus, presbyteris, Diaconis &c. tum reliquorum duorum ordinum præcipuis Eccleſiæ membris? Delirat itaque cum ſociis Bellarminus, quando ad Act.20.28. ſolos Epiſcopos eſſe paſtores Eccleſiæ dicit: quandoquidem, teſte hîc nobis Petro, & presbyteri paſtores ſunt Eccleſiæ: conf.1.Tim.5.17.Act.20.17. Tam bellè Epiſcopos diſtinguere à presbyteris nôrunt! Rectè igitur noſtri: Si in Eccleſia non debet eſſe dominatio: ergò nullus eſt œcumenicus pontifex. Hinc ſanè unum Chriſtum Petrus, non autem ſemel ἀρχιποίμενα, paſtorum principem v.4. proponit.(o)

Ann 45. Vid. ann. 34.§ 20.

§.18.) Immotum ergo, quòd paſcere i.q. clavibus regni cœlorum uti, & ligare atque ſolvere. Non igitur per Cleros v.3. Eccleſiaſtici, ſed Chriſti fideles; & omnes Eccleſiæ, quarum Chriſti Miniſtri curam habent, ſive quas paſcunt v.2. quarum Caput Chriſtus eſt v.4. intelliguntur, quæ ideo ſors & hæreditas Domini dicuntur, quia illos Dominus pretioſo ſanguine ſuo acquiſivit, non ſecus atque Iſraëliticus populus נחלה. אחזה. Domini poſſeſſio סגלה, peculium dictus. Quàm inaniter itaque ad raucedinem & nauſeam clamitant, Petro dictum PASCE: aſt hoc eodem loco Petrus idem Presbyteris injungit. Sic Paulus Epheſ.4.11. quoſdam ποιμένας eſſe datos, non unum. Inſt. at latior & generalior Petri poteſtas. R. Plures oves commiſſæ, quia Apoſtolus, at non ſoli, ſed & reliquis, in quas majorem aliis poteſtatem nullibi accepit. Rectè Witak. (p) quiſquis ποιμαίνει, ei commiſſa præfectura eſt; ſed aliud προστασία eſt, aliud ἐξουσία: aliud Præſidem eſſe, aliud Imperatorem. Quòd Auguſtinus ait: Oves paſcendas i. regendas docendáſque committit (Petro): nihil ad rem: alios enim non excipit, neque ullibi dixit Paſcere oves Chriſti, eſſe in univerſam Eccleſiam Chriſti dominari. Quod Petrus mandavit Presbyteris univerſis, *Paſcite gregem Domini*, perinde eſt, ac ſi Chriſtus ſingulis diceret, *Paſce oves meas*. Obj. Chriſtus vult, in Eccleſia eſſe aliquos ἡγουμένους καὶ προεστῶτας: Luc.22.26. Rom.12.8. Hebr. 13.7.

Clerici qui. Quid paſcere.

o] Alſted. de membr. Eccleſ. milit. c.2.§.18. item de Dom. l.2.c.3.§.20. [p] *de P.R. q.2 c.7.*

Ann.45. 13.7. Reſp. At eos per modum Ariſtocratici, non Monarchici Imperii præeſſe vult. Non aliud Eccleſiæ regimen Petro, quàm aliis Apoſtolis ſingulis competebat, quia aliis ſe aggregat & conjungit, nec excellentiorem ſibi gradum tribuit: Conf. Apoc.21.18. Et quia paſcere nihil niſi verbo & vita docere ſignificat, ideo bono jure Epiſcopum Rom. nullam paſtoris partem attingere dicimus. Malè proinde negat Bellarminus, Presbyteri officium ex Dei Verbo eſſe Dei Verbum prædicare, Sacramenta adminiſtrare, ſed curare, ut hæc per alios fiant; at tu vide Eſaj.56. 11. 1.Tim.3. 1. cap. 4. 11. Act.20. 28. & hunc Petri locum, ubi ipſi paſcere jubentur Presbyteri, quos hoc ipſo in loco Papiſtæ Epiſcopos faciunt. Falſum itidem quando prætendunt, Petrum à Chriſto factum Epiſcopum, reliquos à Petro: At nuſpiam Petrus vel Epiſcopus à Chriſto ordinatus legitur, vel ipſe ſe vocat Epiſcopum, ſed Presbyterum, imò unà Presbyterum, & Apoſtolum 1.Pet.1.1.2. 2.Pet.1.1. Ex his omnibus rectè tandem Libertas Gallicana (q) concludit: *Eadem Poteſtas, quæ Petro data, tributa eſt quoque Eccleſiæ, utrique enim data claves regni cœlorum, ſic Apoſtoli fundamentum Eccleſiæ (Apoc.21.) dicti. Et quia priùs Petro collatæ claves, poſtea Eccleſiæ, liquet limitatam hac ratione Petri poteſtatem fuiſſe, ut eadem Eccleſiæ poteſtati uniretur. Unde vetuſtiſſimi & celeberrimi Eccleſiæ Doctores docuerunt & ſcripſerunt, omnia verba ad Petrum directa, ac poteſtatem ejus denotantia, referri debere ad Eccleſiam &c.* Num autem vi hujus capitis Reges deponere poſſint vide eandem Libertatem T.2.p.260.

Solus Chriſtus Caput & univerſalis.

§.19.) Ita abſolutè Chriſtus ἀρχιποίμην, princeps Paſtorum, & alibi ἀρχιερεὺς, Summus Sacerdos vocatur: 1.Pet.5.4. ut iſthoc epitheton ei proprium atque ſingulare eſſe facilè quiſque cognoſcat: Conf. Joh.10.v.11. & 14.Hebr.13.20. ita unus eſt Rex & Monarcha: Apoc.19.v.12.& 16. Unicum Caput: Coloſſ.1.18.2.19. Unus pater familiàs: Matth.10.25. cap.21. 33.Heb.3.6. Unicus dux: Joſ.5.14.Cant.5.10. Apoc.19.15.16. Objectio: oportet tamen Caput aliquod in terris eſſe viſibile. E. erit Papa. Reſp. utrunque negatur, quia nulli hominum tanta dignitas competit, neque in ullius viribus tanta muneris adminiſtratio. Quilibet in ſua Eccleſia Caput eſt, quale debet eſſe in Eccleſia, Miniſteriale ſcil. in his terris: neque tamen eandem cum Chriſto Domino, poteſtatem habet, quandoquidem nonniſi Legatus & Servus Chriſti eſt: 2.Cor.1.24. Obj. πάντες ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι: alii aliis ſubijciantur v.5. Reſp. Ordinem minimè tollimus, neque ἀναρχίαν facimus, ita tamen ut abſit omne dominium, fraternitáſque retineatur, qualem Petrus toto hoc capite requirit.

1.Pet.5.12. *Paucis vobis ſcripſi, adhortans & teſtificans, hanc eſſe veram gratiam Dei, in qua ſtatis:* confer 2.Pet.1.19. ſeq. Eximia S. Scripturæ commendatio, quod ſit clara, perfecta, ad ſalutem abundè ſufficiens, ut traditionibus haut ſit opus.

§.20.)

q] *T.1.p.552.*

Digitized by Google

§. 20.) Ut omnia detorquent & ad ſuperſtitionis abuſum revocant Papiſtæ, ſic ex veteri fidelium conſuetudine, quando ſanctis oſculis pacem & amorem mutuum ſignificare volebant, idololatrica ſua oſcula Baronius (r) ex 1. Pet. 5. 14. atque aliis ſimilibus locis propinare nobis ſatagit. Ubi tamen nihil minus. Rectè hoc loco Illyricus in Clavi. *Omnes gentes naturali quodam inſtinctu oſculantur valdè dilectos, ut parentes liberos. Sed oſculari etiam amicos, aut dominos, non perinde ubique moris eſt. Eſt autem oſculum ſymbolum tum amoris,* (unde φίλημα à φιλέω) *tum venerationis ac ſubjectionis. Etiam apud Judæos uſitatum fuit, ut amici ſe invicem oſculo exciperent. Inde proculdubio ad Chriſtianos mos defluxit.* Ad hunc locum refer Rom. 16. 16. 1. Cor. 16. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Theſſal. 5. 26. Sanctum autem oſculum vocatur ſincera ſalutatio, ac ex Chriſtiana charitate profecta, ad differentiam profani & libidinoſi. Veteres Chriſtiani (teſte Juſtino Apol. 2. & Cyrillo Hieroſol. myſtag. 5.) in fine liturgiæ publicæ, ſeu ante communionem, deoſculari ſe invicem in fraternitatis & reconciliationis ſignum ſolebant, dicentes, *Pax tibi frater,* vi loci Matth. 5. 24. *relinque munus tuum ante altare &c.* Apud Timoth. Alex. Can. Reſp. Διάκονος προσφωνεῖ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ ſcilicet oſculum. Tertull. de Orat. cap 13. vocat *Signaculum Orationis*; & increpat illos, qui, ut ait, habita cum fratribus oratione ſubtrahebant oſculum pacis. Omittebant autem hoc tempore jejunii. Non tantùm verò poſt preces ſe invicem exoſculabantur, ſed abſoluto etiam baptiſmo ſtatim miniſter baptizatos oſculo excipiebat, non modò infantes, ſed & adultos. (s) Illud tandem pacis oſculum propter abuſum ſublatum, cujus loco Pontificii ceremoniam ſuperſtitioſam repoſuerunt. Olim oſculo communicantium ſucceſſit circa ann. 411. à Sacerdote facienda pacis indictio. Leo I. de conſecr. d. 2. & apud Walaf. Strab. c. 22. *Pax eſt neceſſariò indicenda ante confecta myſteria.* Solennia ſunt: *Pax omnibus fidelibus.* Et hoc facientes dicuntur *Annunciare Pacem.* Hodie apud Latinos poſt Agnus Sacerdos pacem præſentes oſculari jubet, quæ tabella, in qua crux, aut B. Virgo Maria depicta &c. quam *Pontificale* ſequioris ſeculi ſcriptores *Oſculatorium* nominant, vid. Guil. Durandi Rat. lib. 4. cap. 53. & eodem libro de oſculo altaris & libri. Offerebant olim magnum panem & omnibus ſufficientem, quod adhuc Græci ſervare dicuntur: ſed excreſcente fidelium multitudine, traditur inſtitutum, ut tantùm diebus Dominicis communicarent. Poſtmodum autem, quia nec dignè hoc potuit obſervari, tertia ſecuta eſt inſtitutio, ut ter ſaltem in anno, quilibet Chriſtianus acciperet Euchariſtiam, invento remedio, ut videlicet pro eo, quod ſingulis diebus communicatur, ſingulis diebus oſculum pacis daretur

Oſculum ſanctum.

r) *à §. 23. Spond. §. 8. collat. cum Caſaub. exercit. prol. pag. 48.* (s) *viſe Larroque de Euchar. part. 3. c. 3. p. 846 Zimmerm. in Tertull §. 74. & 90. ubi allegat Amalar. Fortunat. lib. 3. c. 32. de Eccl. Offic. Albaſpin. ad Optat. Milevit. obſervat. l. 1. c. 17. Iac. Goar. not. ad Euchol. p. 134. Lipſ. Crit. à p. 677. Stuk. conviv. à p. 225. adde Dalla. de cultu Lat. p. 14.*

Digitized by Google

Ann.45. retur &c.(t)Plura de oſculis Caſalius promit c.69.item Bona Liturg.lib.2. c.16.§.6.ubi §.7.genera alia recenſet etiam 1.baptizato & confirmato exhibitum. 2. in ordinum collatione ab Epiſcopo fieri ſolitum initiato. 3. mortuis. Druſ. præt.267[illegible]82. in Gen.c.118. & in Ex. c.12. varia ſimiliter oſcula recenſet. 1. quando propinqui ſe invicem occurrentes oſculabantur: Heb. פרקים. 2. cùm alter ab altero ſeparatur פרישות 3. magnitudinis ſeu dignitatis oſculum: גדולה. 4. precationis, precum cùm precaturi manum ad os admovebant, quod propriè orare, adorare dicitur. Varia inſuper erat oſculandi ratio pro gentium, perſonarum & cultûs ratione, vel enim ori, vel manui, pedibus &c. fiebat. Conſule Zimmerm. l. all. §.90. Cœterò de oſculo baptiſmi apud Latinos uſitato vid. Panſtr. Cham. T.4.l.5.c.16.§.17. ex Cypr. Ep.59.

Marci Evangelium. §.21.) Occaſione Baronii (u) ad *Marci Evangelium* tranſimus, quod ſecundo loco poſt Matthæum ſcriptum plerique conſentiunt, excepto Clemente Alex. qui Lucam præmittit. Unus fuit ex LXX. diſcipulis, etiam Johannes cognominatus: Act.12.25.c.15.37. Hunc Petrus 1.Pet.5.v.13. filium vocat, alii indiviſum ejus comitem, etſi aliàs quoque Paulum & Barnabam ſecutus ſit. Confer 2.Tim.4.11. Mater ejus Maria, Petri ex ſorore nepotem faciunt, Barnabæ autem conſobrinum: Act.12.12. Col.4 10. Eò Baronius inclinat, ut Marcum Latinè, & quidem Romæ ſcripſiſſe velit. Bellar. (x) autoritate Syri interpretis nititur, ac ſi ille ad calcem hujus Evangelii profiteretur Evangelium S. Marci & Romæ & Romanâ linguâ ſcriptum fuiſſe. At vis ſit Syro, qui aſſerit, Marcum id ſuum Evangelium Romæ & Romanâ linguâ locutum eſſe & annunciâſſe. His Cajetanum opponimus, qui initio ad hoc Evangelium aſſerit, ſcripſiſſe quidem in Italia, ſed Græcè. Ex ipſa Græca translatione hoc facilè cuique liquere Baronius (y) dicit. At certè minimè nobis liquet, neque Laurentio Vallæ, qui initio annotationum in Marcum ait, *Admoneor, ut eos improbem, qui putant Marcum Latinè ſcripſiſſe. Qui ſi Græci, ſat profectò Latina, ſin Latini, Græca ignorare ſe indicant.* Quòd ſi Latinum autographum Venetiis extaret (z) num non dudum foràs edidiſſent? Interpretem fuiſſe Petri volunt, de quo Euſ.l.2.c.15.l.3.c.4.39. & l.6.c.11. Niceph.l.2.c.45. ita ſcribunt: Petrum cum Romam, ad refutandas Simonis Magi præſtigias proficiſceretur, comitem aſſumſiſſe Marcum, & prædicatione ſua ibi tantum effeciſſe, ut auditores non contenti viva voce, Marcum diſcipulum ejus rogârint, ut eam doctrinam, quam verbo traditam accepiſſent, Scripturæ traderet, & literis memoriæ mandaret, id ubi Petrus intellexiſſet, ut vidit, factum confirmavit, & in perpetuum legendam Scripturam Eccleſiis tradidit. Neſcio quid ſibi velit Eutychius Patriarcha ille Alex. dum ait: *Tempore Neronis ſcripſit Petrus Apoſtolorum princeps, Evangelium*

t) *Molina anat. Miſſa l.4.c.42.* (u) *§.29. Spond. §10.* (x) *l.2. de Verbo D.c.7. cum quo confer Meieri Bibl. l.1.c.1.§.5.* (y) *§41.* (z) *Bar. ib.*

gelium Marci, dictante Marco, linguâ Romanâ, in urbe Roma; ſed attribuit illud Marco. Verùm quid novum & fabulis addictum ſcriptorem curamus? Ann. 45.

§. 22.) Alii prætendunt, Marcum rogatum à Romanis, dum ſubſiſteret Aquilegiæ, ſuum Evangelium Græcè & Latinè ſcripſiſſe. Hinc Veneti, qui ſubſunt Patriarchæ Aquilegienſi, Marcum ſuum Patronum, ejúſque Leonem pro inſigni faciunt. Hebraicè ſcripſiſſe nonnulli ſomniant. Græcè non Latinè teſtantur Hier. Præf. ad Damaſum, & Aug. lib. 1. de conſenſu Evang. cap. 2. Bellarminus itidem fatetur Latinam veterem & vulgatam editionem tam Matthæi, quàm Marci ex Græca editione translatam eſſe; quod planè vacillare debet, ſi illius autentica nutat. Chryſoſt. hom. 1. in Matth. dicit, non uſque adeò certum eſſe quibus in locis quiſque Evangeliſtarûm ſcripſerit, docet in Ægypto auditores rogâſſe Marcum, ut ea, quæ à Petro & Paulo accepta viva voce tradidiſſet, ſcripto complecteretur. Iſidorus Hiſpal. in Chronico: *Marcus*, inquit, *Evangeliſta Alexandriæ Chriſtum prædicans Evangelium ſcripſit.* Babylone Ægypti Petrum priorem ſuam ſcripſiſſe nuper vidimus: & certè Alexandrinæ Eccleſiæ fundator iſdem vulgò cluet. Baronius, ne præ ſociis ſaperet, affirmat, Marcum à Petro Alexandriam miſſum, ad fundandam nomine ſuo Eccleſiam. En nomen & famam quærit Petrus! Ita ſanè omnes fundâſſet Eccleſias, juxta adverſarios, quia omnes reliquos ejuſdem nonniſi Emiſſarios faciunt. Incertum quo ſenſu Marcus Petri dicatur interpres. Nugæ autem, quando adducunt Epiſtolas Petri ex Hebræo in Græcum translatas per Marcum. Nec admittenda ſententia Hieronymi ſtatuentis, Apoſtolos adhibuiſſe interpretes apud eas gentes, quæ linguam Hebræam non intelligebant, quum ipſi Apoſtoli non tantùm quamlibet linguam callebant, ſed quovis idiomate ſe omnibus accommodabant. Veriſimiliùs Marcus Petri interpres dicitur, quia Amanuenſis ejus fuit, ut Tertius Pauli: Rom. 16. 22. Alii ideo Petri interpretem fuiſſe volunt, quòd Petro dictante ſuum Evangelium ſcripſerit. Aliis ideo Petri habetur interpres, quòd in Evangelio ſuo ejus acta, ſeu doctrinam (poſt mortem ejus) complexus, ut Lucas Pauli, indéque traditionum Apoſtolicarum nomen ortum credunt. (*a*) Pſeudo-Damaſus in Petro, id Evangelium Petro adſcribit, quia Marcus auditor ejus fuerit, & filius à baptiſmo. Num verò jam tum Chriſtiani teſtes in baptiſmo, inprimis adultorum, adhibuerint, Damaſus viderit. Ita quatuor Evangelia Petri teſtimonio firmata idem nugatur impoſtor. Verùm ante Petri mortem non ſcripſit Johannes: imò poſt obitum etiam Petri & Pauli exaratum Marci Evangelium Irenæus l. 3. c. 1. (*b*) teſtatur.

§. 23.) Marcum Matthæi epitomatorem vulgò conſtituunt, Auguſtinus Breviatorem, quod non ita accipiendum, ait Bar. (*c*) quaſi Matthæum redegerit in compendium: ſed quòd multa, quæ à Matthæo eſſent fuſiùs *Partes ejus.*

a) Bulling. or. arr. p. 149. Confer Bar. 41. (b) Bar. §. 29. (c) §. 31. Spond. §. 10.

Ann.45. enarrata, Marcus breviori narratione contracta deſcripſerit. Nonnulla tamen etiam habet peculiaria, quæ in Matthæi contextu non reperiuntur: neque ordini nimis ſe adſtringit, uti Euſ.l.3.c.39. & Nic.l.3.c.10. obſervant. Illius Evangelium, juxta Suidam, titulos habet 48. capita 36. Partes duas faciunt, quarum prior narratio doctrinæ & operum Chriſti divinorum in Galilæa & Judæa editorum: à c.1. ad 14. poſterior paſſionis, reſurrectionis & aſcenſionis. Malè autem caput ultimum in diſcrimen vocatum. (d) Ejusdem Marci nomine confictum ab hæreticis aliud Evangelium *Ægyptiorum* dictum. (e) *Vitam Barnabæ* Marcus ſcripſiſſe dicitur, ait Bibliotheca Pariſ. T.XVII. in indice, quam putant Bedam in Lat. linguam tranſtuliſſe. Nos ad legendas jure eam relegamus, neque veteres hujus ſcripti ullam mentionem faciunt. Edita etiam à Cardin. Sirleto ſub hujus nomine *Liturgia* quædam Eccleſiæ Alexandr. tradita, quæ habetur Græcè & Lat. in eadem Bibl. T.XII. p.264. ſed & illa à nobis meritò contemnitur, quia eadem argumenta, quæ Jacobi Liturgia urget, voces habet illo ævo ignotas, ut ſunt θεοτόκον, ὁμοούσιον, Confeſſores, preces pro Monachis, thurificationes in remiſſionem peccatorum. 2. Oratur in ea pro Papa, pro ſubdiaconis, lectoribus, cantoribus: pro rege: 3. Habetur in ea oratio: Protege civitatem iſtam propter martyrem tuum Marcum, qui nobis viam ſalutis demonſtravit. Vid. Larroq. part.3.p.801. & 229. Ideo Theod. Balſamon in Canonem 32. ſextæ Synodi rectè eam rejicit: ita Bona Liturg.l.1.c.8.§.2. De eadem Nicol. Methonenſis ait, *Marcum Liturgiam Eccleſiæ Alex. tradidiſſe, quod & alii aſſerunt, & nos ultrò fatemur: an verò iſta, quæ ad nos pervenit, ipſa ſit, quam Marcus ſcripſit, res in ambiguo eſt, deficientibus per multa ſecula veterum Patrum atteſtationibus.* In illa, ut & in aliis, nulla panis tranſſubſtantiatio, neque adoratio, alia longè conſecratio: (f) contra privatam communionem, aliaque diverſa Latinis hodie adverſa agit, uti hoc Dallæus de cultu Lat. l.4.c.11. p.508. demonſtrat. Confer Dorſchæum de Miſſa cap.7.§.28. Fruſtrà ergo Coccius tranſſubſtantiationem, ac Greg. de Valentia hodiernæ Miſſæ Pontificiæ ceremonias verborum atque factorum inde probare annituntur. (g) Vitam Marci ex variis collectam deſcripſit Theodorus Bibliander. De Marco Ughellus (h) à Petro Aquilejam miſſus, unde ſucceſſore deſignato Hermagora Alexandriam in Æg. profectus ibique ſublatus d.25. Apr. Octavo Neronis anno. Hermagoras ordinatus anno Chriſti 50. Tertium Aquil. Epiſc. facit S. Helarum ad an.276. diu itaque vacavit ſedes.

Ejus ſcripta Apocrypha.

§.24.) Ex Euſ. lib.2.c.16. pro manifeſto traditur, Marcum hunc Alexandriæ in Ægypto primùm prædicatione Evangelii Eccleſiam Deo collegiſſe, & tandem ab altari in carcerem abreptum ſpiritum Deo reddidiſſe, de quo ad an.64 §.1. videbis. Marcum hunc etiam Juliobonæ in Norico prædicaſſe

Alexandrini Epiſcopi electi.

(d) *Baron. ad an.34 §.185.* (e) *Baron. hoc an.§ 48 Spond. ad an.44.§.26* (f) *Larroq. de Euch. part.1.p.135. & 564.* (g) *Cocus in Cenſ. cui adde Rivet.l.1.c.3.* (h) *Italia S. T.5.p.26.*

Digitized by Google

câſſe dicit Staravolſc. (i) at duplicem Marcum, & quidem utrunque Apoſto- Ann. 45.
lum faciunt alii. Notandum hoc loco Hier. teſtimonium occurrit, quod ha- Vid. an.
bet Epiſt. ad Evagr. *Nam & Alexandriæ à Marco Evangeliſta uſque ad He-* 64. §. 2.
raclam & Dionyſium Epiſcopos, presbyteri ſemper unum ex ſe electum, in excelſiori gradu collocatum epiſcopum nominabant. Ait inſuper morem eligendi Epiſcopum vel presbyterum durâſſe ad tempora uſque Concilii Niceni, quando ejus loco Alexander, qui interfuit Concilio, inſtituit, ut Patriarcham non presbyteri ex ſuo Collegio, ſed epiſcopi quemcunque virum aliàs idoneum crearent. Eutychius habet, à Marco ad Demetrium, qui nonus in ordine Patriarcha fuit, nullum in provinciis Ægypti fuiſſe Epiſcopum, ſed eum primùm tres; & poſt hunc, Heraclam, XX. conſtituiſſe Epiſcopos: à cujus tempore quoque Patriarcha dictus eſt Papa ſeu Avus; uti Epiſcopus Abba. Ergo Eccleſia poteſt eſſe abſque Epiſcopis, propriè dictis; neque Apoſtolicæ eſt origenis Epiſcopatus, maximè dum Alexandrinæ Eccleſiæ primum Epiſcoporum uſum aſſignant. In Barcam autem profectum poſtea Marcum, ut ibi homines ad fidem in Chriſtum invitaret, docet idem Eutychius. Igitur non uno in loco ſubſtitit. Barceos verò Iſmaëlitas, ac Bethlehem ſolitudini vicinos fuiſſe Hieronymus indicat. Eutychius Marcum anno Claudii IX. prædicâſſe Alexandriæ, interiiſſe autem ibi eem anno Neronis I. corpúsque ipſius crematum (k) ſcribit. Ughellus (l) ait Amaſianum à Marco juſſu Petri, Tarentinum factum Archiep. ſecundum conſtituit S. Cataldum, de quo 8. id. Maij. III. Maſonam. IV. Renovatium. V. Innocentium. VI. Andræam ad an. 590. at quis fidem habeat?

§. 25.) Marcum haud vicarium fuiſſe Petri, adeoque Alexandriam non à Petro, ſed à Marco fundatam, ex utriuſque actis patet. (m) Quòd verò iterum adverſarii ex Hier. ep. 85, ad Evagr. dicunt, Epiſcopum à presbyteris fuiſſe electum uſque ad tempora Dionyſii, non igitur à plebe eligendum, in hoc errant, quòd Hieronymum vel corrumpunt, vel non intelligunt docentem quis & ex quo ordine, non autem cujus operâ, vel ſuffragio ibi Epiſcopus fuerit electus. Inde ipſe Athanaſius Epiſt. ad Orthod. Nec Arianum, nec qui cum Ario ſentiret, præfici oportebat, ſed ſecundùm Eccleſiaſticos canones, & Pauli 1. Cor. 5. 4. verbum, congregatis populis &c. (n) Neque aliter §. ſuperiori Eutychius accipiendus, ſcilicet plebem ab electione haut fuiſſe excluſam.

i] pag. 298. [k] p. 336. [l] T. 9. p. 160. [m] vid. Blondell. de prim. à p. 590. f. ad 595. n] Blondell. de Ep. p 492. ſeq.

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 46.
CLAUDII *Imperatoris Annus* 4.

Petrus quas inſtituerit Eccleſias.

§. 1.) Petri an. 2. juxta Bar. Coſſ. erant C. Criſpus ſecundùm, & T. Statilius Taurus. De his Calviſius ad an. 44. C. Quinctius Criſpinus: & T. Statilius Taurus II. Neutri horum Simſonius ad an 45. numerum conſulatûs addit. In hoc totus eſt Baronius, ut dicat, non doceat, Petrum omnes Eccleſias inſtituiſſe vel per ſe, vel per alios: de quo vide quæ hactenus reſpondimus. In idem negocium M. Ant. de Dom. (*a*) ex Sophronio Patriarcha Hieroſ. de labor. & peregr. Petri ubi docet, quibus locis Petrus Epiſcopos dederit. Idem præſtat Hugo Eretrianus. (*b*) Verùm hoc Sophronii ſcriptum, cum Prato ejuſdem ſpirituali, ob ſuppoſitum & ementitum nomen facilè rejicimus. Adhæc in tanta ſcriptorum inopia, quam ipſe agnoſcit Baronius, ſummáque diſcrepantia, factum deinceps, ut reliqui à primo ſomniatore errores facilè hauſerint, & dubia, vel commenta potiùs, pro veris venditârint. Vel componant potiùs miſerè diſcrepantes ſcriptores adverſarii, antequam firmam à nobis fidem & aſſenſum requirant. Quis autem dubitet, multis in locis Eccleſias Petrum, vel per ſe, vel alios plantâſſe & inſtituiſſe? Num verò reliquos Apoſtolos ocioſos fuiſſe, neque idem præſtitiſſe dixerint?

§. 2.) Qur verò Alexandrina Eccleſia Antiochenæ præfertur, ſi hanc ipſemet Petrus per ſeipſum, & priùs fundavit, illam verò nonniſi per diſcipulum ſuum Marcum, & poſteriùs? Hoc argumento retudit aliquando Theodoretus ep. 86. (*c*) Dioſcorum conantem totius Orientis primatum trahere ad Epiſcopatum Alexandrinum. Et verò inruta fuga Bellarmini dum ait (*d*) Petrum Romanam per ſe fundâſſe Eccleſiam; Alexandrinam per Marcum; Antiochenam verò per Evodium neque Apoſtolum, neque Evangeliſtam. Sed non ignorabat Bellarminus, omnes paſſim facere Petrum per ſe & immediatè primum Epiſcopum Antiochenum, in eáque Eccleſia ſeptennium reſediſſe. Et cur Antiochena eſt Patriachalis, à Petro per unum diſcipulum ſimplicem, & qui nec Apoſtolus erat, nec Evangeliſta fundata; & non fuerunt Patriarchales tot aliæ ab eodem per innumeros alios ejus diſcipulos erectæ? Verùm aliter longè Antherus P. apud Niceph. l. 14. c. 39. teſtatur: Petrus doctor & dux noſter, Eccleſiaſticæ utilitatis cauſâ ex Antiochiâ Romam translatus eſt, & inde póſt Alexandriam tranſiit.

§. 3.) Quî autem fieri potuiſſet, ut hoc anno Petrus tot Eccleſias in tot

a) *l.* 3. *c.* 10. §. 4. (*b*) *de har. l.* 3 *c.* 17. (*c*) *apud Bar.* 439. § 42. & *an.* 448. § 16. (*d*) *de R. Pont. l.* 1. *c.* 24.

Digitized by Google

tot támque remotis terræ plagis inſtituiſſet, cùm hoc eodem anno, juxta Ann.46.
Bar. §. 14. Paulus à Judæis obſtinatis & fidem Chriſti nuncio ſolenniter remiſſo, repudiantibus, ad Gentes ſe converterit: act. 13. 46. conf. c. 18. 6. Quod quidem non eò accipiendum, ac ſi Paulus nunquam hactenus gentibus prædicârit, ſed quòd Judæis maximè operam dederit. At ſi gentium Apoſtolus, multò magis Petrus circuncisionis præco hoc feciſſe putandus.

§. 4.) Copioſus eſt Baronius (e) in recenſendis locis, quæ Apoſtolos ſuos & Epiſcopos à Petro acceperint: utpote Sicilia *Pancratium*, cujus memoria 3. Apr. celebratur. *Marcianum* de quo 14. Junii. *Berillum* de quo 21. Martii. *Philippum*, de quo Hier. in Phrygia prædicavit, ſepultus Hierapoli cum filiabus. Vide præcedd. Capuam miſit *Priſcum*: de quo 1. Sept. Neapolin *Aſpren* ſeu *Aſprenatem*: de quo 3. Aug. Tarracinam *Epaphroditum*: de quo 22. Martii. Hunc certè Philippenſibus Paulus commendat. Ad Æquicolas populos *Marcum*, alium ab Evangeliſta. Nepen *Ptolemaum*. Feſulæ *Romulum* ab eodem Petro accepere: de quo 6. Julii. *Paulinum* Luca: de quo 12. Julii. Verona *Euprepium*: de quo 21. Aug. Patavium *Proſdocimum*: de quo 7. Nov. vid. Ughell. Ital. S. T. 5. p. 394. cui ſucceſſorem dat S. Maximum, cujus obitus incidit in annum 166. 4. nonas Aug. Eundem Proſdocimum idem p. 1099. primum facit Vicentinum Epiſc. ad an. 48. exceſſiſſe vult anno 141. æt. 114. poſtq. Aquilejam, Patavium, aliáſque urbes convertiſſet. Ticinum *Sirum*: an forte illum qui in Martyrol. Rom. ad 30. Junii, Genuenſis dicitur Epiſcopus. Aquileja poſt Marcum *Hermagoram*: de quo 12. Julii (vid. Lambec. Bibl. T. 2. p. 640.) Ughellus (f) S. Syrum, natione Galilæum, Petri alumnum, primum Papienſem Epiſcopum facit, à Petro miſſum circa an. 46. cui ſocios addit Inventium, Pompejum, Griſantium & Fortunatum. Eund. in plurib. aliis Italiæ civitatib. prædicâſſe, tandem trajeciſſe in Auſtriam ac Laureaci Verbum Chriſti diſſeminâſſe, ſine tamen teſtibus legitimis aſſerit, duorúmque templorum fundationem illi tribuit. Defuncto anno 96. ſucceſſiſſe S. Pompejum Diaconum vult: hunc autem excepiſſe S. Inventium, qui Papienſes docuerit uſque ad an. 139. adeóque ad longævam perveniſſe ætatem oportet, ſi anno Chriſti 46. S. Syri comes fuerit. Plura ann. 180. §. 2. In Galliis Lemovicenſes, Tholoſani & Burdegalenſes *Martialem* acceperunt. Num is, de quo Mart. ad 30. Julii. Tungrenſes, Colon. & Treverenſes *Maternum*, nec non *Valerium*: de illo ad 14. Sept. de hoc ad 29. Jan. Rhemenſes *Sixtum ſ. Xiſtum*: de quo 1. Sept. ubi Martyrol. Rom. Xiſtus diſcipulus B. Apoſtoli Petri, qui ab eo primus Rhemenſis Epiſcopus conſecratus, ſub Nerone martyrii coronam accepit. Ad quæ Baronius: Sueſſionenſis quoque Eccleſiæ ponitur primus Epiſcopus tempore Neronis, in tabulis ejuſdem Eccleſiæ. Aliter Gallia Chriſt. T. 1. p. 475. *S. Sixtus primus Remorum Epiſcopus mittitur à S. Sixto Romano Pont. qui martyrium*

[Margin notes: an. 33. §. 36. — vid. an. 44 § 37. & 41 ſeq. — vid. an. 44. §. 39.]

Kk

e) §. 2. (f) *Italia Sacra T. 1. part. 2 p. 3.*

Digitized by Google

Ann.46. *rium paſſus eſt anno 261. ut declarat Hincmarus Rem. c. 16. opuſculi ad Hincm. Laudun.* Secundus recenſetur S. Sincius B. Sixti diſcipulus, Epiſcopus item Sueſſion. 3. Amantius: poſt quem diutinum interpontificium fuiſſe perperam, inquiunt Sammarthani, nonnulli ſcribunt, at ſine dubio falluntur. Unde 4. Inbetanſius ad an an. 314. De hoc Dallæus (*g*) & ex eo Arnd. (*h*) uterque ex Launoyo: *Pro more ſeculi ſynchroniſmum Apoſtolorum ubique affectantis Fulco Remenſis Archiepiſcopus Sixtum ſuum Petri diſcipulum aſſeruit, Remorum Epiſcopum conſtituit, & ex auctoritate Petri, totius Gallicanæ regionis primatem. Paribus ſtudiis,* ſubiicit Dallæus, *impulſi Arelatenſes Trophimum, Paulum Narbonenſes, Gratianum Turonenſes, Catalaunenſes Memmium, Viennenſes Creſcentem ab Apoſtolis ad ſe miſſos commenti ſunt* &c. Huc applicat Franc. Boſqueti teſtimonium ex l. 1. hiſt. Eccl. Gallic. edit. 1. ubi profitetur *incertam longa antiquitate & poſterorum commentis eſſe Gallicanæ Eccleſiæ originem; primos,* inquit, *ſi verum amamus, hujusmodi Zelotas Monachos in Galliis habemus. Illi ſimplici ac fervida, ideoque minus cauta, ac ſæpe inconſulta religione perculſi, ad illiciendas hominum mentes, & Auguſtiori Sanctorum nomine ad eorum cultum revocandas, illuſtres eorum titulos primùm ſibi, deinde credulæ plebi perſuaſos propoſuerunt. Ex horum officina Martialis Lemovicenſis Apoſtolatus, Urſini Bituricenſis diſcipulatus, Dionyſii Pariſienſis Areopagitica, Pauli Narbonenſis proconſularis dignitas &c. prodiere.* De Martiali idem Boſquetus in eadem hiſtoria pluribus agit. Porrò Euprepium, cujus mentio facta, miſſum à Petro Veronam circa an. 69. Ughellus (*i*) ait: ſucceſſorem dat S. Criſcinum, defunctum an. 102. 3. Kal. Jan.

vid. an. 74. §. 3.

Idem T. 6. p. 24. S. Aſprenum anno 44. à Petro converſum, anno 45. primum Neapolit. Archiep. factum vult, quieviſſe anno 79. Secundus ipſi eſt Epathimitus. 3. Maro. 4. Probus 5. Paulus: omnes tamen ſine annis.

Ib. (*k*) Priſcum, unum ex LXX. diſcip. primum facit Capuanum Eipſc. ad an. 44. à Petro miſſum. Ei ſucceſſorem dat S. Sinotum: huic S. Rufum ad an. 80. quartum S. Auguſtinum. Omnia tamen intricata.

§. 5.) Laudata Gallia Chriſt. (*l*) S. Savinianus à B. Petro *cum Potentiano & Altino in Gallias prædicaturus deſtinatus Senonenſes populos ad Chriſti fidem revocavit; hinc Eccleſiam Petri & Pauli ædificâſſe ferunt; quod ex veteri traditione NB. admittit Senonenſis Eccleſia; hanc addit illa, aliquibus narrationibus à veritate hiſtorica alienis nonnulli interpolatam eſſe dicunt.* Ado ab Apoſtolis miſſos: Chronicon Altiſſiodor. & Martyrol. Rom. non à Petro, ſed à Pontifice Rom. d. 31. Dec. Secundus Senon. Epiſcopus recenſetur S. Potentianus, qui tamen ſimul cum Sabino ſ. Saviniano paſſus fertur. Tertius Leontius. Quartus ad annum demum 346. Severinus. Iterum Gallia Chriſt. (*m*) *S. Sixtus cum B. Sinicio presbytero Sueſſionem miſſus* (à quo? quando?) *Poſtea*

g) de Patr. p. 31. (h) ant. p. 732. (i) Italia S. T. 5. p. 530. & 547. (k) p. 351. (l) T. 1. p. 615. (m) T. 3 p. 1041.

Digitized by Google

Poſtea Eccleſia Remenſis primus præſul ordinatur. De eo Flodoard. (*n*) ſic loquitur: *S. Sixtus Remorum primus Epiſcopus etiam Sueſſionicam fundaſſe fertur Eccleſiam, & B. Sinicium collaboratorem & cooperatorem ſuum inibi conſtituiſſe: quique poſt ejuſdem S. Sixti deceſſum, nepote ſuo, ut ferunt NB. S. Divitiano Sueſſioni à ſe Pontifice ordinato, quoniam noviter inſtituta Remenſis Eccleſia lacte adhuc tenera fortè NB. fovebat pignora, necdum ad opus Pontificale perferendum robuſta, Remis Epiſcopalem (ea cogente neceſſitate) ſubiit cathedram.* Alii tamen Sabinianum à Petro accepiſſe Senonenſes referunt, de quo ad 31. Dec. Ann.46.

Arelatenſes *Trophimum* nacti: de quo 29. Dec. Vid. an.44. §. 38. & 41.

Cenomanenſes *Julianum:* de quo ad 27. Jan. vid. Hoſp. de feſtis Chriſt. inpr. Galliam Chriſt. (*o*) ubi quidem in Catal. Cenom. Epiſcoporum primus collocatur, ſed additur: Quidam eum à Petro miſſum, alii à Clemente vel Sixto, aut Fabiano prædicant: alii *Letaldi* & *Gratiani* Turonenſis ſocium ſcribunt, qui poſterior ſub an. 250. Turones lumine Evangelii colluſtravit. Alii Julianum ad an. 96. referunt. Joh. de Launoy epocham longè poſteriorem eſſe tradit, quem prolixiùs videbis. Certè Sammarthani ſextum hujus Sedis Epiſcopum *Victurium* ad an. 453. reducunt, fatentúrque Legendas M. S. de hoc Juliano vetuſtatis notâ carere.

Vienna & Moguntia *Creſcentem*, de quo Martyrol. ad 29. Dec. Illum in Galliis prædicâſſe ibíque ſepultum Hier affirmat. Vid. an. 33. §. 33. & 36. item an. 44. §. 39. & 41. Galeſinius ad 7. Kal. Jun. Viennæ Zachariam ponit, de quo vid. Launojum.

Catalauni *Memmium.* De hoc inpr. Launojum conſule ad Non. Aug. & T. 2. Galliæ Chriſt. p. 480. b. adde Baron. & Galeſinium.

Arvernenſes *Auſtremonium:* de quo ad 1. Nov. adeóque hunc primum faciunt Arvern. ſeu Claromont. Epiſcopum, cúmque ſub Decio & Grato Coſſ. cum ſex aliis præſulibus miſſionem accepiſſe ajunt. Gallia Chriſt. (*p*) ex Greg. Tur. l. 1. c. 28. & c. 30. de gloria Confeſſ. ubi *Stremonius* dicitur. Aſt quî Urbicus ſucceſſor Auſtremonii dici poteſt, cum obierit demum anno 312. de cujus ſeparatione mirè nugatur citatus Greg Turon.

Sanctonenſes *Eutropium* nacti: de quo ad 30. Apr. vide Gall. Chriſt. T. 3. p. 976. ubi abſque anno. *vid. an. 98. §. 6.*

Beturicenſes *Urſinum* acceperunt: de eod. Gallia Chriſt. (*q*) S. Urſinus vulgò fertur NB. à diſcipulis Apoſtolorum (Bar. §. 2. ut reliquos, ita & hunc à Petro miſſum fingit) miſſus in Aquitaniam, qui cùm feliciter Bituricenſibus Evangelium prædicâſſet, primus Epiſcopatum urbis adeptus eſt: ex Greg. Tur. l. de Confeſſ. glor. c. 8. quod tamen teſtimonium refragari ajunt Sammarthani cum alio ejuſdem Gregorii l. 1. hiſt. Franc. c. 28. ubi VII. Epiſcoporum, quos inter Urſinus, in Gallias miſſio ad tempora Decii Imp. demum

Kk 2 colloca-

n) l.1.hiſt.c.3. (o) T.2.à p.512. (p) T.2.p.522. (q) T.1.p.143.

Digitized by Google

Ann. 46. collocatur. De quo quidem ſingularis diſſertatio nuper edita. Urſini ſucceſſorem faciunt S. Sevilianum: hujus Ætherium &c.

§. 6.) Hiſpania *Torquatum* accepit, *Cteſiphontem, Secundum, Idaletium, Cæcilium, Heſychium & Euphraſium:* de quibus ad 15. Maji.

Germania *Eucharium* (de quo 8. Dec.) *Egiſtum & Marcianum*. Bardovici prædicâſſe Egiſtum exiſtimant. (r) De Euchario Galeſinius & Bar. ad 6. Idus Dec. *Treviris S. Eucharii, diſcipuli B. Petri, & primi ejuſdem civitatis Epiſcopi natalis.* Item ad 18. Kal. Oct. Treviris S. Materni Epiſcopi, diſcipuli B. Petri, qui Tungrenſes, Colonienſes & Treverenſes, alióſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit. Ad quæ Dallæus de uſu Patrum p. 97. *Hæc ad fabulas ſuas firmandas inventa, & Galeſinius Martyrologio Rom. primus adjecit, & Baronius retinuit, quæ φιλαλήθεςατος Launoyus negat in veteribus libris, quoſcunque inſpexit, extare.*

De Laureacenſi in Noricis Eccleſia Urſinus: (s) Antiquiſſimam eſſe conſenſus eſt: de primis tamen doctoribus non conveniunt hiſtorici. Brunnerus l. 4. Noricorum: Primo ſtatim ſeculo *B. Laurentium* Laureaci legem Chriſti refert interpretatum: utrum S. Petri Apoſtolorum principis, an D. Marci, ſive adeò Hermagoræ Aquileienſis Epiſcopi miſſu advenerit, dubitat. Laureacum, Lauriacum, alii Auſtriæ op. reddunt, Ens/ alii Lorch/ Lorich pagus Auſtriæ ſuperioris. Num. i. q. Larch/ de quo Avent. l. 2. p. 512. edit. Ger. Vide Lambecii Biblioth. Vindibon. T. 2. p. 634. & 650. §. ab amniculo Laurbach/ Lorbach. Cuſpinianus verò in Auſtria ſua, aliter: *Hermagoram* Aquilejenſem Epiſcopum à S. Petro ordinatum, in has terras delatum, cum Fortunato Archidiacono, plurimos ad fidem Chriſti convertiſſe, & inter eos Laurentium, à quo Laureaco nomen inditum. Hundius in Metrop. Pataviæ inquit, extat vetuſtus liber in membranis ſcriptus, continens annales Patavienſes, ubi hujus Laurentii neque in annalibus, neque in Catalogo Epiſcoporum fit mentio, ſicut neque ſequentis Floriani: hujus ſucceſſores memorantur ibidem Jerardus, Eucharius, Quirinus, Maximilianus, inde nullus uſque ad S. Severinum, de quo anno 454.

At verò quis omnia ſatis excutiat, imò vel attingat? Nimirum ex quibusvis obviis lacunis Baronius cum ſociis bibens, ubi aliquem docuiſſe alicubi reperit, ſtatim pro confeſſo & indubitato ſumit, à Petro talem miſſum, ejúſque prædicâſſe auctoritate. Aſt vel ex ſola Martyrologiorum ſive Legendarum atque Notitiarum de Sedibus Eccleſiaſt. collatione inſtituta levitas ponderis difflatur. Pro exemplo ſi Galliam Chriſtianam Sammarthanorum fratrum, Regis hiſtoricorum, opus, quantum fieri potuit abſolutiſſimum, percurras, ingentes lacunas etiam ſeculorum integrorum, omnia quoque incerta, diſcrepantia & fabuloſa, ſæpe ſine annnis reperies.

§. 7.)

r) *VVerdenh. in urbò. Hanſ. part. 3. c. 2 p. 208 ex Henr. Herford.* (s) *de Eccl. Ger. p. 33.*

Digitized by Google

§.7.) Agrippa Rex, anno imperii V. Claudii III. à Numine percuſſus phtiriaſi periit, ut Lucas docet Act.12.23. Regno autem adminiſtrando (quia filius impar adhuc erat, Romæque educabatur) Cuſpius Fadus præfectus, Judææ præſes: (t) Circa idem tempus Marſus, qui Regi Agrippæ inimicus erat, ab adminiſtratione Syriæ amotus fuit, eique ſucceſſor datus L. Caſſius Longinus. Paulò pòſt uterque & Fadus & Longinus cùm ſacerdotalem ſtolam denuò in arcem reponi juberent, ut eſſet, ſicut priùs fuerat, in poteſtate Romanorum, Judæi legationem Romam miſerunt, quibus Claudius, rogante Agrippa Juniore, ejuſdem ſtolæ cuſtodiam conceſſit. Interea etiam Herodes Rex Chalcidis defuncti Agrippæ frater, à Claudio impetrat poteſtatem in templum & S. ærarium, juſque eligendorum Summorum Pontificum. (u) Unde notabis etiamſi Judæi talia jura obtinuerint, tamen nonniſi gratiæ & liberæ Romanorum conceſſioni adſcribenda fuiſſe. *Agrippa Rex per.*

Claudius plurimam Britannicæ inſulæ partem in deditionem recipit; & Orcadas quoque inſulas Romano adjecit imperio. (x)

§.8.) Paulus & Barnabas, quum in inſulam Cyprum navigâſſent, Paphum venerunt, ibique Sergium Paulum τὸ ἀνθύπατον ad fidem Chriſti convertunt, excœcato priùs *Elyma* Mago, qui eis reſiſtebat: Act.13.4. Elymas aliâs *Barjeſu* etiam dictus: num relapſus fuerit, uti Luzenburgus cenſet, dubito: Pſeudopropheta Judæus Lucæ dicitur: v.6. Quòd ſi Petrus Simonem Magum percuſſerit, haud minor erit Paulus, qui hunc quoque digno anathemate feriit & excœcavit. De hoc diſt.45. c. cùm B. Paulus & 23.q.4.c. quod. Chriſtus. *Elymas.*

Act.13.15. Moſen & Prophetas Judæi in Synagogis publicè legere ſoliti: conf. cap.15.21. Col.4.16. Luc.4.17. At quid hodie in Papatu? Origenes homil.15. i. in Johannem teſtatur, Apoſtolos ordinâſſe, ut libri V.T. in Eccleſiis legerentur. Juſtinus ait, in congreſſibus Urbanorum ac ruſticorum primùm lecta eſſe Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta: deinde ſurrexiſſe eum, qui fratribus ac cœtui præpoſitus diceretur, orationémque habuiſſe parænetieam, invitantem & hortantem ad imitationem eorum, quæ prælecta eſſent. Vide quoque Socr. l.5.c.21. de vetuſto Alexandr. Eccleſiæ more: item Concil. Tolet.4.c.16. Nec lecti tantùm, ſed & explicati etiam ordine integri S. libri in templis. Ac quemadmodum Legem & Prophetas ſingulis annis in Synagogis, ita quoque Chriſtiani olim tota Biblia legendo abſolverunt, qui quidem mos uſque ad annum 806. ſeu ad Poſtillarum originem duravit. *Vid an. 44.§.61.*

Cap.13.v.15. ἀρχισυνάγωγοι, præfecti ſeu principes, vel primarii Synagogæ, conf. c.18.v.8.17. ſcil. inſpectores erant, & primi Miniſtri, ſine dominio in reliquos: habuerunt tamen ſuos in miniſterio ὑπηρέτας, quorum mentio

 fit

t) Ioſeph. ant. lib.19.c. ul t. (u) Ioſ. ant. l. 20. cap.1. (x) Beda in epit. & ib. Chronol. Sax. p.504.

Ann.46. ſit Luc.4.20. & Act.13.5. in quem locum pulchrè Calvinus, communem quidem fuiſſe omnium operam, ſed non æqualem honoris gradum. Atque hæc graduum ratio rectè in N. Teſt. obſervatur.

Ann.47.

JESU CHRISTI *Annus* 47. CLAUDII *Annus* 5.

Paulus & Barnabas Antiochia & Piſidia. §.1.) Petri, ut ſupputat Baronius, ann. 3. Coſſ. M. Vinucius II. & T. Statilius Corvinus. Hos Calviſius ad ann. 45. Simſonius ad 46. habent. Paulus & Barnabas Antiochiâ Piſidiæ pulſi Iconium, quod in Cappadocia, venerunt: Act.13.51. ubi diu commorati non paucos tum Judæorum, tum Gentilium converterunt: cap.14.1.ſeq. Multa autem, quæ Paulus Iconii geſſerit, à Luca intermiſſa vult Baronius, quia nondum hoc tempore Paulo adhæſerit: id quod haut illibenter largimur, unde tamen Scripturæ perfectioni, in iis, quæ ſalutem ſpectant, nihil decedit. *Thecla.* *Theclam* virginem Iconii à Paulo converſam multi ſcriptores commemorant. Ejus memoria die 23. Septembr. celebris: de qua Baronius in Martyrol. item Hoſpinian. alii adeantur. Teſtimonia de Thecla præter Baronium, congeſſit Pamelius Annot. in Tertull. lib. de Baptiſmo. Vide inprimis Voſſii hiſtoriam Græcam lib.2.c.9. Gelaſius P. can. Sancta Rom. Acta Theclæ & Pauli inter Apocrypha recenſuit, idque jure, ait Baronius §.2. At quod unâ dat manu, alterâ aufert, dum actis apocryphis rejectis ſuccenturiatam narratiunculam, quam hiſtoriam paſſionis Theclæ vocat, §.3. producit, ac genuinam eſſe contendit, inque Hieronymum inſurgere non veretur. Verùm in illa hiſtoria omnia reperiuntur penè, quæ in actis à Gelaſio proſcriptis habebantur. Object. Patres aliqui paſſionis Theclæ meminere. Reſp. Non tamen ſequitur, acta illa propterea eſſe ſincera & genuina: potuit, ſi Patribus illis recentior ſit hic conſarcinator, ex illis decerpſiſſe quæ videbantur: vel ſi tempore præceſſerit, ab eo decepti Patres, ut ſæpe aliàs factum: unde Canus loc. Theol. lib.11. cap.6. ait: Epiphanium uſurpare interdum Acta Pauli & Theclæ, quæ Gelaſius jure rejecit. Unà cum Stephano Patres Theclam inter Protomartyras numerant. *Martyrum diverſa genera.* Aliud martyrii genus ἱερομάρτυς, qui ſacris ordinibus initiatus martyrium ſubiit. Aliud μεγαλομάρτυρ, dignitate civili conſpicuus, aliud καλλιμάρτυς, virgo aut mulier coronata: tandem ἀγιομάρτυς, de promiſcua multitudine, cujus dux μέγας ὁ μάρτυς Chriſtus.

§.2.) Non gratis ſuprà Baronius voluit, Lucam Acta Pauli ſeu Iconii geſta non omnia conſignâſſe, ſcilicet ut hæc ipſa Theclæ Acta obtrudere nobis poſſet: verùm rem tanti momenti fidiſſimus ſcriptor Lucas

ſicco

ſicco pede non præteriiſſet, unde multa fideliter deſcripſit, quæ acciderunt, Ann.47. antequam Pauli comes factus: præterea ſi Thecla Paulum ſequuta, ut volunt Legendæ, tum Lucas harum rerum oculatus teſtis eſſe potuiſſet. Plura Critico S.Riveti l.1.c.5. Huc facit, quæ Baronius Præfat. in Martyrol. Roman. cap.2. ait: *De Sanctorum hiſtoria falſa ſcripta non tantùm per hæreticos Catholicæ fidei perduelles, ſed & per Catholicos ipſos, eos tamen, qui quæſtum pietatem putarent, vel qui zelum quidem haberent, ſed non ſecundum ſcientiam. Satis modò ſit*, pergit ita, *de his tantùm in exemplum adducere Aſianum presbyterum, de quo Tertullianus hæc ſcribit in libro de Baptiſmo: Si quæ Pauli perperam ſcripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendíque defendunt: ſciant in Aſia presbyterum, qui eam ſcripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumulans, convictum atque confeſſum id ſe amore Pauli feciſſe, loco exciḋiſſe.* Malè Theclam ſponſo repudiato, ex conſilio & prædicatione Pauli, virginitatem ſectatam, adverſarios docere Hoſpinian. de Monach. pag.31.b. docet. Jure ergo tales Legendas atque miracula ſuis auctoribus remittimus: unde Lyranus in Dan. ſuper Draconis hiſtoriam: *Similiter*, inquit, *fit in Eccleſia maxima deceptio populi in miraculis fictis à ſacerdotibus, vel iis adhærentibus propter lucrum temporale.* Ita Melch. Canus l.c.11.c.6. arguit falſi ſcriptores Legendarum, deridet miracula *S. Franciſci & Dominici*; fabulas vocat *miracula ex novo allata orbe.* Et Camus, ſive de Beley contra Drelincurtium de honore B.Mariæ, in reſp. p.71.n.9.10.11. plenis faucibus deridet ſcriptores miraculorum, ac inter cæteros Pelbart, Mariæ Biblia, Conformitates S.Franciſci, Flores exemplorum, Speculum hiſtoriarum, Collectiones miraculorum &c. Plura in hanc rem Joh. Nicolai de Antichriſto cap. 8. à pag. 107. Confer Dallæum de Patribus pag. 35.

JESU CHRISTI *Annus 48.* Ann.48.
CLAUDII *Jmp. Annus 6.*

§.1.) Petri, uti volunt, An.4. Coſſ. erant C. Valerius Aſiaticus, & M.Valerius Meſſala. Ita Simſon ad an.47. Calviſius ad an.46. C. Valerius Aſiat. II. cui adjungit M. Junium Silanum, cum hoc Dio conſentit. Paulus & Barnabas Jconio diffugientes, Lyſtram & Derben pervenerunt: Act. 14.6. *Paulus & Barnabas Lyſtram perveniunt.*

§.2.) Sanctiſſima Virgo Maria ex hac vita migrat, ut Euſebius habet in Chron. Eam mortis expertem fuiſſe aſſeverabant Collyridiani hæretici, contra quos ſcribit Epiphanius, qui tamen de obitu ejus non audet certi quid diffinire, unde nihil certò de exitu illius conſtare ſcribit. Benignè tamen Cardinalis noſter §.12. cum Epiphanio agit. Hanc enim de *B. Mariæ aſſumptio ſeu tranſitus. vid an. 384. §.10.*

Mariæ

Ann.48. Mariæ obitu dubitationem tametſi ab Eccleſia admitti neget, Epiphanio tamen condonandum eſſe edicit, quòd aliis ſanctiſſimis atque eruditiſſimis viris ſæpe etiam acciderit, ut dum ardentiori ſtudio in hoſtes invehuntur, vehementiori impetu in contrariam partem acti lineam veritatis tranſgreſſi eſſe videantur. Idem verò Baronius ℣.15.16. Uſuardo & Adoni, celeberrimis noni ſeculi ſcriptoribus, ſuperbiſſimè inequitat, quòd in dubio reliquerint, an S. Virginis Mariæ corpus poſt ejus mortem in cœlos fuerit ſubvectum; eóſque tametſi putet in hanc ſententiam falsò Hieronymi nomine deceptos veniſſe, excuſatione tamen indignos eſſe pronunciavit, quòd à præeunte Romanæ Eccleſiæ exemplo ac judicio hac in parte defeciſſe ipſi videantur. Dormitionem ejus, τὴν τῆς ἁγίας Θεοτόκȣ κοίμησιν multi ſcriptores memorant. Sed Eccleſia Romana in eam partem propenſior, ut unà cum corpore aſſumtam credant in cœlum, ſeu ut Baronius habet, Mariam naturali morte vitâ functam, ſed Filii gratiâ à mortuis reſurrexiſſe, & in cœlum unà cum corpore evectam fuiſſe. Apoſtolos ad ſepulturam illius conveniſſe ajunt, unde Caſalius (a) ex Damaſceno: *Poſtquam omnes deſiderio, ſimul & debito ſatisfecerunt, & ex multis floribus, variiſque hymnis contextam ſacram contexuere coronam, &c.* Quonam autem tempore migrârit ex hac vita, diverſæ fuerunt ſententiæ, quas collegit Baronius. Aſſumtionem B. Mariæ d.15 Aug. celebrant. Octavam d.23 Aug. In hac Legenda Cardinalis (b) cum Spondano ſuo (c) ſe prodit, quando ita fatetur: *Tolerandum eſſet, ſi omnes æquè in eandem ſententiam conſpirarent, aut ſi unius, aut alterius anni ſpatio diſſiderent: at cùm monſtroſa quædam inter eos diſcrepantia reperiatur, quinam potiùs audiendi erunt &c.* item: *quæ de tranſitu Dei Genitricis diverſi conſcripſerunt, alia ſunt erronea, alia apocrypha, alia delira, alia recepta. Rejicit Eccleſia inpr. Collyridianorum deliria, & Antidicomarianitarum commenta.* (Utinam verò!) Gelaſius quoque P. c. Sancta Rom. inter apocrypha rejicit libellum de tranſitu Mariæ, qui falsò Melitoni Sardenſi Epiſcopo inſcriptus. *Vid. an. 17.v.1.* Ejuſdem farinæ Spondano (d) epiſtola Hieronymi ad Paulum & Euſtachium, de Aſſumtione B. Mariæ: item (e) Sermones de Aſſumtione, qui B. Auguſtini nomine circumferuntur: Sermo quinetiam Athanaſio adſcriptus, quem ipſe tamen Baronius, & meritò, rejicit: at ex illo Bellarminus (f) tres locos ad Sanctorum interceſſionem ſtabiliendam depromſit, qui verò in libro de Script. Eccl. Baronii rationibus adactus fatetur, non eſſe Athanaſii, ſed authoris, qui etiam poſt Concilium VI. floruit. Vide Joh Frid. Meyerum de conventu Apoſtolorum ad mortem Mariæ. 4.1671.

℣. 3.) Quibus fulcris ipſe nitatur Spondanus ex Baronio ſuo, manifeſtum fit, quando ℣. 3. tantum Dionyſio de divinis nom. tribuit, ut eum præ cæteris auſcultari poſtulet. Ecquidni verò, cùm ipſe Dionyſius ejus funeri inter-

a) Rit. vet. cap. 66. p. 265. (b) §.4. (c) §.1. (d) §.6. (e) §.7. (f) *l.1. de Sanct. beat. c.19. §. Athanaſius.*

intērfuerit,una cum Timotheo & aliis fratribus,ut ipſe Pſeudo Dionyſius de Ann.48.
ſe ſcribit, qui tamen, teſte etiam Baronio, nondum converſus fuit ad fidem. (g) Fulbertum audiant,ſi ejus eſt homilia illa 35. de Sanctis apud Aug. *quo ordine*, inquit, *hinc ad ſuperna tranſierit regna, nulla canonica narrat hiſtoria. Non ſolum autem reſpuere apocrypha, verùm etiam ignorare dicitur hæc eadem Eccleſia.* Et Euſeb. in Chr. ad hunc an. *Maria Virgo, Chriſti Mater, ad Filium in cœlis aſſumitur, ut quidam revelatum ſibi fuiſſe ſcribunt.* En revelationes profert,ſed eas incertas,quas neq; ille ſcivit,neq; hodie quiſquam. Quidam non mortuam, alii mortuam è ſepulchro reſurrexiſſe, & ſexcenta alia commenta tradunt, de quibus Bar. à §. 4. Sp. à §. 5. alii animâ tantùm in cœlum aſſumtam volunt, unde tranſitum ejus dormitionem vocârunt; & certè migrationem, tranſitum, abitum, dormitionem hodiéque mortem nuncupamus. Eutychius (h) ita de hoc: *Struxit Theodoſius M. Hieroſolymis Eccleſiam Jeſmaniah, in qua ſepulchrum erat S. Mariæ, quam diruerunt Perſæ.* De hoc Hippolytus Thebæus, qui vixit circa an. 975. in Syngrammate Chronico: ἔζησε δὲ μετὰ τὸ σωτήριον πάθος ἡ θεοτόκος ἔτη ἕνδεκα ὁ δὲ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἅπας χρόνος εἷς καὶ ἑξήκοντα. ubi nihil de aſſumtione.

§. 4.) Meritò ergo Auguſtinus locum apud nos habeat, qui Conc. 2. in Pſal. 34. ita loquitur: *Sic ergo peccatum Domini, quod factum eſt de peccato: quia inde carnem aſſumpſit: de maſſa ipſa, quæ mortem meruerat ex peccato. Etenim, ut celerius dicam, Maria ex Adam mortua propter peccatum Adæ. Adam mortuus eſt propter peccatum: & caro Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata.* Quemadmodum ergo Chriſtus propter noſtra, ſic Maria ob propria mortua eſt delicta. Sanè rei geſtæ hiſtoriam neque ex Canonicis Scripturis, neque ex antiquiorum Patrum teſtimonio confirmare poſſunt. Putétne verò quiſquam Lucam, vel alium Apoſtolum rem tantam omiſſurum, nobíſque eam occultaturum fuiſſe, ſi ita ſe haberet. Nonne potiùs dixeris, Papiſtas ipſiſſimos hodie eſſe Mariolatras, & Collyridianos ſupergreſſos, qui illi tot feſta, preces & ſupplicationes tam devotas decrevere? Vel unum Bonaventuræ Pſalterium loquatur. Meritò ergo ad immaculatam Virginis conceptionem rejicienda hæc fabula. Sed & hoc mirare, quod quidam Concilium Apoſtolorum in B. Virginis Aſſumtione ſtatuant, de quo Bar. §. 14. Spond. §. 5. Omnia nugis atque næniis jure optimo accenſenda: unde & recens in Papatu hoc feſtum. (i) Hierotheum quoque funeri B. Mariæ interfuiſſe fingit pſeudodion. (k) cujus feſtum 4 Oct. celebrant: cum eodem Dionyſium unum fuiſſe, è numero Areopagitarum Athenienſium à Paulo converſum, ſine dubio cum reliquis Apoſtolis in aëre delatum ad illud funus volunt. Plura de hoc feſto Dallæus de adorat. l. 3. cap. 4. p. 363. & Martyrol. ad 15. Aug.

g) vid. Coci cenſuram à p. 95. confer Bar. ad an. 48 §. 8 (h) p. 536 (i) Adi Rivet. apol. pro B. Virg. l. 1. c. 21. Cham. T. 3. l. 5. c. 11. §. 6. inpr. §. 18. 19. & 25. Item Forbeſ. inſtruct. l. 7. c. 2. §. 7. Arnd. ant. p. 825. (k) Bar. §. 6.

Digitized by Google

Maria ſcripta & effigies. §.5.) Num B.Virgo aliquid ſcripſerit quærunt, rectéque Suarezius & Mæſtreus negant, atque ipſe Baronius (*l*) Mariæ ad Ignatium epiſtolam inter apocrypha rejiciunt. (*m*) Hanc in Biblioth. patr. edit. Pariſ. T.II.p.2. videbis. De notha epiſtola ad Meſſinenſes Caſalius p.395. epiſtolam ad Ignatium, nec non Ignatii ipſius interrogationes magnas & parvas Gnoſtici & Strationici prætexebant ſuis impietatibus & horrendis ſceleribus, quæ in ſuis conventibus agitabant, per promiſcuos & nefarios concubitus, & S.Synaxeos nomine à Chriſto inſtitutæ, & per ejus matrem commendatæ venditabantur. Ita verò Baronius (*n*) ab imaginibus temperare ſibi nequit, ut pro B.Mariæ effigie aſſerenda Nicephorum (*o*) adducat: quem tamen tanti non faciendum ſuo loco videbis. Quin ipſi non placet Baronio prototypum fuiſſe. De hoc Bellar. (*p*) *Extant imagines B.Virginis, quas B.Lucas pinxiſſe dicitur, quarum meminit Theodorus Lector, qui ante 1000. annos floruit, l.1. collectaneorum. Niceph. hiſt. l.14. c.2. & Simeon Metaphr. in vita S. Lucæ.* Ad quæ rectè Forbeſ. (*q*) *Non ſufficiens probatio, poſt altum 600. circiter annorum ſilentium. Et notum eſt, tempore Theodori Lectoris nimiam fuiſſe multorum facilitatem, tum in admittendis, tum in referendis inanibus & fabuloſis commentis.* Adde Dallæ. de imagg. l.1.c. 8.p. 119. ex Auguſt.l. 8. de Trin.c.5. Dicamus ergo quod olim Gelaſius (*r*) de ſcriptis de inventione crucis, & de inventione Capitis Johannis Baptiſtæ: *Novella quidem revelationes ſunt, & nonnulli eas Catholici legunt, ſed quum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, B. Pauli Apoſtoli ſententia præcedat, omnia probate &c.* Eadem profectò ratio, quando Thomas (*s*) ita habet: *B. Lucas dicitur depinxiſſe imaginem, quæ Romæ habetur.* Habeat ergo hanc ſibi Roma, ut plurima alia.

Presbyteri creantur. Electio penes quos. §. 6.) Per ſuffragia creârunt (Paulus & Barnabas) per ſingulas Eccleſias presbyteros, & orârunt cum jejuniis, Act.14.23. Cœtus Miniſtros elegerunt, quos actus Apoſtoli moderati: itaq; populo ſuum jus erat in electione & admiſſione paſtorum ſuorum. Inde aliud longè χειροτονία à χειροθεσία: illud liberum ſuffragium cum manuum extenſione ſeu elatione per ſuffragia, hæc ordinationem Miniſtrorum Eccleſiæ denotat. Negandum tamen non eſt aliquando per meton. adjuncti χειροτονίαν ſumi pro χειροθεσία: malè verò Tirino Act.14.21. locis 1.Tim.4.14.22. 2.Tim.1.6. pro electione accipitur. Neque ab electione & vocatione planè extraordinaria & immediata ad mediatam & ordinariam procedit probatio. Ludit Bellarminus ad hunc locum, quando χειροτονεῖν ſumi generaliter pro conſentire vult, & referri hunc locum ad ipſum Paulum, & Barnabam, qui ex ſuo, non ex populi ſuffragio paſtorès elegerint. Aſt quid aliud hoc, quàm nugari, & verum ac clarum Scripturæ ſenſum corrumpere: confer 1.Cor.16.3.4. 2.Cor.8.19. & Cypr.l.1. ep.4.

l) § 25. Spond. §.9. (*m*) Crit.S. Riveti. l.2.c.1. Cocus p.21. Mejer in Bibl.I.1.c.1.§.16. (*n*) § 26 Spond. 9. (*o*) l.2.c.23. (*p*) l. de imag. c.10. (*q*) Inſtr. l.7.c.8.§.19. [*r*] diſt.15.c.S.Rom. [*s*] part.3.q.25. art.3. ad 4.

ep.4. & l.3. ep.9. & 14. item Act.6.v.3.4. ubi licèt de Diaconis tantùm agatur, ut objicit Bellarminus, non autem de Epiſcopis, idem tamen de presbyteris hoc loco refertur: conf. Act.13.2. Victum ſe fatetur, quando ad Act. 15. ſemel hoc factum dicit, proinde pro regula non habendum: verùm quid aliud hoc Apoſtolorum factum, quàm regula. Num ea dicta & facta, quæ ſemel nonniſi in Sacris extant, nullum apud nos pondus merentur? Obj. 2.Tim.1.6. Tit.1.5. *Reliqui te, ut opidatim conſtituas.* Reſp. Populi tamen ſuffragium non excluditur: vid. can. plebs Diotrenſis. can. Reatina. can. obeuntibus diſt.63. Meré autem & puré Democraticum eſſe, aut fuiſſe regimen Eccleſiæ, nemo noſtrum, quicquid cavillentur adverſarii, dixit. Ergo ſané Petrus non omnes elegit vel miſit. (t) Confer Act.8.14. c.11.4. Gal.2.6. ita Paulus qualiter Epiſcopi in Eccleſia ex Dei Verbo inſtituendi ſint Timotheum & Titum docet: 1.Tim.3. Tit.1. &c. Ann.48.

§.7.) Hi presbyteri, qui in Eccleſiis ſingulis præficiebantur, quid aliud niſi Epiſcopi fuere. (u) Ita Act.15.2. Paulus & Barnabas Hieroſolymas ad Apoſtolos & presbyteros proficiſcuntur: Conf. c.16.4. alia. Adprimè huc facit, quod monet Blondellus: (x) *Epiſcopis*, inquit, *divino jure inſtitutis Eccleſia conſtituta neque caruit unquam, neque carere potuit, neque unquam carere poteſt.* Id præſenti loco, & ex Tit.1.5. probat. *At Epiſcopis (ſpecialiter ita dictis) caruit aliquando Eccleſia, atque etiamnum carere poteſt.* Certè Epiſcopi presbyteriorum præpoſiti, κατὰ πόλιν ἢ κατ᾽ ἐκκλησίαν nec conſtituendi fuerunt, nec revera conſtituti ſunt, ſed in ſolis frequentioribus Eccleſiis, clarioribúſque urbibus, ne eorum vileſceret apex, uti Clemens in Ep. vult: imò nec ſemper in clarioribus ſingulis, unde in multis ſerò inſtituti. (y) Adde quòd Epiſcopos divino jure inſtitutos plures unà κατ᾽ ἐκκλησίαν conſiſtere fas fuit ſemper, imò reipſa conſtiterunt. Contrà Epiſcopos presbyteriorum præpoſitos plures una κατ᾽ ἐκκλησίαν conſiſtere, fas nec fuit unquam, nec æternùm per canones erit, imò reipſa nunquam niſi præter canones conſtiterunt. Ergo hi ab illis longè ſunt diverſi. Per presbyteros autem præſenti in loco Epiſcopos intelligendos Hammondo (p.232. de Ep.) placet.

Presbyteri iidem qui Epiſcopi.

§.8.) Claudatur hic locus verbis Rouſſelii Canoniſtæ, quæ habet in hiſt. Juriſd. Pontif. (z) *Placet*, inquit, *doctoribus, primos XII.* (Apoſtolos) *fuiſſe velut Epiſcopos: illos verò LXXII. velut inferiores Sacerdotes: ſed quòd poſtea dixit Petro, ut aliquando converſus confirmaret fratres ſuos, denotat ei, & ſucceſſoribus ejus, datam in Epiſcopos & Sacerdotes prærogativam confirmandi eos ſeu in fide, ſeu in ſede: ipſum tamen Petrum non legimus ordinâſſe omnes Epiſcopos, qui quoad vixit, in pluribus locis conſtituti fuerunt, nec ab aliis ordinatos confirmâſſe: ut neque Titum & Timotheum, quos Paulus ordinavit, & quando Paulus præcepit Timotheo, ut per civitates ordinaret presbyteros, non reſerva-*

t) vid. de Dom. l.3. c.12. §.33. (u) de Dom. l.2. c.3. §.20. (x) de Epiſc. p.190 (y) idem Blond. p.191 m. (z) l.2. c.1 §.3.

Digitized by Google

Ann.48 *at ſibi, aut Petro confirmationem: fortaſſe NB. quia, ubi abuſus nondum erat præcautione Summi principis, ad eum evitandam, opus non fuerat.* Idem §.4. *ex Matthiæ Apoſtoli Act.1. & Diaconorum c.6. electione conſtare dicit, omnium fidelium, tam ex clero, quàm ex populo concurſum ad eos fuiſſe:* hinc in Conſtit. Clementis (*a*) refertur D. Petrus præcipiens, ut Epiſcopus à cuncto populo eligeretur, & tertiò interpellatur populus, an ipſe ſit, quem præeſſe peteret. &c.

a) l.8.c.4.

JESU CHRISTI *Annus* 49.

Ann.49.

CLAUDII. *Annus* 7.

Petri, ut volunt, an. 7. Coſſ. Claudius Auguſtus IV. & L. Vitellius III. Hos Calviſius ad an.47. Simſonius ad 48. recenſent. Paulus & Barnabas Antiochiam revertuntur: Act.14.26. ex Baronii calculo: quod Simſonius ad an.47. refert.

JESU CHRISTI *Annus* 50.

Ann.50.

CLAUDII *Imp. Annus* 8.

Petri, ut putant, an. 6. Coſſ. Aulus Vitellius & L. Vipſanius. Calviſio anno 48. Simſoni anno 49. Herodes Rex Chalcidis moritur, cujus regnum Claudius dat Agippæ Juniori, & procuratori Alexandro ſuccedit Cumanus.

Rebellio Hieroſ. Eodem tempore ſeditio & clades Judæorum Hieroſolymis oritur: Joſ. Ant. l. 20. c. 3. ſeq. & de bello Jud. l. 2. c. 4. Oroſ. l. 7. c. 6. ita de hoc: *Anno Claudii VII. ſub Procuratore Judææ Cumano in Hieroſolymis tanta ſeditio in diebus azymorum exorta eſt, ut in portarum exitu populo coartato 30000 Judæorum cæde proſtrata & compreſſione ſuffocata referantur.*

Onkeloſus. Eidem anno adnumerant etiam *Targum Chaldaicum Onkeloſi*, quod quàm proximè ad literam Hebraicam accedit. Hæc paraphraſis, ut & antiquioris illius Jonathanis, magnæ apud Judæos eſt authoritatis. Tertium Targum vocatur Hieroſolymitanum, quod exaratum ſermone Hebraico corrupto. Onkelus hic גר Ger, ſeu proſelytus in libro Juchaſin ſcribitur fuiſſe filius ſororis Titi Veſpaſiani, vel, ut alii tradunt, Adriani: aliis utrunque diſplicet, quia hunc noſtrum Onkeloſum alium longè eſſe ſtatuunt, ejusque paraphraſin æquè vetuſtam eſſe, atque eſt Jonathanis. Vocatur etiam Ankelos,

kelos, item Unkalus. De hoc Mejer (a) Pauló ante Chriſtum natum Jonathan Uzielis filius, libros Joſuæ, Jud. Sam. Regum, Eſajæ, Jer. Ez. & Prophetas XII. minores interpretatus. Pentateuchum verò poſt Chriſtum natum Onkeloſus. Reliquos Joſephus quidam cæcus, cui aliqui Aquilam, alium ab Onkeloſo illo, adjungunt. Ann. 50.

a) *in Bibl. l. 1. c. 1. § 7.*

JESU CHRISTI *Annus 51.* Ann. 51.
CLAUDII *Imperatoris Annus 9.*

§. 1.) Petri, juxta Latinos an. 7. Coſſ. C. Pompejus, & Q. Verannius. Ita Simſonius ad an. 50. at Calviſius ad 49. C. Pompejus Longinus Gallus; & Q. Verannius. In idem tempus, ſcil. in præſentem annum incidiſſe edictum Claudii de eiiciendis Româ Judæis, & Concilium Hieroſ. (act. 15.) Baronius decernit. At de neutrius tempore auctores conveniunt. Num ſoli Judæi Româ ejecti, an ſoli Chriſtiani, vel utrique, diſſiden t tractatores. Exiſtimant aliqui imperitia quadam rerum externarum factum fuiſſe, ut Tranquillus, de Chriſtianis cum vellet loqui, nominaret Judæos. Itaque etiam Chriſtianos intellexiſſe videtur. Quia Chreſti h. e. Chriſti mentionem facit. Pro mea parte non dubito, quin Judæi contra Chriſtianos indies creſcentes ſæpius inſurrexerint: unde fortè cauſa Imperatori data utroſque expellendi. Nec Suetonius loquitur de univerſa Judæorum gente omnibúſque interdictis collegiis, quæ in orbe Rom. plurima erant, ſed tantùm de iis, quæ Romæ erant. Oroſius fatetur ſe neſcire, utrum contra Chriſtum tumulantes Judæos coërceri juſſerit, an etiam Chriſtianos ſimul velut cognatæ religionis homines voluerit expelli. Adi in eandem rem Joſephum. Judæus alius origine eſt, alius profeſſione. Aquila act. 18. 2. natione Judæus, fide Chriſtianus, quare exire Româ coctus, quia excedere inde omnes Judæi debebant, licet fuerint Chriſtiani. Concilium Hieroſol. alii ad an. 48. alii ad 49. alii ad 50. referunt: Marollus ad an. 52. Hier. in Epiſt. ad Galat. ad XIIX. annum ab aſcenſione Chriſti: alii ad 14. (a) alii ad 16. vel 17. Ex quibus neceſſariò diverſa mortis Petri calculatio ſequitur, ſi XXV. Sedis Petrinæ annos conſideremus. Etenim Lucas Petri acta perquam diligenter deſcribens, ad præſens uſque Concilium, nullibi eum Romæ oſtendit, neque inde, ut quidem volunt adverſarii, Hieroſolymas rediiſſe dicit, ſed Paulum invenisse Petrum Hieroſolimis teſtatur, ubi contrà Aquilæ & Priſcillæ meminit act.

Judæi Româ pelluntur.

Concil. Hieroſ.

a) *T. 1. Concil. Crabbi p. 1. ex Gal. 2. 1.*

Digitized by Google

Ann.51.act. 18. 2. Non eodem anno tum Concilium, tum Imperatoris accidiſſe edictum graves ex Potificiis ſcriptores ſentiunt, aliis Concilium in an. 48. hoc eſt, Claudii 6. reiicientibus, quo tempore Petrus Hieroſolymis fuit; aliis, ut Bellar. & Oroſio, Imperatorium edictum anno Claudiani Imperii nono; aliis (*b*) ad an. Chriſti 49. h. e. Claudii 7. collocantibus: quo tempore Petrus nec Romam venire, nec moras ibidem trahere auſus. An Petrum propter edictum Româ diſceſſiſſe, gregem & ſtationem deſeruiſſe, hominibusque magis, quàm Deo obtemperâſſe credemus? Contrarium habet Leo I. ſerm. de Natal. Apoſt. apud Spond. §. 2. Neque verò relinquere Vicarios potuit, quia fatentibus Antagoniſtis, nullos adhuc ordinárat. Vel num Mago vivo Hieroſolymas rediit, an extincto?

Iter Petri Romam. §. 2.) Petrum fingunt Romam veniſſe, ut Magum opprimeret: quin etiam Onuphrius ſcribit, extincto Mago rediiſſe IIX. aut IX. anno Claudii: alii tamen plerique Magum non eſſe interfectum ajunt, niſi regnante Nerone, unde iratus Petro illum cruci affixiſſe ſtatuitur. Non ſatisfacit Perronius, quando diverſa Petro Româ in Judæam itinera ita affingit, ut cum hiſtoria nequaquam conveniant. Aſt quomodo ſecundo Claudiani Imperii anno uſque ad 14. quo Neroni ceſſerunt faſces, invito Imperatore, commorari Romæ, ac inſuper, ut fabulæ volunt, futuræ majeſtatis fundamenta haud contemnenda jacere potuit? Et ſi ita, quur de hoc ne jota quidem in Sacris extat Pandectis? Quòd ſi poſt mortem Claudii veniſſe Romam dicatur, jam non ſub Nerone, ſed ſub Veſpaſiano, Principe mitiſſimo, paſſum illum dicendum erit. Juſtinus M. Apol. 2. ut rem certiſſimam narrat, ſub Claudio Simoni Mago erectam fuiſſe ſtatuam cum inſcriptione Simoni Deo Sancto: falsò tamen, cùm ſic legendum ex genio Romæ: Semoni Sanco Deo: Juſtinus legit Σίμωνι θέῳ Σάγκτῳ.

§. 3.) Suſpicionem Baronius movet, quando (*c*) dubitat, expulsúsne Româ Petrus, an alia occaſio inde eum abduxerit. Sic ergo omnia incerta ſponte errantibus. Ita contra Leonis ſententiam, ceſſit Petrus Claudio: ecquomodo enim invito illo, dum Romæ Petrus manſit, Evangelium intrepidè prædicavit, ſi edicto ejici ſe paſſus? Româ autem hoc anno ipſum diſceſſiſſe Metaphraſte (cui toties aures dat & fidem Baronius) atteſtatur, quando Petrum Româ abeuntem in Africam navigâſſe, & Carhaginenſem erexiſſe Eccleſiam, ac Creſcentem diſcipulum eidem præfeciſſe, dicit: indéque Alexandriam conceſſiſſe, & erecta ibi Eccleſia, atque Marco inſtituto Epiſcopo, & Thebis Rufo Hieroſolymam profectum eſſe: quæ omnia ſanè haud breve temporis ſpacium requirunt, niſi volatu & ſolo nutu eum omnia perfeciſſe dixerimus.

Pſeudapoſtoli. § 4.) Ipſum Concilium Hieroſ. quod ſpectat, cauſam illi adverſarii Pauli & Barnabæ, præbuerunt Pſeudapoſtoli; quibuſdam enim, qui deſcenderant.

b) ut Petav. in rat. temp. part. 1. l. 5. p. 284. collat. cum Korthold. de perſecut. à p. 4 (c) §. 3.

derant Antiochiam è Judæa (Phariſæos nonnulli vocant, alii Cherintum hæreſiarcham inquietum, inde contra Petrum & Paulum Hieroſolymas petiiſſe, Epiph. hær. 28. ait, & ex eo Collector Conciliorum T. 1. edit. Pariſ. p. 5. & 6.) circumciſionem, aliarúmque Legalium ceremoniarum obſervationem urgentibus, adeóque pari neceſſitate Legem cum Evangelio conjungere, ad conſequendam ſalutem nitentibus, res fuit delata ad Apoſtolos & presbyterium, & ex Verbo Dei, dictante Spiritu S. deciſa. Princeps ergo Pſeud-Apoſtolorum, ac poſt Simonem Magum hæreſiarcha primus fuit *Cerinthus*, unde & Petro reſtitiſſe Act. 11. 2. aliqui putant (*d*) quod tamen perſuaderi mihi non ſino. Natione Judæus fuit, adeóque circumciſus, unde & omnes Chriſtianos circumcidendos contendit. Alii cujàs ſit ignorari dicunt. Vivente adhuc Johanne Apoſtolo docuit Chriſtum Deum non eſſe, ex Joſepho & Maria natum eſſe ſimilem cœteris hominibus, ſed antecellentem ſapientiâ. In baptiſmo Chriſtum in figura columbæ, divinitus in eum delapſum eſſe, qui Patrem incognitum monſtrârit, & miracula fecerit. Poſtea iterum revolâſſe Chriſtum de Jeſu, & Jeſum paſſum eſſe. Docuit Chiliaſta humanam ejus naturam nondum reſurrexiſſe à mortuis, ſed aliquando reſurrecturam, & tum regnum Chriſti fore terrenum in Hieruſalem, unde Chiliaſtæ ſeu Millenarii Cerinthiani quoque dicti, quòd mille annorum poſt mortuorum reſurrectionem in hac terra fore, Sanctóſque corporaliter epulaturos cum Chriſto dicant: vid. Iren. l. 1. c. 25. Euſ. l. 2. c. 28. l. 7. c. 23. & l. 4. c. 14. adde Aug & Epih. Hiſtoriam Ireneus l. 3. c. 3. recitat de Johanne Apoſtolo, qui caſu in balneis in eum incidit. Hujus errorem Johannes quibuſdam locis perſtringit: 1. Joh. 2. 19. 22. & cap. 4. 3. Similes Cerinthianis *Nazareni*, rectiùs *Nazaræi*, de quibus B. Hieron. (*e*) Uſque hodie, inquit; per totas orientis Synagogas, inter Judæos hæreſis eſt, quæ dicuntur Minæorum, & à Phariſæis nunc uſque damnatur, quos vulgò Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum Filium Dei, natum de Virgine Maria, & eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit, in quem & nos credimus. Contendunt obſervationem ceremoniarum Legis ad ſalutem neceſſariam eſſe, unde Semi-Chriſtiani & Semi-Judæi eidem Hieronymo nominantur.

Ann. 51. *Cerinthus.* *Nazaræi.*

§. 5.) Locus, in quo congregata Synodus Hieroſ. apertè non exprimitur, ex circunſtantiis verò facilè colligitur domicilium fuiſſe vel Mariæ, de quo act. 12. 12. vel tale quodpiam: c. 15. 6. certè templum non fuit, nec ædificium ad hoc extructum: confer act. 1. 13. 15. c. 2. v. 14. 41. 46. c. 4. v. 24. 31. c. 5. 42. c. 6. 2. c. 10. 27. Nulla enim adhuc templa Chriſtiani habebant. Contra eos, quos Independentes vulgò vocant, facit iſthic conventus apertè, qui nulli alii ſe Eccleſiæ ſubiicere volunt: vid. act. 15. 2. & 7. c. 16. v. 4. Concilia Regia Pariſ. (*f*) Staravolſcius (*g*) cœteri, tertiam hanc Apoſtolorum conventionem vocant: at tu rectiùs primum omnium N. T. Chriſtianum, verè Apoſtolicum & Canonicum Concilium dixeris, adeoque

Locus Concilii. *Primum N. T. Concilium.*

Cynoſu-

(*d*) *Spond. ad an.* 41. §. 3. (*e*) *T.* 3. *p.* 155. (*f*) *T.* 1. *p.* 4. (*g*) *p.* 1.

Digitized by Google

Ann. 46. cynoſuram & normam atque regulam omnium reliquorum: inde in libello Synodico Σύνοδ@ θεία καὶ ἱερά; Synodus divina & ſancta. Proinde celeberrimum hodiéque unicè notandum & imitandum, cujus congregandi ea occaſio fuit, quæ totam Eccleſiam illo tempore commoverat, quo ſenſu œcumenicum vocari queat. (*h*) Igitur act. c. 1. & 6. Concilia propriè dicta vocari non debent. Non verò Univerſale ſeu Oecumenicum dici Concilium, ſed particulare placet Witakero (*i*) quia non omnes undiq; paſtores, presbyteri, Prophetæ & Evangeliſtæ convenerint, ſed qui Hieroſolymis fortè fuerint, ubi quædam quaſi religionis arx & caput Eccleſiæ extitit. Nec magnus, ait, ille conventus eſſe potuit, propter ſacerdotes & Phariſæos, quibus circunſepti fuerunt. Quare cadit ſimul Pontificiorum ſententia, dicentium, divino aliquo inſtinctu eò convolâſſe Apoſtolos, neque enim quiſquam, omnes illi interfuiſſe Apoſtolos probabit. Quur autem nulla Concilia vel Provincialia, vel Nationalia legantur celebrata primo ſeculo, præter hoc unicum, cauſas duas afferunt. 1. Quòd Eccleſia variis tum jactata perſecutionibus eam quietem non haberet, quæ ad tales conventus requiritur. 2. Quòd viventibus adhuc Apoſtolis, aut ſaltem quibuſdam ex illis, ſi quæ occurrerint difficultates, facilè poterant dirimi & componi per tantam authoritatem, quam hodie malè ſibi ſumit & tribuit Rom. Epiſcopus.

vid. an. 100 §. 5.

Hujus Conc. authoritas.

§. 6.) Utut verò cum Joverio (*k*) illud œcumenicorum Conciliorum numero eximas, demus etiam ſolos Petrum, Paulum, Johannem, Jacobum & Barnabam ex Apoſtolis adfuiſſe, authoritas tamen ejus decretorum Apoſtolica eſt, adeóque plus quàm œcumenica, & longè major quàm ullius deinceps habiti Concilii, hinc in fidei canonem abiit, & Scripturæ S. partem: tum ſtatutum de rebus, quæ omnes omnino Eccleſias ſpectarent: denique non de Judaicis tantùm Eccleſiis, ſed etiam de aliis omnibus actum, cùm diſtributæ ſunt provinciæ Petrum inter & Paulum, unde tamen malè Petro prærogativam aſſignant adverſarii ob honeſtiorem titulum ſeu provinciam, cùm tamen Pauli longè amplior fuerit, neque illud diſcrimen inter Judæos, & Gentes locum amplius habuit; & libera, ceu inter æquales, fuit transactio, nullum autem imperium Petri.

Præſes Concilij.

Bellarminus (*l*) præſidem & caput hujus Synodi Petrum facit, & quidem in aliena diœceſi, & Epiſcopo præſente Jacobo, primúmque loquentem. Unde Monarchicum ejus regimen fuiſſe contendit, neque repugnare Monarchiæ, aliquid ſtatui in publico conventu de communi principum conſilio & conſenſu. R. 1. Petrum præſidem fuiſſe negamus. 2. Etiamſi fuiſſet, non illicò Monarcha ille fuiſſet, uti nec Cyrillus in Epheſina, nec in Nicena Euſtathius Antiochenus, qui primus Imperatorem alloquitur. 3. In Monarchia ſtatuta non à conventu, ſed à Monarchia vim accipiunt. 4. Ariſtocraticum fuit iſthoc Concilium, quia in eo Apoſtoli,

h) *Wit. de Conc. q. 1. c. 1.* (*i*) *l. all. p. 6.* (*k*) *inst. Conſtit. Eccl.* (*l*) *l. 1. de Rom. Pont. c. 8.*

ſtoli, item Seniores ſeu presbyteri, ut & tota Eccleſia v. 22. cum Paulo & Ann. 51.
Barnaba, cœteriſque Antiochenæ Eccleſiæ deputatis.

§. 7.) Rectè hoc loco Spanhemius: (*m*) Apoſtolica Eccleſia praxi ſua commendavit Synodales conventus in rerum ad plures Eccleſias pertinentium deciſione, & in decretorum ſanctione, quæ plures Eccleſias obligant &c. Imò niſi Apoſtolis conſtitutum fuiſſet exemplo toti Eccleſiæ præire, non opus fuiſſet illis iſto conventu, quippe quorum judicia ſuper doctrina erant ἀνυπεύθυνα καὶ αὐτόπιστα. Præſentem controverſiam quiſque Apoſtolorum, non autem ſolus Petrus, decidere & definire poterat, atque revera jam ante concilium hocce quiſque determinaverat; proinde absque cœtu numeroſo Deus voluntatem ſuam revelare, eámque propagare poteſt, ita ut veritas à numero ſeu pluralitate votorum, quæ colligi in Conciliis ſolent, non dependeat. Concilium tamen legitimum medium aliquod vocare, quo cum autoritate majori controverſiæ deciduntur, partes audiuntur, fideles in fide confirmantur, non pigebit. Unde ſequitur malè hodie Epiſcopum Rom. Concilia avidè petentibus, in rebus etiam graviſſimis denegare, eáque ceu periculi plena fugere: item diſcas, Papas absque Conciliis nihil poſſe. Huc aliquatenus ſpectat, quod Marca habet (*n*) *Conſenſûs* (provinciarum ſeu Eccleſiarum cum Papæ decretis) *neceſſitatem hac etiam ratione probavit Nic. Cuſanus* (*o*) *quòd olim omnia diſciplinæ capita decernerentur in Conciliis, ex communi Epiſcoporum ſuffragio & conſenſu, ſecundùm formam ab Apoſtolis præſcriptam: qui ex ſua & ſeniorum ſententia, Decreta de ſuffocato, & de ſanguine ediderunt. Unde ſequi ait, Conſtitutiones Pontificias aut è canonibus receptis petendas; aut ſi poteſtatem ſtatuendi quam Summus Pontifex à Deo habet* (Pontificius loquitur) *in rebus nondum canone deciſis, explicare velit, ad hoc quod ſtatutum ejus liget, non ſufficit, quòd ſit publicè promulgatum; ſed oportet, quòd acceptetur* (per conſenſum expreſſum, vel tacitum) *& per uſum approbetur &c. Unde videmus,* pergit Caſanus, *innumera Apoſtolica ſtatuta: etiam à principio, poſtquam edita fuere, non fuiſſe acceptata.*

§. 8.) Formam Synodicam in hoc fuiſſe conventu patet, quòd συνήχθησαν coacti Apoſtoli & ſeniores: v. 6. quòd Paulus & Barnabas eò mittuntur cum fratribus quibuſdam: v. 2. quòd cauſa ibi diſceptanda proponitur: v. 7. quam diſceptatio ſequitur: ib. & decretum: v. 22. quòd cum autoritate id Eccleſiis obſervandum proponitur: v. 22. 23. 28. & cap. 16. 4. Illi autem formæ, quæ in Regiis Conciliorum Tomis extat accedere neutiquam poſſumus, cùm ajunt, *Apoſtolos ceu judices deciſiſſe & definiviſſe; presbyteros inquiſitores veritatis diſputâſſe & conſultâſſe; plebem non vocatam interfuiſſe, non quidem ad examinandum, ſed ad audiendam Apoſtolorum ſententiam cui obtemperare debuerint.* Ita non veterem Apoſtolicam formam recitant, ſed quid illi

Forma Concilii.

Mm hodie

(*m*) *Epiſt. ad Dav. Buchananum contra Indep. p.* 24. (*n*) *l.* 2. *c.* 16. §. 8. (*o*) *de Conc. Cathol. l.* 2. *c.* 9. 10. 11.

Digitized by Google

Ann.51 hodie præſcribant & dictent. De his autem in ſequentibus cognoſces. Quantum ad materiam, dogma fidei ex S. Scriptura fuit deciſum : ipſum decretum ad Eccleſias miſſum, jurisdictionem claviúmque poteſtatem in ſe continet: unde obligavit etiam, non tantùm quòd Apoſtoli, ſeu θεοφορέμενοι, ſed etiam quòd presbyteri, & cœtera membra interfuere, id quod tum ex diſceptatione, tum ex inſcriptione patet. Nec ſingulos ex tota credentium multitudine jus habuiſſe ſuffragii putandum, hinc v.6. Apoſtoli & presbyteri coacti dicuntur, interim placuiſſe Eccleſiæ toti, quod Apoſtolis & cœteris viſum: v.22. ideò etiam tota Eccleſia ſubſcripſit. Firmum itaque ac immotum, omnia in Eccleſia ordine fieri, atque decenter oportere, cavendas confuſiones, ſcandala atque errores tollendos : conf. Col. 3. 16. 1. Theſſ. 5. 11. Heb. 3. 13. 14. 1. Cor. 16. 1. 2. 2. Cor. 8. 1. & 12.

Materia. §. 9.) De cauſa igitur religionis noſtræ omnium maxima certamen fuit, quæ totam gratiam Dei, Chriſtíque meritum in ſe continet. Gloriabantur haud dubiè Pſeudodoctores illi, quaſi familiares eſſent Apoſtolis Chriſti, & ab his Hieroſolymis miſſi. Verùm non ornat locus, aut tempus, aut tale quidpiam doctrinam corruptam, nec commendant: neque audiendi, vel recipiendi, qui non miſſi currunt. Quocirca contulit Paulus Evangelium ſuum non cum ſolo Petro, ſed cum Apoſtolis & reliquis, non quaſi ipſe poteſtatem non haberet, nec ut diſceret, ſed ut imperitos quosdam confunderet, tolleretque ſcandalum, quod multi ferebant. Aſcendere igitur voluit, ut hoc omnibus Apoſtolis conſtaret, réſque omnibus palàm fieret. Inde Hieronymus in 2. ad Galat. *Paulus vult dicere, cùm venirem Hieroſolymam congregationi fratrum per ædificationem meam reddidi rationem : ſeorſim & Apoſtolis* (ergo non uni Petro,) *non ut ab illis in aliquo inſtruerer, quippe qui plenam fueram gratiam conſecutus : ſed ut manifeſtarem eis, recto ordine me Chriſti Evangelium prædicare.* Non igitur ſolus Petrus omnium eſt magiſter certiſſimus ac indubitatus, ad quem appellandum aut currendum, multò minùs ejus, ut vocantur, ſucceſſores : conf. Galat. 2. 9. Nec enim potiores hîc Petri fuere partes, quàm alterius ex Apoſtolis ; imò Jacobum, non Petrum præſediſſe, & res ipſa loquitur apud Lucam, & inter alios Pontificiæ communionis conſentit Abulenſis in Matth. 17. q. 13. ut ergo ſuum in doctrina conſenſum cum cœteris Apoſtolis comprobaret Paulus, atque ſic falſorum fratrum calumniis os obſtrueret, eò profectus. Quòd ſi Petrus divinitus, ut volunt, eò ad Concilium advolavit, quî fit, quòd Papæ Romani nulla Concilia extera, ne quidem œcumenica in perſona viſitant? Quòd ſi Hieroſolymis ſedit, Romæ non erit quærendus. Nos, Pauli exemplo, Apoſtolos in rebus dubiis & perplexis conſulamus. Annon etiam Hieroſolymam rectiùs, quàm Romam Matrem & Magiſtram adpellabis, ubi primum celebratum, & quidem illuſtriſſimum Concilium, cujus decreta ad cœteras orbis partes perlata, quibus obnoxiæ erant, & obedire tenebantur.

§. 10.

Digitized by Google

§.10.) Act. 15. 5. *Surrexerunt quidam ex hæreſi Phariſæorum,*&c. Recté ante omnia ſtatus controverſiæ proponitur, ne extra oleas auctores vagentur, & andabatarum more pugnent. Ita multò magis hodie cum ipſa Concilii indictione cauſæ illius ſignificandæ ſunt. Fuerat autem controverſiæ ſtatus, Num homo ſola fide abſque operibus Legis, ſervari queat: id quod Apoſtoli aſſeruerunt, & univerſum Concilium probavit. Ann. 51. *Status controverſiæ.*

V. 6. *Congregati ſunt Apoſtoli & presbyteri, ut diſpicerent de hac re* (ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου) En presbyteri agunt quod Apoſtoli! A quo convocatum hoc Concilium, apertè quidem non dicitur, factum autem ex conſenſu totius Eccleſiæ, cumprimis ab Eccleſiæ columnis h. e. Apoſtolis, ibi tum præſentibus, undique manifeſtum, præcipuè ex v. 4. ubi recepti dicuntur ab Eccleſia, Apoſtolis & presbyteris: conf. Act. 6. 2. Certè de Petro hoc loco ſingulariter nihil refertur. Ex hac hiſtoria rectè colligitur: Si deſit Magiſtratus Chriſtianus, poſſe tunc inſcio, atque etiam invito Magiſtratu Eccleſiam Synodum convocare: ſin fidelis ſit, conſenſum ejus & auxilium omnino eſſe neceſſarium, quandoquidem Concilia convocare propriè & per ſe humanum eſt opus, & tale quidem, quod ad jurisdictionem Magiſtratûs ſpectat: præterea Magiſtratus nutritius eſſe debet Eccleſiæ atque utriuſque tabulæ cuſtos. Uti verò Conciliorum convocatio ac confirmatio à ſupremo Magiſtratu facta, non ſtatim orthodoxiam, neque authentiam infert, nec eò tendere debet, ut propterea cœteri ea recipiant, prout Athanaſius olim Arianis reſpondit, ita horum defectus cauſæ bonitati obeſſe non poteſt; unde tribus primis ſeculis, ſine Imperatorum, & papalium edictorum ſubſidio, ſed ſolo Eccleſiarum conſenſu celebrata. Neque hîc quadruplicem admittimus Bellarmini prætextum, quo excuſare conatur, quur olim Pontifex non ſolus Concilia indixerit, ubi ſimul etiam oſtendit, cur iisdem hodie ſolus abſque Imperatore convocet. Horum primus, quia olim ejuſmodi conventus fuerint prohibiti. 2. quia nullus fuerit tutus & commodus locus. 3. quia olim ſumtibus Imperatorum publicis fiebant. 4. quia licet olim Pontifex fuerit in ſpiritualibus Caput Imperatorum, tamen ſe olim ſubmiſerit Imperatoribus. Quæ ſanè omnia ſic ſunt futilia, ut nullam refutationem mereantur. *A quo convocatum.*

§. 11.) Non rectè ex hoc Concilio XIX. alii XXV. Petro prærogativam faciunt, quòd primus locutus, ſententiámque ejus Jacobus, & reliqui omnes ſequuti. Quin Bellarminus(*p*) Petrum præſediſſe aſſerit: & Harantius (*q*) Petrum congregâſſe id Concilium: retuliſſe quid faciundum: alios audiviſſe: & locum dicendæ ſententiæ conceſſiſſe. Ita Concilia Regia: *Suffragio Apoſtolorum, & judicio Petri, principis Apoſtolorum, definitum.* Reſp. 1. Petrum fuiſſe præſidem, nullo certo conſtat argumento: vide Chryſoſtom. hom. 33. in Acta. Ultimum judicium præſidis eſt, quod Jacobus, non Petrus *Petrus an Præſes.*

 edidit.

p] *l. 1. de Conc. c. 19.* [q] *l. 6. locor. Cathol. c. 10.*

Ann.51. edidit. Neque Hieronymus,ut vult Bellarminus(r)Petrum præſidem fuiſſe affirmat,ſed ſolummodo eum ſolita libertate primò in illo Concilio verba feciſſe.Cur autem ille potiùs,quàm alius,primo loco orationem habuerit, duæ potiſſimùm cauſæ occurrunt, quarum prior, quòd iſtius controverſiæ deciſionem ipſe ſingulari revelatione divinitus facta didicerat: Act.10.altera cauſa,quòd Judæorum erat Apoſtolus,adeóque minùs in hoc negocio ſuſpectus,unde Hieronymus non alio ſenſu eum principem hujus decreti nuncupat, prout ex toto contextu liquet. 2. Petrum convocâſſe neque S.Codex,neque S.Patres teſtantur: quin ipſi inter ſe digladiantur Pontificii,quando alii ex convocatione Concilii dignitatem Petri,alii ex dignitate Petri Concilii convocationem concludunt. 3. Non gratis aderant,vel miſſi fuerant Paulus & Barnabas.Quid ergo opus fuerat Petrum referre? Audivit ut Jacobus,& alii,tanquam ex adſtantibus,imò ex judicibus unus.4.Neque Petrus primus aut ſurrexit, aut locutus eſt, nam quum multa diſceptatio(συζήτησις)fuiſſet, ſurgens Petrus dixit v.7. Et gloſſa ordinaria eam diſceptationem factam obſervat inter Judices.Quare verò quæſtionis deciſio non ſoli Petro fertur accepta,ſed Apoſtolis & Presbyteris,unà congregatis.5.Petri deciſio non eſt illimitata & abſoluta,ſed S.Scripturæ adſtricta, v. 14.

§.12.) Quæſtionem definiviſſe Petrum Bellarminus vult.Reſp.Non quòd decretum pronunciârit auditis ſuffragiis, ſed quòd eam ſententiam dixerit,in quam decretum factum eſt,unde poſtea etiam Jacobus de eadem re diſſeruit,quod non fit poſt decretum.Neq; decretum prorſus in verba Petri factum: & tamen licèt definiiſſet,nullum ſignum præſidentiæ fuiſſet, quia quilibet ſententiam dicens ſic definire ſolet,etiamſi poſtremus ſit in ferendo ſuffragio.Non ſolent alii præſidis ſententiam ſequi,ſed præſes potiùs aliorum ſententias colligit: adeòque, teſte Theophylacto,Jacobus potiùs præſediſſe videtur v.13. Imò ſanè decretum concipitur prorſus in Jacobi verba: unde Gaudent. ſerm. de Macchabæis: B.Jacobus cum cœteris Apoſtolis tale decretum conſtituit obſervandum. Proinde quemadmodum Paulus & ejus comites non ad ſolum Petrum miſſi,ita decretum communi Concilii nomine conceptum & traditum fuit. Ex προεδρείας ſeu præſidentia malè tum univerſalis & ſumma poteſtas concluditur, tum ad omnia reliqua Concilia,ſive jus perpetuum, tum ad Epiſcopum Rom. trahitur. Inde electi olim in Conciliis præſides, illíque limitatam poteſtatem habebant. Fac igitur aliquem moderatorem fuiſſe in hoc Concilio, quanquam tota res incerta,fac Petrum non Jacobum illum fuiſſe, nihil facit ad Monarchiam Petri, multò minùs ad Papæ. Num non hoc modo Petri fuiſſet congregare Concilium,at nihil tale reperias. Forſan ſponte ſua,ut aliàs uſitatè, convenerunt.

§. 13.

r) ex Ep.11. apud Aug.

Digitized by Google

§.13.) Si Petrus ea dignitate atque poteſtate præditus fuiſſet, Antiocheni inter diſceptandum ad unum Petrum provocâſſent, & ab una ejus ſententia ſtetiſſent. At hoc non factum, ſed in ipſa actione communi omnium nomine omnia facta, quin Jacobus concludens: v.19.20. *ἐγὼ κρίνω, Ego iudico, cenſeo,* dicit, ad eos ita & ita ſcribendum. Ecquid clarius, quàm quòd Jacobus & presbyteri Hieroſolymitani de ſe Act. 21.v.25. teſtantur *περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν, nos ſcripſimus, & decrevimus, ne quid hujusmodi obſervent.* Quid hic ſingulare de Petro? De hoc de Dom. (s) *Ex quatuor primis Conciliis, quæ tempore Apoſtolorum ſunt congregata, à Petro nullum fuit indictum.* 1. *Act.1.13. à nemine indictum, ſed propter metum Judæorum eò ſe receperunt.* 2. *Act.6.2. duodecim convocârunt.* 3. *Act.15.6. convenerunt Apoſtoli & Seniores.* 4. *Act.21.18. in domo Jacobi, ubi Petrus aberat, caſu quodam convenerunt, ut viderent Paulum.* Pulchrè ſanè de eodem negocio Bullingerus (t) *Conveniunt Apoſtoli & Seniores, nec altercantur de primis Cathedris, conſident tranquillè, ordine pulcherrimo, quem præſcribit charitas, honor, & moderatio animi.* Malè argutatur Canoniſta Rouſſelius (u) *Non referunt acta,* inquit, *hoc Concilium D. Petri authoritate coactum: ſed quòd convenerunt Apoſtoli & Seniores: ſine dubio ſolicitati à Paulo & Barnaba, qui ut de legalium obſervatione cæteros Apoſtolos conſulerent, miſſi dicuntur Hieroſolymam: quem verò primum adierint, an Petrum, ut Apoſtolici chori principem, an Jacobum, ut diœceſis Hieroſ. Epiſcopum, ipſe Paulus dubium, ſi quod eſſe poteſt, reſolvit, dum refert, ſe ad Petrum acceſſiſſe, & 15. diebus cum illo manſiſſe: Gal.1.18. deinde ad Jacobum: quodſi primus aditus, & primos quoque convocâſſe Apoſtolos & presbyteros facilè credetur.* Sed fallit hoc loco Canoniſta, quia Paulus tertio converſionis ſuæ anno Petrum viſendi gratiâ adiiſſe ſe refert. Neque tamen conſequentia valeret: quin ipſimet huic ſuo errori ſubjicit, *Nicenum Concilium juſſu Conſtantini I. coactum, nec ulla mentio explorati conſenſûs Romani Pont. exploratus tamen dici poteſt, ſiquidem huic adfuit per Oſium, Victorem & Vincentium.* Ita ne vero? Annon & alii plurimi hac ratione explorati? De Oſio autem ſuo loco audies. Ann.51.

§.14.) Rectè omnino noſtri ex v.6. & 22. docent non tantùm ad Concilia Prælatos, ſed & reliquos Eccleſiaſticos atque Laicos pios, doctos & idoneos vocandos, parémque habere authoritatem in ſuffragiis ferendis: quandoquidem heîc manifeſtum, non ſolos Apoſtolos, ſed & presbyteros, imò univerſam Eccleſiam, adeóque & populum ipſum in hoc Concilio, quod aliorum omnium norma eſſe debet, adfuiſſe, & ſuffragium definitivum habuiſſe. Adde quòd Concilia Eccleſiaſtica longè inferiora Concilio hoc Apoſtolico. Appoſitè Zuinglius (x) per *πρεσβυτέρους*, Seniores intelligit non *Vocandi ad Concilia quinam?*

Mm 3 verbi

s] *lib. 6. cap. 5. §.95.* [t] *de Concil. l. 1. cap. 10.* [u] *de Iurisdict. Pontif lib. 3 cap. 2 §.6.*
x] *Ep. 7. pag. 8.*

Digitized by Google

Ann. 51. verbi miniſtros, ſed βυλδυτὰς, Senatores ſcil. Eccleſiaſticos, aſſeſſores i. e. viros ætate, prudentia & fide venerabiles, qui digerendis & agendis rebus id erant Eccleſiæ, quod Senatus eſt urbi. Ad integritatem itaque non tantùm univerſalis, ſed etiam particularis Concilii duo ordines, Magiſtratus politicus & plebeii quoque requiruntur. Quare autem Magiſtratûs conſenſus & authoritas in hoc Concilio haberi non potuerit, ſuprà jam indicatum. Cum doctoribus Eccleſiæ Antiochenæ, h. e. cum Paulo & Barnaba, Seniores, vel fratres & laici, uti dici ſolent, Hieroſolymam miſſi: unde hi doctores deducti ab Eccleſia dicuntur: v. 2. 3. ut nimirum in Synodo perſonam Eccleſiæ Antiochenæ ſuſtinerent. Sic in ipſo Concilio Laici fuerunt, ſententiámque dixerunt, uti ex decreto liquet v. 22. ut & ex ſubſcriptione v. 23. Duplices quidem presbyteri in N. T. occurrunt, quorum priores qui doctrinæ, alii qui moribus ſeu diſciplinæ atque conſiliis ſuccurrentibus præſunt. At prioribus, ubi ipſi erant Apoſtoli, opus non fuerat: quare hoc rectè poſterius intelligitur genus. Quòd ſi Concilium Eccleſia ſit repræſentativa, certè ad integritatem illius plebeii etiam ſpectabunt, maximè ſi læſos ſe exiſtiment: unde Juris regula: *Quòd omnes tangit, ab omnibus curari debet:* imò ſæpe fit, ut plebejos magis, quàm Eccleſiaſticos cura religionis tangat, id quod experientia ſæpe docuit. Oppidò rectè heîc notant, Jurisdictionem in regenda Eccleſia, ſive in poteſtate clavium & excommunicationis, ſive in dogmatibus fidei examinandis & definiendis, ſive in canonum promulgatione & diſpenſatione, ſive in judiciis Eccleſiaſticis pertractandis, ſive in bonis externis adminiſtrandis &c. tam Epiſcopis, quàm presbyteris, communem fuiſſe, quandoquidem nulla adhuc Epiſcopalis datur dignitas, nec ulla inter utrunque diſtinctio: vid. v. 2. & 4. & 23. c. 16. 4. coll. cum c. 14. 23. c. 20. 28. &c. Tantum abeſt, ut Petrinam, ſive Papalem hæc Monarchiam ſapiant.

Diverſa Synodicorum munia. §. 15.) Multos Conciliis intereſſe poſſe, diverſis tamen rationibus adverſarii concedunt, unde quatuor horum gradus conſtituunt. 1. ut judices, quibus aſſignant ſuffragium deciſivum. 2. ut diſputent & examinent difficultates, qui habeant ſuffragium conſultivum. 3. ut defendant Concilium, dentque operam, ut pacata ſint omnia intus & extra. 4. ut miniſtrent, quales notarii, cuſtodes, famuli. Ergo ſolos Prælatos majores, quos ſuperciliosè vocant, h. e. Epiſcopos & Archiepiſcopos omnes in Conciliis Univerſalibus & particularibus habere jus ſuffragii deciſivi volunt, ſed Cardinales, Abbates & Generales ordinum, licet Epiſcopi non ſint, extraordinario privilegio poſſe ſuffragium etiam deciſivum ferre. Ita T. 1. Concil. edit. Pariſ. *Interfuerunt Apoſtoli, tanquam hujus controverſiæ judices, ad decidendum & definiendum: Presbyteri velut inquiſitores veritatis, ad diſputandum & conſultandum: plebs autem non vocata interfuit, non quidem ad examinandum, ſed ad audiendam Apoſtolorum ſententiam &c.* Hoc Bellarminus ex v. 6. probare nititur, ubi Apoſtolorum & Seniorum congregatorum mentio fit: per Seniores

niores, presbyteros intelligendo, quod nos minimè: unde præter Paulum Ann. 51.
& Barnabam alii etiam quidam Antiochiâ ad Apoſtolos miſſi: hinc v.4. æquè ab Eccleſia Hieroſ. ſuſcepti: & ipſa plebs Concilio ſubſcripſit, ita v.12. πᾶν πλῆθος, omnis multitudo conticuiſſe dicitur. Ergo prius locuta. Et v.12. diſceptârunt ipſi adverſarii, qui nec Apoſtoli erant, nec presbyteri, ſed converſi de ſecta Phariſæorum, & proinde laici. Et rectè ſanè pars quoque adverſa fuit audita. Neque aliquid efficit Bellarmini argutiola, dicentis, nonniſi Apoſtolos locutos introduci, proinde ſolos illos definiviſſe. Atqui contrarium jam modò probavimus. Neque verò ulla conſequentiæ vis, quia hodie etiam in Conciliis pauci verba feciſſe, & publicè peroraſſe introducuntur, ubi tamen longè plures definiunt & ſubſcribunt.

§.16.) Accommoda heîc verba Cardinalis Arelat. apud Æneam Sylvium libro de geſtis Concilii Baſil. *Viſum eſt nobis, ſignificat vocem deciſivam, & refertur ad illud, quod præceſſerat, Apoſtoli & Presbyteri.* Tu adde ex v.22. totam Eccleſiam, quæ v.23. fratrum terminò exprimitur. Sic Concilium Oecum. V. Conſtantinopolit. ſub Mena anno 553. habitum, Seſſ. I. teſtatur: *Licet ſinguli Apoſtoli ſufficienti gratiâ præditi fuerint, ſine tamen conventu legitimo decidere non voluerunt: omnéſque congregati ſententiam pronunciârunt, ac Gentilibus ſcripſerunt, viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* Itaque poſt Apoſtolos & presbyteros fratres quoque ſubſcripſerunt, qui nec Apoſtoli, nec presbyteri fuerant. Neceſſe igitur, eoſdem liberi voti & deciſivi ſuffragii jus habuiſſe, niſi cœcam & caſſam ſubſcriptionem illis tribuere velimus. Quo jure igitur Bellarminus presbyteris & populo judicandi partes eripit? Quo argumento plebem non vocatam adfuiſſe ajunt? In quem finem quæſtio ad omnes delata v.2. & tandem ad omnes perſcripta, ſi illorum non fuit cognoſcere & definire? Quî etiam presbyteri convenerunt, quàm ut diſquirerent, diſpicerent, diſceptarent hac de re? v.6. Et presbyteris & Apoſtolis eadem fuit conveniendi cauſa: ſcilicet περὶ τὸ κρίνειν περὶ τῦ ζητήματος. Quid Apoſtolis opus fuerat presbyteris conſultoribus, aut diſputatoribus? An hoc ipſi ignorabant? Ideò ſanè ipſi Apoſtoli presbyteros & plebem etiam congregari voluerunt, ut cùm totius Eccleſiæ conſenſu ex Verbo Dei definita eſſet quæſtio, omnes in ea definitione acquieſcerent, & ſic Eccleſiæ paci conſuleretur. Obj. Plebs convocata non dicitur, ſed conveniſſe Apoſtoli & presbyteri v.6. Reſp. Potiorum hîc mentio fit, ubi tamen plebs non excluditur, quippe in communibus cauſis Apoſtoli totam convocare ſolebant Eccleſiam; Act. 6. 2. ita nec adverſarii convocati perhibentur, quos tamen vocatos non dubitandum. Si plebs non habuit ſuffragium deciſivum, quia non vocata, ergo presbyteri tamen illud habuerunt, quia vocati. Sic ipſi concedunt presbyteris partes diſceptandi & conſultandi. Ergo non ſoli Apoſtoli locuti, licet ſoli introducantur. Vel num ſolos quatuor Apoſtolos locutos dixeris? Quomodo ergo dicitur:

Viſum

Digitized by Google

Ann.51. *Viſum Apoſtolis, Presbyteris, & toti Eccleſiæ:* & v. 12. *Silebat tota multitudo.* Quæ iſti Apoſtoli locuti, ad diſputationem & diſceptationem pertinebant, non ad judicium aut definitionem, ſiquidem demum v.22. decretum & definitum fuit. Quatuor hominum genera Bellarminus ſuprà recenſuit, quæ ad Concilium conveniant; at ad nullum ex tribus poſtremis plebs referri poteſt; igitur neceſſariò ad primum genus, quod nempe judicat, referendum erit.

§.17.) Delirat itaque Canus, & non nobiſcum, ſed cum Apoſtolo rixatur, quando(y) dicit: *Cùm veniſſet Paulus & Barnabas, & quidam alii Hieroſolymam, ſuſcepti quidem ſunt ab Eccleſia, ſed cùm propoſita eſſet quæſtio, convenerunt non fœminæ, non juvenes, non laici, ſed Apoſtoli & presbyteri videre de verbo hoc. Quòd ſi Petrus* (addit idem) *non fideles omnes, ſed ſolos presbyteros cum Apoſtolis congregandos exiſtimavit, quid eſt, quòd nos in Eccleſia graviſſimum cœtum mulierculas, lanios, coquos, ſartores convenire cupiamus? Scimus enim apud Lutheranos etc.* At quis de mulierculis, juvenibus, imperitis? Malè v.6. cum v.22. & 25. ac tota actione diſtraxit. Bellarminus(z) ſeniores hoſce Epiſcopos fuiſſe perſuadere ſibi non potuit, & rectè quidem, ſtatuitque convocatos fuiſſe presbyteros ad conſultandum, Apoſtolos ad judicandum. Verùm Synodica Epiſtola non horum modò, ſed & illorum, imò Eccleſiæ etiam nomine ſcripta. Nec Tirinus auſus eſt, presbyterorum nomine ſolos intelligere Epiſcopos, quos Hieroſolymis tum fruſtrà quis quæſiiſſet; ſed intelligit hoc nomine ſacerdotes, atque inprimis Epiſcopos. Etiam Lintrenſis autumat, quoſdam in his presbyteris fuiſſe Epiſcopos, quoſdam ſimplices ſacerdotes; quia falsò præſupponit, jam tum illud diſcrimen obtinuiſſe in Eccleſia, quod quàm ſit alienum à vero, fusè à nobis, inprimis verò à Cl. Salmaſio contra Petavium eſt oſtenſum. Certè commune Eccleſiarum ſub Apoſtolis & presbyteris fuiſſe regimen, omnia clariſſimè oſtendunt. Diſſidentes Antiocheni quoſdam Hieroſolymas ordinant & ablegant: v.2. qui recepti ab Eccleſia & Apoſtolis & presbyteris, cum univerſa Eccleſia, viſum &c. v.22. iidem in Epiſtola ſubſcribunt, ſuóque omnium nomine ſignificant quid faciendum: v.23. ſeq. Legati multitudini hæc renunciant & epiſtolam tradunt: v 22.23.

§.18.) Rouſſelius (a) in v.10. propoſitionem unà cum diffinitione Petro uni tribuit: & ut proponentis, ac diffinientis autoritas ſciretur, Petrum gentium prædicationem ſibi tribuere: Jacobum autem nihil aliud diffiniviſſe aut explicâſſe, niſi quod jam Petrus diffinierat, quo deſinente loqui, tacuerit omnis multitudo, ut approbans & conſentiens. Nec impedire quòd dicatur, *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis,* quia ſententiam Petri ſint ſecuti, ceu à Spiritu ſancto dictatam. Reſp. Nuſpiam Petrum præſediſſe Lucas docet: licet, teſte Hieronymo, in ſententiam ejus cœteri tranſierint. Id verò

y] l.5. de Concil. p.151. b. [z] *l.1. de Conc. & Eccl. c.16.* [a] *de Iurisd Pont. l.3 c.2. §.19.*

Digitized by Google

verò non fecerunt coacti,ſed ex libertate judicii.Neque quæ Petrus habuit, Ann. 51.
in Papam tranſeunt, multò minùs omnibus præeſſe Conciliis debet, tum quia infinita eſt à Petro ad Epiſcopum diſtantia,ſive perſonam ſpectes,ſive munus. Ac ſi vel maximè Petrus præſediſſet,non tamen ſequeretur,eum ſemper præſidere debuiſſe, vel nullum præter ipſum præſidere potuiſſe. Nullum verò Petri,ſed aliquod potiùs Jacobi πρωτεῖον indicatur. Nam etſi Petrus ſubſtantiam ſententiæ enunciavit,tota tamen illius oratio per modum communicationis & admonitionis Chriſtianæ apud diſceptantes eſt habita,ita ut Jacobus ex omnium conſenſu & ſilentio tandem concluſerit, hinc Jacobi,ut amplior ſententia & ultima,ad Eccleſias tranſcripta fuit. Inde v.22.*Tunc placuit Apoſtolis & presbyteris cum tota Eccleſia.* Lyranus in hunc locum ait,hoc tributum eſſe Jacobo,ut determinationem proferret, quòd illius Eccleſiæ Epiſcopus eſſet. Itaque etiam Apoſtolorum in illa Eccleſia pro tempore agentium,fuit Epiſcopus. Dionyſius Carthuſianus Jacobum huic Concilio præſediſſe ſcribit. Baſileenſes Patres,Papæ Legatos non oportere præſides eſſe, quòd nuſquàm legatur, Petrum in Concilio præſediſſe. Johannes de Turrecremata (*b*) etſi Papæ authoritatem acerrimè defendit,tamen fatetur,nuſquam expreſsè & formaliter legi,quòd B.Petrus præſederit in Conciliis.Primas habuiſſe Jacobus in hoc Concilio cenſetur, quoniam & poſtremus locutus eſt, & ejus definitionem cœteri probant, & ſequuntur.Nihil ergo ad rem facit,cùm ex v.7.gentes à Petro primùm vocatas, & ex v. 12. tacuiſſe poſt Petri verba totam multitudinem objiciunt: at neutrum primatum Petro dat,& per cœteros Apoſtolos gentes Evangelium audiverunt, & Petrus Judæorum, Paulus gentium Apoſtoli fuerunt: ac præſens etiam Concilii multitudo ad Pauli quoque & Barnabæ relationem ſiluit,& tandem ad Jacobi ſententiam concluſum fuit.

§.19.) *Multa fuit,ſeu vehemens συζήτησις,diſputatio:* v.7. Ergo utraque pars fuit audita,prout in legitimo Concilio decet.Ita non minus penſitata omnia fuerunt atque examinata.Hinc Bellarminus (*b*): *Non debet Pontifex exſpectare divinam revelationem,ſed ordinarium adhibere medium.* Ita ſanè Petrus hoc loco tum divinam revelationem, tum Spiritûs ſancti cooperationem in gentium vocatione prætendit: unde videas,quam ob cauſam ipſe primus locutus fuerit.Sic Jacobus inter alia tum Simeonis vaticinium,tum Amoſi teſtimonium h.e.ſacram Scripturam adducit : unde jure infallibilis controverſiarum judex & interpres vocatur,à qua expediri poſſunt dubia: hinc ſacræ Scripturæ Codex in medio Conciliorum propoſitus deinceps fuit,tanquam judex,norma & cynoſura,ceúque lucerna lucens & nos dirigens in tenebris.Quare indignè loquitur Bellarminus(*d*) claritatem & perfectionem Scripturæ impugnaturus : *Etſi Jacobus,* inquit, *in eo Concilio probavit ex Scripturis,Eccleſiam ædificandam ex Gentibus,tamen decretum*

Disputatio in Concilio.

Nn

(b) *l.3.c.24.* [c] *l.1.de Conc.c.11.* [d] *l.4.de Verbo D.c.10.*

Ann. 51. ...cretum Concilii nuſpiam invenitur in Scripturis Vet. Teſtamenti. Non provocant Apoſtoli ad traditiones, ſed ad Spiritûs ſancti dictamen; aliaque longè hujus Apoſtolici, quàm ſequentium Conciliorum ratio erat. Inſuper ſecunda pars decreti, de abſtinentia à ſuffocato & ſanguine, non proponit dogma & articulum fidei, ſed ritum, quem ex libertate Chriſtiana Apoſtoli in primitiva Eccleſia retinendum duxerunt, donec Synagoga Judaica cum honore ſepeliretur.

Judex in Conciliis. §. 20.) Vanus hoc loco, & bis terque vanus Rouſſelius, quando (e) ait: *Jure ſuo atque merito ſanctiones canonicas promulgaverunt Pontifices Romani, quibus inferiores & ſubditi NB. in quibuscunque Eccleſiis obedirent:* idque præſenti Concilio probare nititur, cui præfuiſſe Petrum prætendit, ac deciſionem quæſtionis à ſe petendam velut teſtatum eſſe. Conveniſſe quidem Apoſtolos & Seniores concedit, Petrum tamen Principem & Monarcham ponit, qui ſenatum habeat, cujus conſilio regat, & juriſconſultos quos conſulat, Petrúmque Principem non ut in Ariſtocratico, ſed ut in Monarchico ſtatu conſiderandum, quia abſque deliberatione, & reſolutione Senatûs, decidere poſſit, neque ab eo pendeat. At tu mihi ſodes Canoniſta! Summúmne ſupra alios controverſiarum arbitrum Petrus ſe jactitat? Taliáne elegit mancipia, quæ ad nutum ejus facta & ficta? Taliſne ab aliis agnoſcitur? Ullóſne à Synodo excludit, vel alteram partem inauditam dimittit? Num ſuperbè quidquam ab illo agitur? Num dictat inſolenter? An conſcientiis laqueum injicit ſive jugum? Num præter gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti aliam ſalutis viam præſcribit? An quidquam heîc in Petro reperias, quod in Papa laudes, quóve palliare ſe queat? Quid amabò humilius Petro? Non ſingulari throno affixus ſedet, ſed ex communi ſede ſurgit. Ita Jacobus v. 13. dicit: *Viri fratres, vos ſcitis, &c.* Non unum compellat Petrum: viros vocat, ſine alio titulo: & tamen tanti aderant viri: fratres nominat, quo nomine nonniſi æqualem ſe cæteris profitetur, communémque cauſam agit, & æquè cœteros ad dicendum admittit.

Decreta Conciliorum. §. 21.) *Quid tentatis Deum, ad imponendum jugum &c.* v. 10. Ergo ſi nec Petrus, nec ulli alii Apoſtoli leges hominum conſcientiis ſpirituales ponere potuerunt; multò minùs Papa, vel alii Epiſcopi: vid. Matth. 15. 9. Deut. 12. 8. Adeoque iniquus Bellarminus in Apoſtolos, cùm ait, illos non liberâſſe Eccleſiam ab omnibus Legis ceremoniis, ſed tantùm à quibuſdam. Huc applica totam epiſtolam ad Galatas & ad Coloſſ. c. 2. Jure itaque inferimus: Si Deus voluit nos eſſe liberos à cerimoniis Judaicis, & aliis poſitivis legibus V. T. ergo multò magis à cerimoniis Pontificiis. Neque ideo tantùm Moſaicæ leges abrogatæ, quia typus in Chriſtum, ſed etiam, quia intolerabile jugum. At cerimoniæ Pontificiæ multitudine longè ſunt plures, ut cuivis volumina juris Canonici, ut & Conciliorum cum Pentateucho Moſis conferenti

ferenti

e). lib. 1. cap. 3. §. 4. 5.

ferenti patet : adi 2.Corinth. 3. 17. Galat.4. v.ultim.cap.5.1. Eſaj.29.13.14. Ann. 52.

Tacuit tota multitudo: v.12. tum quia Sanctis viris ſatisfactum, tum quia convicti Pauli adverſarii ac pudore ſuffuſi fuerunt. Inprimis quia à legitimo Concilio vociferationes ſophiſticæ ac contentioſæ abeſſe, atque viri prudentes & pii audiri attentè debent, unde tamen Petro nulla emergit prærogativa, quandoquidem Barnaba & Paulo, item & Jacobo deinde loquentibus ſimiliter tacuerunt :-nec Jacobus prius locutus quicquam, donec Barnabas & Paulus conticuiſſent : conf. Jac. 3.13.

Simon expoſuit: v.14. Ita Petrum, quem Dominum & Concilii Præſidem ac Caput faciunt adverſarii, compellat Jacobus, ejúſque ſententiam ſibi approbari placeréque, & rectam vel veram eſſe teſtari vult : q. d. Expoſuit Petrus, quomodo ab initio prædicati inter Judæos Evangelii Deus miſericordiâ ſuâ reſpexerit gentes &c. adeóque Petri ſententiæ inſiſtit & eandem amplificat. Ergo Jacobus in nomine Petri tantum myſterium, ut hodie fit, non agnouit, aliàs minimè omiſiſſet. Quo loco tandem in Concilio haberetur is, qui non aliis titulis hodie Papam exprimeret, neque aliter decretum ejus aſſumeret? *Deciſio Concilii.*

§.22.) Jacobus dicit ἐγὼ κρίνω: *ego cenſeo, judico.* Jacobus ergo, non Petrus, præſes Concilii potiùs fuit, quia ſuffragia collegit, poſtremus ſententiam dixit, & concluſum fecit. Eum ſanè auctoritate ſua definitivam ſententiam protuliſſe, cum Banneſio, Henr. de Gandavo, Gerſone, Heſychio, agnoſcit Franciſcus à Sancta Clara Minorita. (*f*) Petro ergo adſcribi non debet, quod Jacobus dixit; multò minùs verum eſt quod quidam excogitârunt, Petrum Jacobo in ſua diœceſi promulgationem detuliſſe : at contradicit Jacobus, dum ait : *Ego judico.* Sic v.15. *Viſum eſt nobis concorditer coactis* & v.28. *Viſum eſt Spiritui S. & nobis.* Ita ergo nihil ſingulare de Petro. Quòd ſi ejus authoritate factum eſſet, Petro ipſi adſcribi opus fuiſſet, ut Canoniſtæ profitentur in c.1.& in c.Non ſatis.de Simonia.& in c.ad Apoſtolicæ.de re judicata l.6.& in c.ubi periculum.de electione l.6. Ex hoc loco Libertas Gallic. (*g*) ita infert : *Papa, ſucceſſores Petri, relinquere Epiſcopis juriſdictionem ordinariam debent, ſicut & Petrus fecit : quamvis enim præſens Hieroſolymis fuerit, tamen Jacobus, Epiſcopus loci, protulit diffinitivam ſententiam ſuper quæſtione legalium.* Et ex Vincentii Speculo hiſtoriali c. 9. *Quia quæſtio erat mota, non poterat ad alium transferri, niſi per appellationem, ideò protulit ſententiam.* Eadem Libertas (*h*) *Quanquam Petrus Caput fuit Apoſtolorum, Jacobus tamen Hieroſolymis longè particulariùs præſedit, neque Petrus quicquam pronunciare, tentaréve, ſed omnia per Jacobum fieri voluit, quia Epiſcopus & paſtor ordinarius fuit.* Et inferius : (*i*) *Veteres Epiſcopi Gallicani crediderunt, claves omnibus datas Apoſtolis &c. neque tamen Apoſtoli & cæteri Eccleſiarum Antiſtites aliam exercuerunt ſuperioritatem, quàm mandandi*

(*f*) Blondell. de Epiſc. præſ. pag. 58. (*g*) T. 1. p. 36. (*h*) p. 136. (*i*) p. 165.

Ann.51. *ope Synodorum & Seniorum, ob magnam modeſtiam ſuam, &c.* item: *Concluſit Jacobus in Concilio Act.* 15. *&c.*

§. 23.) Viſum, ſeu placuit Apoſtolis & presbyteris, cum tota Eccleſia: v. 22. Hoc decretum originem & initium Scripturæ Novi Teſtamenti alii faciunt. At alios jam libros recenſuimus Canonicos. Etſi hoc loco omnis generis Miniſtrorum, atque etiam totius Eccleſiæ fiat mentio, tamen nulli adhuc Epiſcopi, ſpecialiter ſic dicti, fuerant: Ac ſi Hieroſolymis præter Apoſtolos, alii quoque doctores fuerint, ſub presbyterorum titulo intelliguntur. Verùm quî fit, quòd dum hodie Pontificii in Conciliis deciſivam ſententiam Epiſcopis tribuunt, horum præſenti in loco nulla fiat mentio? Imò nec ſoli Apoſtoli & presbyteri iſthoc collegium fecerunt, ſed & cœteri fideles, qui fuerunt Eccleſiæ membra. Sic in ipſa mox ſynodali epiſtola Apoſtolis & presbyteris fratres h. e. fideles Auditores adjungunt. Ergo non ſola definiendi poteſtas penes Epiſcopos. Objectio Bellarmini, neque presbyteros, neque plebem, eam, quam Apoſtoli, in definiendo habuiſſe ſententiam, ac ne ipſorum Epiſcoporum omnium ſententiam par pondus habere. Reſp. Admittimus quidem donorum differentiam, presbyteri tamen, & alii congregati pro ratione & gradu ſuæ cognitionis etiam & ipſi quæſtionem propoſitam definierunt, in definitione conſenſerunt, ſuúmque ſuffragium tulerunt. Ac eo ipſo tacuit multitudo, partim ut audiret Apoſtolos, partim quia idem ſenſit, quod Apoſtoli. Et quia Concilium totam Eccleſiam referre debet, meritò laici etiam intereſſe, ac judicare debent, maximè, quia fidei negocium omnes ſpectat, atque ab omnibus tractari & poteſt & convenit.

V. 20. de ſanguinis eſu. Adeò exactè primi Chriſtiani hanc obſervabant conſtitutionem, ut doceat Tertullianus, hoc indicio ſive ſigno inter alia innotuiſſe Gentilibus Chriſtianos, quando botulos ſanguine refertos ipſis propoſuerint. Unde hodiéque hanc Orientales omnes exquiſitè cuſtodiunt legem, proptereáque Occidentales accuſant. Verum temporarium hoc fuit præceptum, ſeu proviſionale, ut vocant, ne infirmi offenderentur Judæi. Quippe nondum penitus ſepulta fuerat, ſeu abolita Lex Moſis. De hoc Apoſtolorum canone Hornbeccius in Summa Controv. l. XI. p. 926. Varia autem quæri ſolent: quid εἰδωλόθυτον vid. 1. Cor. 8. An αἷμα & πνικτὸν duo conſtituant capita, num unum. Tertullianus, Cypr. Theophyl. nimis à propoſito abludunt, quando per ſanguinem humani ſanguinis effuſionem intelligunt. Vide eundem Hornb. p. 931. f.

Judas & Silas. *§. 24.)* Hammondus, Epiſcopalis ordinis aſſertor acerrimus, ex v. 22. Judam & Silam ab Apoſtolis & presbyteris i. e. ab univerſo Epiſcoporum conventu, cujus ipſi pars fuerint, Paulo & Barnabæ ad Synodicam perferendam adjunctos cenſet. Probat ſententiam quòd ἄνδρες ἡγούμενοι ἐν τοῖς

ἀδελφοῖς

ἀδελφοῖς dicantur. (*k*) Et certè quis ex ima ſorte additos Apoſtolis tantis An. 51.
fuiſſe credat? At quis nonniſi Epiſcopos τῶν ἡγουμένων titulo venire dixerit?
Doctores, morum cenſores, vel aliàs præſtantes ita vocare licuit. Imò hi ipſi
Judas & Silas v. 32. prophetæ vocati. Num ergo omnes prophetæ tales, qua-
les volunt, Epiſcopi erunt? Quare à Jacobo Hieroſ. imò à Petro &c. quos
locales Epiſcopos fuiſſe volunt, apertè diſtinguuntur, & ita quidem, ut in-
ter Apoſtolos & Laicos nullum niſi presbyterorum ſeu prophetarum diſcri-
men. Et ut plures uno in loco haud fuiſſe Epiſcopos obtineat, vicinos Hie-
roſolymæ Epiſcopos ad hoc Concilium convocatos ſomniat, ſed non pro-
bat. Silam unum ex LXX. diſcipulis faciunt, Corinthi Epiſcopum Doro- *Vid. §. 41.*
theus, in Macedonia martyrio affectum Martyrol. Rom. ad 13. Julii aſſerit.
Quòd ſi olim in Judæa localis fuerit Epiſcopus, quare ſtationem ſuam deſe-
ruit, quare à legatione ad gregem commiſſum non rediit? At quando viros
primarios fuiſſe inter fratres Judas & Silas dicuntur, quid aliud Lucas, quàm
Hieroſ. cœtum, ubi hi duo adhuc commorabantur, intelligit?

Iſthoc Concilium Synodicam ſuam τοῖς ἐξ ἐθνῶν inſcribit v. 23. unde ite- *Antioch.*
rum Hammondus (*l*) vult duplicem fuiſſe cœtum fidelium Antiochiæ atque *Eccleſia.*
alibi, Judæorum ſcil. & Gentilium. Verùm inde hoc deduci poſſe non vi-
deo, quæſtio erat, numne converſi Gentiles circumcidendi ſint, & ad cere-
monias Judaicas adſtringendi. Nunc ergo illis de his ſcribit Concilium: An-
non tamen uterque populus unam facere Eccleſiam potuit? Sed hoc inten-
dit, ut hac occaſione reſpondeat, quare plures Epiſcopi olim in una urbe ex-
titerint.

§. 25.) *Apoſtoli, presbyteri & fratres iis qui &c. ſalutem:* v. 23. Petrus
ſi præſediſſet, ac caput cœterorum fuiſſet, nonne ſingulariter & primo loco
nominandus fuiſſet? ita nec ſolus decernit, ſubſcribit, ſignificat & legatos
mittit. Ac eo ipſo, ſi præſidem egiſſet, probat hoc loco, Concilium ſupra præ-
ſidem eſſe. Totum itaque Concilium conſultat, decernit & ſubſcribit: conf.
Act. 16. 4. Sic olim Victor Romanus collatione in Concilio facta cum pres-
byteris & diaconis conſtituit, &c. Cornelius contra Novatianum, ma-
gnum Concilium Romæ habuit LX. Epiſcoporum, & totidem presbytero-
rum, atque ampliùs, unà cum diaconis. (*m*) Concilium Carthag. ſub Cypria-
no congregatos habuit Epiſcopos, cum presbyteris & diaconis, præſente
plebe. Objicit Bellarminus, presbyteros ibi judices non fuiſſe. Reſp. Quare
ergo in hoc Hieroſolymitano Concilio judicârunt & definierunt. 2. Quis
e. g. fuit Cæcilius à Birta: in Concilio Antiocheno Malchionis Profeſſoris
Philoſophiæ & Scholæ Antiochenæ Rectoris præcipuæ partes fuere. (*n*) In
Nicena Synodo laicus Sophiſtæ os obturavit. (*o*) Confeſſor Saturninus à
Tuna, & Honoratius à Tuna, quorum uterque Epiſcopus uno in loco, teſte

 Bel-

k) *de Epiſc. diſſert. 4. c. 13. à §. 6.* (*l*) *diſſert. 5. c. 1. §. 14.* (*m*) *Euſeb. l. 6. c. 35. al. 43, Ruff. c. 23.* (*n*) *Euſeb. hiſt. l. 7. c. 28.* (*o*) *Ruff. l. 1. c. 3.*

Ann. 51. Bellarmino, eſſe non potuit. Inde Cyprianus Epiſt. ad Quirinum: *Quid nuper in Concilio plurimi Coëpiſcopi cum presbyteris, qui aderant, cenſuerimus, ut ſcires, ejusdem epiſtolæ exemplum tibi miſi.* Eandem rationem in aliis deinceps obſervatam Conciliis ſuis locis videbis. Decreta Conciliorum à ſolis Epiſcopis ſubſcripta fuiſſe negat hiſtoria, & ipſe Bellarminus, cùm Imperatores nonnullis Generalibus Conciliis ſubſcripſiſſe fatetur. In Florentino, Lateranenſi & Tridentino Abbates & Generales Ordinum, & in Baſileenſi quoque presbyteros, præter ſuſcriptionem, ſententiam etiam deciſivam habuiſſe. Ac licet in ſubſcriptione veterum Conciliorum ſæpe nonniſi Epiſcoporum occurrat vocabulum, alii tamen ſub uno & eodem titulo comprehenduntur etiam, ita ut à potiori fiat denominatio.

§. 26.) Quare ob ea, quæ hactenus dicta, longè amandamus adverſariorum commentum, cùm ajunt Apoſtolos judicâſſe, presbyteros conſultâſſe, populum conſenſiſſe tantùm: quoniam hæc contra apertam & clariſſ. hiſtoriam ita finguntur, etenim quæſtio ad omnes fuit delata: v. 2. omnes convenerunt ut diſquirerent, diſpicerent, diſceptarent v. 6. omnium fuit commune decretum c. 16. v. 4. neque talibus conſultoribus opus habuerunt Apoſtoli, ordinaria ratione uti volentes, ſed collegis, deciſivam cum ipſis ferentibus: conf. 1. Cor. 5. 4. Obj. Quamvis hîc epiſtola totius cœtûs nomine mittatur, ſufficit tamen alibi Petrum Caput Eccleſiæ ab ipſo Chriſto conſtitutum: adde quòd primus hic loquatur. Reſp. atqui ſic tranſitio fit εἰς ἄλλο γένος: neque primum Petrum feciſſe verba, ſuprà demonſtravimus. Non ferret hodie Papa Dictator, inpr. in Concilio præſens, ſui ut Capitis & Monarchæ, nullam præcipuam mentionem fieri. Porrò rectè hîc notant, duo eſſe per quæ decreta publicari commodè poſſunt, per Legatorum & literarum miſſionem. Legati autem viri ſint prudentes & fideles: literæ decreta, ſive etiam acta contineant. De his Bulling. de Concil. l. 1. c. 16. ubi c. 18. & 19. Synodica hæc Epiſtola examinatur.

Publicatio decretorum.

§. 27.) *Viſum eſt Spiritui S. & nobis &c.* Hinc duo adverſarii concludunt. 1. Confidenter ſcribunt Apoſtoli, ea quæ ipſi decreverunt, probari à Spiritu S. ſive decreta ſua eſſe Spiritùs S. proinde idem aſſerere omnia alia legitima Concilia poſſe, adeoque non errare. 2. Si illi Concilio adfuit Spiritus S. quia id neceſſe erat propter Eccleſiæ conſervationem, non minùs aliis temporibus, novis hæreſibus exorientibus, neceſſaria erit ejus aſſiſtentia. Reſp. Negatur conſequentia, quia alia Apoſtolici, alia aliorum Conciliorum ratio. Non eſt modus & menſura præſentiæ Spiritui S. præſcribenda, qui quando, ubi, quomodo, & quibus vult, adeſt & ſpirat: Joh. 3. 8. Act. 1. 7. Singulare iſthoc fuit Concilium, Canonicum & Apoſtolicum, igitur ſingularibus privilegiis inſtructum, propter Apoſtolorum præſentiam, unde nulla ſequentia Concilia huic comparanda, ne Nicenum quidem. Non omnia Concilia in nomine Chriſti conveniunt, vel eodem zelo & ſtudio erga Dei gloriam

An Concilia errent.

gloriam aguntur. Certè omnia legitima & huic conformia Concilia ſimili- Ann. 5 r.
ter aſſerere poſſunt, decreta ſua eſſe decreta Spiritûs S. Ecquidni amabò, ſi omnia ex divinis Scripturis hauſerint, neque aliud decreverint. Ex Scripturis Apoſtoli decretum ſuum formârunt. Ergo non licet ulli Concilio ſtatuere præter Scripturas, quidquid vult. Priùs itaque diſpiciendum, an id, quod decernitur, Spiritui S. placeat, antequam illum prætexamus. Quòd ſi hinc infallibilitatem adverſarii Conciliis tribuant, ſequitur presbyteros atque laicos in Conciliis infallibiles eſſe, quia illi in hoc Concilio quoque unà decrevere. Ad ſecundum Argumentum quod attinet, dicimus, non ſequi, aliis Conciliis neceſſariò adeſſe Spiritum S. quia huic adfuit: neque neceſſe hæreſes ſemper tolli hoc vel illo tempore, ab his vel illis hominibus. Imò Deus ſæpe patitur paſtores falli, & hæreſes in multis Conciliis corroborari latéque in Eccleſia ſpargi, ut iniquitatem nonnullorum ulciſcatur. Omnino oportet hæreſibus exorientibus convenire ad tollendas illas; verùm hoc non ſemper, nec eo animo fit.

An decreta Conciliorum conſcientias obſtringant.

§. 28.) Argumento hujus Concilii ſummam Conciliorum poteſtatem eſſe, eorúmque decreta conſtringere conſcientias, quia errare non poſſint, volunt adverſarii: conf. c. 16. 4. adeoque ſummum controverſiarum judicem eſſe Eccleſiam. Reſp. Papam ejúſque Prælatos authoritate ſucceſſiſſe Apoſtolis negamus: ac ſi ulla ſucceſſio daretur, ad Hieroſ. potiùs, vel Antiochenum Epiſcopos pertineret, & Romana ſucceſſio dudum variis hæreſibus rupta & ſublata eſſet. Adde quòd ingens inter Apoſtolorum, & inter hodiernorum verorum Miniſtrorum dona, adeoque etiam authoritatem diſtantia, unde non modò omnes conjunctim, ſed ſinguli etiam ſeparatim univerſalis Eccleſiæ curam habuere: vid. 2. Cor. 11. 28. col. cum 1. Cor. 4. v. ult. cap. 5. 3. 4. 2. Cor. 13. 2. Canonicum fuit hoc Concilium & Apoſtolicum, qualia cœtera non dixeris: ſic cynoſura eſt Spiritus S. in Scriptura loquens; quem tamen non omnia ſequuntur Concilia. Obj. Non ex Scripturis, ſed per ſuffragia definita fuit quæſtio. Reſp. Etiamſi Apoſtoli nullam adhibuiſſent Scripturam, non tamen abſque Scriptura alia Concilia decernere poſſent, nec deberent. De ſuffragiis ne verbum quidem: ſed Petrus & Jacobus Scripturis agunt, adeoque citato Verbo Dei res diſceptata fuit atque definita. Ecquid aliud Spiritûs S. placitum, quàm ipſum Verbum Dei? Unde impiè Lindanus, quò S. Scripturam judicem eſſe controverſiarum negare queat, Eccleſiam vult non eſſe ex Chriſti voluntate Scripturis alligatam, ſed vivo & perpetuo Spiritûs S. magiſterio. At quare Chriſtus & Apoſtoli ex Scriptura dogmata ſua probârunt, vel Bellarmino (p) teſte? Inſt. Apoſtolorum ſententia non fuit permiſſa examini, ſed ſimpliciter imperata: Act. 16. 4. R. Illud mandatum non tollit examen ſecundùm Scripturam, ut Chriſti Joh. 5. 29. Pauli Act. 17. 12. Inſt. Concilii hujus definitio lex fuit obligans conſcientiam,

p) *l. 1. de Verbo Dei c. 2. 8.*

Digitized by Google

Ann. 51. tiam, unde decretum, præceptum, dogma appellatur. Reſp. alia decretorum Apoſtolicorum, alia Conciliorum ratio. Et eo ipſo, quia mandata de ſanguine & ſuffocato temporaria erant & indifferentia, ratione tantùm contemtûs & ſcandali, conſcientiam obligabant: conf. 1. Cor. 10. 25.

Legis Moſ. abrogatio. §. 29.) Novas Concilia leges condere, iiſque obſtringere conſcientias Bellarminus hinc probare intendit. Reſp. Etſi de his rebus Chriſtus nullam diſertam legem, Moſes tamen tulit, quæ ſanè Moſis lex temerè deponi non debuit, nec ſine ſcandalo potuit: adeóque nova lex non fuit. Diſtinguitur vis N. T. ab ejus promulgatione: vis ſemper fuit, inprimis in morte Chriſti: promulgatio præcipuè die Pentecoſtes facta. Diſtinguitur quinetiam initium Evangelii, ab initio N. T. illud ſtatim à nativitate Chriſti initium accepit, hoc in morte ejus collocandum, ita tamen ut Moſis lex uno tempore aboleri non potuerit, ſed honeſtè & paulatim ob infirmitatem Judæorum ſepeliri & aboleri debuerit. Ea quæ præcipit hîc Concilium, neceſſaria vocat, ac oneri apertè opponuntur. At hæc neceſſitas non ſimplex fuit & abſoluta, ſed accidentalis & hypothetica, aliorum ſcil. imbecillium reſpectu, quorum obſervatio aliàs libera fuit. Novus ergo cultus minimè fuit honorificè finem legi Moſaicæ imponere, proximi infirmitatibus ſe accommodare. Multa prætendebant Antiochiæ Pſeudo Apoſtoli, cœtum fidelem inquietabant, unde humaniter cum illo agendum fuit. Præceptum hîc quidem continetur Apoſtolorum, verùm, ut dictum, alia horum longè fuit ratio, ceu quarum doctrina & præcepta Prophetico Dei Verbo conformia erant: hinc *Viſum* dicunt, *Spiritui S.* Non nova fuit lex extráque Verbum Dei: ac nova licet fuiſſet, non Apoſtolis, ſed Spiritûs S. dictamini adſcribenda foret. Exhortatio vocatur hoc Concilii decretum v. 31. unde videas, quò tetenderint Synodi hujus aſſeſſores: neque perpetuum fuit hoc decretum, neque omnibus & ſimpliciter neceſſarium, niſi ex circumſtantiis. Quidni igitur hodie etiam legitima Concilia ea, quæ ex Verbo D. & ſecundum illud decernunt, præcipere poſſint, ita tamen, ut examen non tollatur? Inſtat Bellarminus, Canones Apoſtolorum Canone 62. & Concilium II. Aurelianenſe Can. 19. & 20. idem ſub pœna graviſſima præcipere. Reſp. Canones Apoſtolorum tanti non facimus: maximè quando in collectione Creſconiana, quam adverſarii omnium antiquiſſimam eſſe fatentur, nonniſi 50. Canones habentur, quos Dionyſius Rom. Abbas, cognomento Exiguus, Latinè convertit. Ad hæc ſi utrique ſpectârunt, quod hîc Apoſtoli, & propter ſcandalum tantùm hæc prohibuerunt, rectè fecerunt: ſin minus, nullâ horum reverentiâ tenemur. Rectè Calvinus (q) Scopus Apoſtolorum in hoc decreto fuit, Gentes à jugo ceremoniarum Judaicarum liberare: ergo non obligant conſcientiam cujuſquam. Obj. Matth. 16. 19. Quæcunque ligaveris. Reſp. 1. nihil ad

q) *Inſtit. l. 4. c. 10. §. 21. ſeq.*

ad Papam. 2. Chriſtus non novas condendi leges, ſed quas ipſe præſcripſit Rex, promulgandi Petro & reliquis ceu Oeconomis poteſtatem dedit. Ann 51.

§.30.) *Nobis viſum &c. v.28.* Canus (r) *Non Romanus Epiſcopus modò, verùm reliqui etiam Epiſcopi claves regni cœleſtis habent: ergo in cauſa fidei ligandi quoque ac ſolvendi poteſtatem:* adeoque in Synodi non ſolus Pontifex, ſed & Epiſcopi judices ſunt, unde & illorum ſubſcriptiones apponuntur. Iterum adverſarii: Concilia à Papa adprobata errare non poſſunt. Verùm δὶς διὰ πασῶν alia horum ſunt Concilia, non illis ſemper, imò quando? probatur, quod Spiritui S. videtur, prout triſtis & manifeſta teſtatur experientia. Nullum hîc Petrus convocandi jus ſibi adſcribit, ſed omnes ſponte, exigente publica neceſſitate, & petentibus Antiochenæ Eccleſiæ legatis, æquali libertate conveniunt. Adeoque malè ſtatuit Bellarminus, non eſſe legitimam Synodum, niſi à Romana ſede convocetur: Nec præſidendi prærogativam ſibi Petrus tribuit, aut judicandi & decidendi, nec juramento ſibi obſtrictos & devinctos adhibet: ex Apoſtolis, presbyteris & tota Eccleſia neminem excludit: cœteris ſe non præfert: ſuffragia non mandat, ſed libera eſſe ſinit, nihil vi, imperio nihil, aut præſumtione agitur. Rectè de Dom. (s) *Concilia legitima habent propriam autoritatem circa ritus, praxin & diſciplinam Eccleſiaſticam, indicare, definire, ſtatuere, & regulas ſeu Canones præſcribere: atque in ſolis hujusmodi practicis definitionibus Concilia dicunt: Viſum eſt Spiritui S. & nobis. At verò ubi de fide agitur, Concilia ita loqui neque poſſunt, neque debent, ſed quod Eccleſia ab Apoſtolis inſtructa credit, id ſimpliciter debent Concilia confiteri &c.* (t) Falsò heîc adverſarii adfirmant, non ex Scriptura, ſed ex ſuffragiis Apoſtolorum definitam fuiſſe quæſtionem: quod licet daretur, non tamen ſequeretur, eandem eſſe hodiernorum Epiſcoporum authoritatem. Non ergo negamus in rebus dubiis & controverſis, maximè etiam circa adiaphora, exemplo Pauli & Barnabæ, ad Concilia commodè recurri poſſe, ejúſque deciſionibus æquis, juſtis & bonis parendum eſſe.

§.31.) Solos Epiſcopos in omnibus Conciliis ſubſcripſiſſe definiendo, Imperatores autem, presbyteros, atque alios nonniſi conſentiendo contra apertam antiquorum praxin volunt. Ceu ſumma Conciliorum capita ſubſcripſerunt Imperatores, atque etiam coactivam poteſtatem, quâ abs Deo inſtructi fuerant, adhibuerunt. Fallunt etiam, quando presbyteros atque alios nonniſi vicarios fuiſſe Epiſcoporum volunt: atqui ſic non ſuo, ſed, ſuorum nomine ſubſcripſiſſent, uti ſæpe aliàs factum. In Concilio Niceno Conſtantinus Arianos, unà cum Epiſcopis, tanquam unus ex illorum numero, anathemate percuſſit, eorúmque libros igni adjudicavit. In Concilio Oecum. II. Epiſcopi Theodoſium per literas rogant, ut divali ſua ratum eſſe jubeat confirmétque Concilii decretum, ſententiâ atque ſigillo corroboret.

r) *l. de Conc. p. 163.* (s) *l. 7. c. 3. §. 4.* (t) *confer Canum de Conc. p 156. b.*

Ann. 51. ret. De præſenti loco Æneas Sylvius in geſtis Baſil. Concil. ex Arelatenſi Cardinale: *Vox nobis refertur ad illud, quod præceſſit, ubi nominantur Apoſtoli & Seniores. Et verbum* viſum eſt, *non conſultationem illius, ſed deciſionem ſignificat.* Quid prohibet exemplum Apoſtolicum imitari? In Concilio Niceno I. Athanaſius presbyter ferè ſolus argumentationes Arianorum diſturbabat &c. Idem Arelat. Cardinalis d. l. in Conſtantienſi, Piſano & Lateranenſi presbyteros quoque ad deciſionem admiſſos fuiſſe teſtatur: & ſi Abbates, quorum ordines à Chriſto non inſtituti, deciſivam habeant, multò magis presbyteros habere, quorum ordinem Dominus inſtituerit &c.

Ut extremam tandem manum huic imponamus Concilio, Bellarm. meritò contra Pighium inſurgit (*u*) aſſerentem, originem Conciliorum planè humanam & naturali ratione excogitatam, ac Dei inventum eſſe rectè oſtendit.

Act. 15. 22. Paulo & Barnabæ legatis alii à Concilio iiſdem ſuperadditi ad decretum perferendum, quòd ſi communibus ſuffragiis & quidem Legati electi, præſentibus etiam Apoſtolis, quidni in Majoribus gradibus atque negociis uni non omnia deferenda & committenda?

Pauli dignitas. §. 32.) Hactenus ergo nullam in toto hoc Concilio Apoſtolico Petri Monarchiam videre licuit. Ac quemadmodum Paulus rectâ à converſione, qua divinitus non ſecus atque Petrus & reliqui, fuit vocatus, non cum carne & ſanguine, h. e. ut Chryſoſtomus & alii reddunt, cum Apoſtolis contulit, ſed in Arabiam recta abiit, Gal. 1. 17. ſeq. ac tribus pòſt annis rediit Hieroſolymam videre Petrum, non ut diſceret, vel quaſi de ſuo Evangelio, quod æquè immediatè didicerat, quicquam dubitaret, multò minùs ut miſſionem, ſeu docendi poteſtatem à Petro impetraret, ſed ut fratrem inviſeret. Ita hoc loco interjectis annis XIV. eódem Antiochiâ rurſum ſecundum revelationem aſcendit: Gal. 2. 1. ſeq. non ut cum Petro ſolo, ſed cum reliquis etiam conferret Apoſtolis, ſanè non quaſi de prædicato Evangelio ambiguus eſſet, néve ut diſceret, ſed ut imperitos quoſdam & malignos confunderet, ſcandalum tolleret, ac conſenſum Apoſtolicum omnibus manifeſtum redderet. Imò apertè verſ. 6. Gal. 2. dicit: *Mihi nihil οἱ δοκοῦντες* (qui ſunt in pretio) *contulerunt*, non Jacobus, non Johannes, non ipſe Petrus; aſt ſanè caput confert membris. Non tantùm autem à Petro nihil ſe ſumpſiſſe hîc teſtatur, ſed apertè illum cum Johanne & Jacobo æqualem, nec ſe minorem tum quod ad doctrinam, tum quod ad Apoſtolatum ſeu poteſtatem facit. Adverſarii Pauli è Judæa Antiochiam venerant, ac ſuum cum Apoſtolis, qui Hieroſolymis erant, conſenſum jactabant, atque ita Paulo cum hujuſmodi Petrinis diſcipulis de ſui præceptoris nomine tumentibus ac gloriantibus certamen fuit: cum his itaque contendit, ſe nullam ſuperioritatem ſeu primatum Petri, vel alius ullius agnoſcere. Dum omnes Apoſtoli ratione Apoſtolatûs, eandem poteſtatem habuerunt & dignitatem reſpectu ordinis & juriſdictionis, æquales fuere, prout Bar-

u) l. 6. de cœl. Hier. c. 1.

ad

ad an.50.§.7.& 8.Eckius l.1. de primatu Petri cap.24.Coſter. tract. de Rom. Ann.51.
Pont. §. Sextam hanc. Couarruvias 1.T.2.part.relect. §.9. fatentur: eò ipſo nulli Paulus ceſſit. Omnibus autem Apoſtolis omnes ſuccedere Epiſcopos, ne ipſi quidem adverſarii inficiantur.

§.33.) Non tantùm ergo non minorem ſe eſſe vult Paulus omnibus illis, qui cum Chriſto erant verſati, ſed & iis etiam, qui coryphæi eſſe putantur. Neque Evangelii tantùm ſui, ut Bellarminus obtendit, ſed & authoritatis ſuæ cauſam tuetur: aliàs quid opus fuiſſet, non Apoſtolos nominare, ſed eorum coryphæos (ςύλȣς) quod non poteſt, niſi ad authoritatem referri. Fruſtrà ſanè gubernatio ſeparatur à prædicatione: id quod in Papa, Petri ſucceſſore, uti vocant, clarum. At in neutro ſe cedere Petro docet Paulus. Atque hinc fit, ut non modò antiqui Patres & Concilia, verùm ipſi quoque Papæ, & horum doctores, quos inter ipſe Bellarminus, Salmero & alii, Paulum non inferiorem Petro faciant, prout in tractatu de æqualitate Petri & Pauli *Petrus Iudæorum,* ampliter demonſtratum ivimus. Ecquidni vero iſthuc? Quandoquidem *Paulus* provinciæ inter æquales diviſæ: unde v.7. non ſimpliciter dicit, *commiſſum Gentium* *ſibi Evangelium præputii*, & *Petro circumciſionis*, ſed diſertiùs, *ſicut & Petro*, *Apoſtolus.* id quod Ambroſius, Chryſoſt. Oecumenius agnoſcunt. Ineptè itaque Bar. §.26. cum complicibus hunc locum, pro Univerſalitate Petri per alia, utpote Matth.16.v.18.19. Joh.21.15.ſeq. explicare i.e. depravare annititur, adde quòd nullibi id, quod vult, docetur. Profectò juris divini fuiſſe hanc diviſionem nemo ſincerus negabit. At ſi Petrus fuiſſet unicus ſummus, omnium, non Eccleſiarum tantùm, ſed etiam doctorum, ne exceptis quidem Apoſtolis, doctor, inepta fuiſſet hujuſmodi provinciarum diſtributio. Et Paulus nonniſi ſe deridendum ſuis Galatis propinâſſet, apud quos ſe tanquam æqualem Petro, tam feriò prædicabat. Obj. Ea diſtributio non fuit juriſdictionis, ſed provinciarum ad prædicandum commodiùs Evangelium. Reſp. non negamus authoritatem Apoſtolicam omnium ubique æqualem fuiſſe, & hanc ipſam hoc loco pro ſe tueri Paulum. Atque eo ipſo, quòd juriſdictio non fuit diviſa, Paulo & reliquis Univerſalitas æqualis ſarta tecta manſit; quam etiam quavis oblata occaſione exercuerunt. Nec quicquam obtinent, quum dicunt, Petrum honeſtiori prædicaviſſe provinciæ; ſiquidem jam nulla amplius differentia, & amplior longè Pauli, quam Petri hac ratione fuiſſet, ac eo ipſo Petrus Univerſalis non permanſiſſet. Adde quod partitio hæc non inter Petrum & Paulum ſolos, ſed inter Paulum cum Barnaba, & inter Petrum cum aliis Apoſtolis facta, ita ut Petri in alios nulla poteſtas, neque ejusdem ex Judaica provincia præeminentia fuerit.

§.34.) Non malè Illyricus (x) temporis quoque rationem obſervandam monet, cùm ait: *Si Chriſtus Petrum Univerſalem Apoſtolum ſupra omnes gentes conſtituiſſet, quomodo vel ipſemet, vel Paulus auſus fuiſſet ejus functionem*

x) *Contra primatum P. p.155.*

Ann. 51. 18. *demum poſt aſcenſionem Chriſti anno, tantoperè coarctare, idque tam ſancto pacto?* At Paulus multoties, Petro divinitus eas metas circumſcriptas eſſe teſtatur. Jam ſi Petrus Judæorum Apoſtolus, quid ad nos ejus juriſdictio, qui ex Ethnicis converſi ſumus? Quæ ergo Papæ in nos poteſtas? Unde & in Eccleſiaſticis cantilenis Paulus, non Petrus, Gentium Apoſtolus canitur. Itaque rectè iſdem contra ſeductores juſtitiæque Chriſti ſubverſores acerrimè in epiſt. ad Corinthios & Galatas pugnat contenditque, ſe nullam prorſus ſuperioritatem vel Petri, vel aliorum agnoſcere, ſe docere abſque Petri ordinatione aut permiſſione, nihil ſe ab illo didiciſſe aut accepiſſe, ſe adeò non agnoſcere illum ſuperiorem, ut etiam in faciem coram plurimis auſus ſit eum objurgare; neque ſe, neque Petrum eſſe Dominum Eccleſiæ, nec pro ea crucifixum, nec illam eſſe in nomine Petri, aut Pauli baptizatam, ſed omnes Apoſtolos ex æquo eſſe Eccleſiæ Miniſtros, Eccleſiam verò eſſe Chriſti, Chriſtum autem Dei.

§. 35.) Non modò Paulus tantum ſibi in præputio tribuit, quantum Petro in circumciſione, ſed & Jacobum eidem Petro Gal. 2. 9. præponit. Obj. Incertum, an Paulus ita dixerit. Reſp. Loquantur non ſolùm omnia exemplaria Græca, ſed & Latina vetus verſio, quam Tridentina Synodus conſecravit: inſpice 1. Cor. 1. 12. c. 3. 22. c. 9. 5. Inſt. Jacobus Epiſcopus fuit Hieroſ. Reſp. Apoſtolus adeoque Epiſcopis omnibus præſtantior fuit. Fac tandem Epiſcopum Hieroſ. fuiſſe, ei Petrus, Hieroſolymis tum etiam degens, & quia Univerſalis, ejus quoque loci Epiſcopus exiſtens, omnino præferendus fuiſſet, ſi à Chriſto Caput Eccleſiæ conſtitutus fuiſſet. Quî enim Petro primas deferunt, etſi falsò, in Hieroſolymitano Concilio? Propter æqualitatem ergo Jacobus columnis annumeratur & primò nominatur: unde Epiphanius: (y) *Idem ille primus Epiſcopalem Cathedram cepit, cùm ei ante cæteros omnes, ſuum in terris thronum Dominus tradidiſſet, qui quidem Domini frater vulgò eſt nominatus.* Levitas ergo adparet Bellarmini (z) quando ait, Petrum ſemper primo loco poni, ſi vel omnes Apoſtoli, vel aliqui nominentur. Nec minus iſti imponunt, qui ex Cepha alium quàm Petrum faciunt: quibus Salmero (a) ex Hier. unà cum pluribus aliis Papalis throni aſſertoribus, contradicit.

Paulus Antiochia reſiſtit Petro. §. 36.) *Quum autem Petrus veniſſet Antiochiam, in os ei obſtiti, eò quòd condemnandus eſſet:* Gal. 2. 11. Ergo poſt Hieroſ. Concilium non Romam, ſed Antiochiam abiit. In hoc pulchrè Chryſoſt. *Paulus objurgat: & Petrus ſuſtinet: ut dum magiſter objurgatus conticeſcit, facillimè diſcipuli mutarent ſententiam.* Hinc Gloſſa ordinaria & Lombardus: *Quod nunquam auderet,* inquit, *niſi ſe non imparem ſentiret.* Malè habet Papiſtas hic locus, adeò ut à Baronio vocetur lapis offenſionis, petra ſcandali, hiſtoria captu difficilis, & ſcaber

y) *Hær. 78. interprete Dionyſio Petavio Jeſuita* (z) *l. 1. de R. P. c. 18.* (a) *in hunc locum diſput. 23.*

& ſcaber locus. (b) Ut Petrum Apoſtolum eximant ab errore, alium aliquem Ann. 51.
Petrum à Paulo objurgatum ex Clem. Alex. apud Euſeb. l. 1. c. 14. prætendunt. quibus Hieronymus, & tota atque clara hiſtoriæ ſeries opponitur, & ipſe Paulus illum inter columnas Eccleſiæ numerat. Proinde rectè Spondanus: *Hæc*, inquit, *nec olim placuere Hieronymo, nec nunc nobis: alii ſimulationem prætexunt Pauli, quaſi non ex animo factum: vel non juſtam fuiſſe volunt.* Et ſanè ſic olim Hieronymus diſputabat contra Auguſtinum, ex quorundam interpretum authoritate, quos inter Chryſoſtomus eſt, qui totus in eam partem diſceſſit. Quare κατὰ πρόσωπον, in ſpeciem explicant, ac ſi ex compoſito inter Petrum & Paulum conveniſſet, ut Petrus, Judæis advenientibus, diſcederet à Gentilibus: quo anſam Paulus haberet ejus reprehendendi: quò ſic tam Judæi, quàm Gentes à falſa opinione, quòd cibi aliqui immundi eſſent, abducerentur. Argumenta addunt. 1. quia Petrus Eccleſiam eſſe à jugo Legis Moſaicæ liberatam ſciebat, itaque ſententiam dixiſſe in Concilio. 2. quòd ipſe etiam Paulus nonnulla legalia obſervavit, ut accommodaret ſe Judæis. 3. quia Paulus dicat, ſe reſtitiſſe κατὰ πρόσωπον. Verùm Auguſtinus ſcriptis ad Hieronym. epiſtolis, jure & ſeriò Petrum à Paulo reprehenſum docet. 1. quia Petrus condemnandus fuit. 2. Petrus ſeparavit ſe à Gentibus, eóſque judaizare coegit. 3. Simulavit Judaiſmi obſervationem circa cibos eſſe neceſſariam ad ſalutem, & convictum cum Gentibus eſſe illicitum, atque Petri exemplo ſimulabant alii ſimiliter: v. 13. 4. Petrus non recto pede inceſſit in Evangelio: v. 14. 5. indigna eſſet talis ſimulatio Apoſtolo, imò cuivis Chriſtiano. 6. Pauli factum non contradicit, quia in medio Judæorum verſatus, non cum ſcandalo, ſed ad ædificationem, nec in perpetuum, ſed ad tempus, neminémque cogens, ſe ritibus Judæorum accommodavit. Itaque illud reſtiti in faciem non tantùm ἔγκλημα, ſed etiam ἐπίπληξιν, imò ἐπιτίμησιν σφοδροτέραν, acriorem increpationem ſignificat, errorémque Petri oſtendit.

§. 37.) Sicut Bellarminus dicit, Petrum nondum fuiſſe Summum Pontificem, quando negavit Chriſtum, ita hoc loco non in fide, ſed in converſatione erraviſſe vult. Reſp. Si nondum Pontifex Summus fuit, quando negavit Chriſtum, fruſtrà locum Matth. 16. 18. urgent, ac claves ibi accepiſſe prætendunt. Erràſſe verò in converſatione ſua Paulus multis declarat, quia Pſeudoapoſtolos imitatus, legis neceſſitatem abſolutam ſtatuentes, adeóque contra ipſum Concilium Hieroſolymitanum peccavit: quia exemplo ſuo, quo æquè homines vel doceri, vel ſeduci poſſunt, in errorem induxit plures, gravéque ſcandalum dedit, unde condemnandus Paulo dicitur. Unde articuli Pariſ. dicunt, Petrum erràſſe in fide. Vide Eraſmum in hunc locum. Delegatos Petri reliquos Apoſtolos Papiſtæ faciunt. Num igitur ſe Petrus per Paulum reprehendit? Objectio Bellarmini: Græcos Pa-

b) *Vide Baron. §. 32. ſeq. Alios apud Chamier. T. 2. l. 12. c. 3. §. 7.*

Digitized by Google

Ann. 51. tres dicere, hoc Petri factum omni peccato carere, eiſque Hieronymum ſubſcribere. At idem à Latinis Patribus, Tertulliano, Cypriano, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, &c. damnatur: vide Bellarminum ipſum lib. 1. de Rom. Pontif. c. 16. Stultum dicere peccatum ſine culpa. Num in os ei reſtitiſſet Paulus, ſi nihil peccâſſet, ſi expers culpæ, ſi leve hoc peccatum fuiſſet? An ſine culpa quiſquam condemnandus? Num levis culpa eſſe potuit tam acri reprehenſione digna? Nullúmne peccatum eſt hypocriſis & ſeductio tam nocens? Neque dicere hoc loco poſſunt, prout ad Matth. 16. 23. ſolent, Petrum Spiritum ſanctum nondum accepiſſe. Ergo & Papæ errori obnoxii, etiam in Cathedra ſedentes, unde etiam anteceſſorum ſuorum, imò ſuamet ſæpe decreta abrogârunt, ſuſtulerunt, emendârunt, revocârunt. Vide c. ad Apoſtolicam. de ſent. & re judic. in 6. Sic multi Papæ à Conciliis judicati & damnati fuerunt. (c)

§. 38.) Subeſſe itaque Petrum Eccleſiaſticæ cenſuræ quis non agnoſcat? Petrus non modò Concilio, ſed etiam collegis ſuis, licet pauciſſimis, imò etiam uni collegæ Paulo, humiliter ſe ſubjecit. Quidni ergo Papæ, maximè cùm, ex adverſariorum hypotheſi, Eccleſia Catholica & Concilium errare non poſſit? Ideo Libertas Gall. (d) ad hunc locum, ut & ad act. 11. 3. *Si ſuperioritatem ſupra reliquos Apoſtolos habuiſſet Petrus, an ullus reprehendere ipſum, eive reſiſtere auſus fuiſſet? quòd ſi unus ſolus hoc facere potuit, quantò magis tota Eccleſia facere hoc audebit in Petri ſucceſſoribus? Inde in tribus Conciliis Apoſtolicis primatus Petri* (Papiſta loquitur) *à poteſtate abſoluta totius Eccleſiæ clariſſimè diſtinguitur: in 1. Conc. Act. 1. dicitur ſtatuerunt duos: dederunt ſortes. In 2. Act. 6. Conſiderate fratres, quos conſtituamus: &, Placuit ſermo coram omni multitudine: item, elegerunt, hos ſtatuerunt. In 3. Act. 15. Jacobus poſt Petrum dicit: Viri fratres, audite me; quæ ſanè conſultantium verba, quæ communis omnium ſequuta ſententia: Placuit Apoſtolis & Senioribus, cum omni Eccleſia: item Viſum eſt Spiritui S. & nobis. Hinc non unius Petri, ſed Apoſtolorum & Seniorum fratrum nomine ablegantur nonnulli.*

§. 39.) Neque locus, ubi reprehenſus Petrus, obiter tranſiliendus. De illo quidpe Bellarminus (e) ita loquitur: *Nullus eſt, nec fuit unquam, qui ſe Petri ſucceſſorem ullo modo affirmaverit, vel pro tali ſit habitus præter Romanum & Antiochenum Epiſcopum.* Reſp. Non abſolutam Petrum poteſtatem Antiochiæ, in ſede ſua, uti volunt, habuiſſe, nec Epiſcopum ibi fuiſſe, hactenus demonſtratum, unde Euſeb. in Chron. ad an. 44. primum Antiochiæ Epiſcopum Evodium ordinatum teſtatur. Pone autem Petrum tum Antiochiæ, tum Romæ Epiſcopum fuiſſe, ergo errans & delinquens increpari & corrigi potuit. Neque locum hîc habet quod opponunt, aliam fuiſſe Pauli, Apoſtoli tam eximii, neque cum alio quoquam comparandi rationem: quandoquidem iſdem Paulus ſingulare quoque humilitatis fuit exemplum, ſeque pro-

(c) Venet. p. 109. (d) T. 1. p. 551. (e) l. 2. de Pont. c. 12.

probiſſimè cognovit, ſic ut Capiti ſuo debitam reverentiam nullatenus denegâſſet. (*f*) Hinc ridiculum quoque, quando ait Bellar. (*g*) Ideo Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum, quia ſemper illa audit Petrum. Quomodo Ergo Petrus membrum fuit Eccleſiæ? Ann. 51.

§. 40.) Ex hoc loco rectè Nilus concludit: Et falſum eſſe, & moribus Apoſtolorum inconveniens, quòd Papa omnes judicans ipſe à nemine judicetur. Neque valet Bellarmini effugium cùm fraternam fuiſſe Pauli correptionem, non judicialem cenſuram prætendit. R. 1. Licet Paulus Petro ſe majorem non fecerit, nec judicium in illum exercuerit, nec Petrus pro tribunali ſteterit, tamen de Petro non judicavit, uti hodierni ſolent de Papa. 2. Fraternæ correptiones ſecretæ & privatæ, non publicæ eſſe ſolent, ſicut hæc fuit. publicè autem hæc facta; quia publicè Petrus peccavit. Quanquam ergo non forenſem judicem, Apoſtolum tamen & æqualem egit Paulus. Certè reprehendere juſtè plus eſt, quàm reprehendi; plus docere, quàm diſcere. Neque alia Pauli intentio, quàm reſpondere adverſariis, eiſque apertè probare, inferiorem ſe coryphæis haud eſſe, licet poſterior tempore, neque ex duodenario numero: hinc Ambroſius: *Petrum ſolum nominat & ſibi comparat, quia primatum ipſe accepit, ad fundandam NB. Eccleſiam, ſe pari quoque modo electum, ut primatum haberet in fundandis gentium Eccleſiis.* Et ibidem: *ut dignus eſſet, habere primatum in prædicatione gentium, ſicut & habebat Petrus in prædicatione circumciſionis* &c. Falſum itaque nulloque ſuffultum argumento, quando caſus quoſdam reſervant à ſolo Deo de Papa judicandos. At meliores forſan ſucceſſores ipſo Petro. Num verò ſupremi Principis error à ſubdito ejus palàm, in faciem, & cum authoritate, ſicut à Paulo hic factum, reprehenditur?

§. 41.) Paulus cum reliquis delegatis, congregata multitudine reddiderunt Epiſtolam: act. 15. 30. quia omnium res æqualiter agebatur. Id verorum Miniſtrorum officium, cura, labor eſſe debet, ut ædificent, ſervent, confirment, reſtaurent; gregis contrà, ut doceri ſe, emendari & corrigi, non tamen brutali modo deduci & cogi ad cæcam fidem & obedientiam, parato & promto patiatur animo.

Eos qui cum Paulo, & cœteris Antiochenis, delegati Antiochiam à Concilio Epiſcopos fuiſſe, Epiſcopales velle ſuprà vidimus, hos inter Silas, quem Antiochiæ manſiſſe act. 15. 34. & Paulo dein ſe comitem adjunxiſſe: v. 40. Lucas teſtatur; nimirum Epiſcopos ipſos aliquandiu, ſi res poſtulet, abeſſe à cathedris ſuis poſſe Hammondus (*h*) ait. Ita quidem eſt, verùm confirmatis jam Eccleſiis, nonne Pauli & cœterorum fidei ac ſolicitudini commiſſas Eccleſias Silas relinquere, atque redire ad ſuos & potuiſſet, & debuiſſet? Neque aſſentientes nos habet, quando ea, quæ tunc omnibus viris Apoſtolicis communia fuerant, Epiſcopis ſolis adſcribit, utpote docere, horta- vid. §. 21.

f) *Veneti p. 85.* (*g*) *de cler. l. 1. c. 1.* (*h*) *de Epiſ. diſſert. 4. c. 13. à §. 14.*

Digitized by Google

Ann.51. hortari,confirmare,manus imponere,prophetare: imò etiam laicis cònvenire docuimus,ut præſint fratribus.

Inviſamus fratres oppidatim: Act.15.36. Multò autem magis Paulus Univerſalis factus Eccleſiarum ſuarum viſitator,quàm Petrus,quod tamen placet Baronio anno 30. §. 26. ad Act. 9. 32. quando Petrus *per univerſos tranſiiſſe* dicitur. Quantum verò Paulus iter confecerit,Lucas in Actis,& ipſe Paulus docent.

Barnabæ prædicatio. Vid. an. 44.§.34.

Petrum ante Barnabam Romam veniſſe,atque Sedem fundâſſe Spondanus §.13.ex Baronio dicit,quod quàm verum ex Petri Romano itinere cognovimus. Certè Mediolanenſem Eccleſiam à Barnaba erectam negare non audet. Quâ fronte verò Barnabam Romam concedere potuiſſe,ibique prædicare Evangelium ſub Claudio, Judæos ibi agere prohibente,inficiatur,cùm hoc idem noſtrum de Petro argumentum non admittat?

Timotheus circumciditur.

§.42.) Paulus Timotheum circumcidit: Act.16.3. At idem Paulus Petrum reprehendit,quòd judaizaret cum Judæis infirmis: Gal.2.14.iterum Gal.5.2.*Si circumcidamini,Chriſtus vobis nihil proderit.* Reſp.Paulus infirmis factus eſt infirmus: conf.Act.18.18.& 21.24.at non coëgit Gentes judaizare ut Petrus; & Paulus citra ſcandalum & confirmationem illorum in errore, id fecit. Res mediæ non ejuſdem ſunt generis,quædam enim certò tempore, certis etiam perſonis adiaphora ſunt, quædam verò ſemper. Certi temporis eſt Circumciſio, quæ Apoſtolorum ætate indifferens erat,unde infirmiori licebat eam obſervare,aliis liberum erat eandem negligere. Ita illâ Paulus hoc loco utitur, quâ iterum non uſus eſt Gal.2.3. Eadem circumciſio ante Chriſti adventum non erat res libera, ſed neceſſaria,hodie planè prohibita. Proinde mala fiunt adiaphora, cùm naturam ſuam amittunt, & illicita fiunt. Sic Titum circumcidere renuit, ut libertatem in Chriſto tueretur,ac Moſaicam Legem ſublatam probaret.

§.43.) Paulus & Silas tradebant Eccleſiis obſervanda placita ſeu decreta Apoſtolorum καὶ τῶν πρεσβυτέρων: (& Seniorum) act.16.4. Non ergo ſolus Petrus in Concilio decrevit,nec ſoli Apoſtoli,ſed commune decretum,

Decreta Synodorum.

definitio, conſilium erat. Hinc tyrannicam ſuis Epiſcopis ſeu Conciliis poteſtatem & authoritatem adverſarii tribuunt. Nimirum quicquid illi in Conciliis deciderint de fidei doctrina, & quod illis placuerit,ſit ab omnibus pro lege immota ſequendum. Alia ſanè Apoſtolorum ratio, quàm hodiernorum. At Apoſtoli παρεδίδουν. tradebant, quod docere,non autem tyrannicè præcipere ſignificat. Παρεδίδουν δόγματα κεκριμένα,decreta,non quòd fuerint prætoria & violenta mandata, ſinè omni ratione & fundamento Scripturarum, ſed quia ea vera eſſe ἔδοξαν, viſa ſunt Apoſtolis, Senioribus,totique Eccleſiæ, & quia in Synodica illa κρίσει καὶ συζητήσει κεκριμένα ἦσαν, probè diſceptata, & ad cynoſuram Lydiúmque lapidem S.Scripturæ abundè examinata fuerant. Inde conformia erant hæc decreta Prophetico Dei Verbo, &

ex

Digitized by Google

ex V. T. comprobata. Adhæc examinabantur à diſcipulis & auditoribus: act.17.11. Neque omnia, quæcunque obſervantur, obligant conſcientiam, multa enim ſecundùm conſcientiam ſunt libera, & obſervantur tantùm, ne proximus offendatur. Nihil itaque aliud ſequitur, quàm Conciliorum decreta, quæ cum Verbo Dei conveniunt, & quæ citra offenſionem proximi violari nequeunt, eſſe obſervanda. Quanquam ergo verbum *Decretum* juriſdictionem notat, non tamen alio reſpectu accipitur, quàm quatenus ex ipſo Verbo Dei depromptum, ad quod omnes tenemur & obligamur. Quòd verò Hammondus (*i*) ex itineribus Pauli & comitum colligit, Paulum ab eminentioribus civitatibus, unde reliquæ dependebant, incepiſſe, id acumini potiùs & argutiolæ, quàm alicui ſoliditati adſcribimus. Ann. 51.

§.44) De Lydia act.16.14. hujus autem memoria ad 3. Aug. celebratur. *Lydia.*

Media nocte orantes Paulus & Silas hymnos canebant Deo: act. 16. 25. Nullum tantum myſterium hîc latet, quantum ſibi pollicetur Baronius. Vinctorum pietas & fides in Deum commendatur, quòd conſtricti etiam Deum celebrârint, adeóque ejus voluntati non obſtrepuerint: vid. Phil.4.6. act.5.43. Ad arma confugiunt in cruce, in qua Spiritûs S. præſentiam ſentiunt, Deóque ſe totos offerunt. Ita horum damnatur inertia ac ſomnolentia, qui vix diei horas aliquot orationi impendunt. Abſit ergo, ut nocturnas improbemus preces, modò non adſit ſuperſtitio. Et V. ergo & N.T. imitemur Sanctos, perpetuò & ubique Deum laudantes. Neſcio quid ſibi velit Lutzenburg. in catal. hær. cùm ait: *Nyctages à ſomno nuncupati, quòd Vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes, jura temerari divina, quæ noctem ad requiem tribuunt, ut dicit Iſid. Contra hoc eſt illud Pſal. Media nocte ſurgebam &c. & idem extr. de celebr. Miſſæ c. 1. Matth.27. Vigilate &c. Et dicit Hieron. in Ep. ad Furiam de viduitate ſervanda: Ardentes Diaboli ſagittæ, jejuniorum & vigiliarum frigore reſtringendi ſunt.* Per Nyctages Lutzenburgius Vigilantium ejúſque ſequaces credo intelligit, contra quem immeritò inſurgit eúmque malè accipit Hieronymus T.3. pag.54. De Vigiliis Scalig. Emend. Temp. l.7. p.303. Gerhard. in paſſ. D. part.2. c.10. §.3. Chemn. Harm. Evang. l.1. c.8. maximè Hoſpin. de feſtis Chr. c.7. p.26. Vigiliæ olim in Apoſtolica Eccleſia ex neceſſitate inſtitutæ, utpote quæ ob diras Perſequutiones noctu convenit, poſtea mos etiam multis in locis obtinuit, ut in templis publicè jejunarent & vigilarent tota paſchali heb loma dâ, præſertim verò nocte præcedente Dominicam Reſurrectionis. Propter abuſum verò abolitæ Vigiliæ, & loco illarum jejunium pridie cujuſvis diei feſti inſtitutum, cui tamen hoc nomen manſit. (*k*) Inde poſtea originem ſumſere Vigiliæ & jejunia in profeſtis magnarum ſolemnitatum ad templa & cœmeteria, Fla- *Vigiliæ.*

i) De Epiſc. diſſert.4. c.5. §.9. (k) Polyd. l.6. c.4. Hoſpin. l. all. à p. 25.

Ann. 51. viano & Diodoro Antiochenis autoribus, quem uſum poſtea Leontius itidem Antiochenus ita immutavit, ut hæc in ipſis templis peragi maluerit. Verùm quia etiam hoc modo res in pejus ruerent, nefandæque ita libidines exercerentur, tandem inſtituerunt loco Vigiliarum jejunia pridie diei cujusque feſti celebrioris, manente tamen nomine: quod remedium poſt obitum demum Hieronymi datum. Confer Bar. in Martyrol. Rom. ad diem 5. Jan. item infrà ad an. 384. f. num B. Ambroſius perſuaſione Monicæ Vigilias proſcripſerit. Dictæ etiam *Lucernariæ preces, & Gratiarum actiones:* gratias nimirum fideles Deo agebant, ob dona in hunc vel illum martyrem collata. Non igitur Martyres, ſed ipſum Deum adorabant. Caſalius (*l*) abuſum, ob quem ſublatæ Vigiliæ, laicis adſcribit, quaſi Clerici ab omni culpa immunes fuerint. Vide Chryſ. homil. 1. in Eſaj.

§. 45.) Ut diem, ſic & noctem in quatuor partes ſeu vigilias diviſerunt Judæi, quarum quævis ternas complexa horas, ſic ut prima tres priores comprehenderit, ſecunda tres ſequentes ad mediam noctem uſque, & deinceps. Inſuper horæ nocturnæ brumales longiores æſtivis erant. Prima Vigilia אַשְׁמוּרֶת עֶרֶב Gr. ὀψία, ὀψέ. 2. אַשְׁמוּרֶת הַתִּיכוֹנָה Vigilia media, quia inter duos ſoles, veſpertinum & matutinum interjecta: Gr. μεσονύκτιον. 3. אַשְׁמוּרֶת הַבֹּקֶר matutina: Gr. ἀλεκτοροφωνία. 4. הַצָּהֳרַיִם meridies. Et hic uſus hodieque obtinet apud Æthiopes, apud quos ne nomen quidem horologii vel ſolarii extat. Poſt Babylonicam captivitatem Judæos horas demum habuiſſe communis opinio: poſtea tum noctem, tum diem in XII. horas diviſerunt, quarum hora prima noſtra ſeptima. Initio ſicut tres vigilias, veſpertinam, mediam noctem, & matutinam, ita & tres ſaltem partes diei habebant: vid. Pſal. 55. 18. deinceps Romanos imitati, quemadmodum noctem, ita & diem in quadrantes diviſerunt, quarum quævis, uti dictum, tres horas habebat: 1. hora: ea nobis 7. 8. 9. horæ. 2. hora tertia, quia inde inchoabat, & uſque ad ſextam continuabatur: nobis 10. 11. 12. 3. tertia pars: à ſexta uſque ad nonam, ſexta hora dicta: nobis 1. 2. 3. 4. poſtrema hora nona: nobis 4. 5 6. (*m*)

§. 46.) Vigilia Gr. φυλακή. H. אַשְׁמוּרָה, cuſtodia, ex more caſtrenſi, vel excubitorum in urbibus. Romani Vigilias ad clepſydram in partes quatuor dividebant, ut non ampliùs tribus horis militibus ſtandum eſſet, eas circuitores crebri obſervabant, tubicines autem locabant, cornicines revocabant. (*n*) Ita apud Eurip. τετράμοιρος φρουρά, quadrapartita Vigilia: & apud Propert.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Hinc φύλαξ, cuſtos, excubitor. Prima Vigilia Romanis vocabatur prima fax, & ſerum diei, quia tum fax accendi ſolita: ſecunda Vigilia nox concubia,

quia

l) Cap. 63. p. 252. (m) Zanch. T. 3. l. 6. c. 1. Hier. T. 4. & 9. alios (n) vid. Veget. l. 3. c. 8.

Digitized by Google

quia tunc omnes concumbere & ſtertere ſolent: tertia, nox intempeſta: Ann.51.
quarta, conticinium, ubi omnia conticeſcunt. Iidem Romani diem naturalem in duas partes partiebantur, & in quavis quatuor rurſus particulas ſeu quadrantes habebant. In prima parte primus quadrans erat mediæ noctis inclinatio (media enim nocte diem incipiebant.) 2. quadrans, Gallicinium, ἀλεκτοροφωνία: ubi tamen duplex gallicinium notant. 3. quadrans conticinium. 4. quadrans diluculum, quod act. 20. 11. αὐγὴ vocatur. Alterius partis primus quadrans erat Mane, quum dies clarus eſt. 2. à mane ad meridiem quaſi medium diem. 3. occiduum dicebatur, à meridie ad occaſum ſolis: dictus etiam ſuprema tempeſtas, & noviſſimum diei tempus: Luc. 4. ὁ ἥλιος δύνων. 4. Veſpera, à quo tempore prima fax dicebatur, deinde concubia & intempeſta nox, quòd non habeat tempus rebus gerendis idoneum. Servio excubiæ ſunt diurnæ, vigiliæ nocturnæ.

§. 47.) Illa Judæorum ſupputatio, de qua ſuperius, Eccleſiaſtica ſeu Templi vocatur, uſurpata in diſtinguendis precibus & peragendis ſacris: unde hodieq; apud Pontificios preces ſeu horæ Canonicæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ vocantur. Nos ut omni tempore & loco orandum profitemur, ita ad cultum & cerimonias Moſaicas, ad certas horas & loca neminem ſuperſtitioſè obſtringimus, niſi quatenus uſus pius, ædificatio proximi, & ratio Verbo Dei congruens dictat. Convenerunt primi Chriſtiani de nocte, verùm coacti, neque ſuperſtitioſè certis horis, ſed vel diverſis, vel per integras noctes Deum, more Chriſti Servatoris Matth. 14. 23. & Pauli act. 20. 7. celebrantes. Die an nocte, & quo momento venturus ſit ignoremus, proinde vigilare ſemper, jubemur. At jejunandum & vigilandum quantum corporis exigit ratio. Proinde neque Hieronymus contra Vigilantium, nec alii audiendi: maximè cùm mala potiùs, quàm bona ſecum trahant. At quæ amabò jejunia Vigiliarum loco? quænam iſthæc abſtinentia? Et certè Hier. in Matth. 25. Opinari ſe ſcribit (non pro vero venditat) traditionem Apoſtolicam eſſe, ut nocte ſancta paſchæ (quare non ſemper?) populus à ſacerdotibus non dimittatur, ut ſi Dominus fortaſſis appareret, vigilantes inveniret. At hodie iſtud non ſervatur: non enim paſchatis nocte vigiliæ habentur, ſed in nocte nativitatis. Unde Concil. Carthag. IV. Can. 49. pretium facilè diſcis, quando dicit: *Presbyterum, qui citra corpuſculi ſui neceſſitatem à vigiliis nocturnis praeſtandis deſtiterit, & gradu privandum, & ſtipendiis fruſtrandum.* Meritò in Eliberino c. 35. Vigiliæ ad cœmeteria prohibentur, ubi cereis accenſis excubare ſolebant: non eum in finem, quò animas defunctorum illa obſervatione à purgatorio liberarent, ſed potiùs in eorum memoriam & imitationem, ut ſe invicem commonefacerent.

An. 34. S. 75.

Ughellus (o) ait, Petrum à Claudio Româ pulſum Piſanæ Eccleſiæ S. Perinum primum Epiſcopum dediſſe anno 45. vel 51. cujus tamen ſucceſſorem

o) *Italia Sacra T. 3. p. 401.*

Digitized by Google

Ann.52. rem Gaudentium idem Ughellus demum ad an.313. collocat. Ita nimirum omnia ad Petrum & tempora Apoſtolica referre conantur, ſine tamen teſtibus & continuatione temporum.

JESU CHRISTI *Annus* 52.
CLAUDII *Imperatoris Annus* 10.

§.1.) Petri an.8. ut placet Baronio. Coſſ. C. Antiſtius & M. Suillius. Hos Calviſius ad an.50. Simſonius ad 51. rejiciunt. Paulum hoc anno Athenas veniſſe Baronius cenſet. Eundem cum Sila Theſſalonicâ emiſſum Beroëam appuliſſe credibile, de quo act.17.10. Bar. ad an.51.§.76. Ibi generoſiores quotidie examinabant Scripturas, an hæc, quæ Paulus & Silas prædicabant, ita ſe haberent v.11. Quo loco judicium de controverſiis fidei privatum commendatur: quidni ergo publicum in Conciliis? Patet quidpe hinc ſpiritum & doctrinam à ſingulis fidelibus probanda, an ſint ex Deo: 1.Joh.4.1. Ideo ſpiritus Prophetarum ſubditi aliis Prophetis: 1.Cor.14.32. Ergo eatenus doctores ſequendi, quatenus ex Dei Verbo ſcripto ſapiunt. Nec alia in Conciliis conditio: conf. Joh.5.39. Quare Scripturas, & dicta etiam Summorum Pontificum examinare & dijudicare licet, prout Veneti (a) Paulo V. objiciunt. Confer Petri exemplum act.11.4. Ergo non eſt infallibile vel Concilii, vel Papæ judicium, aliàs hæc omnia excluderentur. Ergo nonniſi S. Scriptura, ceu unicum infallibilitatis oraculum attendendum. Obj. Quivis etiam hæreticus S. Scripturam prætendit. Reſp. quia S. Scriptura clara eſt & perſpicua, lucerna atque norma fidei & vitæ, ibi facilè rei veritatem perſpiciemus, ad exemplum Beroënſium.

Paulus Beroëam venit.

Paulus ob turbas à Judæis Berrhoëæ concitatas Athenas deductus, in Judæorum Synagoga primùm, deinde in foro, ubi incidit in quoſdam Philoſophos, ac tandem in Areopago prædicavit: act.17. à v.14. de quibus prolixè Bar. à §.1. item Simſonius ad an.49. cum quibus confer Caſaub. in Bar. proleg. p.45. Ibi à Paulo converſus Dionyſius Areop. v.34. quem primum Athenienſium facit Epiſcopum alter Dionyſius Corinth. Epiſcopus apud Euſeb.l.4.c.23. quem poſtea in Gallias ablegatum Pariſinum fingunt Epiſcopum: de quo ad an.44.§.35.38.41.

Inde Athenas.

Dionyſ. Areop. converſus.

§.2.) Paulus egreſſus Athenis Corinthum venit: act.18.1. ubi apud Aquilam & Priſcillam artificium exercuit: v.3. Unde Baronius (b) ad commendationem laborum manuum dilabitur, nullam tamen otioſorum ac torpentium Monachorum ſuorum mentionem faciens. Judæi certè artificia ſuorum

Hinc Corinthum.

a) pag.107. (b) §.15. Spond.§.5.

Digitized by Google

ſuorum doctorum & præceptorum commendant, unde ipſi Chriſto hoc idem tribuitur ante muneris functionem: Marc.6.3. Ita in Miſnah Aboth. c.2. pulchra eſt doctrina Legis cum via terræ (i. e. opificio) nam labor utriuſque facit hominem obliviſci pravitatis. Quare Monachi primi rectè hoc imitati, aliis inſuper Verbum Dei annunciantes, ne oneri eſſent vel tales exhaurirent, néve quæſtui haberent Evangelium. Inde Hier. Epiſt. ad Ruſticum Monachum: Ægyptiorum monaſteria hunc tenent morem, ut nullum abſque opere & labore ſuſcipiant. Non tam propter victûs neceſſaria, quàm propter animæ ſalutem, ne vagetur pernicioſis cogitationibus. Adde Palladium in hiſt. S.Patrum pag. 82. 91. 102. 105. 195. 214. 351. 454. Rouſſel. de Juriſd. Pont. l. 4. cap. 3. §. 41. Zepper. polit. Eccl. l.2. cap. 13. p. 492. Spontanea igitur Monachorum paupertas, ex otio proveniens, ſudores interim laborantium, item egentium conſumit & decorat. Aſt quam hæc illorum paupertas, dum lauta poſſident dominia, delicatè vivunt, gulæ indulgent &c. Etſi clerici olim negociis ſecularibus ſe immiſcere, & majora ſeculi hujus emolumenta ſectari, negociationibúsque dare operam prohibiti fuerint, tamen Clericus quantumlibet Verbo Dei eruditus artificio (Conc. Carth. III. cap. 51. ſeq.) vel agricultura victum ſibi & veſtitum quærere poterat, abſque tamen officii ſui detrimento, ob idque, qui ad operandum validi eſſent, artificiola & literas diſcebant. Propterea Ægypti Monachi meſſis tempore operas ſuas locâſſe, &c. Bancorenſes in Anglia Monachi omnes de labore manuum ſuarum victitâſſe leguntur. (c) Ut verò in exceſſu Romanenſes, ſic in defectu Anabaptiſtæ peccant, qui non tantùm Eccleſiaſticum tollunt ordinem, ſed & neceſſaria ac licita paſtoribus negant ſtipendia ac ſubſidia. Alia ſanè ratio Apoſtolorum nullum ſpecialem cœtum habentium, ſed univerſum orbem; alia Eccleſiæ conſtituendæ & demum plantandæ, alia ſub infideli Magiſtratu, alia ùbi auditores magna premuntur inopiâ, ac ipſi cum mendicitate certant, alia conditio ubi cum fidei jactura merces promerita exigitur: interea veriſſimum manet: *Dignus eſt operarius alimento ſuo:* *Matth.* 10.10. Ann. 52.

3. §.) Soſthenem Corinthi à Paulo converſum, ac ante Gallionem Proconſulem acriter verberatum Martyrol. ad d. 28. Nov. recitat. Gallionem autem germanum L. Annæi Senecæ fuiſſe Bar. ad an. 53. §. 33. ait: de eo act. 17.12.

Corintho Paulum *priorem ad Theſſal.* Epiſtolam ſcripſiſſe Baronius (*d*) aſſerit: aliqui tamen ex c.3.1. Athenis exaratam volunt. Tum autem ſcripta, quando Timotheus, qui ad Theſſalonicenſes Athenis miſſus fuerat, è Macedonia unà cum Sila ad Paulum rediit: cap.3.v.6. Octava numero eſt hæc epiſtola ſi ordinem ſpectes, inter omnes autem prima, ſi tempus. Tribus verò partibus abſolvitur. 1. hortatur eos ad conſtantiam in fide cap.1. & 2. *Prior Epiſt. ad Theſſal.*

c) vide, 16. q. 1, c, de præſentiam (d) §. 22. Spond. §. 7.

Ann. 52. 2. ad vitam honeſtam & Chriſtiano homine dignam, ut & mutuæ charitatis ſtudium: c. 3. & 4. 3. inſtituit ipſos partim de reſurrectione mortuorum futura, partim de adventu Chriſti ad judicium, quæ parti ſecundæ inſeritur: à v. 13. c. 4. ad c. 5. Initium hujus Epiſtolæ: Paulus & Sylvanus & Timotheus: Sylvanus autem i. q. vulgò Silas. Trium Epiſcoporum, vel, ſi malis, Epiſcoporum hoc loco mentionem fieri Blondellus ex Hilario contendit.

1. Theſſ. 1. v. 2. Μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν: *mentionem veſtri facientes in precibus noſtris.* Unde mos veterum Chriſtianorum, quo ſe paſtorum ſuorum precibus commendabant. Hinc μνημόσυνον dicitur precatio pro alio facta.

c. 4. v. 2. *Noſtis quæ mandata dederimus vobis per D. Jeſum.* Confer 1. Cor. 11. 2. Unde inferunt adverſarii, Paulus dedit præcepta Eccleſiis. Er. leges novas conſcientiis impoſuit. R. Negat hoc idem Paulus 1. Cor. 7. 35. 2. Cor. 1. 24. Aliud autem leges pro decoro conventûs Eccleſiaſtici ſancire, vel de velatis mulieribus: 1. Cor. 11. 4. ſeq. quæ nunquam conſcientiam obligârunt, quia pro ratione nonniſi loci & perſonarum ponuntur, non ut res ad ſalutem neceſſariæ, ſed ad decorum duntaxat externum: v. 16. An verò omnes ſunt Apoſtoli & Θεόπνευστοι? 1. Theſſ. 4. 8.

c. 5. v. 12. *Agnoſcatis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & admonent vos.* Confer Rom. 12. 8. 1. Tim. 5. 17. προϊστάμενοι καὶ προεστῶτες, at in Domino. Nimirum alia communia ſunt toti cœtui, privata alia. Nil hîc de dominio, nil de juriſdictione temporali, de Papa nihil, nec de obedientia cœca.

§. 5.) Criſpus Præfectus Synagogæ Corinthi, credidit Domino cum tota domo: act. 18. 8. conf. 1. Cor. 1. 4. Hujus, ut & Caii memoriam celebrant 4. Octob.

Ann. 53.

JESU CHRISTI *Annus* 53.
CLAUDII *Imp. Annus* 11.

§. 1.) Petri ſedis Romanæ annus 9. uti volunt. Coſſ. Claudius Auguſtus quintùm, & Corn. Scipio Orfitus. Hos Calviſius ad an. 51. Simſonius ad 52. numerat. Dum Paulus annum cum dimidio ſubſtitit Corinthi: act. 18. 11. non tantùm priorem, ſed paulò pòſt etiam poſteriorem ad Theſſal. exaravit. aliqui tamen utranque Athenis datam exiſtimant: in Syriaca editione Laodiceæ Piſidiæ ſcripta, propter Pſeudoapoſtolos, quæſtum pietatem putantes: 1. Theſſ. 6. à. v. 6. In 1. parte conſolatur illos propter perſecutiones. 2. Monet ne illis credant, qui Chriſti adventum jam tum inſtare aliis perſua-

Poſterior Epiſt. ad Theſſalon.

Digitized by Google

perſuadebant, cùm tamen ante adventum illius, Antichriſtus omnino pate- Ann. 53.
faciendus ſit, quem ſuis coloribus & notis depingit: c. 2. 3. Ad bona opera & vitam Chriſtianam hortatur.

§. 2.) *Ne terreamini per Epiſtolam:* 2. Theſſ. 2. 2. coll. cum c. 3. v. 17. Tertiam aliquam ad Theſſal. Epiſtolam fuiſſe fictam & ſuppoſitam collegit hinc Origenes, id quod tamen ex Pauli verbis tam clarum & perſpicuum non ſit. Fortè aliud Paulus innuit, quod ei affictum fuerat, qualia erant Pauli raptus ſeu Apocalypſis: ejuſdem Evangelium, quod nonnulli de Evangelio à Luca deſcripto, ex authoritate Pauli, cujus iſte ſæpe meminit, & ſuum vocat, intelligunt: rectè alii Paulum per ſuum Evangelium doctrinam innuere Evangelicam, quam annunciabat in Eccleſiis. De nothis ſcriptis Paulo imputatis vid. Arnd. antiq. l. Apoſtoli §. 16. ex Sixt. Sen. de Antichriſto.

§. 3.) 2. ad Theſſ. 2. à v. 1. de iniquitatis myſterio, ſeu de Antichriſto magno & defectione agitur. De his viſe Rod. Gualterum de Antichriſto: *De Antichriſto.* Joh. Medum de Apoſtaſia noviſſimorum temporum. Hammond. tract. de Epiſc. loco de Antichriſto diſſert. 1. c. 9. Willet. de Antichr. Burman. ſynopſ. l. 8. c. 18. à §. 10. ac inſuper ſexcentos alios. Confer Dan. 7. 8. 11. cc. Apoſtaſiam alii à fide alii à regno ſeu imperio Rom. interpretantur. Neque de Judæorum à Lege Moſaica abſceſſu, ſed de defectione ad Antichriſtianiſmum hîc agitur. Certum Antichriſtum à fide cumpr. defecturum: confer 1. Tim. 4. 1. Luc. 18. 8. idem ſequentia Pauli verba clarè volunt. Neque tamen ſubductio ejus à Rom. Imperio, Scriptura duce, negari debet. Unde v. 4. non tantùm in Dei templo ſedebit, ſed efferet quoque ſeipſum ſupra omne, quod dicitur Deus, h. e. ſupra Reges & Magiſtratus, qui Dii vocantur: Pſal. 82. 6. Juſtino Martyri (a) is eſt, qui adverſus Altiſſimum grandia loquens in terris, iniqua in Legis & Verbi Dei, adeoque veri cultûs ſtudioſos, committere audet. Primaſio veritatis, & Cyrillo Hieroſ. fidei deſertor. Hugo Cardinalis in hunc locum docet, Populos cum Antichriſto à vera fide defecturos non motu locali, ſed mentali, ſeu non ſucceſſione locali, ſed corruptione doctrinæ &c. Eorum etiam Patrum ſententia, quâ defecturum Antichriſtum à Romano Imperio volunt, priorem non tollit, & Romam Antichriſti eſſe Sedem evincit. Romanum Imperium ab Antichriſto deſtruendum eſſe docet Chryſoſtomus in hoc caput, & Cyrillus Hieroſ. cat. 15. ait: *Antichriſtum adepturum eſſe Monarchiam, quæ fuerit antè Romanorum.* Et Thomas Aquinas in hoc cap. lect. 1. ait: *Romanum Imperium nondum ceſſâſſe* (quod ex hypotheſi damus, non autem concedimus Aquinati) *ſed eſſe commutatum de temporali in ſpirituale.*

§. 4.) Paulus prædicit hoc loco, Antichriſtum Deum ſe oſtentaturum, ſéque elaturum ſupra omne Numen i. e. affectaturum Primatum ſuper omnes Chriſtianos cœtus & Magiſtratus; depravaturum ſinceram doctrinam

a) *dial. cum Tryphone p. 263.*

Digitized by Google

Ann 53. nam & Sacramenta. Quinque notas Antichriſti hoc in loco poni affirmat Illyricus *(b)* 1. quòd in Templo Dei ſedebit. 2. Quòd Paulus dicat, jam myſterium agi. 3. Quòd venturus Antichriſtus cum ſignis mendacibus. 4. Quòd miſſurus Deus efficaciam erroris. 5. Quòd ex Ambroſii ſententia Antichriſtus apparebit, cùm Romani regni defectio fiet, & reddet Romanis libertatem, ſub ſuo tamen nomine. Exigui ponderis argumentum quando objiciunt', ſingularem fore Antichriſtum perſonam; quoniam ita ſingularis denotatur, ut in regno ſuo ſuprematum ſit habiturus. Prideauxius *(c)* ſeptem notas univerſales colligit. 1. Quòd tyrannidem ſeu imperium aliis (Imp. Rom.) prærepturus ſit. 2. Quòd dæmoniorum introducturus doctrinam: 1. Tim. 4. 1. 3. 3. Quòd cultum imaginum, regicidia, veneficia, publica lupanaria probaturus excitaturúsque ſit: Apoc. 9. 20. 21. 4. Quòd lucrum ex mortuorum animabus capturus: Apoc. 19. 13. 5. Quòd cum ſignis & prodigiis mendacibus ac efficacibus venturus: 2. Theſſ. 2. 9. Apoc. 13. 13. unde miracula notæ ſunt veræ Eccleſiæ apud Bell. 6. Quòd Dei titulos uſurpaturus, & negaturus Jeſum Chriſtum, uſurpando ipſius titulos, & triplex officium. 7. Quòd Antichriſtus non alibi, quàm Romæ expectandus: Apoc. 17. 10.

§. 5.) Antichriſtus vel adverſarius Chriſti, etſi non verbo, attamen opere; vel vice, ſeu Vicarius Chriſti: Matth. 24. 5. & 24. coll. cum c. 7. 15. Communiter pro quovis ſeductore accipitur, qui Chriſtum oppugnat, adeoque multi Antichriſti jam Johannis ævo fuerunt 1. Ep. c. 2. v. 18. Propriè verò & ſpecialiter pro magno quodam & eximio Chriſti hoſte, de quo heîc loci. Unum fore thronum, non unam ſingularem perſonam, non individuum unum, ſed multa, ratione diverſi temporis, ſeu ſucceſſivè, rectè noſtri docent, idque ex ſucceſſionibus, ſeu longi temporis intervallis declarant: non ſecus atque Daniel nomine leonis, urſi, pardi, multos Reges intellexit. Unde Paulus hoc loco de Univerſali apoſtaſia, ſeu defectione à fide loquitur ſine ulla additione vel reſtrictione: quæ ſanè non eſt paucorum annorum, nec ab uno homine introduci in Eccleſiam & orbem poteſt. Neque impedit articulus Græcus ὁ, utpote qui ſæpe indefinitus eſt, ſicut ה apud Hebr. Non de ſolo Petro, ſed de omnibus Papis volunt intelligendum Romani, quod Chriſtus dixit de hac Petra: conf. Matth. 18. 17. Marc. 1. 44. Apoc. 11. 23. Joh. 3. 35. 2. Theſſ. 1. 6. c. 2. 12. Cur non ergo ſimiliter de omnibus Papis, quod Paulus dixit de Antichriſto?

§. 6.) Hæc itaque nomenclatura non eſt unius perſonæ, ſed in communi ipſius Papæ; prout omnes Ægypti Reges Pharaones primùm, dein Ptolomæi dicti. Et cùm jamdiu vetus illud Imperium Rom. ſit everſum, quod retardabat manifeſtationem Antichriſti, quis nunc dubitat de illius revelatione? Ipſi Tirino Jeſuitæ ὁ κατέχων eſt Imperium Rom. in communi: cur non ergo ſimiliter ὁ ἄνομος, Papa in communi? Vel annon Papa ille exlex,

b) de prim. p. 199. (c) faſcic. controv. c. 7. q. 2.

Digitized by Google

exlex, dum facit, quod libet? Leges à Chriſto latas refigit, ac novas pro arbitrio ſuo condit: à nemine vult judicari, ſed ſupra leges ſe extollit, ſicuti in prohibitione conjugii ſacerdotum, & ciborum certorum, item calicis in Cœna Domini: in diſpenſatione graduum contra jus divinum & naturale. Non malè aliqui ſingularem numerum hoc loco pro plurali collocari dicunt: uti Gen. 2. 10. pſal. 10, 18. ita ut homo & filius collectiva ſint, ſicut turba. *(d)* Ann. 53.

§. 7.) Ὁ ἀντικείμενος 2. Theſſ. 2. 4. i. q. ὁ ἀντίχριστος: quibus apoſtaſia à fide ſignificatur. Confer 1. Joh. 2. 22. c. 4. 3. 2. Pet. 2. 1. Matth. 24. 11. & 24. act. 20. 29. Apoc. 12. 13. Unde ſedebit Antichriſtus in Templo h. e. in Eccleſia Dei, ſeque efferet ſupra quicquid Deus dicitur, aut Numen, infinitósque ſeducet. At Papa non tantùm ſpiritualia, ſed etiam politica tanto faſtu attraxit, ut omnes Cæſares, Reges, Principes, aliósque Magiſtratus inter ſuos clientes directa, aut indirecta authoritate ſerviliter numeraverit; talésque ab ejus mancipiis habeantur, quorum ſceptra inclinari, imò tradi aliis debere eructant, quoties hoc Romanæ Sedi, aut ſuæ Eccleſiæ judicat expedire. Neque ſe tantùm, ſed & omnes Ordines reliquos eximit. *Papam eſſe ſupra omnia jura* dicunt, *omnes ab illo judicari debere, illum à nemine: ei omnem poteſtatem in cœlo & terra datam:(e) in Papa eſſe poteſtatem ſupra omnes poteſtates (f) tam cœli, quàm terræ.* Vocatur *Deus vindicta (g)* item *Rex Regum, Dominus dominantium (h) Papa canonicè electus dicitur Deus. (i)* Ita in Clement. & in proœmio dicitur *Dominus Deus noſter Papa.* In Concilio Later. Seſſ. 4. Chriſtophorus Marcellus ait, *Tu es alter Deus in terris.* Antoninus *(k)* ait, *Papam dici cœleſtium, terreſtrium & inferorum Dominum.* Cajet. *(l) Chriſtum ſuſtuliſſe Originalis peccati impedimentum, Petrum & Papam per claves actualis.* Alex. III. collo Friderici Imp. pedem ponens dicit: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis.* De Nicol. P. *(m)* dicitur: *Satis evidenter oſtenditur à ſeculari poteſtate neq; ligari prorſus, nec ſolvi poſſe Pontificem, quem conſtat à Principe Conſtantino Deum appellatum, cùm nec Deum poſſe ab hominibus judicari manifeſtum ſit.* Sixtus IV. arcum triumphalem erigi ſibi cum hac inſcriptione paſſus:

> *Oraclo vocis mundi moderaris habenas.*
> *Et meritò in terris diceris eſſe Deus.*

Lib. 1. cerem. tit. 7. *Papa in nocte nativitatis benedicit enſem, quem poſtea donat alicui principi, inſignum infinitæ potentiæ Pontifici collatæ, juxta illud. Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra: item, Dominabitur à mari uſque ad mare.* Nec Deo ſe ſimpliciter comparat, ſed longè præfert, unde ſupra Dei leges & Verbum authoritatem ſibi arrogat. Hinc Gratianus in Gloſſa: *Dico*

 quòd

d) vid. Forbeſ. Inſtr. l. 14 c. 6. à. §. 25. (e) Zodericus Zomarra l. 2. c. 1. (f) Steph. Pariſ. orat. in Conc. Later. ſub Leone X. (g) teſte Cuperio. p 61. n. 51. (h) in extrav. de maj. & obed. c. ſolitæ (i) ab Albano l. de poteſt. Papæ part. 1. n. 22. (k) par. 3. tit. 22. c. 5. (l) tr. 16. q. 6. (m) diſt. 9.

ὁ ἀντικείμενος.

Ann. 53. *quòd Papa poteſt diſpenſare contra jus naturale, & contra Apoſtolum.* Et tritum eſt in foro Pontificio: *Papam poſſe diſpenſare contra Epiſtolas Pauli, quia major Apoſtolo.*

Templum Dei. §. 8.) *In Templo Dei ſedebit:* h. e. in Eccleſiæ Viſibilis eminentiori loco dominationem & imperium uſurpabit. Non ergo Hieroſolymis, quod ita amplius dici duplicem ob rationem nequit, tum quia dudum deſtructum, tum quia profanatum & execrabile jam eſt. Orig. in Matth. tr. 27. *Sedet ſuper cathedram Scripturarum, proferens teſtimonia impiorum de Scripturis, & ſuper ædificationem earum ſedet, oſtendens ſe quaſi ſit Deus.* Hieronymus ad Algaſiam: *Sedebit in Templo Dei, vel Hieroſolymis, ut quidam putant: at nos verbo Salvatoris edocti, lapidem ſuper lapidem non relinquendum ſcimus; vel in Eccleſia,* inquit, *ut verè arbitramur.* Chryſoſt. in præſentem locum: *In Templo Dei, non in eo, quod eſt Hiroſolymis, ſed in Templo Eccleſiæ.* Et Scholiaſtes eod. ſenſu. In opere imperfect. hom. 49. *Hæreſis impia, quæ eſt exercitus Antichriſti, ſtabit in locis Sanctis Eccleſiæ, obtinens Eccleſias* &c. Hilarius cont. Auxentium: *Unum moneo, cavete Antichriſtum, malè enim vos parietum amor cepit, malè Eccleſiam Dei in tectis ædificiiſque veneramini, malè ſub his pacis nomen ingeritis; anne ambiguum eſt, in his Antichriſtum ſeſſurum* &c. Non Hieroſolymis, ſed in Eccleſia Dei ſeſſurum Theod. in epit. div. decr. l. 5. & in hunc locum, item Oecumen. & Theophyl. Thomas ib. & Aug. de Civ. D. l. 20. c. 19. affirmant. Unde factum, ut cum pluribus antiquis Patribus ipſæ etiam Bellar. & Bar. Latinam Eccleſiam ſeu Romanam intelligant. Neque eſt, quòd Papam Deum ſe non nominare prætendant, quandoquidem contrarium ſuprà jam evicimus: neque nomen nos tantopere, ſed vim illius urgemus, inde hoc loco ſeſſurus dicitur ut Deus: ſcil. quemadmodum Dei eſt ſedere in Templo, & Regis in throno. Hinc oſtentabit ſe Antichriſtus, h. e. præ ſe feret &c. Falſum ergo, cùm dicunt, omnes interpretes per Civitatem Magnam Hieroſolymas intelligere. At Hieronymus ad Marcellam ep. 17. opinionem illam refutat, quia ſpiritualiter intelligenda, unde Judaicam fabulam vocat reædificationem Templi & Urbis. Et Aug. hom. 8. in Apoc. locum magnæ civitatis vocat medium Eccleſiæ: & Beda in Apoc. ſumit pro civitate impiorum, quæ dicitur Ægyptus, quia non habet lumen fidei, nec vocem confeſſionis. Templum itaque hoc loco i. q. cœtus Chriſtum profitentium. Sedet in Eccleſia Dei ſenſu non compoſito, ſed diviſo, denominatione antecedenti, non conſequenti, ſicut Eſaj. 1. Civitas fidelis dicitur meretrix. Inde ſedere hodie propriè eſt Pontificum, hinc juxta Sedes illorum Concilia, aliiſque acta deſcribuntur. Ita Papatus Sancta Sedes vocatur, quæ nihil aliud quàm imperium & dominatus ipſius.

§. 9.) *Tantùm qui nunc retinet* (retinebit) *uſquedum è medio tollatur:* 2. Theſſ. 2. 7. Tempus revelandi Antichriſti deſignatur: conf. Apoc. 17. 12.

ὁ κατέχων. ὁ κατέχων nec de Spiritûs gratia, nec de Evangelii prædicatione, ſed de Romano

mano Imperio tollendo, juxta omnium ferè, qui locum iſtum explicuerunt, Ann. 53.
interpretationem intelligendum vide Cham. T. 2. l. 16. c. 2. §. 2. ſeq. Wittack. de P. q. 5. c. 1. Willet. de Antichr. à p. 170. Uſſerii graviſſ. quaſt. præf. alios. Ita Apoc. 17. 3. beſtia i. q. Romanum Imperium: quod vulneratum & penè deletum ſanatum fuit ab Antichriſto, cùm Papa Carolo M. titulum Imperii dedit: Apoc. 13. 3. c. 17. 8. Nec ἐκ μέσου γένηται ſignificat prorſus aboleri, ut act. 23. 10. 1. Cor. 5. 2. 2. Cor. 6. 17. Denique Rom. Imperium reveta eſt è medio ſublatum, quia illius nihil niſi umbra, & nudum nomen manet. Hos Reges, qui Romanam beſtiam ſunt deſtituri & nu jam relicturi, Anſelmus de aliis Eccleſiis, Romanæ ſubjectis eſt interpretatus. In hunc locum idem inter alia: *Vel Rom. Pontifex, qui tenet nunc Eccleſias, teneat illas, donec de medio fiat: id eſt, inquit, donec ab ipſa Rom. Eccleſia, quæ eſt medium, & cor Eccleſiarum, fiat iniquitas: ob quam ab ea, multæ diſcedant Eccleſiæ. Jam nunc agit myſterium* &c. Ergo Antichriſtus non demum in mundi fine venturus: nec Antichriſtus Judæus intelligi poteſt, utpote cui apoſtaſia ſeu defectio tribui nequit. Nec unus erit ille Apoſtata, ſed in apoſtaſiam omnes gentes impulſurus, & ingentē hominum multitudinem seducturus erit: Apoc. 3. 8. c. 17. 1. 2. c. 18. 3. ſub pietatis & religionis ſpecie. Ac eo ipſo, quòd jam Pauli tempore operabatur myſterium, individuam perſonam Antichriſtum non eſſe apparet, quia nullus homo inde ab Apoſtolorum temporibus ad finem uſque mundi victurus erit. Quemadmodum verò labefactandam hanc beſtiam à deficientibus ſtatuimus, ita nonniſi illuſtri illo & glorioſo Chriſti adventu penitus abolendam ex v. 8. credimus.

§. 10.) Obj. Papa Rom. multis jam ſeculis non modò non pro Anti- *vid. an.*
chriſto, ſed pro Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſore habitus fuit: adeoque in 57. §. 35.
tanto honore eum non habuiſſent, ſi Antichriſtus fuiſſet. R. Non quid homines fecerint quæritur, ſed quàm rectè fecerint. Myſterium id vocat Scriptura, & apoſtaſiam ſeu defectionem magnam, Antichriſtum animo & ingenio lupum, fronte & pelle agnum fore: hinc v. 9. cujus adventus eſt efficacia Satanæ, cum omni potentia, & ſignis ac prodigiis mendacibus: v. 10. cum omni ſeductione &c. inpr. v. 11. Confer Apoc. 13. v. 14. & 14. v. 8. Matth. 24. 24. myſterium dicitur, quia Antichriſti tum ortus debuit eſſe obſcurior, ex divina diſpenſatione, licet jam ab Apoſtoli temporibus operatum ſit: tum quia manifeſtatio ſeu revelatio paucis facta. Sub variis ergo gradibus Antichriſtus ſpectari debet, vel ut conceptus tantùm, vel ut naſcens & revelatus, inpr. anno 606. ſub Phoca: vel ut creſcens & adultus, à Bonif. III. ad Bened. IX. vel Greg. VII. qui Monarchiam temporalem ſibi arrogavit; vel ut florens & ἐν ἀκμῇ, in teterrimis papatûs tenebris, à Greg. VII. uſque ad Reformationem: vel ἐν παρακμῇ, ut decreſcens & cadens; ab illo tempore.

Non omnium eſt fides. 2. Theſſ. 3. 2. Ergo corpus Chriſti myſterium eſt, ſolis fidelibus conſtans: conf. act. 13. 48. Joh. 8. 87. Hoc ſenſu proprio ſumitur Eccleſia Matth. 1. 6. 18. Eph. 5. 25. Heb. 12. 23. adeóque inviſibilis eſt.

Digitized by Google

Ann. 53. 2. Theſ. 3. 17. Paulus certum σημεῖον, ſignum, omnibus ſuis Epiſtolis, quas Eccleſiis tradidit & commiſit, apponit. Ita conſtat Eccleſiam ab ipſis ſanctis Dei hominibus à Spiritu S. actis, S. Scripturam accepiſſe 2. Pet. 1. 19. adeoque hi ipſi θεόπνευστοι viri de Scripturis ſuis teſtati ſunt. Non igitur Eccleſiæ teſtimonium, imò ne ipſi quidem Spiritûs S. amanuenſes, faciunt ut liber aliquis canonicus ſit, ſed ipſe Deus: adde quòd S. Scriptura inſitas αὐτοπιστίας ſuæ notas & γνωρίσματα habeat.

Traditiones quid. *§. 11.) Perſtate & retinete traditiones, quas edocti eſtis, tum per ſermonem, tum per epiſtolam noſtram.* 2. Theſſ. 2. 15. ita c. 3. v. 6. *Subducatis vos ab omni fratre, qui inordinatè ambulat, & non ex tradita doctrina.* Non opus ut obiiciant nobis talia loca adverſarii, quoniam ultrò concedimus, quòd nos ſuſcipere teneamur æqualiter ea, quæ Apoſtoli nos docuere, ſive voce, ſive ſcripto id factum fuerit. At probandum illis incumbit, Apoſtolos alia prædicâſſe, alia autem ſcripſiſſe. Eandem nimirum doctrinam diverſimode tum ſcripto, tum voce tradiderunt. Specialiter ex poſteriori loco diſcimus, cùm Papa ſit ἄτακτος, nec ullis vel Chriſti, vel Eccleſiæ legibus ſe ſubmittat, excommunicandum ſeu vitandum eſſe, proin ſchiſmaticum illum non eſſe, qui ab ejus ſocietate ſe ſubducat: conf. v. 14. Utriuſque autem loci occaſione Bar. à §. 3. ad Traditiones ſuas ſive Verbum non ſcriptum dilabitur, atque hoc prætextu nihil non venditare & obtrudere conatur. Patres quod ſpectat, in quorum teſtimoniis prolixior eſt, ſuis locis, ſi viſum fuerit Benigno Numini, quenque ventilabimus. Laudat & probat traditiones Apoſtolus? In quem finem hæc tanto opere urgeant adverſarii, quæro. Sanè ut S. Scripturam imperfectionis & inſufficientiæ arguant: ut placita & decreta Pontificis, utut extra & contra Verbum Dei ſint, obtrudant. Iſtæ ſanè Apoſtoli traditiones non ſcriptæ, à ſcriptis præceptis non diſcrepant, non ſunt aliæ. Duplex quippe tradendi modus, præſentibus per ſermonem, abſentibus per epiſtolas: uterque tamen ejuſdem fuit doctrinæ, non diverſæ, quaſi alter alterius ſuppleret defectum: conf. 1. Cor. 11. 2. 1. Tim. 6. 20. Quare Traditiones hoc loco nonniſi ea ſignignificant, quæ Chriſtus & Apoſtoli viva voce tradiderunt, ac poſtea ab Evangeliſtis & Apoſtolis literis conſignata. Hinc Baſilius l. 3. contra Eunomium: *Hoc palàm*, inquit, *impugnat ſalutaris baptiſmatis traditionem. Euntes baptizate in nomen* &c. Item: *baptiſmus noſter eſt juxta Domini traditionem, in nomen Patris, F. & S. Sancti.* Ita Paulus 1. Cor. 15. 3. *Tradidi vobis* &c. ſic c. 11. 23. *Accepi à Domino, quod & tradidi vobis* &c. ubi utrobique ſtatim illas traditiones explicat, nihilque aliud, quàm quæ frequenter & copioſè alibi deſcripta ſunt, eſſe comprobat. Proinde rectè Beza παραδόσεις 2. Theſſ. 2. 15. per traditam doctrinam reddit, quam Apoſtoli θεόπνευστοι ſuos docuerunt, ac poſtea eandem ſcriptis comprehenderunt: quam expoſitionem Bellarminus (*n*) Pereſius (*o*) Hayus (*p*) comprobant.

n) l. 4. de Verbo D. c. 2. (o) 1 part. de Tradit. poſtulato 2. (p) diſput. l. 5. c. 41.

probant: adeoque Evangelii doctrinam hoc loco traditiones ſignificant, non Ann. 53.
autem ritus & ceremonias, multò minus dogmata nova, à quibus traditionibus Apoſtolicis Papiſtæ longiſſimè receſſerunt. (q)

§. 12.) Non diſſentit Baronius (r) dicens: *Si ipſam petamus rerum originem, planè inveniemus Chriſtianam Religionem primùm omnium Traditionibus inſtitutam, inde verò ſcriptis fuiſſe firmatam:* adde tu, plenè planéque conſignatam: ne cum Cardinali lucem cum tenebris, veritatem cum mendacio confundas & miſceas. Invidet Diabolus homini ſalutem, odit patefactum Verbum Dei, ideo obſcuritatis & imperfectionis accuſat, & traditionum neceſſitatem urget, non ſecus atque Judæi ſuum Talmud. At promant & edant nobis adverſarii tandem, quæ illa ſcitu & factu ad ſalutem neceſſaria, quibus deſtituantur S. Pandectæ? Ea verò, quæ ſcire nihil noſtra intereſt, non ejus generis ſunt meritò, ut propterea imperfectionis S. Scripturam incuſare debeamus. Ecquid ergo ad rem, ſi ritus aliqui, ſi adiaphora quædam, aut ſcitu minùs neceſſaria in literas relata non ſint? quid traditiones illæ, quas ſæpe Patres, ceu receptam Eccleſiæ conſuetudinem, à qua non facilè recedendum, urgent, ad fidei dogmata? atque ita juxta hanc acceptionem Chryſoſtomus, Baſilius, Epiph. quos Baronius teſtes allegat, accipi debent. Quid illi ad Franciſci à ſancta Clara verba: *Traditionem (licet univerſaliſſima & antiquiſſima ſit) per ſe fidem divinam non adſtruere.*

§. 13.) Abominamur ergo, quæ Cardinalis noſter (s) habet de Traditionibus illo ſenſu intellectis: Novi Teſt. ſcripta omnia auctoritatem ab illis accepiſſe: Scripturarum fundamentum eſſe Traditionem: Traditionibus etiam Eccleſiam Dei fundatam: quibus pariter obligemur: in eóque iſtas excellere, quòd illa, niſi traditione firmentur, non ſubſiſtant, hæ verò etiam ſine ſcriptis ſuam obtineant firmitatem; leges nõ ſcriptas, ſcriptis antiquitate & nobilitate præſtare, neminem dubitare &c. At nos inquam, ſumus, Baroni, qui non modò dubitamus, ſed penitus credimus, eásq; cum Talmudicis Judæorum fabulis ac Moſis legalibus conferimus. Verùm num illi ipſi, quos allegat Baronius, has ejus traditiones admittant, audiamus Chryſoſtomum in hunc ipſum locum 2. ad Theſſ. 2. πάντα σαφῆ καὶ εὐθέα τὰ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς, πάντα τὰ ἀναγκαῖα δῆλα: *Omnia quæ in divinis Scripturis comprehenſa, clara ſunt & plana, omnia, quæ neceſſaria, ſunt perſpicua.* Baſil. Ep. 18. ad Euſtat. med. *Non exiſtimamus fas eſſe, ut conſuetudinem, quæ apud iſtos obtinet, legem & regulam faciamus rectæ rationis: ſed divina Scriptura nobis judex eſto: & apud utros dogmata invenimus divinis conſona literis, iis omni pacto ſuffragium veritatis tribuatur.* Et in moral. reg. 20. *Si omne, quod ex fide non eſt, peccatum eſt: fides autem ex auditu: auditus verò per Verbum Dei: ſine dubio, quum quicquid extra Scripturam, ex fide non ſit, id peccatum eſt.* Similia in Aſcet. habet. Prolixitatem Baronium longè vincere poſſemus, ſi ex reliquis

q) *vid. Chamier. T. 1. l. 9. c. 1 à §. 25.* (r) *§. 9 Spond. § 4.* (s) *§. 11. Spond. § 3.*

Ann 53. Patribus his conformia nunc adducere placeret, quibus unicum fidei atque canonis Principium S. Scripturam faciunt. De Epiphanio bene monet Chamier T. 1. l. 9. c. 19. §. 43. Sæpiuſculè quidem ad Traditionem confugit: at nunquam, ut articulos fidei confirmet aliquos non ſcriptos, ſed tantum quædam, quæ vel hiſtorica, vel ritualia. (t)

Paulus caput tondet. §. 14.) Paulus cum Aquila & Priſcilla enavigavit: act. 18. 18. quum priùs Cenchreis (quod navale Corinthiorum erat) totondiſſet caput, quod Naziræorum votum, de quo Num. 6. 18. vid. act. 21. 24. At non eò factum, ut Gentilium conſortium fugeret, nec ut Legi Moſaicæ denuo ſeſe ſubjiceret, ſed ut Cerimonias Moſaicas honeſto quaſi funere proſequeretur, atque faciliùs quoque prædicare Evangelium Judæis poſſet.

Ughellus (u) Barnabam Anathalonem primum Brixienſem conſtituiſſe Epiſcopum hoc anno, eundémque pôſt ſucceſſorem nactum in Mediol. Sede ait. Brixiæ Anathalonem anno 65. al. 63. excepiſſe volunt S. Clathæum, hunc S. Viatorem, defunctum an. 88. Cui ad an. 116. S. Apollonium ſubjiciunt, ubi tamen certi & firmi nihil.

t) Plura idem l. 8. c. 12. à §. 10. adde Humfrey Lynde dans la voye eſgaree p. 64
(u) Ital. S. T. 4. p. 727.

JESU CHRISTI *Annus* 54.
CLAUDII *Imp. Annus* 12.

§. 1.) Petri, ut dicunt, an. 10. Coſſ. Fauſtus Sulla & Silvius Otho. Hos Simſonius ad an. 53. recenſet: Calviſio ad an. 52. vocantur P. Corn. Sylla Fauſtus & L. Salvius Otho. ut verò ſe habuerit iter Pauli in Syriam proficiſcentis, Lucas act. 18. v. 19. ad 23. item c. 19. v. 1. exponit: in eodem *Paulus Galatis prædicat.* itinere quomodo Galatis Evangelium prædicârit, & quanti habitus ab iiſdem ad Galat. 1. v. 8. & c. 4. v. 14. declarat. Memorabile verò quòd act. 18. v. 14. ſeq. de Apollo Alexandrino Judæo refertur, quòd vir eloquens fuerit & δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς, Epheſi à Priſcilla & Aquila exactiùs fidem Chriſti ſit edoctus, in Achajam deinde perrexerit, & Corinthi aliiſque in locis magno *Aquila.* cum fructu Chriſtum annunciârit. Aquila Judæus Ponticus fuit, aulæorum textor, Priſcillæ maritus. Hunc Heracleenſem Epiſcopum facit Dorotheus, quòd meritò negat Baronius in Martyrologio ad 8. Julii: ab hoc, imò *Apollo.* ab ejus uxore inſtitui ſe Apollo paſſus, licet eloquens fuerit & potens in Scripturis: adeoque vel à laico & vili aliquid diſcere neminem pudeat: ita ſane humilis atque devotus ſemper proficiet, Deúſque conatibus ubertim benedicet. Utut verò eloquens ſit aliquis, non tamen ſequitur talem ſufficien-

tem

tem ſtatim veritatis habere cognitionem. Potens fuit Apollo in Scriptura, Ann. 54.
ſcil. V. T. pro more Judæorum; unde tamen non ſequitur eum myſteria Evangelii, ſive hiſtoriam de Jeſu Chriſto perfectè cognoviſſe, unde v. 25. κατηχημένος, Catechumenus in via Domini vocatur, quia nonniſi Johannis baptiſma noverat, ſeu obſcuriùs de Chriſto inſtitutus fuerat, hinc ἀκριβεστέρως Aquila & Priſcilla hæc expoſuerunt. Quicquid ſit, quæritur unde Apollo vocationem & miſſionem, adeoque manuum impoſitionem habuerit, quorum vi docere & loqui ſuſtinuerit. Certè non à Petro, nec ab alio Apoſtolo, quia nonniſi Johannis noverat baptiſma: ſed immediatè à Spiritu S. actus: v. 25. Porrò tranſiturum Apollo in Aſiam fratres eum adhortati fuerunt, ſcripſerúntque diſcipulis, ut exciperent illum. Quare verò Epiſcopus Epiſcopo de hoc non ſcripſit? Certè quia nullus adhuc talis ordo, quia omnia communi conſilio & opera agebantur.

§. 2.) De Philippo Apoſtolo Bar. §. 3. item Martyrol. R. ad 1. Maii, ubi ita: *Poſtquam omnem penè Scythiam ad fidem Chriſti convertiſſet, apud Hierapolim Aſiæ civitatem, cruci affixus, & lapidibus obrutus, glorioſo fine quievit* &c. Confer Euſ. l. 3. c. 31. inpr. ejuſdem Chron. ad hunc an. *Philippus Apoſt.*

JESU CHRISTI *Annus* 55. CLAUDII. *Jmp. Annus* 13.

Ann. 55.

§. 1.) Petri, ut prætendunt, an. 11. Coſſ. D. Junius & Q. Haterius. Quos iterum Simſonius ad an. 54. Calviſius ad 53. enumerant, huicque dicuntur D. Junius Silanus & Q. Haterius Antoninus. Paulus peragratis ſuperioribus Aſiæ provinciis, redit Epheſum: Act. 19. 1. ubi triennium ſubſtitit: c. 20. 31. Id Calviſius ad an. 53. Simſon. ad 52. refert. Ibi reperit circiter XII. viros baptiſmate Johannis merſos quibus impoſuit manus, ut dona Spiritûs S. acciperent, de quibus nihil inaudierant. Vehementer itaque hallucinantur Anabaptiſtæ, quando hos rebaptizatos fuiſſe ab Apoſtolis contendunt: adi Doorſlaer contra eoſdem loco XIIX. De editis autem miraculis, quæ apud Epheſios Deus per Paulum operatus Lucas act. 19. inpr. v. 11. agit. Inter alia 1. Cor. 15. 32. dicit ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, cum beſtiis ſeu ad beſtias pugnavi: ubi alii veras beſtias intelligunt, alii homines ferinos, ſeu ferinis animis & moribus præditos, quales erant illi pervicaces Judæi, qui ferarum in morem in Apoſtolum paſſim fecere impetum. Adeoque preſſuras & afflictiones Aſiaticas innuit. Aliàs uſitatum pœnarum genus quo affligebantur Chriſtiani, damnatio ad beſtias. *Paulus Epheſi docet.*

§. 2.) Su-

Ann. 55. *Sudaria Pauli.*

§. 2.) Sudaria & Semicinctia Pauli ſanant ægros: act. 19. 12. Hinc Bar. (*a*) amplum diſputationis campum ingreditur pro reliquiarum patrocinio ac cultu. Si illa Pauli ſudaria, inquiunt, extarent hodiéque in aliqua Eccleſia, an nobis licitum non eſſet illam Eccleſiam cum devotione adire, ſudaria honorificè tangere, nobis applicare, ut aliquem inde ſalutem hauriamus. Eodem modò umbram Petri ex act. 5. 15. in ſcenam producunt. R. 1. Nullibi vel umbræ Petri, vel ſudariis Pauli hic ſanationis effectus tribuitur. Virtus divina ſanavit ἐνεργητικῶς, fides ægrotantium ὀργανικῶς, umbra Petri, & ſudaria Pauli συμβολικῶς. 2. Sudaria adorata fuiſſe nullibi legimus, imò ne ipſum Paulum, vel alium miracula patrantem. Gratis ergo Baronius Chriſti, Pauli &c. exemplo & auctoritate cultum ſacrum reliquiarum inſtitutum ait: gratis obtendunt, pium & religioſum peregrinari ad reliquias Sanctorum eum in finem ut religiosè adorentur ad impetrandam ab iis remiſſionem peccatorum, aliáque beneficia tum ſpiritualia, tum corporalia. Num ſudaria iſthæc fuere circumlata per pompam, aut condita ſub altaribus, aut exhibita populo, ut adorarentur? 3. Malè deducitur argumentum à ſudariis Pauli viventis, miraculis ope divina doctrinam & prædicationem probantis, ad reliquias defunctorum, ad earundem cultum & ad peregrinationes ſacras. Mandatum non habemus omnibus temporibus, ab omnibus Miniſtris in Eccleſia id faciendum, quod Apoſtoli, vel ipſe Chriſtus. Nimirum peculiaria iſti privilegia habuerunt, nos autem promiſſo deſtituimur, adeoque alia miraculorum ratio cum Eccleſia conſtituta. Reddant nobis Latini umbram, ſed cum Petro: reddant cinctoria & ſudaria, ſed cum Paulo. Poſt defunctos Apoſtolos nullam vim ediderunt, ſed evanuerunt, imò illis viventibus non ſemper ſanârunt. Circumciſio olim mandatum & promiſſionem habuit, quæ tamen ad nos non pertinet. Æneus ſerpens inſtrumentum fuit, quo Deus Iſraëlitas ſanavit, poſtea verò confractus ob cultum ipſi exhibitum. 4. Demonſtrent adverſarii ſua illa miracula, quæ prætendunt, veráſque reliquias, quas venditant. (*b*) Fruſtrà quærit Cardinalis: *an ea, quæ ſint divinitus conceſſa orariis & ſemicinctiis, negaverimus Pauli oſſibus attributa? Vel num hæc omnia Paulo privatim, & non cæteris Sanctis communicata dixerimus?* At ignorat penitus talem argumentationem & conſequentiam S. Scriptura. Neque enim omnia miracula ſuis communia eſſe vult Deus, nec quæcunque per Sanctos ſuos in hac vita fecit, eadem etiam per corpora & oſſa ipſorum poſt mortem ſe facturum promiſit. Utebatur miniſterio ipſorum in hac vita ad propagandum Evangelium, addita promiſſione de ſignis ſequentibus: Marc. 16. Illo miniſterio defuncti obdormiverunt. Nec de omnipotentia Dei, ſed de voluntate ipſius & mandato inquirendum. Ethnicorum hoc loco teſtimonium non admittimus, alioquin Plutarchus & Tacitus vera de Judæis

(*a*) §. 8. *Sp.* §. 2. (*b*) *adi Cham. Panſtr. T. 2. l. 20. c. 9. §. 13. Chemnit. Conc. Trid. p. 253. & 407. Dallaeum de adorat. l. 1. c. 10. à §. 107. Heidegg. de peregr. à p. 64.*

Judæis ſcripſiſſent, quòd aſinum colerent &c. (c) Quin S. Scripturam in aciem producat potiùs, quam, quia non favet, malè negligit. Non itaque Pagani ſtatim & hæretici ſunt, qui reliquias non colunt: imò quid illi, qui colunt? Cum Eunomio nil nobis negocii: cum Vigilantio autem & Claudio Taurinenſi etiam antiquas ſentire Patres ſuis locis cognoſces. Quid ſibi velit Luzenburg. in Catal. hæret. ſubtit. Ipolitus, ipſi divinent & mirentur: *Carnotenſis,* inquit, *in Cronica ſua: Lipſamus Trecenſium prætor ſicubi in tota ſubdita ſibi provincia aliquid ſanctarum comperit reliquiarum combuſſit igni, venundedit etiam omnes ſanctos libros* &c. Lipſamus minimè Lipſanus! Ann. 55.

§.3.) Ipſe Spondanus, etſi non rotundè, ſatis tamen clarè (*d*) docet, quomodo ſuperſtitio circa reliquias paulatim creverit. Reliquiarum (λειψάνων) nomine corpora olim Martyrum veniebant, quæ à Chriſtianis conquiri diligenter & ſepeliri honeſtè ſolebant: de quo Euſ. l. 4. c. 14. Verùm à corporibus deinceps ad alia deventum ſcil. ad lignum crucis, ad clavos, lanceam, indumenta, præſepe. &c. Neque intra hos ſe continuit ſuperſtitio, effoſſa fuerunt corpora, & ſerò ſæpe, adque adorandum propoſita tandem. Ita hodie definiunt reliquias Papiſtæ, ut nullus earum numerus iniri queat: de quibus ipſe Spondanus quoque. De Martyribus ita Auguſtinus (*e*) *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur, ita tamen, ut nulli Martyrum, ſed IPSI DEO Martyrum, quamvis in memorias conſtituamus altaria.* Sub duriſſimis perſecutionibus fideles excitare cœteros martyrum celebratione & memoriâ volebant ad conſtantiam & ſimilia ſubeunda certamina, ſi ita res ferret. Acceſſit Baſilides hæreticus, docens, non eſſe pro Chriſto martyrium ſubeundum. Hinc conventus Eccleſiaſtici ad Martyrum monumenta, Martyria dicta, & quia noctu hoc plerunque fiebat, luminaria accenſa, ideo Hieron. contra Vigilantium: *Cereos non clara luce accendimus, ſicut fruſtrà calumniaris: ſed ut noctis tenebras hoc ſolatio temperemus, & vigilemus ad lucem &c.* Eadem ſanè cum cryptis ratio, in quibus propter tenebras cerei ſuccenſi, unde tandem uſus in Templis quoque obtinuit. (*f*)

§.4.) Magna certè non immerito antiquitatis eſſe debet reverentia: probè tamen diſpiciendum, in quibus hæc reverentia conſiſtat, ne excedatur modus, & quæ ſit vera ac genuina antiquitas, ne ſub ultimis hiſce mundi temporibus, à copioſa impoſtorum colluvie, verum pro falſo obtrudatur, prout hoc cummaximè loco fit. Ideo Canus: (*g*) *Dolenter hoc dico potiùs quàm contumelioſè multò à Laërtio ſeveriùs vitas Philoſophorum ſcriptas, quàm à Chriſtianis vitas Sanctorum &c. quamobrem, qui falſis, aut mendacibus* (addit ille) *ſcriptis mentes mortalium concitare ad divorum cultum voluere, hi* Vid. an. 98. §. 3.

Rr *nihil*

(*c*) *vid. Miſcell. Fulleri l. 3. c. 8. Cunæi Remp Heb l. 3. c. 4.* (*d*) §. 3. (*e*) *contra Fauſtum l. 20. c. 21.* (*f*) *vid. Spond. ad an. 58. §. 28. 30. Gejerum de ſuperſtit. c. 3. § 18.* (*g*) *l. XI. p. 333.*

Ann. 55. *nihil mihi aliud videntur egiſſe, quàm ut veris, propter falſa, adimatur fides, & quæ ſeverè ab auctoribus planè veracibus edita ſunt, ea etiam revocentur in dubium.* Et: *quæ cauſa Gelaſio d. 15. §. Sancta Rom. fuit, ut hujus generis hiſtorias multas in Concilio LXX. Epiſcoporum reprobaret. Ejus Pontificis verba ſunt. Geſta S. Martyrum, qui multiplicibus tormentis, cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant, quis ita eſſe Catholicorum dubitet &c. ſed ideo ſecundum auctoritatem antiquam, vel conſuetudinem ſingulari cautela in S. Rom. Eccleſia non leguntur, quia eorum, qui ſcripſere, nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus aut dicta ſuperfluè, aut minùs aptè, quàm rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur &c.*

§ 5.) In actis martyrum, aliorúmque B. Virorum plurimum impoſturarum adhibitum fuiſſe Legendæ vel maximè ſuperſtitioſéque credulos facilè doceant: adde quòd ne Patres quidem in nimiis ſuis encomiis & floſculis oratoriis modum tenere potuerint: Ita Boſquetus Narbon. Prætor in primi Eccleſiæ Gallic. hiſtoriarum libri editione (in ſecunda enim omiſſum) *primos, ſi verum amamus, hujuſmodi Zelotas Monachos in Galliis habuimus. Illi ſimplici ac fervida, ideoque minus cauta, & ſæpe inconſulta religione perculſi, ad illiciendas hominum mentes, & auguſtiori Sanctorum nomine ad eorum cultum revocandas, illuſtres eorum titulos, primùm ſibi, dein credulæ plebi perſuaſos propoſuerunt. Ex horum officina Martialis Lamovicenſis Apoſtolatus, Urſini Bituricenſis diſcipulatus, Dionyſii Pariſ. Areop. Pauli Narbon. Proconſulis &c.* Candidè non minùs Baronius: *Non facilè pati encomia frænum, quin diffluant in hyperbolas.* (h) Ut autem cum vitis Martyrum, ita planè cum horundem accidit reliquiis, ſic ut fruſtrà magnam majorum diligentiam adhibitam Baronius nobis obtrudat. De hoc vel unus Calvinus libro de Reliquiis conſulatur. Conſtantini M. tempore, cùm Eccleſiis pax data eſſet, cœperunt mirari Martyrum oſſa magis, quàm vitæ inſtitutum & teſtimonium. Hieronymus autem primus ſuperſtitionem hanc adſerere conatus eſt. At nec hominum vel privatæ, vel publicæ devotiones, ſed ſola S. Scriptura Canon, regula & norma eſſe debet dogmatum & cultuum in Eccleſia. (i) Circulatores ergo & reliquiarios, ceu impoſtores meritò mittimus. Confer Vedelium in Ignat Epiſt. 1. c. 14. An reliquiarum & martyrum oſores ſimus. De hoc Dallæus P. de ador. l. 4. c. 1. Reliquias (Baronius hoc anno) jam cultas in Eccleſia fuiſſe magna aſſeveratione atq; confidentia affirmat. Verùm ſi teſtes requiris, ne ipſe quidem ullos edit, qui intra trecenteſimum annum vixerint. Unde reliquias non ex Traditione, ſed ex Scriptura eruere conatur &c. & pag. 590. Nullum reliquiarum cultum (vel à Chriſto, vel à Paulo) inſtitutum vel ſtabilitum, vel teſtatum video: ne reliquias quidem ullas, vel ullum reli-

h) vid. Chemnit. Conc. Trid. p. 633. Forbeſ Inſtr. l. 7. c. 5. § 10. ſeq. Æqualit. Petri & Pauli l. 2. c 5. Goldaſt. Conſtit Imp. T. 2. 292. (i) Bulling. orig. err. c. 13. & ex eo Schobingerus apud Goldaſt. in antiq. alam. T. 3. p. 127. inpr. Hoſpin. de feſtis Chriſt. & de Templis.

Digitized by Google

reliquiarum cultum obſervo: niſi fortè fimbriam veſtimenti, quo indutus Ann. 56.
eſt homo ſuperſtes, vivens, ſpirans, loquens, eam tu in reliquiarum cenſu habeas. Præterea fimbrias Chriſti, ſudaria & ſemicinctia Pauli adorata & culta fuiſſe nullibi legimus &c. inſpice Arndi antiq. tit. Sanctorum reliquiæ: inpr. pag. 849. plura de conſecratione reliquiarum, & illatione in altaria iſdem Dallæus ca[illegible]l.4. de adoratione inpr. contra Bar. §. 15. ſeq. pag. 629. & cap. 15. p. 661. ſeq. & l. 5. c. 6. p. 759. ubi inter alia agnoſcit Centuriator, quamvis (ſæpe) unicus locus capiat corpora talium (martyrum) apud multa tamen monumenta eis facta eſſe, in gratiam acceptæ utilitatis cujuſpiam. Ergo reliquiarum prætextibus egregiè decipiuntur homines, nec illarum certus quiſpiam eſſe poteſt.

Ughello (k) Sabinus primus Cremonenſis inſtitutus dicitur hoc anno Epiſc. Sequentes autem ſucceſſores Felicem, Gorgonium, Marinum, Simplicanum, Maternum, Caſſianum, Xiſtum, Florianum ſine annis ponit, Stephanum autem numero X. ad an. 320. quæ omnia jure æſtimamus incerta & dubia.

k) Italia S. T. 4. p. 782.

JESU CHRISTI *Annus* 56.

CLAUDII *Jmp. Annus* 14.

§. 1.) Petri, uti putant, an. 12. M. Aſinio Marcello, M. Acilio Aviola Coſſ. quos tamen Calviſius in anno 54. Caſſiodorus in 55. recenſent, quorum poſteriori nonniſi Marcellus & Aviola dicuntur. Exorciſtæ nunc, juxta *Exorciſtæ.*
Baronii methodum, ex occaſione act. 19, 13. occurrunt: quorum adpellatio ab ἐξορκίζειν, conjurare, per nomen Dei adjurare. In V. T. non quidem habebant Judæi Exorciſtas ex Legis præſcripto: verùm Deus, ut fœderis ſui fide, puróque cultu illos retineret, ſuam inter eos præſentiam variis miraculis ſubinde teſtatus eſt. Ita fieri potuit, ut invocato Dei nomine Dæmonas fugarent. Populus verò talem Dei virtutem expertus ordinarium ſibi munus temerè inſtituit. Et quia non minus in N. T. aliqui ſingulari in Energumenos dono pollebant, hoc Exorciſtarum nomen à nonnullis retentum. In exordio autem N. T. Exorciſtarum non ſingularis ordo fuit, ſed ipſi etiam Apoſtoli, viríque Apoſtolici, miraculorum dono pollentes, invocato Chriſti nomine, & manuum impoſitione, ab ἐνεργουμένοις Diabolos ejecerunt, quorum tamen munus deſiit cum miraculorum dono. Hodie Papiſtæ, ne ſua conditio inferior & pejor eſſet quàm olim Judæorum, illos æmulati in creandis Exorciſtis. At malè fecerunt ex dono extraordinario ordinarium, nec

Digitized by Google

Ann. 56. meliùs Exorciſmus ad cerimonias Baptiſmi tranſlatus eſt. (*a*) Quæ autem de Exorciſmis apud Patres occurrunt, non de baptiſmalibus intelligenda, verùm de iis, quibus à Chriſtianis arreptitii ſanabantur. Neque enim baptiſmatis exorcizatio à Chriſto inſtituta, neque ab Apoſtolis uſurpata: ſed ceremonia temeraria eſt & vana, quâ corporaliter infe[illegible]ſanari modò nequeunt, neque adulti ſpiritualiter obſeſſi liberari: inf[illegible]s autem per Chriſtum non minùs redemti ſunt & ſanctificati per Spiritum, quàm adulti, adeóque nec ſpiritualiter ſunt obſeſſi, nec captivi à Diabolo tenentur.

§. 2.) Quemadmodum ergo in Novi Teſtamenti Sacramentis graviſſimè peccatur, cùm externis ſignis ea vis & efficacia tribuitur, quæ non niſi gratiæ Dei, ſeu Chriſti merito, quod externa illa ſigna ſignificant, obſignant & applicant, adſcribenda: ita non minùs in Exorciſmo merito Chriſti derogatur, maximè, quia ipſe exorciſmus baptiſmalis à Chriſto non eſt inſtitutus. De hoc Pfeilerus: (*b*) *In quibusdam*, inquit, *Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis, retinetur Exorciſmus, ac S. Baptiſmi actioni additur: non ut peculiarem vim & efficaciam ei per Baptiſmum attribuant, aut juxta Romanenſes in ipſo actu, mediante hoc ritu ex corpore baptizandi expelli Diabolum exiſtiment: ſed ut ſit externum ſignum, quo miſeria infantis extra regenerationis gratiam ſub ira Dei, ac proinde in regno Diaboli conſtituti; peccati item originalis atrocitas, poteſtas Satanæ: inprimis virtus gratiæ Dei potenter per baptiſmum liberantis infantes, ex regno & poteſtate tenebrarum, ac in regnum Cœlorum transferentis, nobis ob oculos conſideranda proponeretur. Hac ratione verò nulla obſeſſio corporalis, nulla magica Dæmonum adjuratio.*

Confeſſio auricularis. Vid. an. 255. § 9.

§. 3.) Ad Confeſſionem auricularem ex act. 19. 18. dilabitur Baronius, nihilque aliud agit, quàm quod primitivorum Chriſtianorum pium morem ad peſſimum Papiſticum abuſum trahat, adeóque μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος committat. Et ante baptiſmum in adultis, & poſt baptiſmum Confeſſionem requirimus, at formam modúmque negamus, quem obtrudere nobis conatur. Nec Miniſtrorum ſubſidium negamus, abſolutam tamen neceſſitatem non ſtatuimus. Antiquitus ſpecies Confeſſionis fuit in Eccleſia, ſed hominum facinoroſorum fuit Exomologeſes. Potuiſſent Epiſcopi ſine illa pœnitentes recipere & admittere in Eccleſiam, tamen non faciebant propter præſcriptas cautiones, ne fallerentur, ne malè Eccleſia audiret, & ut cœteri inde ſaperent. In tribus, ita turpiter lapſorum pœnitentia, in contritione, confeſſione & ſatisfactione conſiſtebat. Non ſanè ſuſurratoria in aurem Sacerdotis, ſecretorum ſcelerum enumeratio erat hæc confeſſio, ſed ejus tantùm delicti, aut erroris, cujus excluſus arguebatur, antiquitus quidem coram Eccleſia, ſeu omnibus fratribus, agnitio & deteſtatio atque ἐξομολόγησις: poſtea verò coram Senatu Eccleſiaſtico, tandem (præſertim in Rom. Eccleſia, Novatianorum cauſâ) coram delecto presbytero; quam tamen

Necta-

(*a*) *vid. Zimmerm. in Tertull. §. 83.* (*b*) *in Clavi ſua.*

Digitized by Google

Nectarius Theodoſii M. temporibus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, circa an. 390. propter Diaconum ſuſtulit, qui hoc prætextu Matronam compreſſerat, (c) eum ſecuti Orientales Epiſcopi ferè omnes: tamen in Eccleſiis Occidentalibus ſalva charitatis & fidei unitate manſit, ut gravioris criminis conſcii confiterentur presbytero, vel Antiſtitibus Eccleſiæ. Tertull. de pœnit. cap. 9. Exomologeſis eſt, quâ delictum Domino confitemur. Cypriano l. 1. ep. 14. actûs externi pars, quæ in confeſſione oris conſiſtit: quam ſic deſcribit: *Agunt pœnitentiam juſto tempore, & ſecundùm diſciplina ordinem ad Exomologeſim veniunt, & per manûs impoſitionem Epiſcopi & Cleri jus communionis accipiunt.* Sed hæc notoria crimina erant initio. Poſtea verò etiam internam criminis cogitationem confitebantur Sacerdotibus, & re per Sacerdotes, ſi utile videretur, publicatâ, peractâque à peccatoribus pœnitentiâ, palàm abſolvebantur. Hanc Cypr. de lapſ. appellat Exomologeſin pœnitentiæ. Exomologeſis itaque Patribus non eſt Sacramentalis, auricularis Confeſſio, uti contendunt Baronius, Bellar. & cœteri, quos adducit Alba ſpinæus l. 2. obſerv. cap. 26. ſed vel Confeſſio ad Deum, ejúſque nominis celebratio, vel eſt publica pœnitentia. Hinc idem ib. Exomologeſis ſignificabat Patribus ritus exteriores, utpote flendi, ingemiſcendi, ſeipſum accuſandi, & id genus alia pœnitentibus uſitata: unde longa & laborioſa illorum erat pœnitentia &c. Conſule Zimmerm. in Tertull. §. 196. Joh. Dalæ. de Confeſſ. Aur. l. 3. c. 11. Caſaub. exercit. 16. c. 131. Tilen. diſp. part. 2. diſp. 29. ut autem publica fuit quædam Confeſſio, ſic & ſatisfactio, minimè tamen quæſtuoſa illa, numularia, & planè puerilis. *Vid. plura ad an. 1055.*

§. 4.) Claudius Imperator ineptus & ignavus, Agrippinæ fratris ſui filiæ maritus, præterito filio Britannico, Neronem Agrippinæ filium ſucceſſorem deſignans, ut ne revocare poſſet teſtamentum, venenum in delectabili cibo ab Agrippina oblatum bibit & inde perit d. 13. Oct. æt. 63. imperii 13. m. 8. d. 20. *Claudius Aug. extinguitur.*

Cœterò Ughellus (d) S. Frontinum ſeu Frentinum primum Florentinis Apoſtolum hoc anno à Petro datum ait, qui ibidem unà cum Paulino condiſcipulo prædicârit. Secundum facit S. Romulum, ab eodem Petro inſtitutum, qui Evangelium Volaterranis, Florentinis, Feſulaníſque annnunciârit, & tandem anno Chriſti 90. ad cœleſtia abierit. Tertium ponit S. Felicem, qui anno 313. Rom. interfuerit Concilio. At quæ temporis ratio? Idem Ughellus (e) dictum S. Romulum Feſulanorum quoque primum Epiſcopum facit, & Creſcentium atque Dulciſſimum diſcipulos adjungit, illum quoque in Inſubriam ad Bergomates ac Brixianos deducit, ac tandem Feſulam reducit: ab hujus autem paſſione illam Eccleſiam 400. annis nullum habuiſſe amplius Epiſcopum ait. Reſp. grandi errore ſolent Latini ex quovis

c) Socr. hiſt. l. 5. c. 19. Soz. l. 7. c. 10. Trip. l. 9. c. 35. confer 1. Cor. 11. 18. (d) Italia Sacra T. 3. p. 14. (e) p. 272.

Digitized by Google

Ann.57. Evangelii primo præcone, etiam ex Apoſtolo, ſtatim Epiſcopum, quales ſunt hodie, facere, unde fit, ut unum eundemque variis Eccleſiis præficiant, licèt diu ibi non moratus. Quidquid ſit, nos incertis traditionibus & ſomniis non inhæremus. Oſtendant priùs Romæ Petrum ſediſſe, & hos Apoſtolos miſiſſe. At quid, & ubi bonus Paulus?

JESU CHRISTI *Annus* 57.
NERONIS *Jmp. Annus* 1.

§. 1.) Petri, uti quidem prætendunt, an. 13. Coſſ. Cl. Nero Auguſtus, & L. Antiſtius, qui aliàs Vetus dicitur. Hos Calviſius ad an. 55. Caſſiodorus ad 56. rejiciunt. Quia Claudius Judæos, ſub quibus etiam Chriſtiani comprehenduntur, Româ interdixit, ideo Baronius propoſitum Pauli, de adeunda Roma, ad hunc annum refert. Certè anxius fuit Apoſtolus de urbe illa viſitanda & convertenda act. 19. 21. *Cur verò*, inquit M. Ant. de Dom. (a) *tam ſolicitus fuit, ſi jam Romæ erat Petrus?* Ibi tandem degens Paulus Judæis & Gentibus evangelizavit. At de Petro nihil habet Scriptura quod ſpectet ad Romanorum converſionem: & tamen diligentiſſimè de ipſo loquuntur & Evangelia & acta Apoſtolorum. Si itaque fundatio Rom. Eccleſiæ ſpectetur, eam aut magis, aut non minus Paulo deberi, quàm Petro patet. Nimirum par fuit, ut urbs, quæ caput erat gentium, à Doctore gentium primùm inſtitueretur.

Pauli iter Rom.

§. 2.) Ad eundem an. Baronius priorem Pauli ad Corinthios collocat. Hanc Capellus ad 51. Bucholz. ad 52. Chytræus ad 54. Marollus ad 59. reponunt. Baronio Epheſo: Belgis, Pariſinis, Diodati Philippis. Hac epiſtolâ aliam priorem fuiſſe nonnullis videtur, argumento c. 5. v. 9. *Scripſi vobis in epiſtola ne commiſceamini cum ſcortatoribus:* & v. 11. *Nunc autem ſcripſi vobis, ne commiſceamini.* At Chryſoſtomus hunc locum expendens, ſolutionem petit ex v. 2. & 7. ubi Apoſtolus de ſcortatione, itémque de veteri ſcortationis fermento expurgando locutus ſit. Tota certè antiqua Eccleſia plures Epiſtolas non vidit, multò minus admiſit. Ipſa Epiſtola tota penè διορθωτική, taxans & corrigens diverſa vitia. Quinque autem generales ejus occurrunt partes. 1. reprehendit Corinthios partim propter ſchiſmata, ex ipſorum doctorum æmulatione cum Eccleſiæ ſcandalo enata: c. 1--4. partim etiam ob neglectum diſciplinæ Eccleſ. circa inceſtuoſum, & propter lites forenſes ſub Magiſtratu infideli, itemque ob nimis familiares & uſitatas Corinthiis ſcortationes: c. 5. & 6. 2. reſpondet Corinthiis, judicium Apoſtoli de

Prior Epiſt. ad Corinthios.

a) l. 4. c. 1. §. 9.

de conjugio, cœlibatu, ac privato cujuſque ſtatu ſciſcitantibus c.7.3. de idolothytis, libertate Chriſtiana, ejúſque legitimo uſu, de conviviis idololatrarum, eáque occaſione etiam de Cœna Domini, quæ non uno modo, ipſorum culpâ, erat profanata: ad c.12. 4. de donorum ſpiritualium diſcrimine & uſu, ut omnia ad concordiam & ædificationem referantur: c.12.-14. 5. confirmat Corinthios in fide reſurrectionis mortuorum, contra profanum quorundam Epicuræorum errorem: de collectis item, & aliis eoſdem monet: cap.15.16. Ann. 57.

§.3.) 1.Cor.1.12. ἐγὼ μὲν εἰμι παύλȣ &c. Baronius §.3. & ex eo Spond. §.2. magna ſubtilitate utuntur, ac telum, primatum Petri penitus deſtruens, contra nos revibrare conantur, quando ajunt, Petri mentionem hîc fieri, etiamſi Corinthi nunquam hactenus fuerit aut docuerit: in ſchiſmate hoc voluiſſe aliquos, & rectè quidem, rem omnem ad ſuum principium, ad Chriſtum Caput, & Petrum ejus Vicarium referre: unde Paulus 1.Cor. 3.4. nullam de Cepha inferat mentionem, nec de Chriſto, ſed de ſe nonniſi & Apollo, ob quos orta contentio. Verùm ne hylum proficiunt. Addit Paulus Cephæ nomen, ut exemplificaret male loqui quoſcunque, qui ſibi hominem quemcunque, quantumcunque Apoſtolum, Caput ſibi conſtituerent, etiamſi Cephas eſſet. Eſſe verò Cepham non Caput, ſed Miniſtrum, Paulo & Apollo æqualem: c.3.v.21.22. indicat, dum ait: *Nullus glorietur in hominibus, omnia namque veſtra ſunt: & Paulus, & Apollo, & Cephas, & mundus, & vita, & mors &c. Vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei eſt.* Quî Petrum non excipit? Quî nihil magis ei tribuit? Quî Caput hoc & Vicarium non oſtendit, id quod facere omnino hoc loco debebat? Ut neque ſe, ita neque Petrum eſſe Dominum Eccleſiæ, nec pro ea crucifixum, nec illam eſſe in nomine Pauli aut Petri baptizatam, ſed omnes Apoſtolos ex æquo eſſe Eccleſiæ Miniſtros, Eccleſiam verò eſſe Chriſti, Chriſtum autem Dei docet & inculcat.

Schiſmata apud Corinthios.

§.4.) Totus profectò in eo eſt Paulus, ut fideles nullum ſibi hominem tanquam Caput adſcribant, ſed omnes, à quocunq; Magiſtro fuerint edocti, ſolum Caput Chriſtum profiteantur. Erráſſe ergo illos, qui extra Chriſtum alîus ſe eſſe dicebant, variè Paulus docet, ac propterea Corinthios redarguit. Numnon verò hoc loco Pauli fuiſſet apertè de Petri primatu & officio illos inſtruere, ut illum ſuperiorem & Caput Eccleſiæ Univerſalis reciperent & colerent? Ita enim ſi docuiſſet, nulli profectò ei reſtitiſſent, nulli ſe oppoſuiſſent. Imò quare Petrus non vindicavit ſuum jus ac dignitatem? Æqualiter Paulus omnes reprehendit, qui aliunde, quàm à Chriſto ſe denominarent. Objectio: Progreditur hîc Apoſtolus aſcendendo, & Petrum proximum ſub Chriſto conſtituendo. Reſp. Non eſt perpetuum: 1. Cor. 3.22.23. adde quòd Paulus hac ratione minor eſſet Apollo & reliquis, quibus ſe præponit. Imò meritò, quod hîc & alibi Petrum poſtponit, illum aliis eum non prætuliſſe

Digitized by Google

Ann. 57. tuliſſe concludimus. Quare unicam eſſe Chriſti Eccleſiam, & hoc loco docetur, & frequenter à Chriſto, Apoſtolis & Patribus inculcatur: adeóque nullus alteri præferendus erit: ita ut inutilis ſit ſucceſſio localis: ſicut enim unum Eccleſiæ corpus, ita capita non plura, quibus ſe ſubmittendum. Rectè ergo omne judicium & poteſtas ad unum Chriſtum refertur.

§. 5.) Epiſcopum unum, ſpecialiter ita dictum, Corinthios tum nondum habuiſſe, rectè hoc loco monent, quia aliàs ſchiſmata ejuſmodi enata non fuiſſent. Idem Ambroſius in 1. Cor. 11. atteſtatur. Sic Hier. in Ep. ad Titum: *Idem presbyter qui & Epiſcopus; & antequam Diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierent & diceretur in populis, Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam verò unusquisque eos, quos baptizârat, ſuos putabat eſſe non Chriſti &c.* Hammondus, ut Epiſcopos fuiſſe probet, vult inde ortam contentionem, quòd Corinthi unus Judæorum, alius Gentilium fuerit Epiſcopus, idque ex Dionyſio Corinthio contra Baronium producit. Verùm illi Hieronymum opponimus. Quòd ſi Cephas Epiſcopus ibi extitit, quia hîc nomen ipſius à Paulo exprimitur, tum revera Apollo eandem dignitatem obtinebit. Paulus in genere Corinthios plantavit: 1. Cor. 3. 6. eóſque genuit: c. 4. 15. 16. & curavit: v. 19. & 21. c. 5. 3. 4. ut autem obtineat Hammondus per presbyteros non rarò Epiſcopos intelligendos, ac in uno loco plures uno Epiſcopo ſedere potuiſſe, partim in partes diſſecat & ſcindit hanc Eccleſiam, partim unius civitatis nomine totam provinciam intelligit. Sic vult, Paulum non ſolis Corinthiis, ſed toti Achajæ, in qua plures fuerint Epiſcopi, ſcripſiſſe. Certè aliis etiam locis, cumprimis vicinis, communicandam quoque fuiſſe hanc epiſtolam, negandum non eſt: interim Corinthiis primariò & ſpecialiter ſcripſiſſe tota ſeries, ſingulares actus demonſtrant: ſic cap. 1. v. 2. τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ &c. ait. Paulus non tantùm nonnullos Gentiles ad fidem vocatos baptizavit: 1. Cor. 15. 16. ſed Judæos etiam aliquos ἔπειθε: act. 18. 4. qui tamen (ex potiori eorum parte) ἀντιτασσομένων, obſiſtebant & blaſphemabant: v. 6. & exinde Paulus ſe ad Gentiles ſolos recipiebat. Quaſi verò interea vel Petrus, vel alius Judæorum ibi degentium egerit Epiſcopum, & Judæi talem lubentiùs, quàm Paulum audierint, vel promptiùs receperint. Quinimò Judæorum apertè induratio & rejectio declaratur. Neque ex 1. Cor. 1. 12. & 3. 23. ſequitur, vel Pauli tempore, apud Corinthios ſubſiſtentis, Petrum, vel alium Judæorum fuiſſe doctorem ſeu Epiſcopum: vel illam Eccleſiam in duas parteis, Judæorum videlicet & Gentilium, ſciſſam fuiſſe.

§. 6) Objici Paulo poterat, ipſum Chriſtum non vidiſſe, nec cum eo verſatum, nec ab eo vocatum: ac ſine dubio ſermonis ſimplicitas eidem exprobrabatur, atque hac in parte à contentioſis Apollo ei præferebatur. (b) Iſdem profectò defectus Paulo 1. Cor. 15. impactus ab adverſariis: Petrum

b) *Spond §. 3.*

trum & Jacobum ſupremos eſſe Apoſtolos, cum Domino eſſe verſatos, & ab Ann. 57.
eo plurimi factos; illis potiſſimùm credendum, eſſe ipſorum diſcipulos, jam
rectà ab eis venire &c. At verò ita hiſce occurrit Paulus, ut nulli Apoſto-
lorum cedat, prout ad Galatas quoque ſe explicat. Ita 1. Cor. 2. 1. *Ego non
veni cum eminentia ſermonis &c. v. 5. ne fides veſtra conſiſtat in ſapientia ho-
minum, ſed in potentia Dei: c. 3. 8.* Plantatori ſe confert v. 10. architecto:
Chriſtum autem unico fundamento: neque ullibi quicquam ſingulare Petro
tribuit, ſed Petrum, Paulum & omnes Apoſtolos eſſe Eccleſiæ, & non eſſe
Eccleſiam ipſorum; eos nonniſi Miniſtros, non verò Dominos Eccleſiæ.

1. Cor. 1. 26. *Non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes,
non multi nobiles.* Contra eos, qui externam Eccleſiæ faciem atque ſplendo-
rem tantopere commendant, quique nonniſi Magnates in religionis nego-
tio, cumpr. in Conciliis audiendis contendunt: conf. Matth. 11. 25.

§. 7.) *Ne fides veſtra conſiſtat in ſapientia hominum, ſed in potentia
Dei:* 1. Cor. 2. 5. conf. v. 16. Intelligentia ergo illorum, quæ ad ſalutem no-
ſtram pertinent, non ex hominum cerebris, aut Conciliorum placitis, ſed ex
ſolo Verbo Dei, ſive S. Scriptura depromi debet: hinc ſola illa eſt potentia
Dei ad ſalutem cuivis credenti: Rom. 1. 16.

Fundamentum aliud nemo poteſt ponere &c. 1. Cor. 3. 11. coll. cum *Funda-
mentum
unum.*
Eſa. 28. 16. Matth. 16. 18. Eph. 2. 20. Hinc Greg. (c) Cùm in ſacro eloquio
non fundamenta, ſed ſingulari numero fundamentum dicitur, nullus alius,
niſi ipſe Dominus deſignatur. Ergo aliud præter Chriſtum Caput poni non
poteſt. Ergo ita Chriſtus Eccleſiam ſuam ſupra Petrum ædificavit, ut Petrus
tamen non ſit Eccleſiæ fundamentum, ſed æqualis cœteris Apoſtolis, qui ſi-
mul architecti. Proinde Chriſtus una eſt ſapientia, veritas, via: Joh. 14. 6.
1. Cor. 1. 30. conf. Joh. 3. 29. Eph. 1. 23. Fallit proinde Bellarminus, quando
injuriam fieri Chriſto negat, ſi præter eum alius quoque Caput omnium Ec-
cleſiarum ſtatuatur & agnoſcatur: aliter Gregorius M. ſuprà: aliter Ep. 79.
& 8. quando palàm fatetur, Univerſalis Epiſcopi nomen præcurſori Anti-
chriſti convenire. Ergo Petrus non eſt Petra, ſuper qua Eccleſia ædificata:
quia id ſuper quo ędificatur Eccleſia, fundamentum eſt Eccleſiæ. Neque verò,
licèt Capitis nomen pluribus tribui poſſit 1. Cor. 11. 3. ſummi capitis digni-
tas pluribus competere poteſt. Nam quod Summum, unicum ſit oportet.
Obj. Grex, exercitus &c. caput habent. R. At illud caput in Eccleſia etiam
militante, eſt Chriſtus. Quæ Chriſti & Apoſtolorum tempore ratio capitis
cum Eccleſia, eadem eſt ratio hodieque: quia Eccleſia quovis tempore ab
hoc uno & eodem capite regi debet: at id ſolus eſt Chriſtus: Eph. 1. 20. 22.
Col. 1. 18. 1. Pet. 5. 4. Obj. Papa eſt Viſibile caput. Reſp. Tale Viſibile Uni-
verſalis Eccleſiæ Caput non datur quia quivis fidus Verbi præco in Eccleſia
ſua Miniſter eſt, ſervus Chriſti & Oeconomus; totum autem Eccleſiæ regi-

Sſ men

c) *cap 6. l. 28. Moralium.*

Digitized by Google

Ann. 57. men non Monarchicum, ſed Ariſtocraticum eſſe debet: act. 20. 28. Non itaque argumentatio valet, quòd Papa errare non poſſit, quia ſit fundamentum, quia hoc loco nec Papa, nec Petrus, ſed ſolus Chriſtus fundamentum adeóque infallibilis dicitur. Ita neque ſupra Concilium erit Papa, eandem ob rationem. Ergo nulli mortalium, præter Scripturam, definire & decernere licet, quid credendum & agendum: Gal. 1. 8.

§ 8.) Omnia veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollo, ſive Cephas: 1. Cor. 3. 22. ſenſus: Hi non dominantur in Eccleſiam, ſed Eccleſiæ inſerviunt. In regno ergo Chriſti Eccleſia ſuperior eſt Miniſtris, quia hi inſerviunt Eccleſiæ, non item hæc illis. Ita ſi paſtores ordinant Miniſtros nomine Eccleſiæ id faciunt, non autem ſuo: inde rectè vocantur Miniſtri Dei, Jeſu Chriſti, Eccleſiæ. Ita olim Eccleſia eligendi jus habuit. Quare peſſimè Papa eligendi, deponendi, pallium concedendi & juramento obligandi jus ſibi tribuit. Non eſt igitur unus omnium Eccleſiarum Dominus. Id enim agit Paulus, ut homines Miniſtris nonnimis tribuant, quantumvis eximiis, ſicque hominum miniſterio utantur, ut quod adferunt, non ſuſcipiant ſine examinatione, nec à Miniſtris, ſed à Chriſto pendeant: v. 21--23. Hos itaque æquales cum Cepha reputat. An ſi Paulus Papam eſſe crediliſſet Cepham, num ipſum poſtpoſuiſſet? num diſcriminis notam inter ſe, Apollo & Cepham omiſiſſet?

Sic de nobis reputet homo, ut de Miniſtris Chriſti, & diſpenſatoribus myſteriorum Dei &c. 1. Cor. 4. 1. quibus verbis dominatus interdicitur: conf. 1. Cor. 3. 5. *Quis Paulus, quis Apollo, niſi Miniſtri, per quos credidiſtis*: Luc. 12. 37. *Beati ſervi illi, quos cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes*: vid. Tit. 1. 7. Illi ergo ſervi ſunt fideles Chriſto & Paulo, qui ſine faſtu dominatúve diſtribuunt familiæ Chriſti cibum Evangelii in tempore, quia Miniſtri ſunt, ſervi, œconomi, & quidem æquales, non autem Vicarii, nec Domini: 2. Cor. 5. 20. Ac eo ipſo, quòd omnes Apoſtoli Miniſtri & diſpenſatores erant, omnes quoque claves acceperunt: Joh. 20. 13. Proinde Papa plenam poteſtatem non habet, neque ejus Epiſcopi. (d)

Virga Pauli. § 9.) *Quid vultis cum virga veniam ad vos, an cum charitate & ſpiritu lenitatis?* 1. Cor. 4. 21. Nimium quantum elicere conarentur, ſi de Petro iſthæc extarent. Sed tamen ſubtilitate ſua nondum deſperant, alii enim in genere pro paſtoribus, alii in ſpecie pro Papa vi hujus loci inferunt, leges conſcientias obligantes condi ab illis poſſe. Reſp. Eam paſtores Eccleſiaſtici virgam habent, ut Dei legum contemtores Eccleſiaſticè puniant, non autem ceu legum ſuarum violatores: 2. Cor. 1. 24. 1. Cor. 7. 35. Negamus Chriſtum Regem comunicaſſe ſuam cum Epiſcopis virgam. Aliud longè cenſuram Eccl. exercere, aliud leges conſcientiis præſcribere. Virgam habere & exercere eſt punire propter peccata, non ſancire novas leges. Reprehenſionem ergo Paulus intelligit, comminatione excomunicationem: vid. c. 5. 4. pœnas etiam cor-

d) Fusè Veneti contra Paulum V. p. 100. ſeq. de Dom. l. 9. c. 7. §. 14.

Digitized by Google

corporales, quas miraculosè potuit, cùm opus fuit, infligere, ſicut Magum Ann. 57.
Elymam excœcavit, & Petrus ſpiritu oris occidit. Sed & Eccleſia virgam habet i. e. cenſuras, & poteſtatem durius & ſeverius tractandi contumaces & præfractos peccatores: non tamen propterea legibus conſcientias illigare poteſt. Neque ulla inter Paulum & Epiſcopos, item & Papam eſt comparatio.

§.10.) Rectè ſanè per virgam nihil niſi claves intelligimus. Eo ipſo autem, quòd hanc ſibi Paulus poteſtatem tribuit, æqualem Petro fuiſſe manifeſtum: id quod etiam de reliquis Apoſtolis intelligendum. Uter plura præcepta det Eccleſiæ, Petrúſne an Paulus, rogat meritò de Dominis. *(e)* Quòd ſi Paulus ſuâ Eccleſ. præfecturâ non polleret, nequaquam tam ſæpe ſuam fidelibus commemoraret poteſtatem: conf. 1. Cor. 10. 6. 2. Cor. 13. 2. cap. 10. 2. c. 12. 20. 1. Tim. 5. 19. Per Virgam extraordinariam poteſtatem in ſignis ac miraculoſis punitionibus intellexiſſe, nonnulli intelligunt. Utut ſit, excommunicationis poteſtatem ad externum forenſe judicium reducere non levis eſt aberratio: quandoquidem excommunicatio pœna externa & coactiva propriè non eſt. Loca igitur, 1. Cor. 10. 6. c. 4. 21. 1. Tim. 5. 19. & ſimilia, de ſolo judicio Eccleſiaſtico intelliguntur, ejúſque poteſtate, quâ poterat Paulus & ſolebat tradere Satanæ &c.

Excommunicatur inceſtuoſus.

§.11.) Vobis, & meo ſpiritu in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti congregatis, cum poteſtate Domini noſtri Jeſu Chriſti: 1. Cor. 5. 4. Ergo non quivis conventus ſeu Concilia ſunt legitima Deóq; placentia, ſed quæ cum vera fide celebrantur, & quæ non propria libidine, ſed ex Chriſti poteſtate atq; mandato agitantur. Uti Paulus eos, quos plantavit & genuit, etiam procurandos ſibi uni vendicat 1. Cor. 4. 19. & 21. ſic iſdem nulla Petri mentione facta, ſua authoritate inceſtuoſum excomunicat. Æqualem ergo cum Petro poteſtatem habuit, eaſdemque claves 2. Cor. 10. 8. Obj. Claves ducibus, Regibus præfectis debentur, ſummámq; imperandi & diſpenſandi poteſtatem notant. R. ſi ea poteſtas à ſe ſit & principalis, ſicut in Chriſto: Apoc. 3. 7. non autem miniſterialis, & ſecundùm certum juriſdictionis, ſeu permiſſionis gradum, qualis fuit in Apoſtolis. Alia quoque ratio in politia, quàm in Eccleſia: præſens Pauli exemplum de ſolo judicio & poteſtate Eccleſiaſtica agit, adeóque nec magiſtratum tollit, nec politicam illius poteſtatem, in quam iniquus Baronius, miſeréque cum illa Eccleſiaſticam confundit, quando §. 32. ait: *Cùm igitur Rex, quantumlibet Chriſtianus, nonniſi inter laicos numerandus ſit, ſacris Miniſtris minorem gerere ordinem certum eſt &c.* Confer Caſaub. in Bar. proleg. pag. 59. Iterum Bar. §. 28. & alibi ſæpe inculcat Sacerdotes judiciariam poteſtatem accepiſſe ex inſtitutione Chriſti: Imperatores autem, quando ſuis legibus jus illis attribuerunt judicandi, nihil novi eis contuliſſe, ſed id tantùm confirmâſſe, quòd è jure divino (tu dic Papali) poterant ſibi vendicare.

Sſ 2

e) l. 1. c. 7. §. 12. & l. 5. c. 2. § 38.

Ann. 57. care. Dum autem Paulus ait *συναχθέντων ὑμῶν, vobis congregatis:* docet eſſe Eccleſiæ Regimen non Monarchicum, ſed Ariſtocraticum, quandoquidem Paulus ſine Eccleſiæ conſenſu & ſententia hunc non excommunicat, ſed vult, ut συναγωγὴν, ſeu conventum inſtituant, quo quidem non ſoli doctores Eccleſiæ, ſed etiam plebs intelligitur, quia epiſtola non ſolis Sacerdotibus ſed etiam plebi inſcripta eſt: confer 2. Cor. 2. 8. ut verò nec Ariſtocratia, nec Democratia, ita nec Eccleſia ipſa antiſtite aliquo ſeu capite miniſteriali carere poteſt, unde tamen Monarchicum Regimen haud rectè concluſeris. Ita nemo dubitat, quin Corinthiacum presbyterium rectorem aliquem & moderatorem, habuerit. Tam autem abeſt, ut ſoli illi Paulus poteſtatem dederit, ut planè conventui Eccleſiaſtico committat judicium in inceſtuoſum, neque id ſibi, licet Apoſtolo, ſoli tribuat. Unde ſimiliter diſcas Eccleſiam, etiam particularem, nonniſi ſubditum excommunicare. Quare Epiſcopus Romanus extra ſuam diœceſin hanc infligere pœnam nemini poteſt. Aliàs non negamus juſtæ excommunicationis ſententiam ab aliis Eccleſiis quoque adprobari & quaſi confirmari poſſe. At id non ſola poteſt Romana, ſed quævis alia Eccleſia. Alia eſt ratio cum Conciliis, inpr. Oecumenicis, quæ univerſalem repræſentant Eccleſiam, vel ad quæ jure provocat, & in illis ſe ſiſtit judicandus: quale exemplum act. 15. occurrit.

Forum Eccleſ. & Polit. §. 12.) 1. Cor. 6. 1. ſeqq. confer c. 5. 12. de ſecularibus negociis & judiciis forenſibus hîc ſermo. R. Non agit Paulus hoc loco de Clericis, ſed de tota Eccleſia, ſeu presbyterio, in quo etiam laici, neque de politica juriſdictione, verùm de amica conciliatione. Ita orthodoxi etiam Epiſcopi, quos inter Auguſtinus, Ambroſius, alii, fuere, Catholicorum quoque Imperatorum permiſſu, operam hiſce rebus dabant, non ut judices, ſed ut pacis & concordiæ ſtudioſi, ut amicabiliter dirimant & componant controverſias, inter proximos ortas. ARBITRATORES inde dicti, de quibus Jureconſulti: *Arbitri ſententiæ ſtandum, arbitratoris ſtare neceſſe non eſt.* Abſit ergo longè ut cum Baronio putemus, Paulum ſolos Sacerdotes ſeu clericos judices intelligere, vel ſolos Epiſcopos innuere: abſit ut Eccleſiaſticum munus atque poteſtatem cum ſeculari confundamus, vel ut Magiſtratûs politici officium hoc modo imminutum, vel penitùs ſublatum dicamus. Unde rectè Marca (f) *Magiſter edixit regnum ſuum de hoc mundo non eſſe; ſe judicem aut diviſorem terrenæ hæreditatis non fuiſſe conſtitutum, docuitque Paulus, Dei militem ſe non implicare negociis ſecularibus, ſed myſteriorum diſpenſationi, ut Chriſti Miniſtrum.* Inſulsè ergo Rufus: (g) *Paulus interdicebat Chriſtianis foro Ethnico: Chriſtianum jubebat conſtitui judicem, ergo juriſdictionem eis adimebat, ergo novam remp. condebat: ergo erat princeps, quia ſummi imperii hæc ſumma juriſdictio.* R. Minimè verò hîc ſumma occurrit juriſdictio, ſed ut dictum, amicabilis & fraterna compoſitio fuit, ne ſcil. offendiculo ſint litigantes fratres

(f) *de Concord. Sac. & Imp. l. 2. c. 2. §. 10.* (g) *in Molina. p. 556. ſeq.*

Digitized by Google

tres apud infideles. Tantum verò abeſt, ut gentile etiam forum tollat, ut Ann. 57.
ipſemet eò, quando aliud non dabatur, adpellârit: Act. 25. 11. & talem etiam Magiſtratum commendârit: Rom. 13. 1. ſeq.

§. 13.) Nimirum hoc volunt adverſarii, omnem jurisdictionem, etiam civilem, in Regna & Principatus, Eccleſiæ i. e. Papæ eſſe conceſſam, eximíque ab obedientia politica Clericos, fora Epiſcoporum omnes lites decidere poſſe. (h) Inde Baronius in allegandis h. e. detorquendis Gregorii Naz. Chryſoſt. Ambroſii & aliorum teſtimoniis ſatis prolixus eſt. Ex Greg. Naz. Or. ad civ. Naz. *Vos quoque poteſtati meæ meíſque ſubſelliis lex Chriſti ſubijcit. Imperium enim nos ipſi quoque gerimus, addo etiam præſtantius & perfectius* &c. (i) Obj. Eccleſia poteſt judicare temporalia, unde Eccleſiaſticos Apoſtolus Cognitores conſtituit. Reſp. Dijudicationem dogmatum non uni alicui, ſed toti Eccleſiæ tradit: 1. Cor. 14. 29. contentiones autem de rebus œcumenicis, & ſimilibus ad hanc vitam ſpectantibus, Paulus dijudicationem earum Eccleſiæ committit, & hac potiſſimum ratione, ne offendant infideles: at hodie fideles ſunt Magiſtratus. Præterea iſthæc judicandi poteſtas in Eccleſiis non eſt propria, nec coactiva, ſed ex ſolo conſenſu litigantium. Nullum ergo ſingularem judicem conſtituit: nihil de Cognitore, multo minus clerico, ſed de fraterna & amica, non autem coactiva reconciliatione & deciſione per Eccleſiam facta. Sive igitur viros electos, ſive Cognitores hos vocaveris perinde. Eſt autem Cognitor qui cognoſcit, vel qui notitiam alicujus habet: Gr. γνωστὴρ Lat. Notor. Sic *Cognitores* vocati, qui teſtes alicui aderant in judicio, cui ſtatûs movebatur quæſtio, & cauſam ejus tuebantur, ſeu qui defendunt alterum in judicio. Contrâ *Procurator* is dicitur, qui abſentis negocium ſuſcipit. Quia autem hi Cognitores alienas lites non rarò ſuſcipiebant turpis quæſtûs causâ, idcirco eorum nomen, non ſemper optimè, ut & *Sectorum* audiit. Obj. Apoſtoli ſi voluiſſent menſis miniſtrare, potuiſſent, ſic Chriſtus dividere inter fratres potuiſſet. Reſp. De jurisdictionalibus hîc agitur in ordine ad temporalia, non de œconomia privata, circa bonum uſum temporalium: hæc enim non requirit poteſtatem publicam, quam nec Chriſtus in ſtatu exinanitionis exercuit, nec Miniſtris ſuis Eccleſiaſticis commiſit. Pulchrè de Dominis (k) *Liber eſt actor in cauſis ſuis tam civilibus, quàm criminalibus, & pati poteſt, ſi vult, potiùs injuriam, quàm litigare: vel etiam amicè cum adverſario componere* &c. &c. Claudimus Juſtiniani Lege (l) *Si qui ex conſenſu apud S. Legis Antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in civili duntaxat negocio, more arbitri, ſponte reſidentis, judicium. Quod his obeſſe non poterit, nec debebit, quos ad prædictæ cognitionis examen contentos potiùs obſuiſſe, quàm ſponte veniſſe conſtiterit.* Igitur non ut Judicibus, ſed ut arbitris, ac proinde nulla poteſtate αὐτοκρατο-

(h) *Rufus p. 558 & 599.* (i) *confer Bar.* §. 31. (k) *l. 6. c. 1.* §. 75. (l) *in Cod. l. 1. Lege Si qui, de Epiſc. audientia.*

Digitized by Google

Ann. 57. εχῇ vel coactiva præditis forum Epiſcopis conceſſum. Confer Tit. de Epiſ. & Cler. præ cœteris Legem 33.

Baptiſm. neceſſitas & efficacia. §. 14.) 1. Cor. 6. 11. abluti eſtis. Unde volunt Romanenſes Baptiſmum omnia peccata tollere: conf. Eph. 5. 26. Col. 2. 11. &c. at non de ipſa aqua, ſeu vi & virtute illius, ſed de ſigno interno, h. e. de applicatione meriti Chriſti iſthoc intelligendum. Ita ſalvat Baptiſmus, ſicuti olim circuncifio, non quaſi Sacramento ſimpliciter adſtricta ſit gratia Dei & ſalus hominum, ac proinde illud abſolutè ac ſine exceptione ſit neceſſarium. Ita vocatur remiſſio peccatorum, redemtio, regeneratio. Dionyſio Areop. dicitur ἀναγέννησις, renaſcentia, θεογενεσία generatio divina, ὁδοπόρησις, iter ad divinam hæreditatem &c. φωτισμὸς, illuminatio: Juſtino ὕδωρ τῆς ζωῆς: Epiphanio μεγάλη περιτομὴ: Iſidoro Peluſiotæ Janua regni cœleſtis: Tertulliano felix animæ Sacramentum.

de cœlibatu. Paulus 1. Cor. 7. aliquot explicat dubia matrimonialia, Petri aſſenſum vel judicium non expectans nec requirens. Monet autem, ut propter vitandam fornicationem, vir quiſque uxorem ſuam habeat. At de eo ſermonem eſſe regerunt Latini, qui nullo impedimento prohibetur ab uſu conjugii, videl. ſenio, morbo, voto. Reſp. Paulus hoc capite inpr. v. 32. de omnibus promiſcuè agit, nec Sacerdotibus tantùm cœlibatum ſuadet, non autem imperat, quod docet Chryſoſt. homil. 19. in hunc locum. E contrario omnibus, qui continentiæ donum non habent, non conſulit, verùm præcipit, ut matrimonium inire velint, & peccandi anſam præveniant. Adi Hoſpin. de Monach. p. 31. a. Quâ verò poteſtate Apoſtolus matrimoniales caſus ſolvit, eadem Hymenæum & Philetum damnat &c. Nimis ergo audacter Bellarminus, dubia omnibus ſeculis in Eccleſia exorta, judicio Romani Pont. & Epiſcoporum, qui tunc erant, terminata eſſe.

Unus Monarcha in Eccleſia. 1. Cor. 7. 23. *Pretio emti eſtis, ne fiatis ſervi hominum.* Summa Religionis Chriſtianæ, ut Chriſto obediamus: Ergo non Papæ, non homini. Eccleſia, ut unum eſt corpus, ſic etiam nonniſi unum Caput atque Dominum agnoſcit: Eph. 4. 4. 5. 1. Cor. 8. 6. Nec Chriſti regno duo Monarchæ dari poſſunt vel coordinatè, vel ſubordinatè, citra evidentem contradictionem: debet Chriſtus loco cedere, vel de ſolio diſturbari, ſi particularis aliquis homo ſpiritualis Monarcha totius Eccleſiæ ſit dicendus. Sapientiores politicis non poſſe dari in temporalibus Monarchiam Univerſalem judicant, quòd unus huic oneri non ſufficiat: quantò minus in Eccleſiaſticis? Annon verò Paulus Corinthios in gravi ſchiſmate conſtitutos de Petri quoque perſona & officio monere debuiſſet? At palàm docet, liberrimos eſſe, & nullius præterquam Dei unius legibus obſtringi, quoad conſcientiam. Nec enim loquitur Apoſtolus de ſervitute corporali, non enim emancipavit Chriſtus omnes ſervos: ſed animas & conſcientias fidelium, in libertatem vindicari innuit: conf. v. 35. Mandata proinde hominum conſcientias noſtras ligare non

Digitized by Google

non poſſunt: Col. 2. 8. nec ceremoniis onerandi ab ullo: quia ſolus Deus Ann. 57.
ſummus eſt in Eccleſia: Jac. 4. 12. quia nemo vel Petri, vel Papæ meræ voluntati ſubditus eſt, ſed Chriſti: 2. Pet. 2. 19. Rom. 6. 16. Joh. 8. 34. ſive Dei: 2. Cor. 1. 24. 1. Pet. 5. 3. Obj. Paulus dedit præcepta Eccleſiis, adeóque leges conſcientiis hominum impoſuit. 1. Cor. 11. 2. 1. Theſſ. 4. 2. & 8. R. Negatur 1. Cor. 7. 35. 2. Cor. 1. 24. Nam quod ad eas leges, quas pro decoro conventus Eccleſiaſtici ſanxit, eæ nunquam conſcientiam obligârunt, cùm pro loci tantùm & perſonarum ratione ponerentur.

§. 15.) *Non ut laqueum vobis injiciam:* 1. Cor. 7. 35. Nullus ergo Miniſter, neq; Apoſtolus, neq; integra Concilia laqueos conſcientiis injicere queunt; ſecus Bellarminus ſentit, gratíſque à poteſtate politica argumentum deducit.

Annon licet nobis edere & bibere? 1. Cor. 9. 4. Hunc locum Marſilius Patavinus defenſoris pacis part. 2. c. 3. ita expoſitum fuiſſe teſtatur: Papa in bona temporalia habet poteſtatem.

Annon licet nobis ſororem uxorem circumducere, ut & reliquis Apoſtolis & fratribus Domini & Cephæ? 1. Cor. 9. 5. confer 1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 6. ubi etiam liberorum mentio fit. Annon verò Clerici fuerunt, quorum Paulus hîc meminit, eóſque uxores habuiſſe dicit. Quî autem ſic interrogare potuiſſet Paulus, vel qualenam argumentum fuiſſet, ſi nonniſi precum ſocias intellexiſſet? Ita Act. 1. verſ. 14. perdurabant Apoſtoli unanimiter in adorando & ſupplicando σὺν γυναιξὶ ubi malè aliqui mulieres reddunt; rectiùs Eraſmus, Montanus & alii uxores. Ecquis enim credat Apoſtolos non uxoribus, ſed aliis potiùs ſe mulieribus adjunxiſſe. Ita Canones Apoſtolorum, aliorum Conciliorum, conjugatos habent Epiſcopos, presbyteros & Diaconos. Varia exempla habes apud de Dominis l. 2. c. 10. §. 17. Frivolum eſt, quando cum Leone IX. diſt. 21. can. omnino. dicunt, ſenſum eſſe, ut Epiſcopus vel presbyter uxorem propriam à ſua cura non abjiciat, non autem concumbat, unde Paulus non dixerit, Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem amplectendi, ſed circumducendi &c. Ineptè ſanè, extráque rhombum, quandoquidem apertè Paulus non hoc, ſed illud ad libertatem aſſerendam docet, neque ullatenus ἀγαμίαν Clericorum præcipit; multò minus conjugale vinculum ſolvit. Plura de continentia, virginitate, nuptiis &c. Baronius à §. 44. & Spond. à §. 13. ad quæ cùm ſatis ſuperque à noſtris reſponſum ſit, actum hîc non agimus.

Sororem circumducere.

§. 16.) De decimis & oblationibus 1. Cor. 9. 7. ſeq. Bar. à §. 72. De his Zepperus Polit. Eccl. l. 1. c. 23. *Decimas N. T. Eccleſia non tam ex authoritate Legis Moſaicæ, quàm ex authoritate publici conſenſûs & conſuetudinis, quam ſua ſponte ſuſcepit, perſolvit, ut his impenſis vera & legitima Eccleſiæ miniſteria ſuſtineantur. Quanquam non deſint argumenta, rationes & authoritates, quòd decimæ omnes N. quoque T. Eccleſiis morali quadam lege debeantur & cedant* &c. De illis can. 5. Concilii Matiſc. II. *Legis divinæ conſulentes Sacerdotibus*

Decimæ & oblationes.

Digitized by Google

Ann. 57. *tibus ac Miniſtris Eccleſiarum, pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare* &c. Scilicet ſine terrenis poſſeſſionibus ſuſtentabantur initio Eccleſiarum Miniſtri ex liberis populi oblationibus, idque cum magna frugalitate: vid. 1. Cor. 9. 14. Ita Hier. Epiſt. 2. ad Nepot. de vita Clericorum: *Si autem ego Domini pars ſum, & funiculus hæreditatis ejus, quaſi Levita & Sacerdos vivo de decimis, & altari ſerviens, altaris oblatione ſuſtentor, habens victum & veſtitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.* Quidpe occaſione panis & vini in Euchariſtia, ad populi communionem conſervandam, non modò panem & vinum, quantum ſatis eſſet, ſed multò plus, ita ut ad ſuſtentationem etiam ipſorum Miniſtrorum & pauperum abundaret offerebant. Et quia refrigeſcente charitate oblationes hujuſmodi in deſuetudinem abire incipiebant, cogebantur S. Patres eas datis interdum Eccleſiaſticis decretis reſtituere & reparare. En patrimonia Eccleſiarum, bona immobilia, agros, dominia! Parcè igitur vivebant olim, ac ſæpe manuum ſuarum labore, ad Pauli exemplum: at poſteri longè alii ab his unde decretum, ut Eccleſiaſticæ perſonæ vivant liberaliter ſine labore, ex aliorum opibus c. 12. q. 2. cap. 75. & ut Clerici ex omnibus bonis decimas captent 3. Decret. tit. 30. de decimis c. 19. 22. & ut iiſdem cedant primitiæ: ib. c. 1. cujus rei authorem Polydorus, in v. l. 9. c. 24. Eutychianum facit, qui vixit an. 280. ut verò decimarum & oblationum titulo populus exagitari & emungi vulgò ſolet, ita ad abuſus varios atque impios ſæpe adhiberi diffitendum non eſt, quare Conciliorum ſanctiones de his atque Magiſtratuum utiles leges obſervari optandum foret. Id verò probè notes velim, quò magis Clericorum faſtus, luxus & dominium crevit, eò intentiùs in Conciliis, neglectis penè dogmaticis, reditus ſuos, donationes & oblationes urſerunt, eiſque plenariam immunitatem aſſeruerunt, id quod poſt decretales Paparum, etiam Conciliorum Tomi ampliter comprobant. Quam verò vim & poteſtatem in hæc Magiſtratus politicus habeat, Gallicani, Veneti atque alii, quos practicos vocant, te docebunt. Utut bona Eccleſiaſtica ſemper habuerit Eccleſia, ea tamen legitimo Magiſtratui ſubjecta ſemper fuere, decimáſque illi & tributa perſolvit, de quibus ipſa piorum Principum ſtatuta extate. Et quia tum circa coacervationem ſeu acquiſitionem, tum circa adminiſtrationem atque uſum variè peccatum fuit, ita non minùs diverſè illis cautum reperitur: de quo peſſimè Bar. §. 72. Principes illos arbitrio voluntatis potiùs, quàm recti judicii ratione leges illas tuliſſe. (m) Ecquidni verò avaritiam, libidinem, ſimoniam, cæteráque Clericorum vitia non cohibeat Magiſtratus pius, vitæque Eccleſiaſticorum inculpatæ invigilet & rationem habeat? Hinc eſt, quòd jus patronatûs ad eundem pertineat. De œconomis & Procuratoribus bonorum Eccleſ. alios conſule, inpr. Zepper. Polit. Eccl. l. 2. c. 26. Tilen. diſp. Part. 2. dipſ. 21. ſeq. inpr. à §. 20.

§. 17.)

m) *vid. de Dom. l. 9. c. 5. §. 49. ſeq. Tilen. diſp. Part. 2. diſp. 22. à §. 15.*

Digitized by Google

§.17.) 1.Cor.10.17.*Omnes unius panis ſimus participes* (μετέχομεν.) Unus olim panis diſtribuebatur omnibus, iſque communis & uſitatus: hodie multæ oblatæ azymæ. Unde Hilarius, qui ſub Ambroſii nomine circumfertur, ita in hunc locum: *Sicut nos de uno pane & de uno calice percipientes, participes ſumus & conſortes corporis Domini, ita & qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris erroris.* In eundem ſenſum loquitur in c. 11. Eundem ritum ad hodiernum uſque diem retinent Græcorum & Æthiopum Eccleſiæ. De his proliſxiùs vide apud Dallæum de cultu Lat. l. 3. c. 26. ubi c. ſeq. quoque probat novum & abſurdum eſſe intingendi ſacri panis morem, inauditum primis ſeculis. Ann. 57. *Panis S. Cœnæ.*

1. Cor. 10. 21. *Non poteſtis menſæ Domini participes fieri.* Et tum temporis non utebantur altaribus. Dallæus (n) docet ſub graviſſimis trium priorum ſeculorum perſecutionibus nullum extare exemplum, quòd altaria noſtrorum ſubverſa, disjectáve fuerint, vel alio modo corrupta aut læſa. Id quod tamen ſcriptores omnino non omiſiſſent, ſi id factum fuiſſet. Ita v. 16. *Panis quem frangimus, &c.* in quem locum Hier. docet, ſicut illi qui panis idololatrici participes fiunt, fiunt participes dæmonum, ita eos qui ſacrum panem accipiunt, participes fieri corporis Domini. (Larroque hiſt. de Euchar. part. 2. c. 3. f.) *Menſa Domini & Diab.*

1. Cor. 10. 26. *Domini eſt terra & plenitudo ejus:* ex pſal. 24. 1. Impii ergo Canoniſtæ, quòd Papa, ceu Chriſti Vicarius Regna diſponere & transferre poſſit. *Domini terra.*

1.Cor.11.2. *Laudo vos, quòd omnia mea meminiſtis, & ſicut tradidi vobis traditiones retinetis.* Loquitur ſanè de inſtitutis Eccleſiaſticis & laudat, quòd ſervârint illa. At quur nunc non obſervantur traditiones Apoſtolicæ in Eccleſia Rom. confer 1. Theſſ. 4. 2. ubi παραγγελίαι Dei & Chriſti præcepta intelliguntur, ac propterea jure obligârunt conſcientias, unde ſequitur, ut abſtineant à ſtupro & rapina. At hæc divina decreta ſunt, vid. v. 8. Acti à Spiritu S. locuti Apoſtoli, adeóque non hominum, ſed Dei Verbum fuit. Ita Paulus à Domino ſua accepit, 2. Theſſ. 3. 6. hinc v. 14. monet, *Si quis non obedit ſermoni, noſtro* &c. Sic. 1. Cor. 11. 23. *Ego tradidi vobis, quod accepi à Domino.* Non igitur à Petro, vel Concilio accepit; neque humana placita & commenta, per traditiones accepit: neque Papæ Apoſtolis comparandi. *Traditiones.*

1. Cor. 11. 3. *Omnis viri caput Chriſtus eſt:* conf. Eph. 1. 22. c. 4. 15. c. 5. 23. Col. 1. 18. c. 2. 10. 1. Pet. 2. 7. Ergo non Papa. Porrò de cæſarie virorum, & coma mulierum conſule Salmaſium. 8. Lugd. 1644.

§. 18.) 1. Cor. 11. 18. *Quum convenitis in Eccleſia, audio diſſidia inter vos eſſe, & aliquatenus credo.* Schiſma hoc in ſacris epulis præripiendis conſiſtit, dum unusquiſque τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν: v. 21. Divitibus, qui liberaliùs obtuliſſent, liberaliùs etiam edentibus & bibentibus,

n) Dall. l. 8. c. 16.

Ann 57. pauperibus contrà ad micas, quas ipſi attulerant, damnatis, ſic ut eſuriat unus, cùm alter μεθύει. De alio Corinthiorum ſchiſmate ſuperiùs actum ad 1. Cor. 1. 12. Hoc loco notat & corrigit Paulus graves abuſus Corinthiorum in S. Cœna: huc autem plurimùm feciſſet, ſi argumento à tranſſubſtantiatione & adoratione ſymbolorum uſus fuiſſet, id quod tamen minimè facit, quia ipſe Paulus hoc non ſtatuebat, ſed omnia ad primam S. Cœnæ inſtitutionem revocat: *(o)*

vid. an. 44 §. 52. & 41. §. 4.

Templa, baſilica, Eccleſia.

De Eccleſiis ſeu Templis Bar. à §. 98. Spond. à §. 30. agunt. De iiſdem ut & cryptis, Baſilicis, ſive conventibus Chriſtianorum, eorum extructione, ſitu, nominibus, uſu & ornatu vid. Hoſpin. de Templis, inpr. à p. 28. edit. 2. Centur. Magdeb. cent. 3. c. 6. Tilen. diſput. part. 2. diſp. 52. Selden. Syned. l. 3. c. 15. p. 320. 337. 340. & c. 16. à p. 424. iterum Bar ad an. 211. §. 4. 5. & ad an. 224. §. 4. In domibus, caſis, atriis, & remotis locis, ſeceſſibus, & quocunque aliquem animus ferebat, atque facultates permittebant, convenerunt primi Chriſtiani: quo quidem nihil abſurdius, aut à vero remotius dici poteſt, ſi jam tum publicis ædificiis crucis inſigni nobilitatis ad collectarum uſum gaudebat Eccleſia, ait Blondel. de Epiſc. p. 238. ſeq. ubi integram exemplorum ac teſtimoniorum congeriem videbis: ita à p. 227. ad Baronii §. 101. ſeq. ubi de ornatu & amplitudine talium locorum reſpondet. Longè ante pacem per Conſtantinum M. partam propriè dicta templa, ſeu publica ad ſacrum duntaxat uſum ædificia Chriſtianos habuiſſe, Legendas inſinuare adverſarii objectant: ad quæ laudatus Blond. à p. 247. acta illa ſerò nimis conſcripta fuiſſe à ſciolis, quicquid temerè ſacrilega audacia ipſis dictaverit. *Sed ut cuncta, addit ille, pro legitimis habeantur; loca omnia, etiam privata, quæ congreſſu ſuo vel ſemel ſancta plebs cohoneſtavit, Eccleſias, ex antiquorum idiomate dicta, imò in Eccleſias verſa credita fuiſſe memineris prudens lector.* Ad loca illa, ubi Baſil. veterum mentio fit, ex ipſius Bar. notis ad Mart. Aug. 5. ita reſpondet p. 248. *Erant & privatorum Baſilica ad inambulandum constructa, & magno ſumptu ornata, quarum meminit S. Hier. Ep. 18. ad Marcellam: item Pſeudepigraphus Clemens Recogn. l. 10 ad finem: in Theophilo Antiocheno. Erant igitur jam tum cùm domatim conveniebant Chriſtiani, Dominica Baſilica: ſed ut publica ſacris ſynaxibus dicata loca βασίλεια, βασιλικά, βασιλικοὶ οἶκοι. Baſilica paſſim dicerentur, uſu poſtea receptum eſt. Neque alia apud ſequiores ſcriptores tum Gracos, tum Latinos veterum Templorum ratio: quia tales ſeculi ſui more, ſicque déque habito majorum idiomate locuti ſunt.* Ad loca de Gregorio, Hippolyto, Laurentio &c. p. 250. reſpondet, tandémque pag. inſequenti ſic concludit: *Ante datam Eccleſiis pacem, quandocunque conventuum loca deſignare neceſſe fuit, nulla uſquam apud veteres Conſtantino aquales, Templorum qua poſt Conſtantinum, & gentilitia ſuperſtitionis occaſum promiſcua facta eſt, occurrit mentio; imò ſacra ulla loca præter fundos, cœmeteriorum areas & do-*

o) Adi omnino Larroquanum de Euchar. part. 3. c. 4. à p. 872.

Digitized by Google

& domos, quæ vel privati juris eſſe deſierant, in commune fraternitatis δίκαιον ab antiquis Dominis ſponte cedentibus translatæ, vel ea lege celebrandis collectis addictæ erant, ut conſueta privatis domicilia præſtarent &c. Eandem de ſacrorum conventuum locis ita fusè & clarè à p. 256. comprobat & ad oculum demonſtrat, ut quid reponi poſſit non videam. Ann. 57.

§. 19.) Sanè non promovet, ſed prodit rem ſuam Bona (*p*) quando ex Niceph. l. 2. c. 3. ſcribit, in domo illa, in qua Chriſtus ſacrificium inſtituit, & in qua Spiritus S. advenit, tanquam in prima Chriſtianorum Eccleſia, Jacobum primum Hieroſ. Epiſcopum conſecratum fuiſſe, & VII. Diaconos ordinatos. In varias partes etiam hodierni Latini Templum diſtinguunt. Πρόναος Ethnicorum, Chriſtianis dicebatur νάρθηξ poſt νάρθηκα erant πυλῶνες, ingreſſus Templi. Deinde Templum ipſum, quod dicebatur Navis Templi. Ultimo loco ad Orientem erat Abſis ſ. Concha, & intimum Sacrarium: hodie chorus appellatur, qui cancellato opere populum diſcernebat. Dictus inde Tranſennæ, Cauſæ, & Cancella. De eodem Caſalius de rit. vet. c. 33. p. 134. ex Durante de rit. Eccl. l. 1. c. 3. ubi 1. porticus ſ. atrium, ubi eſſent Catechumeni, pœnitentes, & alii, quibus intra Eccleſiam non pateret acceſſus. 2. Cella ſ. Navis, ad recipiendum populum dum oraret, & cœtera ad Dei cultum pertinentia exerceret. 3. Sancta, ubi ſeorſim ſedebant Sacerdotes à Laicis. 4. Sancta Sanctorum, ad oblationem incruenti ſacrificii. At quis credat primis ſeculis talia extitiſſe Templa, unde nominatus Caſalius nonniſi ad Conſtantini M. tempora provocare poteſt, & agnoſcit, in Templorum extructione nihil præcisè determinatum. Liberè ergo noſtri fatentur, Conſtantini temporibus una cum Evangelii libertate atque propagatione ex nimio Zelo in abuſum abiiſſe Templorum magnificorum extructionem. Neutiquam ergo primis ſeculis tales templorum partes, neque ædificia ejuſmodi extitere. Allegatus Caſalius c. 33. p. 131. ut probet primos Chriſtianos vera habuiſſe templa, objicit Pauli locum 1. Cor. 11. 22. *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Et ex 1. Cor. 14. 34. *Mulieres in Eccleſiis taceant: ſiquid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.* At inaniter laborat, quia quivis conventus ſeu locus ita dici potuit, prout Blondellus noſter probatum ivit. Eadem ratio cum *Pudentis domo*, & aliis Eccleſiis Romæ extructis: Blondel. à p. 219. ad 224. ubi iterum λῆρον ληρεῖ Caſalius p. 131. ſ. ſicut p. 16. de *Columbæ* imagine, ſeu Spiritùs S. ſymbolo, atque ſimilibus aliis. Nec magis ſapit Bellar. l. 4. de Sacram. Euchariſtiæ c. 4. ubi vult *Paſtophorium* Apoſtolis fuiſſe vas illud, in quo Sacramentum aſſervandum recondebatur; cùm ipſe ex Hier. agnoſcat, fuiſſe tabernaculum ſeu thalamum, ubi Templi Præpoſitus habitabat. Sed dicat Cardinalis, numne ſub duriſſimarum perſecutionum undis inſtitui talia, aut incoli potuerint. Conſtit. Apoſt. l. 2. c. 57. *Primum ſit longa domus ad orientem conversa,*

an. 44. §. 52.

p) *Liturg. l. 1. c. 19. §. 1.*

Digitized by Google

Ann. 57. *verſa, ex utraque parte Paſtophoria habens ad Orientem, quæ navis habeat ſimilitudinem.* Revera hîc Paſtophoria non erant pyxides & arculæ geſtatiles, neque oblongæ ex utraque parte Eccleſiæ tales pyxides habebant: ſed ipſum ædificium ſic vocatur, ut ipſe Baronius ad hunc an. §. 105. exponit. (*q*) Ita Bonæ l. 1. c. 24. §. 2. Paſtophorium locus in quo indumenta & vaſa ſacra reconduntur, i. q. Gr. Diaconicon, Scevophylacium: Lat. Veſtiarium, Secretarium, Sacrarium. At quid hæc ad antiquitatem? vide LXX. in 1. Paral. 9. & 23. & 28. 2. Par. 31. Jer. 35. Ez. 40. & Eſa. 22. 15. inpr. Martinii Lex. in voce.

vid an. 34. à §. 90.

Menſa communis & Sacra: item Agape.

§. 20.) Olim utraque menſa jungebatur Communis & Sacra: quid in unaquaque præſtandum Paulus hoc cap. monet & inculcat, ſcil. ut ſe invicem expectent, unà diſcumbant, ſicque menſa frugalis. Hac autem occaſione prolixè Annaliſta noſter de conviviis Chriſtianorum ſeu Agapis, de oblationibus, de Euchariſtia, corpore Chiſti, de frequenti communione, de ſacrificii dignitate agit: quæ ſingula cùm cumulatiſſimè pertractârint & enucleârint noſtri, meritò hîc prætereo, poſtquam pauca nonniſi attigero, ut pote officium & præſtantiam ſacerdotum, miſſificantium & ſacrificiorum malè hinc concludi, pejùs obtrudi. In menſa communi Agapæ fiebant: at variæ Agapæ celebrabantur, natalitiæ, funebres, connubiales, in dedicationibus Eccleſiarum &c. Hoc loco ante ſumtionem S. Cœnæ habitæ, ad rationem Cœnæ à Chriſto inſtitutæ, qui Euchariſticæ Cœnæ vulgarem præmiſit. Verùm non longè pôſt hæ agapæ poſt ſumtionem S. Euchariſtiæ, celebrabantur in Eccleſia. (*r*) Agapas hoc loco Paulus propter abuſum abrogat, quas tamen in aliis Eccleſiis longo adhuc tempore manſiſſe ex Tertulliani Apologet. c. 39. & Aug. l. 20. contra Fauſtum Manich. c. 20. adparet quo quidem probat quomodo & quandiu uti adiaphoris conveniat.

Ritus in S. Cœna.

Igitur reformat Paulus errores, qui irrepſêre apud Corinthios circa ſacram Cœnam, & ad primam Chriſti inſtitutionem omnia revocat, ſicque imitandi exemplum nobis reliquit, ut Apoſtolicam hanc communionem unicè obſervemus, & mordicus retineamus: de qua eleganter Arnd. antiq. l. de Cœna Domini à §. 96. pag. 165. Communio dicitur, quia omnes conveniebant & communicabant: vide Baron. §. 157. canonem Apoſt. 10. & ex his Dallæum de Cultu Lat. l. 4 cap. 21. pag. 561. Ita linguâ notâ fiebat, ut omnia intelligere populus & Amen ſuum dicere potuerit: 1. Cor. 4. v. 5. idem Dallæus l. 8. cap. 6. pag. 1044. Bona l. 2. cap. 17. §. 3. pag. 480. itaque non muſſitabat ſacerdos. Utrumque ſignum omnibus porrectum, nec ori inſertum: Bona ib. pag. 481. Dallæus de ador. l. 2. cap. 20. & de cultu Lat. l. 5. c. 2. Nullum hîc Paulus certum ſignum, crùcem, aut tale quid pani impreſſum præſcribit, quin ex populi oblationibus, h. e. ex domeſticis ſeu communibus panibus conficiebatur: confer Zimmerman. §. 38. Baron. §. 65. Nihil Apoſtolus de tabella,

q) plura Dalla. de cultu Lat. l. 6. c. 6 p. 761. (r) Zimmerm. §. 36. Larroque p. 208. & 482. Caſalius p. 106. ſeq.

Digitized by Google

bella, nihil de linteamine, de quibus Bona l.all.ex Baron. §. 146. Nihil de ſex- Ann. 57.
centis aliis, quæ nunc in Latina Eccleſia. Notabit inſuper lector Euchariſtiam olim etiam à cœnatis, certè inter cœnandum fuiſſe ſumptam, hodie apud Pontificios nonniſi à jejunis: adiſis Dallæ. de adorat. l. 2. cap. 19. à pag. 289. item Korthold. de perſecut. pag. 83. ſeq. Tantum abeſt, ut communicantes manibus contrectare panem auſi non fuerint, ut jam primis ſeculis particulas euchariſtiæ domum portârint in puro linteo, eáſque in omnem caſum aſſervârint, neque tamen illas adoraverint, neque ſe proſtraverint, vel alios ad id faciendum adegerint, prout in templis & proceſſionibus fit: vide eundem Dallæum de adorat. l. 2. cap. 21. ad Baronii §. 149. ſeq. & de cultu Lat. l. 7. cap. 27. pag. 948. & 950. & l. 6. cap. 17. pag. 811. & 813. Apertè de hoc quoque Caſalius c. 13. à p. 88. Cochleari poſtea uſi Orientales, ſi non omnes ſaltem varii, ídque certi abusûs occaſione, quo tinctam buccellam communicantibus porrexere: cujus figuram Zimmerman. §. 154. exhibet: diſcum, qui continebat panem: §. 145. cultrum, quo ſcindebant eundem: §. ſeq. qui fermè ſeceſpitam Gentilium, quâ ſacrificia diſſecabant, refert, ſi capulum excipias: de qua Lambecius Biblioth. Vindib. T. 1. p. 83. Nihil habet Apoſtolus de Altari, ſed de menſa; unde rectè Zimmerman. §. 46. ex Ritterſhuſii lib. 8. cap. 9. olim in medio cœtu conſtitui ſolebat quiddam ſolo terræ editius atque altius, unde etiam altare nomen accepit, ad hunc uſum &c. paulò pòſt: Hæc etiam ex ligno quondam fiebant &c. Volaterranus, Vernerius, Hoſpinianus de Templis, alii teſtantur, Sixtum P. erigendas aras primum inſtituiſſe: ſic Gerſo & Gabriel de Biel altaria lapidea & fixa à Sylveſtro Conſtantini M. tempore inſtituta, lignea enim prius erant & portatilia ſeu viatoria, i. e. revera menſæ, quæ altaria ex Vet. Teſt. conſuetudine nuncupata.

Probare ſe quid ſit. 1. Cor. 11. 26. 28. Paulus hortatur, ut ritè ſe quiſque probet, antequam edat & bibat. Duo hodie requirunt Latini à communicante. 1. Confeſſionem auricularem. 2. Jejunium ab hora noctis ſexta: vide Dallæum de cultu Lat. l. 3. cap. 9. pag. 331. Larroq. de Euchar. part. 3. c. 3. p. 838. At quid confeſſio ſine pœnitentia? Quid hîc de auriculari confeſſione: David graviſſimè lapſus ſoli Deo confeſſus: Pſal. 51. & Servator orare nos docuit: Remitte nobis debita. Ita Paulus non reprehendit eos, qui cœnati communicârunt, ſed abuſum cœnantium: Dallæ. de cultu Lat. l. 3. c. 10. p. 338. ſeq.

Donorum diſtinctio. §. 21.) 1. Cor. 12. 4. *Diſtinctiones donorum, miniſteriorum, actionum ſunt, ſed idem ſpiritus, idem Deus agens omnia in omnibus:* item v. 11. *diſtribuit privatim ſingulis ſicut vult.* Confer Epheſ. 4. 7. ſeq. Nullum aliud Caput agnoſcit Eccleſia, quàm Chriſtum, qui corpus ſuum vegetat & fovet, diſtributione officiorum atque donorum cuique membro ad ſuam functionem neceſſariorum. Nihil hîc de Petro, nihil de Papa, ſed Chriſtum non habere ſucceſſores, verùm per ſe exercere officium Capitis & Regis in Eccleſia:

Digitized by Google

Ann.57. corporis capitis influxus pulchre explicantur, & ita quidem, ut perſeveret Chriſtus in ſuo actuali regimine, quandoquidem tum hæc ſcripſit Apoſtolus, quando Chriſtus Viſibile Eccleſiæ Caput non amplius fuit: hinc v. 12. *Sicut corpus unum eſt, & membra habet multa, omnia verò illa membra corporis, quod unicum eſt, multa ſunt, ſed unum ſunt corpus per Spiritum: ita & Chriſtus.* Ubi manifeſtè Chriſtum aliquid unum facit ſimul cum tota Eccleſia: ita ut Chriſtus & Eccleſia ſint unicum corpus integrum, ex capite & membris conflatum, cujus corporis pro membrorum diverſitate, varii influxus ab uno & eodem capite. Atque hoc ipſo argumento planè probamus, Papam Caput Eccleſiæ eſſe non poſſe, neque principale, neque miniſteriale: confer Rom. 12.5.6. Inſulsè Bellarminus reſpondet: Deum principaliter movere Papam tanquam Caput, & ex Capite Papâ, motum & ſenſum toti Eccleſiaſtico corpori per Archiepiſcopos & Epiſcopos, veluti per nervos ſuppeditari. Verùm hypotheſin ſuam priùs probent: neque papalis hic influxus alicujus momenti.

§.22.) Ordines atque officia, ſub nominibus gratiarum, miniſtrationum atque operationum commemorantur à v.8. cap.12. quæ quidem, juxta Ambroſ. hominibus Eccleſiaſticis competunt: hinc v.28. *Et alios quidem conſtituit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos &c.* Ea autem officia Eccleſiaſtica recenſet, quibus ipſa Eccleſia ædificatur & creſcit, converſione hominum ad fidem & vitæ probitatem. At nihil in his omnibus de Petro, de ſucceſſoribus nihil: confer Epheſ. 4.11. Negligens ergo, vel invidens Paulus fuerit. Rectiſſimè Chamier. (s) ad præſentia commata: *Obſerva,* inquit, *nullum gradum numerari, in quo unicus fuerit aliquis. Secundò illud primum illum ſenſum habere, ut ſignificet Apoſtolos primum locum habuiſſe in Eccleſia. Paulus igitur Apoſtolos in Eccleſia comparavit Capiti in corpore: ac proinde Apoſtoli in Eccleſia eum locum, eámque obtinent dignitatem, quem locum, quámve dignitatem Caput habet in corpore. Non eſt autem unicus Apoſtolus.* Ineptè igitur unius Capitis numerus à Papiſtis urgetur. Commodè hinc inferunt noſtri: Deum ſolum oneri totius Eccleſiæ regundæ parem eſſe. Licèt autem Bellarminus à Papa quoque id, ope miniſtrorum, præſtare poſſe malè obtendat, meritò tamen negatur, eique vis & facultas ſoli & uni tribuitur Chriſto.

§.23.) 1.Cor.12.28.29. *Alios conſtituit Deus &c.* Miniſtri ergo non à Petro, minùs à Papa Eccleſiæ ſunt dati. Viva ſanè heic Eccleſiæ imago, ubi licet ex inſtituto varia recenſeat miniſteria, quibus Chriſtus in cœlum profectus, uti in Eccleſia regenda voluit, tamen nullum Caput Viſibile, quo cœtera continentur, commemorat. Nulla unquam Miniſtri Eccleſiaſtici major perſona, quàm Apoſtolica fuit: confer Epheſ. 4.11. c. 2.20. 1.Pet.1.1. 2.Pet.1.1. & 3.2. Hinc Apoſtolica poteſtas & jurisdictio ſuprema eſt & ampliſſima

s) *T 2. l.9. c. 3. §. 10.*

Digitized by Google

pliſſima in Eccleſia,ipſo Bellarmino confitente.Ideo à Chryſoſtomo dicun- Ann.53.
tur habere *ὑπατείαν πνευματικὴν* i.e.conſulatum ſpiritualem ; & *τῶν πνευματικῶν ἀρχῶν κεφαλὴν καὶ ῥίζαν καὶ ὑπόθεσιν*,ſpiritualium poteſtatum caput,radicem & originem ſeu fundamentum. Inde ne Petrus quidem alio in inſcriptionibus ſuis titulo eſt uſus : & in locis allegatis hæc dignitas omnibus cœteris præfertur ac primo loco ponitur. Inde Cajetanus,acerrimus Monarchiæ Romanæ propugnator;in hunc locum: *Suprema,* inquit, *membra Apoſtolos explicat ; ad eos enim ſpectat Univerſale Eccleſiæ Regimen.* Ita etiam Ambroſius hunc locum de Eccleſ. Rep. intellexit : *Caput itaque in Eccleſia,* ait ille, *Apoſtolos poſuit,qui legati Chriſti ſunt,ipſi ſunt Epiſcopi.* Eccleſiæ itaque Caput Viſibile eſt collegium Apoſtolorum & presbyterorum,qui omnes ſimul & in ſolidum regunt & gubernant totam Eccleſiam militantem.

Adhuc clariùs v.29. dum quærit : *Num omnes Apoſtoli ? Num omnes Prophetæ ? Num omnes Doctores ?* Imò ne de Epiſcopis quidem ſpecialiter ſic dictis,quidquam vel hîc,vel ullibi in Nov.Teſtamento,quanquam omnes ordines majores Miniſtrorum Verbi tum ordinarii , tum extraordinarii recenſentur: confer Epheſ.4.11.Rom.12.6.ſeq. ubi tamen omnes circumſtantiæ maximè requirebant.Eam ob cauſam Epiſcopi non à presbyteris,ſed à Diaconis diſcernuntur,quia inter Epiſcopum & presbyterum reſpectu ipſius officii ſeu miniſterii ſacri,nullum verum & eſſentiale diſcrimen, neque jure divino nititur.Gratianus de ſuis Epiſcopis d.21.c.1.ex Iſidoro: Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt,Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum. At ſi Epiſcopi non ſint de Jure divino, quantò minùs reliquæ ſpecies? Ita nec Papa ordo ſeu donum Dei erit. In canonibus Ælfrici ad Wulfinum Epiſc. (t) *Haud pluris,inquit,intereſt inter Miſſalem Presbyterum & Epiſcopum,quàm quòd Epiſcopus conſtitutus ſit ad ordinationes conferendas, & ad viſitandum ſeu inſpiciendum , curandúmque ea, quæ ad Deum pertinent,(Dei jura)quod nimiæ crederetur multitudini,ſi omnis presbyter hoc idem faceret.Ambo ſiquidem unum tenent eundémque ordinem, quamvis dignior ſit illa pars Epiſcopi.* Dorovernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum fuiſſe hunc Ælfricum exiſtimo,quem à Dunſtano(qui mortuus anno 989.)ordine tertium ſediſſe reperio.Spelmanno(u)ponitur ad an.1052.Duo presbyterorum genera in Novo Teſtamento occurrunt. 1. qui aliàs Epiſcopi,paſtores & miniſtri,qui Verbum Dei prædicant: 1.Tim.5.17. Epheſ.4.11. Act.14.23. 2.qui tantùm Eccleſiæ partem ſibi commiſſam, mores & doctrinam obſervant,quos hîc Apoſtolus gubernatores vocat: vide Roman. 12.7.

§.24.) *Charitas non ſua quærit:* 1.Cor.13.5. Id non obſervat Papa, unde deglubit,emungit,expilat: item excommunicat,execratur,devovet,

Miſſam

t) apud Wheloc. poſt hiſt. Bedæ p. 130. ſ. (u) *p. 572.*

Ann. 57. Miſſam negat etiam innocentibus & inſontibus: de quo Veneti ad Paulum V. (x)

Lingua nota. 1. Cor. 14. 11. 16. de lingua nota. Nimis audacter & temerè concludit Caſalius c. 47. p. 209. *Sicut idioma Latinum ſemper retentum eſt in ſervitio Occidentalis Eccleſia, in qua Apoſtoli illud inſtituerunt, ita in hoc graviſſimè errant Novatores, non idem ſervando.* Reſp. 1. Satis pro nobis reſpondet Paulus, quòd non erremus, ſed illi graviſſimè peccent. Ecqui Deus omnium linguarum dono Apoſtolos inſtruxit, quàm ut in omnibus linguis Verbum Dei prædicare, publicas preces peragere, & ſacramenta adminiſtrare poſſent? (y) 2. Quo authore dixerit, *publicas* preces & orationes in Occidente Latino idiomate, *privatas* autem vernacula lingua recitandas, ſufficereque ſi idiotæ & plebs reſpondeat *Amen.* At quomodo, qua fide & fiducia reſpondebit, ſi ignoret quid dicatur. Ita ipſe non diffitetur, olim populum ſacerdoti dicenti *Surſum corda,* reſpondiſſe: *Habemus ad Dominum: gratias agamus Domino Deo noſtro: Dignum & juſtum eſt &c.* confer Bonam l. 2. c. 5. §. 6. ubi ex Juſtini Apol. 2. *abſolutis precibus & gratiarum actione quilibet de populo, qui adeſt, fauſtis vocibus acclamat Amen.* Latinâ linguâ preces has peractas ne Latini quidem dixerint. Num ergo Germani aliæque gentes pejori erunt loco? Idem Amen acclamatum ad lectionem Evangelii citatus Cardinalis c. 7. §. 4. atteſtatur: & §. 5. docet, quomodo Maronitæ olim in liturgicis reſponderint, unde *Antiphonia, Antiphonaria.* Adhuc clariora ib. c. 10. §. 1. f. & §. 2. p. 415. quid in ipſa Miſſa: idem l. 2. c. 13. §. 2. p. 442. 3. Sicut Chriſtus notâ linguâ preces recitavit, prædicavit, ſacram Cœnam adminiſtravit, & cum eo Apoſtoli, ſic idem fecerunt viri Apoſtolici, prout liturgiæ, utut auctores, qui vulgò prætenduntur, minimè agnoſcamus, abundè teſtantur: vide Larroq. de Euchar. part. 1. cap. 6. à pag. 114. & 124. 4. Quo argumento Caſalius vult, Occidentales Sacerdotes Latinè publicas preces recitare debere, non item Orientales? Si dicat, quia nos ſub Occidentalis Patriarchæ inſpectione, tum conſequentiam negamus, quæ omnium abſurdiſſima. Imò Latinæ linguæ jugum Pontificii jugi ac dominationis certiſſimum ſignum eſſe aſſeveramus, planè ſicut olim ſub Romano imperio factum, quod ſimul linguam ſuam aliis impoſuit, in ſubjectionis notam. Sin dixerit, Apoſtolos hoc ita inſtituiſſe, & proprio exemplo comprobâſſe, tum umbras & ſomnia venditare hominem reponimus. Objicit Caſalius l. cit. *Si Eccleſia non fruſtrà orat pro fidelibus, & peccatoribus abſentibus, imò etiam non curantibus & renuentibus ejusmodi preces, multò magis cum fructu orare cenſenda eſt pro præſentibus, & cupientibus orari pro neceſſitatibus ſuis, etiam non intelligentibus.* At quis heic conſequentiam probet, Ergo orandum linguâ ignotâ, ſcilicet ne illi præſentes, pro quibus oratur, ſuſpiria ſua ſimul mittere ad Deum poſſint. Minimè ita Paulus, nec Chriſtus, nec alii.

§. 25.)

x) p. 99. (y) vid. Larroq. de Euch. part. 1. c. 6. p. 115.

Digitized by Google

§.25.) Uti Paulus ſuprà cap.*6.*dijudicationem contentioſam, ita c.4. *26.*dogmatum quoque non uni alicui, ſed toti Eccleſiæ tradit. Ann.57.

Spiritus Prophetarum ſubditi dicuntur aliis Prophetis : 1. Cor.14.32. Papam ergo ἀνυπεύθυνον eſſe rectè noſtri negant: confer 1.Joh.4.1.Act.17.1. Hoc loco v.29.jubet,ut ex iis,qui hoc donum habent,duo aut tres loquantur,& alii dijudicent, quid autem aliud, quàm judicium, quo propheta de propheta judicat. Ubi prophetare nihil aliud, quàm Eccleſiam ædificare & docere,quales ſunt,qui Conciliis & Synodis interſunt: confer v.4.& 5.item 31.

Amplius quàm illi omnes laboravi : 1.Cor.15.10. confer 2.Cor.11.& 12.Gal.2.Ergo inæqualitas inter Apoſtolos,at non in dominio,ſed in donis ſpecialibus,ſicut & inter omnes Chriſtianos. Ergo Paulus non ceſſit Petro.

1.Cor.15.29. Βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν,baptizari pro mortuis.Variè hìc varii.Zimmermannus §.137.ex Albaſpinæo,ſicuti olim pœnitentibus & catechumenis decedentibus euchariſtiam etiam poſt mortem,ita & baptiſmum conferebant,ut ita ad communionem Eccleſiæ adoptarentur. Alii de ritu exponunt baptizandi Chriſtianos ad ſepulchra mortuorum,qui ſymbolum fidei fuit,& confeſſionis de reſurrectione mortuorum. Vide inprimis in hunc locum Laurentium,& ex illo Zimmerm. §.93.

1.Cor.16.22. *Si quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum,eſto anathema, Maranatha.* Ut Paulus,ſic & Concilia,Papa &c.anathema vibrant in reos. Reſp.Alia ratio Pauli,& aliorum ſincerorum Verbi Miniſtrorum,alia Paparum,quorum fulmina bruta ſunt,nec lædere conſcientias poſſunt. Contra tranſgreſſores legum non Eccleſiaſticarum,ſed divinarum,& quidem obſtinaces,tales anathematiſmi adhiberi poſſunt. Deteſtamur ergo meritò,inanes Latinorum contra Orthodoxos excommunicationes, ac dira fulmina, (z) de quibus,ut & de clericorum degradatione atque ſuſpenſione,alius dicendi locus & campus erit. *Maranatha.*

§.26.) Poſt Epheſinum tumultum Paulus in Macedoniam proficiſcitur,*(a)*ubi prius,ex Baronii judicio,*(b)*Timotheum Epiſcopum conſtituit: 1.Timoth.1.3.4. Reſp.1.Inde Metropolitica Sedes vocatur,& à Tertulliano l. de præſcr. c.36. inter Apoſtolicas Eccleſias & Apoſtolorum Cathedras recenſetur. At Johannes vulgo Epheſinus Epiſcopus cenſetur? Nî duos ibi Epiſcopos ſtatuas,ut Conſtitutionum Clementi ſuppoſitarum l.7.c.48.vult, dum ait: *Epheſinæ* (Eccleſiæ) *Timotheus quidem à Paulo,cui ſucceſſit Johannes à me(Petro)ordinatus* At quî Johannes à Petro ordinari potuit,cùm Johannes poſt mortem demum Petri, rediens è relegatione,Timotheo ſucceſſerit,ut notat Photius in Bibliotheca,Tmemate 254. Certè Irenæus l.3.c.3. relatus ab Euſebio l.2. c.17. teſtatur, Paulum fundâſſe illam Eccleſiam, Johannem verò manſiſſe ibi, uſque ad Trajani tempora. Duos pluréſve Epi- *Epheſ. Epiſcopus Timotheus.*

z) vid. Bar. à § 169. Spond. §.48. ſeq. (a) Bar. §.185. Spond. §.53. (b) §.186.

Digitized by Google

Ann. 57. ſcopos uno ſedere in loco canones vetant: nî, ut fingunt vulgò, duas Eccleſias, Judæorum & Gentilium, diverſóſque harum præſules, obtendas. 2. Negat in Timotheo ſuo talem præfecturam & dignitatem Paulus 1. Tim. 1. 3. *Sicut te ſum precatus, ut permaneres Epheſi.* 3. expreſsè Act. 19. 22. ſcribitur: Timotheum & Eraſtum præmiſſos eſſe in Macedoniam à Paulo, priuſquam Epheſo diſcederet. 4. Cùm Paulus poſt ſedatum Epheſi tumultum in Macedoniam veniſſet: Act. 20. 1. unà cum Timotheo poſteriorem ad Corinthios ſcribit: 2. Cor. 1. 1. Philippis per Titum & Lucam. 5. quando Paulus ex Græcia in Macedoniam rediit, in Aſiam, inter cœteros comites Timotheus quoque recenſetur: Act. 20. 4. Propter has cauſas aliqui exiſtimant, Paulum Corintho navigantem cum Aquila & Priſcilla in Aſiam Act. 18. reliquiſſe Timotheum Epheſi, ac poſtea Hieroſolymis reverſum, ac Galatiam & Phrygiam pertranſeuntem, ex Laodicea priorem ad Timotheum ſcripſiſſe. Ideóque illud 1. Tim. 1. 3. *Cùm proficiſcerer in Macedoniam*, librarii errore ſcriptum eſſe, pro, *Cùm proficiſcerer ex Macedonia*. At nos Spiritui ſancto ſuam integritatem intactam meritò relinquimus. 6. Philippenſibus (ad quos anno LX. Paulum ſcripſiſſe Annaliſta vult) mittendus Timotheus promittitur: Philip. 2. 19. ſic ad Theſſalonicenſes ablegatur: 1. Theſſ. 3. 2. Et cùm Paulus Romæ captivus eſſet, petiit à ſuo Timotheo, ut quamprimum ad ſe Romam proficiſceretur: 2. Timoth. 4. Eò itaque perveniens, unà Epiſtolas ad Philippenſes & Coloſſenſes, & ad Philemona ſcripſere: Philip. 1. 1. Coloſſ. 2.

§. 27.) Baronio Hammondus accedit (c) inter alios innumeros teſtes, ut loquitur ipſe, Chalced. Concilii Patres adducit, qui actione XI. à Timotheo ad ſua tempora Epiſcopos XXVII. interceſſiſſe affirmēnt. Verùm ſolemne hoc fuit veteribus, ut eos, quorum operâ illuminati fuerunt olim, in Epiſcoporum numero collocarent, licet Epiſcopi nunquam fuerint, ubi tamen haud raró, ab aliis iidem excluſi fuerunt. Id verò hinc præcipuè ortum, quia Epiſcopus olim i. q. presbyter & verbi præco. Neque argumentum Baronii valet dicentis, Paulum omnia, quæ eſſent Epiſcopi munera, illic ab eo exercenda requirere: quandoquidem alia ratio cum Timotheo fuit & Tito, qui Evangeliſtæ, adeóque paſtoratu ordinario longè ſuperiores, nec ulli certæ glebæ addicti erant: 1. Tim. 4. 12. 2. Tim. 4. 5. Hinc etiam Apoſtoli vocati, qui extra ordinem, ſpeciali Spiritûs ductu, cooperarii Apoſtolorum fuere. Neque ratio à ſubſcriptione locum habet, quando in poſteriori Epiſtola Timotheus Epiſcopus vocatur, quia hoc nomen in generali acceptione Evangeliſtam & Apoſtolum etiam ſignificat. Adde quòd Epiſtolarum ſubſcriptiones authenticæ non ſunt, unde variant, ac ibidem loci in Syriaca verſione Epiſcopi vocabulum obmittitur: quid quòd nec Titus, nec Timotheus uſpiam Epiſcopi à Paulo appellantur, & poſterior ſæpe

c) *tr. de Epiſc. diſſ. 4. c. 9. & alibi.*

Digitized by Google

ſæpe ei conjungitur in Epiſtolis,quas ſcribit ad varias Eccleſias, quod ſanè gregario Epiſcopo non conveniret. Diximus jam,Epiſcopi & presbyteri vocabula æquipollentia eſſe in Nov.Teſt. unde licet Titus in ſubſcriptione Cretenſis Epiſcopus vocetur,nihil tamen inde concludi poterit. Ita Epiſtola ad Hebræos per Timotheum miſſa fertur, ubi tamen dubitari poſſe videtur,hiccine fuerit Timotheus, an alius, Pauli itidem diſcipulus,de quo Martyrolog.Roman.ad 24.Martii,qui unà cum Marco,ſub Antonino Imp. martyrio coronatus dicitur.De Timothei hujus exitu Pius I. Epiſc.Roman. Epiſt.I.ad Juſtum Viennenſ.Epiſc.Plura Uſſerius Antiq.Britann.c.3.p.31.ſeq. Timotheum,ad quem B.Paulus ſcripſit, Epheſum tandem rediiſſe ex itineribus volunt,& cùm in feſto Dianæ ſacro,cultus idololatricos acerbè taxaret,lapidibus obrutum eſſe ſub Nerone. De hoc Martyrol.ad 24.Jan.adde Hoſpinianum ad dictam diem. Et Staravol.hiſt.Eccleſ.pag.280.quem Græci ad 22. referunt. Fortè inde Epiſcopus loci habitus, ſicut Petrus Romæ. Ejus translatio Conſtantinopoli facta ad 9.Maii : de qua Baron. Annal. ad ann.336.§.70. Ann.57.

§.28.) Græco Codici, Syriaco & aliis Laodiceâ ſcripta prior ad Timotheum,aliis ex Macedonia,vel Athenis: Belgis ex itinere,vel Philippis. Dubitant nonnulli,unde & quo tempore exarata,& quidam ad ann.52.alii ad 59.eandem collocant.Rectè verò ipſa Epiſtola omnibus Eccleſiæ Miniſtris deſtinata cenſetur,ut inde diſcant,quibus dotibus inſtructos eſſe oporteat, & quomodo in Eccleſia, quæ eſt domus Dei vivi, verſari conveniat. Partes ejus confuſæ ſunt & miſtæ,ad quatuor tamen reduci poſſunt. I. monet,ut rejectis fabulis & curioſis quæſtionibus, ſanam & integram doctrinam Legis & Evangelii tradat c.1. II. preces publicas,ac diverſos perſonarum & miniſterii Eccleſiaſtici ordines deſcribit c.2.& 3. III. Falſam Pſeudapoſtolorum hæreticorum doctrinam redarguit,nec non aniles fabulas,quas Judæi inprimis diſſeminabant c.4. IV. Timotheum inſtituit,quomodo diverſos hominum ordines ac ætates decenter monere, & veram pietatem ſuo miniſterio promovere poſſit ac debeat c. 5.6. *Prior Epiſtola ad Timotheum.*

1.Tim.1.20. Hymenæo additur Alexander: at 2.ad Tim.2.v.17.Philetus.Docuerunt reſurrectionem mortuorum jam eſſe factam,quâ intelligunt tantùm ſpiritualem renovationem,quâ mens ignara Dei ex tenebris errorum reſurgit,& illuſtratur vera agnitione Dei.Sine dubio ex Sadducæorum cloaca oriundi,unde etiam Moſaicas ceremonias reducere conati. Et quia non ſimpliciter circa veritatem aberrârunt, ſed fidem etiam quorundam ſubverterunt,ideo illos Satanæ tradidit Paulus. Num verò minùs hîc Paulus præſtitit, quàm Petrus Act.8.20.ſeq. *Hymenæus,Philetus,Alexander.*

§.29.) *Orationes &c.fiant pro Regibus,& quibuſvis in eminentia conſtitutis,ut tranquillam & quietam vitam degamus,cum omni pietate & veneratione:* 1.Tim.2.2. Malè ergo Bellarminus,Magiſtratus pios & Chriſtianos *Orandum pro Magiſtratu.*

Ann.57. Chriſtianis ſubditis ſuis,non ut Chriſtianis,ſed duntaxat ut hominibus imperare.Ita verò nullum inter Turcicum & Chriſtianum Magiſtratum diſcrimen; nulla illi religionis & pietatis cura incumbet: cùm proculdubio alia fuerit Davidis vel Ezechiæ piorum regum, alia Antiochi Illuſtris impii in Iſraëlitas imperii ratio: 1.Chron.25.26.Neque quidquam obtinent,quando ex Epiſtola Ignatii ad Trallianos ea verba objiciunt: *Epiſcopo obedite, ut Domino,ipſe enim vigilat.* Confer omnino Hebr.13.17. neque inde ſequitur, Epiſcopos, Papam, vel cœteros Eccleſiaſticos ſummum imperandi, vel decernendi,conſcientias obligandi jus habere.Religionem, ejus puritatem, pietatem & ſanctitatem,adeóque etiam æternam ſalutem curæ eſſe Magiſtratui debere,rectè Marca Archiepiſc.Pariſ.(*d*) ex præſenti Pauli loco probat, addítque: (*e*)*Eccleſia tuendæ provincia Chriſtianis principibus ab ipſo Chriſto mandata eſt, ut veterum authoritate è ſacris Scripturis deprompta docemur.* Idem ex epiſt. 164. Auguſtini ſubjicit: *Nam & terrenæ poteſtates, quando ſchiſmaticos perſequuntur,ea regula ſe defendunt, quia dicit Apoſtolus: qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit: non enim fruſtrà gladium portat. Mox Donatiſtas alloquens Auguſtinus pergit: Cognoſcentes veſtri ſchiſmatis nefas,conſtituunt adverſus vos pro ſua ſollicitudine ac poteſtate,quod volunt.* Nullámne ergo illi partem,nullam cognitionem & dijudicationem in Conciliis dabimus, quærit Witakerus jure, (de Conc.contr.3.q.2.) utut verò preces pro Magiſtratu fundendæ, impiis tamen ejus edictis non parendum: Act.5.29.neque verò etiam exauctorandus.

Mediator. §.30.) 1.Tim.2.5. *Unus Mediator Dei & hominum*: nimis ingenioſè,plura jam dicere non lubet,Perronius: Unus intelligitur non unus numero, ſed communione, i. e. communis Mediator, Mediator omnium. At in nullo alio ſalus act.4.12. ſolum & unicum fundamenrum: 1.Cor.3.11.per ipſum ſolum reconciliamur: Col.1.20. ſolus ingreſſus ſanctuarium ut pro nobis intercedat: Heb.9.24. ſolus Sacerdos: Pſal.110.4. Heb.7.24.25. qui cauſam noſtram apud Patrem agit: c.10.12. Verbo, ut unus Deus,ita unus Mediator,juxta Paulum.

Λύτζον Chriſti. 1.Tim.2.6. *Chriſtus ſeſe ipſe dedit conveniens liberationis pretium pro quibusvis.* Ergo nullum præter Chriſti λύτζον, amplius requiritur. Ergo inanes & impiæ ſatisfactiones atque merita. Ergo blaſphema Decretalis Alexandri Papæ Epiſt.2. Quòd Sacerdotes & Clerici pro populo interpellent, & populi peccata comedant, quia precibus ſuis & oblationibus ea deleant atque conſumant: qui quantò digniores fuerint,tantò facilius pro neceſſitatibus,pro quibus clamant, exaudiantur.

1.Tim.2.8. *in quovis loco puras manus attollant.* Contra peregrinationes ſacras: item contra indulgentias Viſitantibus certa loca, certo tempore propoſitas.Nec meliùs Bellar.lib.3. de cultu S. c.3.§.alterum. vult,ut orantes

d] *l.2. de Conc. Sac. & Imp.* [e] *c.10.§.4.*

res convertantur ad orientem, unde etiam ſuperſtitioſa Templorum conſtructio. Ann. 57.

1. Tim. 3. toto: collat. cum Ep. ad Titum. Non tantùm Paulus Epiſcopos inſtituit Eccleſiis: act. 14. 23. ſed eoſdem etiam ex Dei Verbo inſtruit: ubi nihil de Petri, vel ſucceſſorum ea in re authoritate, poteſtate, approbatione. Imò ipſemet Bellarminus omnibus & ſingulis Apoſtolis datam eſſe poteſtatem fatetur in omnes Eccleſias, non minus atque Petro. In hoc cap. Paulus ſaltem duos Ordines ſtatuit, Epiſcopos v. 2. & Diaconos v. 8. conf. Tit. 1. 6. Unde Epiſcopos eoſdem eſſe quos presbyteros rectè colligas. In hanc rem Blondellus: (e) *Licet Eccleſiaſtico jure non omnis presbyter Epiſcopus ſit, tamen Epiſcopi & Presbyteri una ordinatio eſt, adeóque idem ἀξίωμα: ſive enim per ordinationem conſecrationis ritum, & χειροτονίαν; ſive munus ipſum, ad quod χειροτονίᾳ deſtinatur conſecratus, intelligere placeat, perinde eſt, ſiquidem quorum eadem generatio eſt ſeu actus, quo forma introducitur, eorum eadem eſt forma, quæ dat eſſe rei: quorum eadem eſt functio, eorum eadem eſt poteſtas ἐνεργητικὴ à forma manans. Utrorumque autem eſt paſcere, ſuperintendere, vigilare &c. adeóque iidem quoque ſunt characteres:* 1. Tim. 3. Tit. 1. (f) Idem (g) docet, hoc loco, ubi de Epiſcoporum ordinationibus agitur, presbyteros in Epiſcopis contineri: & (h) Epiſcopos Diaconis immediatè hîc oppoſitos oſtendit. (Reclamantem vide Hammond. de Epiſc. Diſſert. 4. c. 11. pag. 212. ubi tamen nihil efficit.) Epiſcopos ergo ab humano ortos inſtituto, non à divino præcepto: vide Hieronym. in c. 1. ad Tit. item ad Evagr. adde Lombard. l. 4. diſt. 24. Grat. diſt. 93. c. legimus. & d. 95. c. olim & c. ſeq. Cuſanum de concord. Cathol. c. 13. De Epiſcopis.

§. 31.) Si Epiſcopus & presbyter ejuſdem ſint ordinis & dignitatis, tum eadem habebunt requiſita, de quibus Paulus agit. Confer diſt. 45. & 46. item Arnd. antiq. l. clerus: à §. 88. p. 199. Epiſcopatus nomen operis eſt, non honoris: unde ἔργον vocatur, non τιμή 1. Tim. 3. 1. Ita Act. 20. 28. jus denotat & curam inſtituendi alios ex puro Dei Verbo, non autem dominandi, imperandi, diſpenſandi jus: 2. Cor. 1. 24. 1. Pet. 5. 3. 1. Cor. 7. 35. Epiſcopi hodierni non docent, ſed regnant potiùs. Aſt qui neque paſcit gregem, neque opus verum Epiſcopi & paſtoris exercet, paſtor aut Epiſcopus reipſa nequaquam eſt, ſed canis mutus, ſeipſum paſcens, ferus & vorax. Quanquam Epiſcopos, ut per alios hæc fiant, curare prætendunt, eos tamen non juvat, quia non fruſtrà hoc loco Paulus ab Epiſcopo requirit, ut ſit διδακτικός, aptus ad docendum: v. 2. confer Tit. 1. 9. 1. Pet. 5. 2. 1. Tim. 4. 11. Act. 20. 28. quos verò alios docebit, niſi commiſſum gregem ſuum? Aliud ſanè, cùm neceſſitas ad tempus id requirit. Nulla hîc mentio Papatus aut Papæ, nulla Archiepiſcoporum, Primatum, Patriarcharum: nihil de duplici horum perſona; nihil de tumentibus titulis, de ampliſſimis latifundiis, de ſplendidiſſimo

e] *de Epiſc. p. 57.* [f] *vid. eund. p. 7. §. 3. & p. 54. §. 13. & p. 85.* [g] *p. 8.* [h] *p. 191.*

Ann. 57. mo adparatu, & acerbo imperio, atque auricupio, nihil denique de martialibus exercitiis.

Epiſcopi uxor. §. 32.) *Unicus* (ſit Epiſcopus) *uxoris vir*: 1. Tim. 3. 2. coll. cum v. 8. ubi de Diaconis. Unde manifeſtum, duos nonniſi Eccleſiaſticos Ordines hoc capite ponere Paulum epiſcopatum & diaconatum. Idem ergo Epiſcopus, quod presbyter. De illo Epiſcopo exponunt adverſarii, qui non permanet in concupiſcentia generandi, id quod tamen ex textu nunquam evincent. Nec meliùs Latini ad conjugatam Epiſcopam verba Pauli ad Rom. 8. 8. referunt: *Qui in carne vivunt, Deo placere non poſſunt.* De hoc Sotus: (i) Nos (Pontificios) non poſſe eludere Pauli dictum, dicentes intelligi de viduis, qui unicam habuerint uxorem, ſed omnino id intelligendum de iis etiam, qui in matrimonio durabant: ut ſi conjugatus ad Epiſcopatum vocetur, is non ſit bigamus, ſed monogamus. Confer Tit. 1. 6. Ad Judaicum ritum reſpexiſſe Paulum plerique ſentiunt, qui plures ſimultaneas habuerunt uxores, quos multi imitati, unde in conſultis Bulgaror. ad quæ reſpondit P. Nicol. I. c. 51. *Si liceat uno tempore habere duas uxores?* Ita explicavit locum ipſe Chryſoſtomus, dum Judæis bigamis eſſe ſucceſſivè & cumultativè licuiſſe dicit. Quod in laicis quoque reprehendit Apoſtolicus Canon. 47. Atque huc referri queant *συνείσακτοι*, ſubintroductæ, quæ toties prohibentur apud veteres, non modò viduis, qui ſub prætextu cœlibatûs in concubinatu ſeu furtivo matrimonio vivebant; ſed & conjugatis, qui ejectâ priore uxore, vel ea etiam retentâ, aliam ſubintroducebant. Cl. Hornbeck. (k) *μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα* exponit, ut Epiſcopus aliquam uxorem habeat, non de neceſſitate quidem, ſed ad evitandam ſuſpicionem, ut ſit ἀνεπίληπτος: *μιᾶς* ergo per *alicujus* reddit. Ecquî verò *διγαμία* in Epiſcopo reprehendatur, non item in laico vel quovis alio? Non igitur culpatur in ullo homine, quamvis juxta Chryſoſtomum, criminatione non careat. Rectè Hieron. contra Jovinian. quod eſt in Jure Canonico c. 31. q. 1. c. aperiant: Non damno digamos, imò ne trigamos, & ſi dici poteſt, octogamos. Alii locum Apoſtolicum explicant de matrimonio poſt baptiſmum contracto, ut tantùm unum ſit in Epiſcopo, quantumvis fortè pluribus fuiſſet implicatus ante baptiſmum. At quare poſt baptiſmum non æquè licitæ ſint nuptiæ non video. Quare Græci iniquiores fuerint contra bigamos, maximè polygamos ſucceſſivos ipſi reſponderint. Caſalius (l) depravat Canonem 3. Synodi Nicenæ, quando ad oppugnandum conjugium ſacerdotum, *συνείσακτον*, extraneam ſeu ſub introductam per uxorem ſive conjugem exponit. Sic Cl. Dallæus (m) meritò Baronium flagellat, quando §. 64. hujus anni, negat in probatis exemplaribus Epiſtolæ Ignatii ad Philadelphios extare de conjugio Pauli Apoſtoli, unde pro more fraudem noſtris adſcribere conatur. Verùm cùm nihil circa

i) de Inſtit. & jur. l. 2. q. 6 art. 2. (k) Summa controv. l. 11. p. 919. (l) c. 54. & 55. p. 222. & 224 (m) de uſu Patrum p. 118.

ca hanc materiam intactum reliquerint Proteſtantium Tractatores,ad eos Ann.57.
te remitto.Tu ſi lubet & vacat,Kipping.Polit.l.2.c.13.conſule,item Antiq. Arnd.l.de cœlibatu à §.5.& §.13.& l.clerus à §.249.Zepperum polit.Eccl. l.2.c.2.p.306.& c.4.p.338.& c.5.p.354.Tilen.diſput.part.2.diſp.23.Mareſ. in Jure canon.l.1.tit.4.p.33.& 104.ſeq. Montani errorem fovent,qui per digamiam plures ſucceſſivè uxores,aut unam,ſed eam viduam intelligunt, quomodo Montanizâſſe Tertullianus lib. de Monogamia deprehenditur. Quare ſimultaneos bigamos hîc Apoſtolus intelligit, quum liceat ex Dei Verbo viduo, vel viduæ ad alia tranſire vota : Rom.7.3. 1.Tim.5.9.14. ut temerè olim repudiabant Judæi,ſic commune digamiæ genus fuit tum viris,tum mulieribus apud Græcos & Romanos, quibus æquè conceſſa divertendi licentia, hinc in viri diſceſſione ἀποπεμπὴ, in mulieris ἀπόλειψις. Ideò rectiſſimè Juſtellus: (n) *Eccleſiaſticis ſcriptoribus digami dicuntur,qui priore conjuge,abſque legitimo repudio h.e.præter cauſam adulterii,dimiſſa,alteram ſuperinducunt &c.* Quare falſus Bellarminus,cùm ait,poſitivam & Eccleſiaſticam legem eſſe,ne bigami ordinentur,& tamen obligâſſe in conſcientia.Reſp.Neque de cœlibatu hîc agitur,nec de bigamia,quæ poſt obitum prioris, vel poſt legitimum fit divortium, ſed de deſertione iniqua, contra quam agit non lex poſitiva & Eccleſiaſtica, ſed æterna & divina, adeóque immota: Matth.19.8.

§.33.) Non *novitium* (νεόφυτον) Epiſcopum ordinari oportet: 1.Tim. 3.6. variæ ſunt de ætate Clericorum ordinandorum ſanctiones Eccleſiaſticæ: vid. Arnd. antiq. l. manuum impoſitio: §.23.p.595.

1.Tim.3.7. Oportet Epiſcopum ſeu Verbi Miniſtrum bonum habere teſtimonium etiam ab extraneis. Multò ergo magis à fideli plebe. Hinc aſſenſus plebis requiſitum ſemper neceſſarium in Eccleſia fuit. (o) Obj. Multi olim vel ab Apoſtolis,vel ab aliis electi,aliò ad prædicandum Evangelium mittebantur. Reſp. Extraordinaria hæc ſunt exempla, ubi infideles adhuc populi illi.

1.Tim.3.8. & 12. de Diaconis agitur. Hammondus (p) vult Diaconos duplices eſſe 1. eos qui τραπέζαις & χρείαις ſubminiſtraverint, de quibus act.6.ita levi quadam mutatione ab hoc ſenſu, Chriſtum, Paulum, alios dici Diaconos. 2. eos, qui Epiſcopis primariis Eccleſiæ præfectis adjuncti; hos infimi gradûs Miniſtros vocat, & aliquandiu καλῶς διακονήσαντας altiùs evectos fuiſſe,idque ex præſenti loco, & ex Phil.1.1. demonſtrare intendit. At verò rectiùs nonniſi unus ordo & idem gradus à nobis cenſentur utrique, nimirum procuratores & eleemoſynarii, qui ærario & bonis Eccleſiæ colligendis, adminiſtrandis & diſtribuendis incumbebant. Deinde Romæ & alibi conſtitutæ ſunt domus hoſpitales in uſum pauperum & peregrinorum, quarum Diacon.

n] *Ad Canones univ. Cod. T.1.p.8* (o) *de Dom. l. 6.c.7.* §.1.*Blondel. de Epiſc.p.380.* p) *de Epiſc.diſſert.4.c.25 ſeq.*

Ann. 57. quarum domuum præfecti dicebantur Diaconi, qui ſuos Subdiaconos habuerunt. Porrò illi Diaconi, qui ad tempus ſuam induſtriam, fidelitatem & doctrinam probâſſent, ad prædicandum etiam admiſſi: unde hodiéque Diaconi, qui aliis Verbi Dei Miniſtris prædicando ſubſerviunt, Catechiſmum exercent &c. Menſarum & viduarum Miniſter dicitur Hier. Ep. 85. ut olim loco altarium menſas habebant, ita iidem Diaconi oblationes populi ſuſcipiebant, menſam Domini atque etiam agaparum componebant, epiſcopis & presbyteris aſſiſtebant &c. (q) Poſterioribus ſeculis, diverſi ſurrexere ordines unà cum ſuperſtitione, qui pauperum curam ſuſcepere, hos inter *Cellarii*, à cellulis, in quibus operam dedere, dicti alioquin *Viſitationis*, ſeu *charitatis*, ſive *Miſericordiæ fratres* vel *Sodales*, mortuos etiam efferre ſoliti. Præter Diaconos ſeu pauperum curatores primitus Diaconiſſæ etiam erant, de quibus alibi. Cumprimis autem Diaconorum nomen vi etymi, in utroq; ſtatu quemvis expeditum & promtum Miniſtrum ſignificat: ſic Magiſtratum politicum Rom. 13. 4. ita Paulus Chriſtum: c. 15. 8. & ſemet Eph. 3. 7. vocat.

vid. §. 39.

Quæ Paulus ſuprà in Epiſcopo requiſivit, ut ſit unius uxoris vir, ut bonum teſtimonium habeat, ita à Diacono hæc ipſa quoque poſtulat: inter cœtera v. 10. ut exploretur priùs. Quòd ſi expertitos & exploratos ante ordinationem Diaconos Paulus voluerit, quantò magis publica Eccleſiarum authoritate, ſeu totius fraternitatis conſenſu presbyteros conſtitui injunxit?

Eccleſia columna veritatis.

§. 34.) 1. Tim. 3. 15. *Eccleſia eſt domus Dei vivi, columna & ſtabilimentum veritatis.* Duo hoc loco, juxta Thomam, commendat Paulus. 1. Eccleſiam. 2. veritatem Eccleſiæ. Quod priùs ſpectat, per Eccleſiam non modò Paſtores, ſeu ut Latini loqui amant, Clericos intelligit, ſed & populum. Pro infallibilitate autem ſua Romanenſes hunc locum, ut & Matth. 16. 18. *Et portæ inferorum non prævalebunt:* allegant. Ergo neceſſariò ſequitur, vel loca iſthæc infallibilitatem Eccleſiæ non tribuere, aut tribuere etiam populo: quidpe domum Dei & collectionem fidelium intelligit Paulus, docétque Timotheum ſuum, quomodo ſe erga illam Eccleſiam, ubi erat, gerere debeat. Ergo non uni Petro, ſed ſingulis veris paſtoribus, imò Eccleſiæ toti convenit ex officio. At númne omnes hoc ſuum officium præſtant? Númne ſemper infallibiles & indefectibiles? Agnoſcimus hæc & ſimilia nomina Patribus nonnullis ſingulariter eximiis tributa occurrere, ut cùm Athanaſium vocant τῆς ἐκκλησίας στύλον, τῆς ὀρθοδόξης πίστεως ἀδιάστροφον κανόνα, τῆς πίστεως ἔρεισμα: Baſilium στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας: Euſebium Samoſ. κανόνα πίστεως: Nectarium ἐκκλησιῶν τὸ κοινὸν στήριγμα &c. (r) Númne verò ita infallibiles illos eſſe voluerunt, vel Scripturæ ſacræ prætulerunt? Num papatum dant vel Petro, vel Paulo, vel aliis, ſi ſimilia oratoria & hyperbolica occurrant? Malè ergo Papa ſoli ſibi hæc ſumit, malè

q] *vid. Arnd. tit. Epiſc. §. 69. ſeq.* [r] *vid. Arnd. Antiq. l. Papa R. §. 9.*

malè Rectorem domûs Dei ſe vocitat : quaſi per Eccleſiam Romana in- Ann.57.
telligenda,& per Romanam Papa. Atqui de Epheſina Eccleſia hæc ſcribit
Apoſtolus.Illis verbis & epithetis columnæ ac firmamenti non authoritas
& privilegium,ſed officium deſcribitur.Eccleſia firmare debet & confirmare
veritatem,eam puram ſartámque conſervando,& eandem aſſerendo &
defendendo contra omnigenos adverſarios : ita ut meritò dicatur ea,columna
& firmamentum non ſenſu architectonico,quaſi ei innitatur radicaliter
& fundamentaliter Verbum Dei,ſed ſenſu demum politico i. e. ſicut
columnæ,quæ uſu politico ſervant edicta & mandata Magiſtratuum ſupremorum.
In ſola enim Eccleſia reperiuntur vera ſupremi Legislatoris edicta.
Non itaque propterea vel Eccleſia,vel Concilia Pontificia ſunt ipſa veritas
& fundamentum veritatis,nec idcirco Eccleſia eſt magiſtra veritatis.Eccleſia
itaque unicum habet fundamentum,quod eſt Chriſtus,electus ille lapis
angularis,cujus ceu paſtoris & magiſtri, vocem unicè audit. Petrus ergo,
ejúſque omnes ſucceſſores inniti columnæ huic & inhærere firmamento
tenentur.Deſipit itaque,qui Eccleſiam univerſalem ex verbo tantummodo
Papæ facit columnam & firmamentum veritatis,non autem ex Verbo Dei.
Tantum abeſt, ut hic locus Eccleſiæ repræſentativæ infallibilitatem propugnet,
ut è contrario Eccleſiæ vox hîc ſumatur pro populo & plebe
Chriſtiana, contradiſtinctè à paſtoribus, qui Eccleſiam repræſentativam
conſtituunt.Deinde,ut dictum,de particulari Eccleſia Epheſina hîc agitur,
cui infallibilitatem tribuere Roma nolit.Domui inſuper competit,habere
fundamentum & columnas,non eſſe tamen fundamentum & columnam.Et
ſic Paulus docere videtur 1.cujus domus ſit Eccleſia,nempe Dei. 2.quæ ſit
primaria illius columna,nempe myſterium pietatis. At licet vulgata retineatur
lectio,notabit lector 1.officium & munus Eccleſiæ in proponenda,
retinenda,ſuſtinenda & propugnanda veritate ſalutari ; non autem ejus immutabile
privilegium. 2. Heic columna ſumi poſſet nonniſi politicè, uti
monuimus jam,cui appendi ſolent edicta.Confer Vatablum,Corn.à Lapide,
Riberam,Cajetanum item & Theodor. Chryſoſtomum, Hieronymum, ſimiles.
Inconcinnè ergo infallibilitatem Conciliorum à Papa approbatorum, &
cœtera concludunt.At de Eccleſia hîc, non de Papa :ſic firmat Eccleſia veritatem,
non illam gignit :naſcitur ex veritate Eccleſia,eámque cuſtodit.

§. 35.) 1.Tim.4.1.ſeq. *poſterioribus diebus deſciſcent quidam à veritate &c.* *Apoſtaſia.*
In hunc locum conſule ſcriptum Joſephi Medi Angli: (s) item Petri
Molinæi Complementum Prophetiæ (t) Apoſtaſiam certò futuram,confirmatur.
Quæritur 1.qualis hæc defectio. 2.quando eruptura. 3.per quos.
1. Non eſt à Romano Imperio, ſed à veritate, à religione, à fide,ut clara
ſunt Pauli verba : confer 2.Theſſ.2.3. Apoſtaſia ergo inſignem defectionem
notat,vel per antonomaſiam ipſum Antichriſtum, uti non negat Bellar. ipſe

s) Impreſſ Lat.in 8.Baſil.1656.(t) Oper.T.3.part.2.p.15.

Ann. 57. l.3. de Pont.R.c.2. futuram ἐν ὑστέροις καιροῖς, poſterioribus temporibus Paulus dicit. Quærunt Latini quando, quoto die, menſe, anno facta hæc Apoſtaſia à vero Deo, ut nondum factam probent, nóſque ad futurum ſuum fictum Antichriſtum remittant: nos autem reſpondemus, id non ſimul & ſemel, ſed paulatim & quaſi inſenſibiliter factum, omnino tamen præſtitutis temporibus in nervum erupiſſe, prout hiſtoriarum ſeries fusè nos docebit & manu quaſi ducet. Facilè jam eſt reſpondere ad tertium caput, neque operoſa probatione opus, eos ſcil. eſſe Apoſtatas, apud quos Apoſtaſia illa, de qua Spiritus S. agit, occurrit, defectio ſcil. à fide Chriſti, hoſtilitas in Chriſtum partim per errores & hæreſes in dogmatibus, partim per ſuperſtitiones in ceremoniis, partim per idololatriam in cultu. Demonſtrârunt hoc illi omnes, qui collationem ſeu operationem potiùs inter noſtram & Latinam Eccleſiam inſtituerunt. Si Zizania in agro tam copioſa deprehendas, ut ſupperent & ſuffocent bonum ſemen, quid opus eſt inquirere, quando illa ſata? Ipſa res loquitur ab inimico homine, ut Chriſtus loquitur, iſthoc factum? Si quis adhuc dubitet, vel ſolam dæmoniorum doctrinam, quam Paulus hîc & alibi deſcribit, conſideret. Caput hujus defectionis Papam, Summum Dictatorem eſſe omnia clamant, ſive *vitam*, ſive *doctrinam*, ſive *regimen* reſpiciàs. Adverſatur *officio* Chriſti, dum negat eum eſſe unicum & perfectum Servatorem Eccleſiæ & Mediatorem apud Deum: adverſatur *prophetiæ* per traditiones, per nova & contraria dogmata, *Sacerdotio* per Sacrificium Miſſaticum & ſatisfactiones humanas, *Regno* per poteſtatem, quam ſibi arrogat in terris. Ita autem adverſatur Chriſto, ut fiat ἐν ὑποκρίσει, ut non ſit aperta oppugnatio, qualis eſt Judæorum, aut Muhammedanorum, ſed μυστηριώδης, occulta, & larva Chriſtianiſmi, ſub prætextu Vicariatûs.

Vide ann. 53.§.9. 10.

Cœlibatus ſacerdotum.

1.Tim.4.3. *Prohibentium contrahere matrimonium.* Ne hylum proficit Baronius, quando (u) ad eos hæreticos id referre conatur, qui Pauli ævo, & brevi pôſt, vixerunt, quandoquidem Papa hæreſin revocans & cœlibatum, licèt non omnibus, Clericis tamen obtrudit. Et apertè de poſtremis, non autem de ſui temporis hæreticis, imò de Antichriſto venturo, Paulus loquitur, eúmque deſignat, & vivis coloribus depingit. Non reſponſo, ſed flagello digni, cùm ajunt, non prohiberi id ſacerdotibus, ſed ſacerdotes ſibimet ſponte prohibere, quando caſtitatis votum edunt. At quid decreta, fulmina? Quis jubet & cogit? Quis preces & gravamina non exaudit? Viſe Chamier. Panſtrat. T.3.l.16.c.6. Dorſchei Thomam Aqui. Conſ. Ver.p.119.

Ciborum prohibitio.

§.36.) Eadem profectò cum ciborum prohibitione conditio. Neque enim hæreticos, neque abuſus, licèt antiquos, ſed Verbum Dei curamus, & attendimus. Sanè in ciborum diſcrimine noſtri varias hæreſes rectè obſervant: vide Chamier. T.3.l.19.c.3.§.2.ſeq. Ciborum quorumdam abſtinentiam apud veteres variam & liberam fuiſſe idem c.4. §. 44. & c.5. §.55.56. docet

u) ſ.190. Spondan.54.

Digitized by Google

docet. Ciborum autem delectum jejunium non eſſe: idem c.3.4.5. demonſtrat: contrà Bellarminus ſentit, *Abſtinentiam à certo cibi genere eſſe de ratione jejunii*: l.2. de bonis operibus c.5. At novitatem eſſe nos docet Polyd. inv. l.6.c.6. Authorem illius Gregorium M. faciens: quamvis obſervatio libera priùs in uſu fuerit. Sic idem Bellarminus l. all. c.6.7. §. eadem ſent. item c.11. §. porrò jejunia ſub neceſſitate obſervanda contendit. Unde iidem Latini Jejunia, partem cultûs feſtis proximam conſtituunt, quæ & ipſa inter feſta cenſentur, meritoriáque vocantur: Bellarminus l. cit. c.11: & l.3. de Rom. Pont. c.23. §. alterum eſt. Adhuc nominatus Cardinalis l.2. de bon. op. c.16. & Bar. ad hunc an. §.193. ſeq. volunt Jejunium quadrageſimale tanquam Apoſtolicam Traditionem, ſine bono & ſalutari Chriſtianis obſervandum incumbere. Aſt varium olim fuiſſe, diverſum & liberum, Chamier l. citat. cap.7. §.12. ſeq. evincit: item Molinæi Novit. Pap. lib.7. cap.7. pag.630. vide ex Irenæo apud Euſebium lib.5. cap.24. ubi ſubjicit, non obſtitiſſe varietatem illam, quò minùs omnes pacem inter ſe colerent, adeóque differentiam jejunii magis commendâſſe unitatem fidei. Atque hoc ipſum agnoſcit Baronius §.197. hanc varietatem ad aliquot annorum centurias durâſſe teſtis eſt Socrates l.5.c.21. conſulatur Caſalius cap.62.p.245. Quare Chriſtum authorem non habet. Chamier. c.7. §.55.56. Fruſtrà Bellarminus Hieronymi locum urget dicentis: *Nos unam quadrageſimam ſecundùm traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus.* Reſp. 1. Hieronymus non fuit Apoſtolus, ſed errare potuit, quod ſæpe ipſi accidit. 2. Frequens fuit aliquid Apoſtolorum vocare traditionem, quod tamen ipſos Apoſtolos authores non habuit. 3. Imò ipſe hoc loco docet, liberum fuiſſe jejunium & diverſum, quia *toto anno, tempore congruo* peractum. Rem novam Sixtus I. fundâſſe creditur: Bar. ad an.136. §.1. Platina, & cum eo plerique alii, autorem facit Teleſphorum (martyrio deletus an. 154.) Abſtinentiam carnis in quadrageſima præcepit Concilium Tolet. IIX. anno 653. de quo ib. Bar. §.3. De quarta & ſexta feria i.e. die Mercurii & Veneris, quibus ſingulis ſeptimanis jejunia ſeu ſtationes agere ſoliti vid. Korthold. de decem perſecut. p.389. alibi. Sic jejunium Sabbathi perpetuo ſtatuto obſervandum: de conſec. diſt.3.c.13. Sabbatho. At libera olim obſervatio fuit: Bellarminus lib.2. de bon. op. cap.2. §. deinde addimus. & c.18. unde Ambroſius & Aug. congruentius putârunt non jejunare Sabbatho: vid. Bar. ad annum 1187. §.17. In Oriente eo die jejunabant, non item in Occidente: Baronius hoc anno §.202. ſeq. Chamier. cap.8. §.1. ſeq. Jejunium quatuor temporum Bellarminus lib.2. de bon. op. cap.19. Eccleſiæ præcepto adſcribit, & quidem rectè, unde Baronius an.226. §.6. Caliſto illud tribuit. Vide Plat. in eundem: collatum cum diſt.76. cap.1. jejunium. ubi tantùm trium temporum dicitur fuiſſe jejunium. adde diſt.76.c.2. & 3. conſtituimus. Caſalius c.63.p.252. à Judæis originem deducit. Bene! Ann.57.

Xx 2 §.37.)

Digitized by Google

Ann.57. §.37.) 1.Tim.4.11. *Hæc præcipe & doce.* Hoc, inter alia, teſtimonio *Epiſcoporum poteſtas.* οἱ ἀρχιερατικοὶ veram Epiſcoporum præfecturam & juriſdictionem invehere in Eccleſiam conantur: conf. Tit.2.15. *argue cum omni imperio.* Heb.13.17. *obedite præpoſitis veſtris.* Reſp Rector, & quivis Eccleſiaſticus tum docere debet, tum præcipere: imò ſanè utendum illi interdum præcepto cum maxima authoritate. Sic apud Chryſoſt. in hunc locum: præcipere & imperare i.q. acrius objurgare & increpare, cum ea tamen ſignificatione, ut ſi peccator vitam emendare nolit, ſciat ſe à numero fidelium excludendum. Rectiùs Pauli verba παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε reddunt, *Hæc denuncia, & doce.* Et certè quî aliter Verbum Dei prædicari, quàm per ſerias ἐπανορθώσεις καὶ ἐλέγχους 2.Tim.3.6. multoties queat? At verò quid hæc ad Epiſcopale Romanum dominium? Imò διδάσκειν docere, denunciare Timotheus, quem illi Epiſcopum faciunt, ſicut & Titum, non otioſus eſſe, nec per alios id facere jubetur.

Ordinatio Epiſcoporum. §.38.) 1.Tim.4.14. *Ne negligito donum, quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum ordinis Seniorum.* Igitur Timotheus, quem Epiſcopum dicunt, ordinatus à presbyteris. Ergo ordinatio presbyterorum & Epiſcoporum eadem. Idem Paulus 2.Tim.1.6. *Suſcita donum Dei quod in te eſt per impoſitionem manuum mearum.* R. Paulus Timotheo manus impoſuit, at non ſuo, ſed presbyterii nomine, unde ipſi presbyterio hoc quoque adſcribi poteſt & debet. Diſcimus ſanè, presbyteros olim etiam ordinâſſe, & quidem Epiſcopos quoque. Ordinatio aliàs etiam conſecratio, item conſignatio dicta. Ergo Epiſcopus & presbyter unum: cùm ex adverſariorum ſententia fieri non potuiſſet, niſi presbyteri fuiſſent Epiſcopi, quandoquidem eorundem hypotheſi, Epiſcopus, qualem Timotheum fuiſſe conſtat, nonniſi ab aliis Epiſcopis ordinari poteſt. Et Hieron. ex hoc loco demonſtrat, poſſe Epiſcopum à presbyteris ordinari. Ita Epiſcopi non à ſolis Epiſcopis, excluſo populi & plebis (in qua illi erant conſtituendi) ſuffragio ſunt electi & creati: ſed disertè populi conſenſus in ejusmodi electione per manuum extenſionem χειροτονίαν interveniſſe traditur: act.6.3.5.14.v.23. Igitur quum Paulus 2.Tim.1.6. de ſe ſolo loquitur, quòd manus impoſuerit Timotheo, id hoc loco explicat, à ſe ex totius presbyterii Eccleſiæ, in qua tunc erat, conſilio ſive auxilio factum: atque ita Monarchicum non eſſe Eccleſiæ regimen: 1.Cor.5.4. act.21.18. alibi. Ad hunc locum Seldenus (x) *ubi Apoſtoli, aut Apoſtolorum adjutores non aderant, fiebat ordinatio per præſidem cœtûs, conſentiente presbyterio. At ubi illi aderant, hic honor, & ipſa præſidentia ad illos pertinebat: faciebant tamen hæc & talia unà cum presbyterio.* Electionem & miſſionem Epiſcoporum à presbyteris olim fieri potuiſſe Beda hiſt.l.3.c.5.docet. Sic Ambr. in 1.Tim.3. *Epiſcopi,* inquit, *& Presbyteri una & eadem eſt ordinatio &c.* Per cæremonias igitur exter-

x] *De Synedr.l.2.c.7.pag 334.*

Digitized by Google

externas, inprimis per manuum impoſitionem fuiſſe conſecratos Eccleſiæ Miniſtros manifeſtum: quæ ceremoniæ ut non ſuperſtitioſæ, ita nec inefficaces fuere: 2.Tim.1.6. Sive per presbyterium hoc loco presbyterorum collegium, ſive presbyterale munus intelligi placeat, æquè ſtringit adverſarios: ad quemcunque enim cœtum ſpectat ordinatio Epiſcopi, is eſt verè Epiſcopalis ac κυρίως ſic dictus. Ad presbyterium autem, ſeu presbyterorum cœtum ſpectat ordinatio Epiſcopi, nimirum Timothei. Item: Presbyterium ſeu presbyterî munus, eſt gratia per impoſitionem manuum, Timotheo collata. Ergo presbyterium, ſeu presbyteri munus, gratia eſt verè ac κυρίως Epiſcopalis. Ann 57.

§.39.) Ordinationem ſanè per presbyterorum collegium fieri potuiſſe ex Paulo manifeſtum. Unde quærimus: Si jure divino, depreſſis presbyteris, ſupereminebat Epiſcopus, quî factum, ut à ſubditorum turba nomen *Presbyterii*, non verò *Epiſcopii*, ſacer quiſque conſeſſus ſortiretur? Adde quòd Epiſcopi, ex adverſariorum etiam conceſſione, presbyteri ſæpe dicti. Hammondus (y) vult hoc loco per presbyterium ipſos Apoſtolos intelligi poſſe, vel alios Epiſcopos, fuiſſéque πρεσβυτέρων certorum ἀξίωμα aliquod, ut presbyteri dicerentur. Reſp. Manet ergo ſynonyma eſſe presbyteri & epiſcopi vocabula. Neque ratio hoc loco jubet aut ſuadet, ut credamus, Paulum, vel Apoſtolos, vel Epiſcopos κυρίως ita dictos, per presbyteros intellexiſſe; Certè primas partes ſeu πρωτοκαθεδρίαν καὶ προεδρίαν deferebant juniores illis, qui diutius ac fideliter in S. Miniſterio verſati fuerant, non tamen coacti, neque ambientibus & poſcentibus; ut ſi quando novus cooptandus eſſet collega, cleri totius jam conſiſtentis, plebiſque conſentientibus ſuffragiis & judicio comprobatus, totius presbyterii χειροθεσία (præeunte tamen, ac reliquorum nomine ſolemnia benedictionum verba pronunciante promotione antiquiſſimo) in poſſeſſionem muneris mitteretur, priorum per conſecrationem quodammodo filius factus, qui muneris ratione frater reliquorum erat. Ubi verò quæſtionis in Eccleſiæ regimine quicquam emergeret, conſultantium in commune fratrum diſceptationibus præeſſet Senior, non gradu alio major, non nativâ gradûs communis poteſtate potior, ſed adventitia ob ætatis meritum delegatâ, ſuperior. Hæc Blondel. de Epiſc. p. 53. Actus ergo ordinationis primitus communis fuit, poſtquam autem humano conſilio ex presbyterorum collegio unus cœteris præpoſitus, mos obtinuit, ut penes hunc ordinatio eſſet, reſpectu ſigni i.e. χειροθεσίας: presbyterio ſuas ei partes concedente, ſicut Eccleſia ſuas in presbyterium tranſtulit. Quicunque verò tandem fungebantur hoc munere, non ſuo, ſed Eccleſiæ nomine id ceu Miniſtri perficiebant, non ergo propria poteſtate. Sed neque ritus ille tam ſuperſtitioſè ſemper penes Epiſcopum manſit, quin eum quandoque etiam presbyteri adminiſtra-

y) De Epiſc. p. 234. à §. 12.

Ann. 57. rent, teſte Ambroſio in Eph. 4. & Auguſtino l. 4 quæſt. ex utroque Teſtamen. 10 q. 101.

1. Tim. 4. 14. Χάρισμα, ὃ ἐδόθη σοὶ διὰ προφητείας: Beza: ad prophetandum. Tigurini: per prophetiam. Unde non malè aliqui conjectant, Timotheum prophetica revelatione deſignatum fuiſſe à Spiritu S. id quod clariùs indigitat Paulus cap. 1. v. 18. Idem etiam dignioribus accidiſſe primis temporibus, ut à Deo potiùs, quàm ab hominibus fuerint electi, præeunte oratione, quæ extat act. 1. v. 24. non malè ſentiunt.

Diaconiſſæ. §. 40.) 1. Tim. 5. 9. De *Diaconiſſis* agit. In Conſtit. Apoſt. apud Hier. & alios mulieribus baptizandis miniſterium præbuerunt. Juxta alios ægris pauperibus miniſtrârunt: ſeu publicæ quaſi fratrum peregrinorum hoſpites & curatrices erant. Plura de his apud Juſtellum: item Zepper. de polit. Eccleſ. l. 2. c. 22. & c. 13. pag. 479. De iiſdem Caſal. cap. 91. p. 367. ubi Diaconiſſarum, inquit, munus jam diu apud Latinos ceſſavit. Fusè ibidem ex Blaſtaris Nomocanone. Et ex Turriano: impoſitio manuum Diaconiſſæ non eximit eam ex ordine Laicorum, accipitur enim impoſitio pro benedictione. Et hoc ipſiſſimum eſt, quod multis in locis contra Latinos contendimus.

Presbyteri honorati. 1. Tim. 5. 17. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habentor: maximè qui laborant in ſermone & doctrina.* al. duplici alimonia ſive portione digni: ſeu, duplex alimonia, hoc eſt, ſtipendium eis obtingat. Et certè verſus ſequens hoc requirere videtur. Quocunque autem referatur, in genere Seniores, non tam ætate, quàm functione & miniſterio intelliguntur, non igitur præfectura & epiſcopalis dignitas atque eminentia, prout placet Hammondo. (z) Plures presbyteri, iique diverſi uno in loco erant, unde Paulus eos diſtinguit, quorum quidam in ſermone & doctrina (iidem qui epiſcopi, paſtores, miniſtri Verbi): alii in gubernatione, hoc eſt, in moribus & doctrina ſana obſervandis laborabant, quos inter laici etiam erant. Presbyterium quippe ſenioribus etiam è plebe ſeu populo lectis conſtabat. Per hoc igitur Eccleſia eligit, vocat, ordinat: 1. Tim. 4. 14. Propterea anxius Bellarminus omnes presbyteros olim Apoſtolorum ævo fuiſſe Epiſcopos putat. Res nota eſt, ſequiori etiam tempore conſueviſſe olim presbyteros cum Epiſcopo manus imponere in ordinatione presbyteri: Confer Concilii Carthag. can. 3. 4. & 22. 23. & 32. 34. 35. 37 39. 40.

Ver. 18. Porrò neceſſariam ſuſtentationem miniſtrorum, imò & modeſtam atque honeſtam portionem libenter, contra ingratos item & contra Anabaptiſtas, cum Paulo admittimus: Pluralitatem tamen beneficiorum, ut & immanes illos reditus atque expilationes & auricupia pernegamus. (a)

§. 41.) *Adverſus presbyterum accuſationem ne recipito, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* 1. Tim. 5. 19. Ergo, inquit pueriliter Bellarm. Epiſcopus leges

z) p. 160. in pr. 231. (a) de Dom. l. 9. c. 10. §. 38.

Digitized by Google

leges ferre conſcientiis poteſt. Variè vocabulum presbyter accipitur, unde Ann. 57.
nî diſtinguatur, neceſſariò error ſequitur. Intelliguntur ergo 1. Patres Vet. Teſtamenti: Hebr. 11.2. 2. Qui ætate nos præcedunt: 1. Tim. 5.1. 3. Qui dignitatis gradu nos antecedit. 4. Qui diſciplinæ Eccleſiaſticæ gubernandæ & conſervandæ præſunt, cauſaſque fidelium cognoſcunt. 5. Qui laborant in verbo & doctrina, qui iidem cum Epiſcopis, hi fuerunt Prophetæ, Evangeliſtæ, Epiſcopi, Paſtores, & Doctores: confer Tit. 1.5.7. Seniores populi ipſe quoque politicus Senatus dici queat, unde Græcè γέροντες & γερουσία. At hoc loco Paulus non de politica, ſed de Eccleſiaſtica accuſatione & judicio agit, quod non habet forum, carceres, viatores: & hæc accuſatio non eſt de judiciis, ſed de Chriſti legibus violatis, non à quovis, ſed ab eo, qui ſe Chriſtianum profitetur. Apoſtolus non vult presbyterum, niſi idoneis teſtimoniis convictum palàm traduci. Ita v. 1. monet: *Seniorem ne increpato, ſed hortare ut Patrem: Juniores ut fratres.* (b) Inde tamen non ſequitur, eſſe aliquam Epiſcopi in presbyteros authoritatem, & hos illi, ut judici & ſuperiori obnoxios: ratio, quia 1. Timotheus non fuit Epiſcopus oppidanus, ſed Evangeliſta, Apoſtolica authoritate inſtructus. 2. Senior ſeu presbyter hic νεωτέρῳ opponitur, qui ætate ſit provectior, non qui Paſtoris munere fungitur. Vel ſanè dicamus πρωτοκλησίαν hîc intelligi, ſive eos ſeniores, qui diutiùs jam vel in doctrina, vel in diſciplina laborârunt, & ante aliós ad munus vocati, quo ſenſu junioribus, hoc eſt, recens electis opponuntur. Unde fateri non erubeſcimus, primogenitum collegis præſediſſe. At verò ita Epiſcopatus non concluditur, neque ad ſedem certam adſtringitur. 3. Adverſarii presbyterum ſtatim per Epiſcopum, ſtatim per Verbi præconem explicant. 4. Dum Epiſcopo abſque compresbyterorum ſententia agere nihil licuit, eo ipſo non judicis unius, ſed presbyterii totius poteſtas hæc erat adverſus quoſcunque reos. Addimus, quia Eccleſia tum temporis Chriſtiano & pio Magiſtratu deſtituta fuit, ideò Eccleſia cujuſque loci elegit viros pios, prudentes, & vitæ integritate graves, quos diſciplinæ & gubernationi politicæ & Eccleſiaſticæ præfecit, ut vitam & mores populi Chriſtiani obſervarent, & cauſas atque controverſias cognoſcerent & dijudicarent, jus populo dicerent. Verùm Eccleſiaſtica hæc omnis dici poterat poteſtas, etiamſi enim politica quoque & ſecularia tractarent, non tamen cum externa vi & coactione, ſed amica & fraterna tranſactione hoc factùm, gladium interea & poteſtatem Magiſtratui relinquentes. Cadit itàque tum Latinorum ſententia ſeculare etiam forum prælatis ſub Chriſtiano Magiſtratu viventium tribuentium: tum eorum etiam, (c) qui ex hoc loco Aërianam ἰσότητα oppugnandam, & Epiſcoporum in presbyteros poteſtatem aſſerendam ſibi ſumunt: neque hinc obtinent Monarchici, juris divini

(b) vid. Zepperi polit. Eccl. l.2.c.4 p.341. (c) Hammond. 229.

Ann. 57. ni eſſe, ut Epiſcopus ſit judex presbyterorum, ac proinde verus princeps atque ſuperior. *(d)*

Manuum impoſitio.

§.42) 1. Tim. 5. 22. *Manus citò ne cui temerè impone.* Peccant meritò, qui putant Timotheum Epheſi, Titum in Creta regnum exercuiſſe, ac quibus voluerint manus impoſuiſſe, & pro lubitu omnia diſpoſuiſſe: ſic enim toti operi præfuerunt ſapientiſſimis ſuis conſiliis, ut tamen non obtruderent Eccleſiis quos vellent, pro lubitu ſuo & arbitrio, ſed, quemadmodum vidimus hactenus, ſuam libertatem fidelibus relinquerent, quoad jus electionis, aut approbationis. Authoritas inſuper Timothei & Titi extraordinaria fuit, & perſonalis, Apoſtolatui proxima, neque ulli hodie Epiſcopo imitanda. Per χειροθεσίαν ſive manuum impoſitionem ordinationem intelligit ad SS. Miniſterium, qui ritus verè Apoſtolicus nihil aliud fuit, Auguſtino docente, quàm oratio ſuper hominem: unde variè quoque adhibita fuit in primitiva Eccleſia hæc ceremonia, utpote circa recens baptizatos, circa recens converſos non baptizatos, circa ægros & languentes, circa pœnitentes & reconciliandos Eccleſiæ, circa hæreticos ad Eccleſiam venientes, circa novos conjuges in benedictione conjugali, quos omnes Deo precibus enixè commendabant. *(e)* Elegantiſſimè ad locum præſentem de Dominis: *(f) Ex nimia Clericorum multiplicatione ſordida officia, turpia lucra, ſimonia, & mala plurima oriuntur:* adde tu contemptum S. Miniſterii. Confer diſt. 59. c. ſi officia.

§.43.) 1. Tim. 6. 3--5. *Si quis diverſam docet doctrinam &c. abſcede ab iis, qui ejuſmodi ſunt.* Neque Concilia hîc, vel ulli errantes excipiuntur, ne Romana quidem Eccleſia. Jubetur hîc Eccleſia vitare, fugere, non miſceri, averſari paſtores inſinceros, ſcandaloſos, & fratres impios. Ergo aliquando non tantùm licitum eſt ſchiſma, ſed & mandatum: conf. Matth. 15. 14. 2. Theſſ. 3. 6. 1. Cor. 9. 13. Rom. 16. 17. Quouſque ergo Latini dogmata ſua & mores non probaverint, etiam probrare nobis ſeceſſionem non poterunt.

Crucis ſignum.

Bar. §. 113. De ſigno Crucis in India, ad quod S. Thomas preces ſuas & devotionem depoſuiſſe dicitur. De eodem Spondanus §. 34. Caſalius pag. 2. Reſp. Atque nos Indiam non curamus, ſed indubia & Apoſtolica teſtimonia. An verò tamdiu delituit? quis revelavit? ita extincta eſt apud Indos cognitio veri Dei, rerúmque divinarum, ut vix rudera remanſerint, quantò magis hiſtoria de Cruce Thomæ. Adhuc quæritur an Thomas adoraverit Crucem. Ad Symbola non attendimus, neque ad Nolanum, ejúſque ſimiles, qui tamen idololatræ non fuerunt.

Baronius §. 148. Fatetur olim accipere ſolitos manu Euchariſtiam, rectiſſimè.

(d) Cham. T. 2. l. 10. c. 6 §. 21. (e) vide Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 2. p. 19. item Arnd. Antiq. l. de manuum impoſitione §. 4. (f) l. 9. c. 10. § 40.

ctiſſimè. Idem probat Larroque de Euchariſtia part. 1. c. 13. p. 279. 181. & Ann. 57. c. 14. p. 291. 293.

Ughellus (g) ait S. Herculanum, Petri alumnum, primum hoc anno Peruſinorum factum Epiſcopum, evolâſſe autem in cœlum circa an. 90. vid. Martyrol. 7. Nov. ubi ne ipſe ſe Baronius extricare poteſt. Huic ſucceſſorem dant S. Conſtantium Peruſinum, qui ſublatus an. 145. 29. Jan. Tertium S. Florentium, capite diminutum an. 253. at quæ cohærentia?

g) *Italia Sacra T. 1. part. 2. pag. 70.*

JESU CHRISTI *Annus* 58. Ann. 58.

NERONIS *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Petri, ut putant, an. 14. Coſſ. Q. Voluſius & P. Corn. Scipio. Hos Calviſius ad an. 56. collocat. Paulus in Græciam venit: act. 20. 2. Inde Tito ſcribit: quibuſdam videtur Nicopoli data, aliis non item, quia nonniſi dicat Paulus, ſe hyemare ibi conſtituiſſe, adeóque tum nondum eò perveniſſe. Scripta aliis anno 51. al. 53. vel 54. al. 60. In Creta & vicinis locis Evangelii præconem, ibique ſepultum fuiſſe Titum Hieronymus ait. Dalmatiæ faciunt Apoſtolum ex 2. Tim. 4. 10. *Titus profectus in Dalmatiam.* Ejus memoria à Lat. 4. Jan. à Gr. 25. Aug. celebratur. Cœterò Pauli Epiſtola ad Titum ἐπιτομὴ ſeu compendium prioris epiſtolæ ad Timotheum cenſetur, cujus 2. partes, 1. dotes fidi Eccleſiæ Miniſtri deſcribit, contrà Pſeudapoſtolos, ceu his virtutibus deſtitutos perſtringit: cap. 1. 2. Varia pietatis officia præſcribit, quæ tum diſtinctis hominum ordinibus, tum & univerſis proponenda, additis graviſſimis rationibus, quibus ſinguli ad illorum ſtudium excitentur: c. 2. & 3. *Epiſtola ad Titum.*

§. 2.) Ut Paulus Timotheum cap. 3. ſic hoc loco cap. 1. monet, qualiter Epiſcopi in Eccleſia ex Verbo Dei inſtituendi ſint, ubi nihil de Petri ea in re authoritate, aut ſucceſſorum Petri poteſtate agit, neque eam requiri docet, neque electos à ſe Epiſcopos, ut à Petro approbentur, ad eum remittit. De ordinatione autem Epiſcoporum, cœterorumque graduum vid. diſt. XXIII. & ex illa Arndum antiq. l. Clerus. à §. 208. Porrò de presbyteris & Epiſcopis Baronius multa nobis ultrò concedit. 1. Appellationem utriusque communem fuiſſe in Eccleſiæ primordiis. Ita ſanè Paulus Tito præcipit cap. 1. v. 5. ut presbyteros conſtituat inculpatos &c. hanc adducens rationem v. 7. Oportet enim Epiſcopum inculpatum eſſe &c. 2. Baronius largitur, poſtea conſuetudine potiùs, quàm Dominica inſtitutione factum, ut occaſione tollendi atque vitandi ſchiſmatis inter presbyteros, uni ex ipſis cœ- *Presbyter & Epiſcopus.*

Ann. 58. teri omnes parerent, quem Epiſcopum nominarent. (a) Ergo initio non nomine tantùm, ſed & officio utrique conveniebant. Jam verò quid ad nos ſequiora ſecula, quibus à priſtino more diſceſſum. Hanc quæſtionem accuratè contra Petavium tractavit Salmaſius, tum ſub nomine Meſſalini Wallonis de Epiſcopis, tum in apparatu ad opus de primatu, ut hac ratione vel loquaciſſimi Jeſuitæ ſint coacti ſe in Angeronæ Templum ſubducere. Nervosè quoque de hoc themate agunt Tilenus diſp. part. 2. diſp. 37. à §. 29. & Dorſcheus in Thoma Aquinate p. 116. θ. XX. adde Philipp. 1. 1. Act. 20. 28. ita Johannes ſe presbyterum, Petrus Sympresbyterum nominant. Confer Grat. d. 95. cap. 24. His ergo ita poſitis, qua ratione dicent, Epiſcopos ſucceſſores eſſe Apoſtolorum, non item presbyteros? Jure itaque non ſolos Epiſcopos ſucceſſores Apoſtolorum, vel Spiritûs S. effuſionis participes facimus. Nec leve eſt, quòd Bar. §. 7. 8. Apoſtolorum quoque & presbyterorum nomina communia eſſe fatetur, unde manifeſtum, quomodo accipiendum, quando Jacobus Hieroſolymitanus, dicitur Epiſcopus, & ſic alii Apoſtoli alibi. Sic Tito Apoſtolus mandat, ut κατὰ πόλιν, oppidatim conſtituat presbyteros i. e. presbyterium; act. 14. v. 23, κατ' ἐκκλησίαν, per ſingulas Eccleſias creârunt presbyteros: qui alibi Epiſcopi vocantur. Ita ubi grex puſillus, ut in vico vel villa, unus conſtitutus fuit, qui χωρεπίσκοπος dictus. Larga quinetiam manu accipimus à Baronio, quando unam fuiſſe omnium Apoſtolorum dignitatem atque poteſtatem concedit. Extra veritatis autem cancellos evagatur & abit, quando loco Aharonis Epiſcopos modernos nobis ſubſtituit, quò nimirum viam Papæ ſternat: aſt ubi hac ratione Papæ primatus quandoquidem omnes Epiſcopi æquales?

§. 3.) Titus in Creta oppidatim presbyteros conſtituit. Ergo Epiſcopus ipſe fuit. Reſp. Imò Evangeliſta fuit, quod majus. In Dalmatiam abiviſſe Titum Paulus 2. ad Timoth. 4. 10. atteſtatur, unde eum rectè Illyrici ſey Slavoniæ quoque Apoſtolum faciunt. In hæc verba Marca: (b) *Apoſtoli, quum Eccleſias diſtribuerent in provincias, in animo habuerunt, ut in iis corpus Epiſcoporum ſtatueretur, ſub præſidentia Epiſcopi Metropoleos:* idque ex præſenti loco probare intendit, cui ſubjicit: *Ecce Metropolitani inſtitutionem. Atque is quidem habet auctoritatem ordinandi presbyteros i. e. Epiſcopos, juxta interpretationem ipſiusmet Pauli vers. ſeq. item S. Hieronymi S. Chryſoſtomi & aliorum veterum; ita tamen, ut eos ordinet in unaquaque urbe, κατὰ πόλιν. Ecce integrum conſilium politiæ Eccleſiaſticæ. Epiſcopi in urbibus provinciæ; qui ab uno quodam Epiſcopo ordinantur, quamvis cum conſortio ſuorum COLLEGARUM per impoſitionem manuum presbyterii. Univerſi quidem Epiſcopi manus imponunt Epiſcopo; ſed uni tantùm competit jus vim tribuendi ordinationi, velut Tito apud Cretam, & ad exemplum illius, unicuique Metropolitano in ſua provincia. Creta porrò provincia erat Imperii Romani cujus Metropolis erat Gortyna.*

a) *Hier. in Tit. 1. in agg. 2. Ep. 85. ad Evagr. Blondel. de Epiſ. p. 7. §. 3* (b) *l. 6. c. 1. §. 5.*

tyna, quæ prærogativam illam ſemper in Eccleſia retinuit. Concedit ergo Marca 1. presbyteros hoc loco eoſdem qui Epiſcopi. 2. Titum quisquis fuerit, communi conſilio egiſſe. Errat graviter, quòd uni nonniſi jus competiiſſe ſcribit vim tribuendi ordinationi, quid ergo alii præſtiterunt, qui ſimul manus impoſuerunt & ordinârunt? At hìc nulla poteſtas, quia nonniſi miniſterialiter agunt ordinatores, nomine totius Eccleſiæ: neque manuum impoſitio aliud, quàm Dei invocatio pro donis neceſſariis ad exequendum munus magno cum fructu. Non tantùm Epiſcopus, ſed Apoſtolus quoque dicendus Titus, quia Apoſtolorum cooperarius fuit, nec uni addictus glebæ, non ſecus atque Timotheus. In Dalmatiam Evangelii causâ abit 2. Tim. 4. 10. Ex Creta evocat eum Paulus ut ad ſe veniat Nicopolin, quâ non Macedoniæ, ſed Epiri urbem ſignificari quidam exiſtimant, in quam, peragratâ Macedoniâ, Paulus deflectere atque illic hibernare cogitat: Tit. 3. 12. Poſtea Paulum, veriſimile eſt, mutato conſilio mandâſſe Tito, ut ad ſe Troadem veniret, ubi cùm Paulus non inveniſſet Titum (2. Cor. 2. 12.) tranſiit in Macedoniam. Interea Titus ſua ſponte (2. Cor. 8. 17.) Corinthum navigavit, ubi explorato illius Eccleſiæ animo erga Paulum, proficiſcitur in Macedoniam, ubi tum Paulus verſans mirificè adventu Titi recreatur. Eo tempore ſcripſit Paulus alteram ad Corinthios, eamque per Titum & Lucam Evangeliſtam illis mittit: 2. Cor. 8. 18. 19. Poſtea Romæ aliquandiu Paulo captivo adfuit: inde in Dalmatiam profectus eſt: 2. Tim. 4. 10. Neque ſubſcriptio ullum pondus habet. Ann 58.

§. 4.) Si per presbyteros Epiſcopi intelligendi, Ergo plures Epiſcopi fuere uno in loco, quia Paulus præcipit, ut κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους conſtituat, & quidem communi tum ſuffragio, tum manuum impoſitione; conf. act. 14. 23. 2. Cor. 8. 19. Unde ſequentia emergunt. 1. Eccleſiam nullam conſtitutam dici poſſe in qua unus, vel plures presbyteri deſint. 2. Ad conſtituendos per ſingulas ſive urbanas, ſive foraſticas Eccleſias presbyteros omnes ad unum teneri. 3. Neminem à præſcripta Tito Eccleſiaſtici regiminis forma (cùm divini juris ſit) diſpenſari ullo modo poſſe. 4. Ubicunque presbyterorum conſeſſus eſt, ibidem quæ præcipuè ad Eccleſiæ conſtitutionem requirebantur ἐπιδιορθούμενα videri. (c) Tirinus ad hunc locum, tum Epiſcopos in urbibus majoribus intelligit, tum Sacerdotes parochos, in minoribus. Ergo, inquiunt, Epiſcopus, qualis Titus fuit, confirmandi & mittendi alios Epiſcopos & presbyteros facultatem habet. Reſp. Examen & ordinatio à Miniſtris fiat, ut electio à cœtu: act. 14. 23. Quod injungit Paulus Tito, non vult ut ſolus, propria poteſtate faciat: ad hæc Titus non fuit ordinarius. Rectè ex citatis locis noſtri: quotquot ordinati fuerunt ab Apoſtolis ad Verbi Miniſterium, Sacramentorum adminiſtrationem, ac regimen Eccleſiarum, fuerunt presbyteri in communi, iiſque plures in una quaque urbe aut Eccleſia.

Yy 2 Ergo

c) Blond. de Ep. p. 183.

Ann. 58. Ergo nulli Epiſcopi Hierarchici ab Apoſtolis fuerunt ordinati. Nihil hîc promovet de Dominis, cùm objicit, (d) Apoſtolos vel miſiſſe, vel dediſſe amplis regionibus quoſdam ut Titum, Timotheum, &c. qui omnia ordinarent, regerent, Epiſcopos inſtituerent &c. quandoquidem extraordinaria mittentium & miſſorum ratio fuit, ac idem cum aliis falſo laborat ſuppoſito de Epiſcopis inſtitutis. Id verò, etiamſi daretur, Latinos non juvaret, quandoquidem non de ſolo Petro, ſed & de reliquis Apoſtolis talia occurrunt. Epiſcopales cumprimis etiam Hammondus (e) ſequitur. In hunc locum iterum rectè Blondell. (f) Epiſcopis divino jure inſtitutis Eccleſia conſtituta neque caruit unquam, neque carere potuit, neque nunc carere poteſt, ſed abſolutè erunt neceſſarii. At Eccleſiam carere poſſe Epiſcopis, ipſius Sedis Roman. vacatione diuturniore poſt Hyginum, Marcellinum, & alios, docet. 2. Epiſcopi divino jure inſtituti, ubique κατὰ πόλιν, ἢ κατ' ἐκκλησίαν ex Apoſtoli præcepto conſtituendi fuerunt, & revera ab univerſis Apoſtolis (Actor. 14. 23.) eorùmque ſucceſſoribus conſtituti ſunt. At Epiſcopi presbyterorum præpoſiti κατὰ πόλιν, ἢ κατ' ἐκκλησίαν, nec conſtituendi fuerunt, nec revera conſtituti ſunt, ſed in ſolis frequentioribus Eccleſiis, clarioribúſque urbibus, imò nec ſemper in clarioribus ſingulis. 3. In Epiſcopos presbyteriorum præpoſitos non cadunt ea, quæ Scriptura, divini juris regula, Epiſcopis tribuit. Ergo divini juris non ſunt. Proin hi, non illi veri Epiſcopi ſunt. videſis Calvinum in hunc locum, ubi inter alia: Non permittit arbitrio Titi, ut unus poſſit omnia, & quos voluerit Epiſcopos, Eccleſiis imponat: ſed tantùm jubet, ut electionibus præſit, tanquam moderator, ſicuti neceſſe eſt.

§. 5.) Unum itaque & idem Epiſcoporum olim & presbyterorum nomen & ordo, immediatè Diaconis oppoſitus; unus & idem in Conciliis conſeſſus, commune Eccleſiæ gubernandæ conſilium; adeóque non Apoſtolica, neque laudabili, ſed perverſa & tyrannica conſuetudine ſoli Epiſcopi ad res graviores tractandas hodie admittuntur. Sanè per vices olim præſidentes presbyteri, omnes fuerunt Epiſcopi, ut & illi quoque, quibus propter ætatem & miniſterium (non autem ratione ſedis & loci) quicquam tributum fuerat. Unde rectè Aërius presbyterum ab Epiſcopo ordine & gradu (τάξει καὶ ἀξιώματι) non differre dixit. Hinc utroſque ἡγουμένους ſacra Scriptura vocat: Hebr. 13. 7. confer Act. 20. 17. Et presbyterum agere nihil aliud eſſe, quàm ἐπισκοπεῖν Petrus 1. Ep. c. 5. v. 1. docet: qua de cauſa plures etiam uno in loco Epiſcopi fuere, unâ Alexandrinâ civitate excepta, ex qua monaſtica vita, & variæ Eccleſiæ peſtes ortæ ſunt, ut loquitur Danæus, (g) quibus addit: *Quas rationes affert Epiphanius contra Aërianos, ea ſunt prorſus inanes, unde tandem coactus concedit hanc diſtinctionem inter* Epi-

(d) l. 2. c. 7. §. 2. (e) *de Epiſc. differt. 4. c. 12. p. 213. & c. 20. à §. 15. & c. 5. à §. 19.*
(f) *de Epiſc. p. 190. §. 1.* (g) *in Aug. de hær. c. 53.*

Epiſcopos & presbyteros tempore & ſeculo Apoſtolorum nondum fuiſſe. Paulus certè quos v.5.presbyteros,eos v.7.Epiſcopos vocat.Ita de presbyterorum inſtituendorum dotibus acturus,Epiſcoporum dotes retulit,ut obſervavit Hieronymus, & ſic utriſque eosdem characteres tribuit. Obj. Varia ſunt, quæ commodè à presbytero exerceri nec poſſunt,nec debent,uti hoc loco alios presbyteros & Epiſcopos conſtituere : ſic judicium & cenſuram de presbyteris ferre: 1.Tim.5.19. ita ἑτεροδιδασκαλούντων cohercitio eisdem demandata: 1.Tim.1.3.precum publicarum directio: c.2.1.Reſp.1.Alia ratio Titi,ut & Timothei,quàm vel Epiſcoporum,vel presbyterorum.2.Quod uni,vel pluribus adſcribunt adverſarii Epiſcopis,id rectè Apoſtolica Eccleſia toti tribuit presbyterio,vel cœtui, in quo per vices,ſeu libera electione unus fuit,qui præſedit,non ut Rex ſeu Princeps,ſed ut membrum ac director:hinc diſt.95.c.9.10. Epiſcopus non Dominum,ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat Et c.15.q.7.c.1.2.Nefas eſt Epiſcopis quidquam in Presbyteros aut Diaconos ſtatuere,niſi in Concilio: c.6.ita ſancitur: Epiſcopus nullius cauſam audiat,abſque præſentia ſuorum Clericorum.Confer ex Hier.diſt.95.c.7. & ſexcenta ſimilia. Ann.58.

§.6.) Tit.1.6. *Epiſcopus ſit unius uxoris vir,liberos habens fideles,qui non ſint obnoxii crimini luxûs,aut ſubjici neſcii.* 1.Tim.3.2. Ergo Paulus uxoratum Epiſcopum admittit,& quidem ut domûs & liberorum educationis rationem habeat.Polygamiam autem Judaicam rejicit,non item ſecundam,vel tertiam uxorem legitimam: veram repudiare vetat : hinc can Apoſt,5.damnatur presbyter,aut Diaconus,qui religionis prætextu uxorem ſuam rejicit: ad quod Baronius : *(h)* Non eſſe,quod de canone Apoſtolorum quis moveat quæſtionem,nam apocryphorum non eſſe tantam authoritatem,ut quæ ſunt certa,rata & firma convellant.At is canon quintus inter 50.habetur,quos antiquitati fuiſſe notos antea dixerat : quos etiam Bellarminus(*i*)contendit eſſe legitimos.Ita ſcilicet pro commodo vel rejiciunt, vel recipiunt antiquitatem. At quia apertiora omnia, quàm ut negari, aut eludi tam facilè queant,Perronius(*k*) & ante ipſum Baronius, (*l*) Salmero (*m*) & Eſtius(*n*) agnoſcunt, inde à Pauli tempore homines conjugatos ad epiſcopatus promotos fuiſſe: qui mos nonniſi ad tempus,propter cœlibum raritatem,durârit : unde Eſtius : *Fatendum eſt,Apoſtolum permittere,ut in Epiſcopum eligatur,qui uxorem habeat; verùm id pro tempore,propter paucitatem eorum,qui & cælibes eſſent,& ad epiſcopatum idonei.* Id ad Conſtantini uſque tempora duràſſe Perronius vult. Verùm temporariam Timotheo & Tito legem à Paulo præſcribi non demonſtrant. Sic ergo tamdiu Deus rem naturâ ſuâ malam permiſiſſet.Serò cœlibatus,horum confeſſione, in Eccleſia obtinuit,prout teſtimonia, ab adverſariis allegata,faciunt fi- Cælibatus.

Yy 3 dem.

(h) §.23. *Spond* §.10. *(i)de Script Eccl.anno* 92. *(k)contra R Mag.Brit.p.*312.*(l)*§.14. *Spond.*§.6.*&* 8 *(m)in comment.*1.*ad Cor.*16.*diſp.*30.§ *ſeptimo.(n)in* 1.*ad Tim.*3.

Ann.58. dem. Porrò Hieronymi, & aliorum Patrum atque Conciliorum ſexcenta alia opponimus, quæ ſuis locis lector reperiet. Contra Apoſtolum ergo can.12.Concilii V.Generalis : *Poſt ordinationem ſuam Epiſcopi à propriis uxoribus ſecedant.* At tu cum hoc ſequentem confer canonem, & judica, quo jure illi, non etiam hi matrimonio interdicantur. Vim facit Pauli verbis Baronius, *(o)* cùm ait : Paulum loqui non de his (Presbyteris, quos 1.Tim.3.2.Epiſcopos vocaverat) qui tunc temporis conjugati eſſent, ſed de illis potiùs, qui unicam tantùm habuiſſent uxorem. At in præſenti loquitur Paulus : *Si quis eſt unius uxoris vir*; idque Judæorum bigamiæ, ſeu polygamiæ opponit. Obj. Paulus 1.Tim.5.9. viduam unius viri uxorem aſſumi præcipit. Reſp. Non opponitur illi viduæ, quæ plures ſucceſſivè maritos habuit, ſed laſcivis : v.6.h.e. adulteris &c.

Poteſtas Eccleſiaſtica. §.7.) Tit.2.7. *Per omnia teipſum præbens exemplar bonorum operum, in doctrina integritatem, gravitatem.* Confer Philip.3.17. 2.Theſſ.3.9. 1.Tim.4.22. 1.Pet.5.3. Hîc nullum in fidem dominium, nulla poteſtas αὐτοκρατορικὴ : adde 1.Cor.3.21.ſeq.2.Cor.1.24.c.4.v.5. Obj. *Hæc loquere, exhortare, & argue cum omni imperio:* Tit.2.15. Reſp. Præpoſiti erant non tantùm Apoſtoli, ſed & illorum diſcipuli, quibus omnibus obediendum erat : ea autem præpoſitura, inquit Chryſoſtomus homil.3.in Acta, non erat honos, ſed cura pro ſubditis : hoc eſt, prælatura ſeu præfectura Eccleſiaſtica non conſiſtebat in imperio & authoritate præceptiva, ſed in miniſtrando, non ſpecioſi quidquam in illa cernebatur, quale cernitur, ubi quis præeſt cum imperio ac poteſtate præceptiva. Obedientia, quam requirit Paulus, circa directionem eſt in ſpiritualibus.

Contra exempl. Eccleſiaſt. Tit.3.1. *Suggere ipſis, ut ſeſe ſubjiciant imperiis ac poteſtatibus, ut obtemperent, &c.* confer Rom.13.1. Matth.22.21.c.17.23. 1.Pet.2.13. Judæ 8. Conſtit.Apoſt.l.4 c.12. & l.7.c.17. Laicas poteſtates hîc intelligi, quibus omnes omnino Eccleſiaſtici ſubjicere ſe debent, Deſpenſeus in hunc locum digreſſ.10.teſtatur. Docet Apoſtolus omnes credentes ſubmittere ſe poteſtatibus mundanis debere : Ita Chryſoſtom. Theodor, Theophil. Oecumenius, Græci omnes : idem quoque Gregor. M. & Bernhardus ingenuè profitentur.(*p*)

De Luca ejuſque Evangelio. §.8.) *Lucam* genere Antiochenum, profeſſione medicum faciunt, aliqui etiam unum ex LXX. Hugoni Grotio cum aliis is ipſus eſt, qui act.13.1. Lucius Cyrenæus : aliis ſocius Cleophæ in itinere Emauntico : Luc.24.13. Sed ipſe negat ſe fuiſſe αὐτόπτην geſtorum Chriſti ; niſi forſan velit, ſe non ab initio, ſicut Apoſtoli, interfuiſſe concionibus & miraculis Chriſti : quibusdam converſus videtur act.11.26. à quo adhæſerit Paulo. Tertullianus vocat *virum Apoſtolicum*, quidpe conſtat, quòd perpetuus comes peregrinationis

o) Spond §.12 (p) Adi de Dom.l.6.c.4 §.1.ſeq. Venetos contra Paulum V. pag.47. Vulſonem l.2.c.11. Kpping.polit.l.2.c.4.alios.

Digitized by Google

nationis & carceris Pauli, ejuſque cooperarius fuerit, ut apparet à c. 16. act. Ann. 58.
inprimis etiam in illa longa & periculoſiſſima navigatione, quâ Hieroſolymis Romam ad Cæſarem miſſus Paulus: act. 20. 6. cap. 21. 15. cap. 27. 8. adde Coloſſ. 4. 14. 2. Tim. 4. 11. ad Philem. 24. (q) Haud verò otioſum fuiſſe comitem, in actis apparet, quando ipſe ſic inter alia: *venimus, prædicavimus &c.* In Italia & Gallia etiam prædicâſſe volunt. (r) Violentum & diſtortum omnino videtur, quando quidam Patres ex verbis Pauli, *Secundum Evangelium meum*, intelligi volunt hiſtoriam illam Evangelicam, cujus ipſe ſit autor, Lucas verò nonniſi Scriba: quandoquidem præfatio Lucæ diverſum tradit. Dubium quinetiam eſt, an de Luca intelligendum ſit, quòd Paulus dicit: 2. Cor. 8. 18. *Cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias*; quaſi ſcriptum ejus Evangelium per omnes Eccleſias fuerit ſolenniter adprobatum. Lucæ meminit Euſebius lib. 3. cap. 4. duorum S. voluminum autor, Evangelii & Actuum Apoſtolicorum. De eodem Eutychius Patriarcha: (s) *Tempore Neronis Lucas ſcripſit Evangelium ſuum Græcè, ad virum Nobilem ex ſapientibus Romanis, Theophilum, ad quem item ſcripſit Acta, ſeu Diſcipulorum hiſtoriam.* Vid. Lambec. B. T. 3. pag. 250. Eum 84. annos vixiſſe Hieronymus tradit. Achajam ipſi Nazianzenus tribuit. De hoc Martyrol. ad 18. Oct. Multa paſſus obiit in Bithynia: in quod notas Baronii inſpice. Translatio ejuſdem Conſtantinopoli d. 9. Maij commemoratur. Naturaline an violenta morte obierit Lucas dubitatur; imò neſcitur certò ubi animam Deo reddiderit: Dorotheus in Bithynia, Hieronymus in Joniæ Epheſo. Idem Hieronymus ex Achaja allata oſſa aſſerit, ſi modò ſint Hieronymi, quæ de S. Luca habentur. Nicephorus ait, trium Apoſtolicorum virorum oſſa Andrææ, Lucæ, Timothei è Patris & ex Achaja & ex Epheſo ab Arthemio allata fuiſſe. Idem tamen Nicephorus è Thebis illata Conſtantinopolitano Templo oſſa S. Lucæ refert. At verò multæ ſunt & diverſæ Thebæ. Neque quomodo tertio demum poſt obitum ſeculo manifeſtum factum ejus cadaver, clarum. (t) Tempus quoque Tranſlationis incertum, aliqui ſub Conſtantino M. alii ſub Conſtantio ejus Filio factam Conſtantinopolin narrant. Matth. Weſtmonaſt. an. 350. Mart. Polonus an. 361. Conr. Urſperg. an. 365. accidiſſe ſcribunt. Confer Bar. ad an. 358. §. 27. & Spond. ad an 336. §. 13. Inde Patavium, in quo tamen mirè quoque variant. (u) Partes reliquiarum inſigniores Conſtantinopoli Romam ad Greg M. commigrâſſe feruntur. (x) Vide Bar. ad an. 586. §. 25. Omnia ſolvit lis illa, quæ de Luca Venetos inter & Paravinos orta; quam hiſtoriam inpr Franc. Gonzaga recenſet. (y)

§. 9.) Quo conſilio Lucas ad condendam hiſtoriam animum applicuerit, ipſe in proœmio exponit: nimirum erant plures alii, qui rem hanc parùm dexterè fideliterque aggreſſi, vel quòd narrationes de Chriſto non referrent bona

q) *Plura Bar. à §. 31. Spond. §. 16* (r) *Urſin. de Eccl. Ger p. 40.* (s) *p 335.* (t) *Dorſcheus in ſceletom p. 89.* (u) *vid. eundem à p. 106.* (x) *à p. 110.* (y) *idem Dorſch. à p. 113. & à p. 136.*

Digitized by Google

Ann. 58. bona fide, vel ſaltem, qui non juſta ſerie contexerent, hinc ipſe Spiritûs S. divino inſtinctu ſe nonniſi πεπληροφορημένα h. e. nota, certa & indubitata fide, & quidem eo modo, ſic ut Apoſtoli, qui ab initio Miniſterii fuerunt oculati teſtes geſtorum ipſius, & Miniſtri Verbi, tradiderunt, ſcripto ſuo complexum eſſe aſſeverat. Ubi ἀνατάξασθαι & ad traditiones, & ad ſcriptionem referri poteſt: utroque enim modo tunc doctrina Evangelii adulterata fuit & depravata, adeóque corruptelæ oriri cœperunt, quòd vel falſa, vel ſuppoſititia, vel non ſatis comperta, pro certis & veris tradebantur, vel voce, vel ſcripto, ab illis, qui πληροφορίαν doctrinæ Evangelicæ non ſatis certò aſſecuti fuerant. Lucas igitur traditionibus vivæ vocis poſſe certò & tutò ad poſteritatem, contra corruptelarum diſcrimina, puritatem doctrinæ conſervari non putavit. Ut ergo Theophilus ὁ κατηχηθεὶς h. e. in doctrina Evangelii viva voce, ex veris Apoſtolorum traditionibus inſtitutus, ἀσφάλειαν i. e. certam, firmam cuſtodiam, & conſervationem puritatis doctrinæ, contra quævis pericula & inſidias corruptelarum haberet, Lucas Evangelium ſuum conſcribit. Unde manifeſtum, quàm periculoſum traditionibus inniti, & quomodo Diabolus ſub harum larva doctrinam veram corrumpere ſtudeat.

§. 10.) Ne verò minoris eſſet authoritatis Evangelium ipſius, quia nec vidit res geſtas Chriſti, nec audivit conciones, affirmat ſe omnia à primis initiis hiſtoriæ Evangelicæ, non obiter & ſuperficialiter, ſed exquiſita diligentia perveſtigâſſe, ut ea, quæ Apoſtoli tradebant, animadverſione & intelligentiâ rectè & plenè aſſequeretur. Diviſio eadem eſt, quæ Evangelii Matthæi, niſi quòd altiùs paulò orditur capite primo, & nonnulla prætermiſſa à Matthæo & Marco opportunè inſerit, inprimis cap. 13. 14. 15. uti de Nicodemo, imò de ipſo Chriſto. Sic de Luca fabulas pro imaginibus ſuis comminiſcuntur, dum illum ex Medico pictorem faciunt, ut etiamnum novas in Cœlo imagines pingat θεοπελὺς B. Mariæ; cùm tamen ex Origene, Clemente Alex. & Tertulliano conſtet, primis illis Chriſtianiſmi ſeculis pictoriam omnino illicitam fuiſſe Chriſtianis. Hujus commenti primi, teſtes Nicephorus, Calliſtus, & Simeon Metaphraſtes Græculi vaniſſimi & recentiſſimi. Nimirum Jeſuitæ ex Metaphraſte, quem Lombardicis Legendis, quia illæ gratiam jam exuerunt, novo titulo ſuccenturiârunt Pontificii, citant Lucam imaginem Matris Chriſti artificioſè delineâſſe, cui poſtea templum ædificatum ſcribit ſuo more Nicephorus l. 14. c. 2. Ad quæ Bullingerus noſter: (z) *Quæ fabulantur adverſarii de Abgaro, Veronica, Luca & Nicodemo, non recipimus, neque illa reſponſione dignamur. Nam pugnant cum religione noſtra, & cum omnibus Scripturis divinis. Non tacuiſſent, ſed vel verbo iſtarum rerum meminiſſent Evangeliſtæ, qui tanta diligentia res multò viliores proſecuti ſunt.* (a)

§. 11.) Ba-

z) de orig. cultus Divorum c. 29. p. 78. (a) adde Hoſpin. de Templ. p. 161.

§. 11.) Baronius (*b*) ad hunc annum poſteriorem Pauli ad Corinthios collocat, ea occaſione ſcriptam, ut ſe excuſaret, quòd, ſicut in priori promiſerat, ad eos non venerit. Aliqui ad ann. 52. alii ad 54. alii ad 55. alii ad 57. alii ad 60. ponunt. Quibusdam Nicopoli, aliis Epheſo, aliis Philippis, aliis ex Macedonia, utramque ante Epiſtolam ad Romanos ſcriptam Origenes teſtatur. Alteram non è veſtigio inſecutam priorem, ex 1. Corinth. 5. 3. ſeq. coll. cum 2. Cor. 2. 6. ſeq. apparet. Partes Epiſtolæ tres conſtituuntur. 1. Apologia, quâ Apoſtolus innocentiam ſuam & dignitatem contra Pſeudapoſtolorum criminationes magnificè tuetur: c. 1--5. 2. Parænesis, quâ eos exhortatur ad vitam Chriſtianam, & varia opera bona Chriſtianos decentia: ad cap. 10. 3. Repetitio apologiæ contra eoſdem Pſeudapoſtolos, cui addit denunciationem adventûs ſui, tanquam paulò pòſt in rem præſentem venturi, hóſque antagoniſtas pro merito coërcituri: cc. ſeqq. *Ann. 58. Poſterior Epiſtola ad Corinthios.*

§. 12.) 2. Cor. 1. 1. *Eccleſia Dei, quæ eſt Corinthi, unà cum ſanctis omnibus qui ſunt in tota Achaja.* Ergo non ſolis Corinthiis hanc ſcripſit Epiſtolam. Ita dum Polycarpus Epiſtolas ad Philippenſes ſcripſiſſe Paulum affirmat, eas intelligi ajunt viri docti, quas ad Theſſ. aliam Macedoniæ metropolin, dedit. Sic quæ Coloſſenſibus inſcribebatur, à Laodicenſi etiam Eccleſia, primaria phrygiæ metropoli (cui Coloſſenſes adjungi videmus: Col. v. 2. 2.) legenda erat: cap. 4. 6.

2. Cor. 1. 24. *Non quòd dominemur fidei veſtræ, ſed quòd adminiſtri ſimus gaudii veſtri:* conf. c. 4. v. 5. Vel tacitæ Corinthiorum objectioni, vel apertæ adverſariorum calumniæ occurrit. Dominatio in Eccleſia interdicitur, etiam omnibus Apoſtolis. Er. nulla eſt Monarchia, nullus Pontifex Oecumenicus. Miniſtri ergo Verbi abſolutè & ſine Scripturæ S. argumentis præſcribere non poſſunt. Principes enim mundanos nonniſi beneplacitum & voluntatem ſuam allegantes, imitari neutiquam debent. Ne ipſa quidem Concilia, etiam Generalia, nec univerſa Eccleſia tantam habent licentiam. Quare malè Papam, cœteróſque Magnates *Dominos* vocant, & quidem utriuſque ſtatûs tum politici, tum Eccleſiaſtici reſpectu. (*c*) Ita Epiſcopi Papæ nonniſi Vaſalli, mancipia, jurati. Inde triplex corona poteſtatis plenitudinem ſignificans. Ecquid non præterea? Neque enim ordinis ſimplici primatu contenti, ſed plenum dominium, Potentium in morem, exercent. Dari in Eccleſia ἡγουμένους καὶ προεστῶτας Luc. 22. 26. Rom. 12. 8. Heb. 13. 7. alibi jam monuimus. At eos Eccleſiæ per modum Ariſtocratici, non autem Monarchici Imperii præeſſe vult Chriſtus. Obj. Joh. 20. 21. Sicut miſit me Pater &c. Reſp. Illud ſicut ad doctrinæ puritatem pertinet: non autem ad æquandos Apoſtolos Chriſto: unde Apoſtoli non fuere Domini in fidem, *Dominari fidei.*

Zz quo-

(b) à §. 36. Spond. §. 17. (c) Chem T. 2. l. 10. c. 3. à §. 1. Veneti contra Paulum V. p. 85. Blondellus de prim. p. 243. Polan. Synt. l. 7. c. 19.

Digitized by Google

Ann. 58. quomodo Papa haberi vult, & leges condendi poteſtatem ſibi ſumit. Ergo ſolus Deus in fidem ſeu conſcientias hominum piorum juriſdictionem habet: 1.Cor.7.35. 1.Pet.5.3. Quod dominium Apoſtoli non habuerunt, multò minus vel Papa, vel Epiſcopi habebunt. Proinde quando præcepta vel Paulus, vel alius Apoſtolus dedit, vel ipſa Dei præcepta & legem in uſum revocavit & inculcavit, vel ceremonias pro loci perſonarum ratione conſcientiam tamen non obligantes tradidit.

§.13.) Ἔλεγξις ὑπὸ πλειόνων: increpatio à pluribus facta. Sive totam Eccleſiam ſeu cœtum intelliges, prout non malè aliquibus videtur; ſive presbyterium, ſeu presbyterii aſſeſſores perinde: nam etiamſi Eccleſia repræſentativa hîc intelligatur, tamen regimen cœtûs cujuſque particularis, non eſſe Monarchicum, aut unius, ſed Ariſtocraticum & plurium hinc docetur: confer Matth.18.17. Sicut Paulus univerſæ Corinthiorum Eccleſiæ inceſtuoſi ἀποκήρυξιν imperavit: 1.Cor.5.4. ſic eidem pœnitentis reconciliationem hoc loco & v.8. commendat.

2.Cor.5.18. *Dedit nobis Deus miniſterium reconciliationis.* Et v.20. *Nonne Chriſti legatione fungimur, & velut Deo vos precante per nos, rogamus Chriſti nomine, reconciliamini Deo.* Confer Eph.6.20. Munus Eccleſiaſticum eſt miniſterium, non dominium, neque imperium, ſed diligens labor, & ſolicitudo paterna, cum zelo ſimul & manſuetudine. Omnes ergo fideles Miniſtri Vicarii ſunt Chriſti. Quare intolerabile, quòd, ſicut reliqua, ita & hoc ſibi nomen Papa proprium fecit. Ineptè ergo Petrum ordinarium Paſtorem faciunt, reliquos Legatos: quaſi Petrus Legatus non fuerit: Joh.20.21. vel quaſi alius Evangelii Miniſter extiterit. Accommodè de communi Miniſtrorum munere ſeu legatione de Dominis loquitur. (d) *Quis*, inquit, *ignorat legatum ſuum principalem repræſentare; ab eo immediatè mitti; & vices illius, ubi ille abeſt, ſupplere? Hinc ex conſtanti jure Canonico Vicarius Vicarium facere non poteſt. c. Clericos de officio Vicarii. Proinde Papa Vicarius Chriſti cenſeri nequit, tum quia de facto ſe Petri Vicarium profitetur: cap. Ego Ludovicus diſt.63. c. Non qualis cauſa. 1.q.1. c. quoties cauſa. 1.q.7. Unde ſequitur, non eſſe eum de facto immediatum Chriſti Vicarium; tum quia Papa ſibi ipſi conſtituit & delegat Vicarios, etiam in iis, quæ ad regimen imaginarium Univerſalis Eccleſiæ pertinent. e.g. ad Concilia Oecumenica. Vicarius datur vel abſenti peregrè, vel illi, qui ob ætatem, impedimenta, vel imbecillitatem mentis, rebus ſuis ſupereſſe non poteſt: quo ſenſu Chriſtus Vicarium non accipit. Tum Vicarius eſt, qui ea omnia facit, quæ is, cujus vicem gerit, facere tenetur, & facturus eſſet, ſi adeſſet, jam autem nec Chriſtus tenetur ad ea, quæ Miniſtri faciunt Dei ſeu Chriſti nomine, nec illi omnia illa faciunt, quæ ſunt Chriſti in converſione hominis:* Matth.3.2. 1.Cor.3.7. Delirat ergo cum Monarchicis ſuis Cajetanus. (e) Quando Petrum Vicarium Chriſti generalem facit, reliquos ejus velut

(d) *l.c.4 § 6.* (e) *tract. de auth. Papæ & Conc. c.3.*

Digitized by Google

velut legatos ſeu delegatos. Quaſi Apoſtoli, ceu legati Petri quicquam fecerint. Hinc in Miſſæ præfatione de Apoſtolis: *quos operis tui Vicarios eidem contuliſti praeeſſe paſtores.* In genere hîc Paulus πρεσβεύομεν. Annon ergo Miniſtri, imò Apoſtoli, adeóque etiam Epiſcopi presbyteri dici queant? Ann. 58.

§. 14.) 2. Cor. 6. 16. ὑμεῖς ναὸς θεοῦ ἐστε ζῶντος: *Vos templum eſtis Dei viventis.* De pauperibus loqui Apoſtolum ait Caſalius c. 34. p. 143. at de fidelibus in genere agit. Errat tamen Latinus ille, quando ex doctoribus ſuis docet, ſi pauperes ſufficienter, juxta ipſorum conditionem (i. e. in miſeria ſua & egeſtate) vivant, hoc eſt, ſi neceſſitas illorum non ſit mortaliter magna, cum periculo mortalis peccati: tum præferendum ornatum ſuppellectilium in Eccleſiis ſplendidum & abundantem. Cui nos minimè adſtipulamur. Ecquid enim in primitiva Eccleſia?

2. Cor. 8. 18. (Lucæ) *laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias.* Hinc Bona l. 2. c. 7. §. 1. colligit Lectum Evangelium in Eccleſia à tempore Apoſtolorum. At hoc loco Paulus non ſcriptum Lucæ Evangelium, ſed ejus præconium atque fidem & induſtriam commendat. Licèt non negemus Evangeliſtarum ſcripta lecta fuiſſe publicè, ſed integra, non mutilata. Id quod hodiéque commendamus.

2. Cor. 8. 19. Sive Lucas, ſive quis alius χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν Eccleſiarum ſuffragiis electus dicitur: confer act. 13. 2. c. 14. 23. alia.

2. Cor. 10. 4. *Arma militiæ noſtra non carnalia ſunt.* Ideo pœnæ Eccleſ. ultra excommunicationem non procedunt: unde deteſtandum inquiſitionis tribunal, & omne genus pœnarum corporearum, quibus Antichriſtus ſævire in adverſarios ſuos ſolet, & ne Regibus quidem atque Principibus parcit: fides enim perſuaderi debet rationibus, nõ vi imperari; Doctoribus ad id opus eſt & argumentis, non fidiculis & carnificibus. Quod ſi aliquando Magiſtratus pius & fidelis, tanquam utriuſque tabulæ cuſtos, ac etiam ſervandæ tranquillitatis gratiâ in rep. in blaſphemos & hæreſiarchas, aut alios Eccleſiæ pacem perturbantes cenſet animadvertendum, id facit ſuo jure, non tanquam Executor judiciorum Eccleſ. aut inquiſitionis Pontificiæ tortor. In ejuſmodi perduelles, & non tantùm Eccleſiæ ſed & reip. hoſtes atque transgreſſores animadvertere Magiſtratum poſſe argumentis minimè dubiis oſtendit Guilh. Prynn Anglus (f) Eccleſiam autem gladium materialem non habere docet Cyrillus in Jo. l. 11. c. 35. ubi Petrus gladio percutiens reprehenditur à Chriſto, *Docemur*, inquit, *ſi nolumus in ſimili certamine Deum offendere, quòd non ferrum accipiendum, non lapides projiciendi, non fuſtes in adverſarios Chriſti erigendi ſunt &c.* Hinc Chriſtus Petrum, quem Principem Epiſcoporum faciunt, exarmavit: Joh. 18. 11. Unde nunquam etiam primi Chriſtiani adverſus Cæſares, Reges, principes infideles, multò minùs adverſus fideles pro fide, nedum pro externa aliqua re ſeditiones ullas fecerunt, nullas proſcriptiones evulgave-

Arma Eccleſiæ.

Zz 2

f) *Latinè editus Baſil. 1649.*

Ann. 58. gaverunt, ſed precibus pugnaverunt pro ſalute illorum pariter atque ſua, ut docet Tertullianus lib. adv. Scapulam. Unde ergo hodierni Epiſcopi Monaſterienſis arma tam furioſa, quæ ſuo & aliorum nomine contra Belgas, imò etiam contra Imperatorem Dominum ſuum circumfert? Unde gladius ille benedictus eidem ab Alexandro miſſus? Quâ fronte Jeſuita ille Moguntinus nominatum Epiſcopum Patrem patriæ, domitorem hoſtium, terrorem Turcarum compellat?

§. 15.) 2. Cor. 10. 6. *Paratum habendo, quo ulciſcamur omnem inobedientiam.* Impiè his in Regum & Principum excommunicatione & depoſitione Papa abutitur. Confer 1. Cor. 4. 21. 1. Tim. 5. 19. quibus dominari & inſultare politico Magiſtratui volunt, cùm tamen omnia de ſolo judicio & poteſtate Eccleſiaſtica ſonent, quâ Sathanæ traduntur peccatores: 1. Cor. 5. 5. ita v. 8. 2. Cor. c. 10. *Nam ſi amplius etiam quippiam glorier de jure noſtro, quod dedit Dominus nobis ad ædificationem, non autem ad deſtructionem.* Ergo non ſolus Petrus claves habuit: neque reliqui eas à Petro acceperunt, ſed à Domino. Mali ergo ſervi eſt abuti his, iíſque deſtruere, non ædificare.

Chriſtus ſolus Eccleſiæ Caput.

2. Cor. 11. 2. *Aptavi vos uni viro, Chriſto, virginem puram ſiſtere.* Confer Apoc. 21. 2. Pſalm. 45. Solus ergo Chriſtus Sponſus eſt & Maritus Eccleſiæ ſuæ: quo nomine incommunicabili amor ejus erga Eccleſiam declaratur, & officium ſimul Eccleſiæ. Ita Chriſtus & Eccleſia ſunt unum corpus, una caro, conjugali amoris vinculo conjuncti & colligati. Nemo ergo niſi Antichriſtus, hunc ſibi honorem ſumit, ut Eccleſiæ dicatur ſponſus. Non votis Monaſticis, ſed vera & juſtificante fide (quâ etiam pii conjuges gaudent) ſpiritualis inter Chriſtum & Eccleſiam deſponſatio facta dicitur: Oſ. 2. 19. Malè itaque per virginitatem regni cœleſtis hæreditatem acquiri, ejúſque merito ſalutem evenire aſſerunt. Conjugio ſanè, non cœlibatu, nec ordine monaſtico ſpirituale Chriſti conjugium cum Eccleſia repræſentari legimus: Eph. 5. 23. Hoc loco quid aliud vult Paulus, quàm unum & ſolum Chriſtum Caput eſſe Eccleſiæ, nec aliud etiamſi viſibile ſit, dari: quia uni, non pluribus viris deſponſata eſt Eccleſia.

Paulus Summis Apoſtolis æqualis.

§. 16.) 2. Cor. 11. 5. *Puto me nihilo inferiorem fuiſſe ſummis Apoſtolis,* i. q. c. 12. 11. Ergo 1. Paulus claves regni cœlorum, ac ligandi ſolvendíque poteſtatem mediatè à Petro non habuit. 2. Eidem Petro ſubjectus non fuit: confer Gal. 2. 6. 3. Nec authoritas Pauli à Petro dependit. Ne verò quidquam excipi putetur, non fruſtrà in *Nihilo*, & quidem *Summis*, quos inter Petrum cenſent, inferiorem ſe eſſe teſtatur. Ideò rectè noſtri inferunt: Si plures uno ſint Summi Apoſtoli, Ergo Petrus nec ſolus, nec œcumenicus fuit Pontifex, ſiquidem œcumenicus Pontifex ſolus eſt Summus. (*b*) Cajetanus

b) Fusè Chamier. T. 2. l. 12. c. 1. à §. 1.

Digitized by Google

jetanus (*i*) dicit, aliquos ex ſuis concedere, omnes Apoſtolos eſſe æquales Ann. 58.
poteſtate ordinis, Petrum autem ſuperiorem poteſtate jurisdictionis: alios fateri omnes Apoſtolos in poteſtate jurisdictionis pares, i. e. ſimiles fuiſſe: alios, fuiſſe pares in aliquo, quantum ad fidei deciſionem: alios, quantum ad executionem authoritatis. Ipſe Cajetanus duobus modis comparat Apoſtolos. 1. In quantum Apoſtoli, & ſic omnes æquales facit. 2. In quantum oves Chriſti, ab eo hîc corporali converſatione ſeparatæ: & ſic Petrum ſolum paſtorem, oves reliquos facit. Reſp. 1. Paulus nihil omnino excipit. 2. Sufficit, ſi, quà Apoſtoli, æquales, ſic enim poteſtate etiam in Eccleſia erunt æquales: & per conſequens Epiſcopi quoque æquales erunt, qui Apoſtolis ſucceſſerunt. Ergo tota Eccleſia Ariſtocraticè ab omnibus Apoſtolis fuit gubernata: de Apoſtolis enim, ut de publicis, non ut de privatis perſonis agitur: quod Paulus abundè ſuomet exemplo docet. Bellarminus Apoſtolos, ſecluſo etiam Petro, eſſe Capita, Rectores & Paſtores, cum ſumma atque ampliſſima poteſtate, imò cum plenitudine poteſtatis fatetur: & tamen ſupra ſe habere Caput, nimirum Petrum, & ab illo pendere ſimul aſſerit. Iterum Bellarminus pares Apoſtolos honore & poteſtate facit, quando (*k*) *Fatemur*, inquit, *Apoſtolos fuiſſe pares in Apoſtolica poteſtate, & habuiſſe in populos Chriſtianos eandem omnino authoritatem: ſed non fuiſſe pares inter ſe.* Reſp. Nihil tamen inferunt, quia Apoſtoli ut publicæ perſonæ conſiderantur, eodem modo vocati & dimiſſi fuerunt.

§. 17.) 2. Cor. 11. 28. *Urget me ſolicitudo* (μέριμνα) de omnibus Eccleſiis. Ergo inter κορυφαίους ſeu primarios, vel immediatè à Chriſto Paſtores & Apoſtolos ſe numerat Paulus. Frequenter hoc dicto pro Papæ Monarchia aſſerenda utuntur. Reſp. 1. Ergo etiam Paulus Papa Romanus fuit. Certè Chryſoſtomus in hunc locum, Paulum totius orbis curam geſſiſſe dixit. Nec dubium, quin eadem cura etiam reliquos Apoſtolos attigerit. 2. Ergo aliis etiam cathedris, quibus idem tribuitur, eadem ſupereminentia deberetur. 3. Hæc ſolicitudo omnibus Miniſtris, imò & fidelibus membris incumbit. 4. Demonſtrent jus Romani Epiſcopi ſpeciale. Quamvis igitur Apoſtoli partiti inter ſe fuerint provincias, inprimis Petrus & Paulus Judæos & Gentes ad Galat. 2. vera tamen hîc loquitur Paulus, quia generales & univerſales fuêre, ita ut abſurdè ex Apoſtolis Diœceſanos quidam faciant Epiſcopos, ſicut & Petrum. Ex hac ergo univerſitate nulla Petro prærogativa accedit, quandoquidem eodem modo etiam reliqui paverunt & docuerunt, in fide inſtituerunt, ac de omnibus cœteris ſoliciti fuerunt. Ergo & ſingulis, & omnibus Apoſtolis Eccleſia tota à Chriſto fuit commendata: Act. 18. Hinc Catholicæ Epiſtolæ ad nullas particulares Eccleſias ſcriptæ. Etſi autem Apoſtolus ſolicitudinem ſibi omnium Eccleſiarum incumbere dicit, id tamen non evincit, unum hominem ſufficere regundis omnibus Eccleſiis:

i) *tract. de poteſt. P. & Conc. c. 2.* (*k*) *l. 1. de R. P. c. 12.*

Ann. 58. cleſiis : aliàs quorſum vocati & inſtituti fuiſſent plures Apoſtoli, viríque Apoſtolici à Chriſto? Quorſum provincias inter ſe diſtribuiſſent? Verſu autem ſequenti 29. ſemet explicat Paulus, unde interpretes hanc curam ex charitate proveniſſe dicunt. Obj. Ea ſolicitudo intelligitur, quæ non ſolo animo, ſed opere etiam exteriore exercetur. Reſp. N. quia fieri iſthoc ab uno homine nequit, unde plures Eccleſiæ extitere, ad quas Paulus nec pervenit, nec ſcripſit. Obj. Non alia hodie Papæ ſolicitudo adſcribitur, quàm talis, de qua Paulus hoc loco. Reſp. 1. Ergo Paulus, imò & reliqui Apoſtoli Papæ fuerunt. 2. Negatur nihil aliud tribui Papæ, tantum enim ſibi ſumit, ut à ſe uno & ſolo pendere dicat omnes omnino Eccleſias, legéſque accipiant. Longè ſanè differunt, habere ſolicitudinem omnium Eccleſiarum, & regere omnes Eccleſias; curam habere Eccleſiarum, & univerſalem eſſe.

§.18.) *Nulla re inferior fui Summis Apoſtolis*: 2.Cor.12.11. ſecundùm hoc repetit: 2.Cor.11.5. niſi quòd λογίζομαι hoc loco omittat. Ergo aliqua majoritas & minoritas inter Apoſtolos, id quod lubentes largimur, ſi vel perſonalia ſpectes, vel alias circumſtantias, quæ dominium tamen nullum inducunt, utpote quòd Petrus natu maximus, os reliquorum, & ordine primus &c. Quotus enim quiſque eſt hominum, cui non prærogativæ aliquæ aſſignari queant i.e. talia, quæ alicui peculiaria, unde tamen nihil magni concludas. Quocirca nihil apud nos adverſarii efficiunt, utut ſuperſtitiosè Petri privilegia conquirant & congerant. Eccui enim hac in parte Apoſtolorum cedit Paulus? Præferunt ſanè talia privilegia, at non abſolutè, ſed in quibusdam tantùm; & quia perſonalia utplurimùm, ad ſucceſſores tranſire non poſſunt.

2. Cor. 12, 20. *Metuo ne quo modo, quum venero, non quales velim inveniam vos, & ego inveniar vobis, qualem nolitis &c.* Reſp. Omnia hæc tum de ſeveritate Eccleſiaſtica in genere v. 21. in ſpecie de Apoſtolica v. 12. quale genus punitionum miracula, quibus vel per ſe Paulus percutere poterat contumaces, vel per miniſterium Sathanæ &c. Eadem ratio 2.Cor.13.2.

Epiſtola ad Romanos. §.19.) In Græcia menſes 3. ſubſtitit Paulus: Act.20.3. (*l*) poſtea in Syriam navigaturus ob inſidias Judæorum, reverſus eſt in Macedoniam. Antequam autem eò perveniret, Corinthum verſus iter direxiſſe, ac Cenchreis Epiſtolam ad Romanos ſcripſiſſe Baronio (*m*) ex Origene & aliis videtur: aliis cùm Epheſo diſcedens iter inſtitueret Hieroſolymas. Inſcriptio habet Corintho, ubi tamen Cenchreas navale Corinthi fuiſſe notandum. Alii anno 53. alii 55. alii 56. alii 60. datam volunt. Latinè ſcriptam hanc Epiſtolam nonnullis placuit, & mirum Scholiaſten Syrum apud Lud. de Dieu in eadem eſſe ſententia, quam cùm adoptâſſet Jeſuita Salmero, ſocius Corn. à Lapide præf. in illam Epiſtolam, ex Græciſmis, quibus illa ſcatet, Græcum textum eſſe originalem, & Pauli ἀυτόγραφον apodictìcè collegit. Inter Pauli Epiſtolas

l) Bar.§.42.ſeq.Spond.§.18. (m) à §.46.Spond.§.19.

Digitized by Google

las ſeptima putatur.primo autem loco ponitur,juxta Gaulterium Jeſuitam, Ann.58.
non quòd primò ſcripta,ſed propter dignitatem Romanorum ; ita ad Hebræos ultimo,quia adhuc convertendi: quæ quidem rationes frivolæ. Rectè alii,quia Paulus,ut magnus artifex, ſummam, & velut corpus integrum, totius doctrinæ Evangelii complectitur. Ob præſtantiam igitur Argumenti primum locum nacta,utpote quæ plenam & artificioſam præcipuorum doctrinæ Chriſtianæ dogmatum explicationem complectitur, ut auctor eſt Theodoretus, unde & clavis dici ſolet, non tantùm totius N. T. ſed etiam univerſæ Scripturæ S. quâ intellectâ reſerantur omnia Scripturæ myſteria. Partes ejus duæ ſunt,una Doctrinalis, altera Parænetica. 1. Inſtitutionem de Juſtificatione à v.16.cap.1. ad cap.6. de ſanctificatione cc.6.7.8. & prædeſtinatione cc.9.10.11. complectitur, ſub quibus, tanquam dogmatis generaliſſimis, ſpecialia reliqua comprehenduntur. 2. Exhortationem ad vitam Chriſtianam, & virtutes homine Chriſtiano dignas,tum communes cap. 12. tum proprias, partim quidem erga Magiſtratum cap.13. partim erga infirmos cap.14. & 15. ſub cujus finem totam Epiſtolam finit. Et hanc Epiſtolæ methodum in aliis bene multis obſervat Apoſtolus. *(n)*

§.20.). Tam igitur Judæis, quàm Gentibus (licèt Gentium Doctor Gentibus potiſſimùm ſcribat) occurrit Paulus (*o*) illis, quòd Juſtificatio ſit gratuita,neque per Legem ſalus proveniat: his, quòd Gentes ad hanc gratiam quoque vocatæ, quòd Judæi penitus ex illa non exciſi neque abjecti. Hæc autem omnia non feciſſet Paulus, ſi B. Petrus Caput totius Eccleſiæ, Vicarius Jeſu Chriſti, Epiſcopus Romæ, ac ſi tunc Romæ fuiſſet. Ita neque Pauli, neque cœterorum Apoſtolorum Epiſtolæ ejuſdem cum Petri dignitatis fuiſſent, neque illis præpoſitæ fuiſſent,inpr. quia juxta ſeriem temporis non collocatæ: quandoquidem Papa vult, ut ſuæ Epiſtolæ eandem cum Conciliis Univerſalibus authoritatem habeant, eáſque Conciliorum actis immiſcet,atque adeò non ferret,ut Epiſtolæ ſucceſſorum reliquorum Apoſtolorum in æquali pretio haberentur, & in eodem ordine collocarentur. Quî verò tandem fit, quòd Paulus in prolixa & ſeria hac Epiſtola Romanos non exhortatus argumento à dignitate Eccleſiæ ſuæ, & primatûs Petrini deſumpto? Si itaque fundatio Rom. Eccleſiæ ſpectetur,eam aut magis,aut non minùs Paulo deberi, quàm Petro affirmamus: par enim fuit, ut Civitas,quæ erat Caput Gentium, à doctore Gentium primùm inſtitueretur. Et de Paulo habemus, quàm anxius fuerit de Romanorum converſione: Act.19.21. Licèt autem ante Pauli adventum fideles ibi extiterint, à Pauli tamen potiùs, quàm à Petri diſcipulis id factum videtur, ut ex tota Epiſtola adparet. Inſt. Ibi Petrus Judæorum,Paulus Gentium rationem habuit. Reſp. Ergo Petrus non fuiſſet Univerſalis, ſed conditionem cum Paulo initam ſervavit: at verò Roma Gentilibus magis, ſicut & reliquus orbis, quàm Judæis abundavit, inpr.

n) vide de Dom. l.4.c.1.§.14. ex Ambr. proœm. in Ep. ad Rom. (o) Bar. §.47. Spond. §.20.

Digitized by Google

Ann. 58. inpr. quando Judæi Româ exacti. Tamen vix ulla differentia in hac Epiſtola obſervatur.

§. 21.) Rom. 1. 8. *Fides veſtra annunciatur in toto mundo.* Nimium quantum hoc & ſimilibus dictis triumphant adverſarii: confer c. 10. 18. c. 15. 14. c. 16. 19. Hincque vaticinium ſomniant, eandem futuram eſſe aliquando Romanam & Catholicam Eccleſiam &c. (p) Nimirum quod Romana Eccleſia credebat, ita & credere debere cœteras nationes, dictiſque nihil addendum, nihil detrahendum, ſi omnino velint eſſe Catholicæ. Longè verò aliter Theodoretus in hunc locum, quem Cardinalis §. 48. allegat: *Neque enim fieri poterat*, inquit, *ut, quæ Romæ eveniebant, ea illos, qui erant in toto orbe terrarum, laterent, in illa enim Imperatores regiam ſuam habebant, & illinc emittebantur, & qui gentibus præeſſent, & qui vectigalia à Gentibus exigerent &c.* Longè aliter Ambroſius in proœmio Epiſt. ad Roman. *Romanis*, inquit, *iraſci non debuit, ſed laudare fidem illorum: quia nulla virtutum videntes inſignia ſuſceperant fidem Chriſti: quamvis corrupto ſenſu: non enim plenè audierant myſterium crucis Chriſti.* Dimanavit non minùs Romanorum fama in nobili illorum Capitolio, & publicorum privatorúmque operum magnificentia, & conſpicua ac regia dignitate, quæ tamen omnia hodie ſolo ſunt adæquata. Ita non minùs de Hieroſolymis ſcriptum Eſaj. 2. 3. *De Sion exibit Lex, & Verbum Domini de Hieruſalem.* Sic Antiochiæ ortum primum Chriſtianorum nomen, quam urbem ea de cauſa Caput totius orbis appellat Chryſoſtomus hom. 3. ad pop. Antioch. Eodem modo dictus eſt Euſebius Antiochenus *Regula Fidei*, Athanaſius item *Orbis Oculus*, & *Fundamentum Fidei*, apud Nazianz. Epiſt. 74. & in libello ejusdem ad Hieronem. An verò inde horum imperium in cœteras Eccleſias, vel horundem fidem nunquam defecturam colligat quis? Verùm objicit Baronius ex Chryſoſtom. hom. 2. in Epiſt. ad Rom. *Non dixit Paulus, Fides veſtra manifeſtatur, ſed annunciatur in univerſo mundo.* Item: *Licèt Eccleſiam Theſſalonicenſem magnis præconiis celebret, nihil tamen ejusmodi de ea loquitur.* Reſp. Imò omnium fidelium, inprimis Apoſtolorum fides, ceu verè Catholica, ubique terrarum fuit annunciata. Ecquid quæſo aliud, quàm quod de Theſſalonicenſibus 1. Ep. 1. 8. *A vobis non ſolùm perſonuit Verbum Domini in Macedonia & Achaja, verùm etiam in omnem locum fides veſtra, quæ eſt in Deum, dimanavit.* Et clariùs v. 7. *Adeò ut fueritis exemplaria credentibus in Macedonia & Achaja.* Aſt quis inde primatum Theſſalonicenſibus, quis fidei dominium & magiſterium eisdem aſſignet? Quis fidem illorum nunquam defecturam concludat? Certè ne ſcintilla quidem fidei hodie ibi reliqua. Quis hæc talia dicta nonniſi de virtute vel Romanorum, vel Theſſalonicenſium intelligat? Obj. Evangelium duobus modis ad omnes gentes pervenit. 1. famâ. 2. per prædicatores proprios & fundationem Eccleſiarum. Reſp. Famâ perlatum ad omnes

p) *Baron.* §. 48 *item* 51. *ſeq. Spond.* §. 19. *n.*

mnes gentes, & primò quidem, nimirum Apoſtolorum tempore, ipſe Bellarminus concedit, ſicque contra nos non facit. De fundatione autem Eccleſiarum ſuis locis dicetur. Ita ergo inaniter ſe Romanenſes titillant, & aquam in pumice quærunt. Audiendus hîc Lætus: (q) *Roma, inquit, tempore exarata hujus Epiſtolæ, tum jam florentiſſima fuit Eccleſia, ſive eam (ſi quid Recognitiones Clementis valent) Barnabas ſub Tiberio fundârit, ſive ſpectatores miſſionis Spiritûs ſancti domum reduces fideles, ſive Andronicus & Junia, cognati Pauli, & inſignes inter Apoſtolos, puto LXX. diſcipulos: ſive Urbanus coadjutor Pauli in Chriſto, unà cum Aquila.* Tam abeſt, ut Paulus primatum Romæ tribuat in omnes alias Eccleſias, ut tanquam futurorum præſagus, graviter eos ab arrogantia dehortetur, & moneat, ne ſuper alios ſe efferant Rom. 12. item ut obediant Magiſtratibus, nec reſiſtant ordinationi divinæ, ad ſe jus gladii rapientes c. 13. neque præceptis de obſervatione dierum, & de diſcrimine ciborum judicent, & perturbent infirmos fratres: c. 14. & 15. tantum abeſt, ut infallibilitatem ab errore eis promittat, ut vehementer illis minetur: c. 11. 18. ſeq. confer Apoc. 11. 13. 14. &c. Contrà annon magnifica, quæ de aliis quoque Eccleſiis deprædicat: 1. Cor. 1. 5. 6. c. 10. 15. Philip. 4. 1. alibi. Ann. 58.

§. 22.) Romanorum magnam curam geſſit Gentium Apoſtolus: eò proinde ſe conferre, & Evangelii curſum ibi promovere, eíſque evangelizare ſæpe cogitavit: vide Rom. 1. 13. ſeq. At quid his opus, ſi Petrus vel fuiſſet Romæ, vel ſedem ibi fixiſſet, ſeu ad tempus aliquod aliò excurriſſet?

Rom. 2. 19. ſeq. *Perſuaſus es, te ducem eſſe cœcorum &c. qui doces alium, teipſum non doces &c.* Contra indoctos, inertes & vitioſos Epiſcopos atque ſacerdotes hæc faciunt.

Rom. 6. 16. *An neſcitis, quòd cui vos ſiſtitis ſervos ad auſcultandum, ejus ſervi eſtis, cui auſcultatis.* De converſione quidem & tranſgreſſione loquitur; at planum Pauli argumentum & ratio, ab obedientia, meræ hominum voluntati ſubdita deducta: confer 2. Pet. 2. 19. Quare nemo Chriſtianus tenetur ſequi, probare & agnoſcere legem ullius paſtoris & epiſcopi, ex ſolo illius arbitrio profectam, & pro lege eam habere. Aliis ergo cœcam obedientiam relinquamus.

Rom. 8. 8. Carni vivere eſt mundo, Diabolo vivere. Mendacium ergo eſt, conjuges clericos his verbis comprehendi, ſeu clericorum conjugium heic prohiberi: quaſi verò nulli cœlibes, ſeu monaſtici carni vivant: quaſi ſanctuli omnes.

Rom. 10. 17. *Fides ex auditu eſt, auditus autem per Verbum Domini.* Ergo fides non eſt ex auditu hominum, aut Conciliorum. Neque tamen quivis, ſed genuinus ſcripturæ ſenſus intelligitur. Intelligentia proinde illo-

Aaa rum

q) *hiſt. c. 4. §. 2.*

Digitized by Google

Ann 58. rum, quæ ad ſalutem noſtram pertinent, non aliunde, quàm è ſcriptura de-
conf. §.21. promi poteſt & debet.
ad Rom. 1. 8.

Rom. 10. 18. *In omnem terram exivit ſonus eorum*, Pſalm. 19. 5. Nihil aliud vult Paulus, quàm fidem Chriſti, ſeu Evangelium etiam tunc temporis in toto mundo annunciatum & propagatum eſſe.

§. 23.) Dedit eis (Judæis) *ſpiritum ſoporis* &c. Rom. 11. 8. Confer Eſaj. 6. 9. c. 29. 10. Matth. 13. 14. Sanè judicia Dei in Júdæos varia & horrenda. 1. In Republica, dum per Romanos ſublata judicia capitalia: Joh. 18. 31. 2. Per frequentes populi, inprimis Hieroſolymitani, rebelliones, & tandem plenaria excidia, 3. Deſtructione Templi. 4. Pontificum defectu, quorum ultimus Phannias ſive Phannaſus, homo rudis & illiteratus. 5. Doctoribus hæreticis & traditionibus addictis. 6. Confuſione tribuum & familiarum. 7. Univerſæ gentis exilio. 8. Animi cœcitate & obſtinacia, unde rara illorum converſio. Stupenda ergo Latinorum cœcitas, ſibi perſuadentium, ſe veritatem & Spiritum ſanctum in ſumma ſua ſecuritate, & verbi cœleſtis contemtu amittere non poſſe, cùm contrarium de Judæis Paulus teſtetur, hócque ipſum in exemplum etiam Romanis ob oculos ponat. Ita v. 17. ſeq. inprimis v. 20. *Tu per fidem ſtas, ne effertor animo, ſed metue*: inprimis v. 21. 22. *Si Deus naturalibus ramis non pepercit &c.* Quòd ſi Petrus Romanus Papa fuiſſet, ibíque ſediſſet, nónne Paulus tantam Dei gratiam probè illis repræſentâſſet, eis gratulatus, & ad obediendum tam excellenti Paſtori eos exhortatus fuiſſet? Id verò tam procul abeſt, ut graviter eis minetur, ut Romam à defectione & rejectione tutam reddere noluerit. Imò quid aliud quàm apoſtaſiam aliquam, dictante ita Spiritu ſancto, prævidit? Judæos, inprimis autem Hieroſolymitas Gentibus longè præfert hoc loco: confer c. 15. v. 19. & 27. Quare rectè Ribera in Apoc. 14. v. 39. nullam Eccleſiam immunem eſſe ab exciſione cenſuit, nî perſiſtat in benignitate Dei. Ergo Romam viſibilem illam, & ab errore immunem Chriſti Eccleſiam non credidit Paulus. Unde Latinorum quidam Doctores ſtatuunt, Romanam Eccleſiam in fine mundi defecturam. At in his temporibus nunc verſamur. Sola itaque Chriſti ſedes firma tutáque manet & ſubſiſtit.

Rom. 12. 5. *Multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem, alii aliorum membra.* Adhuc vivit Chriſtus, adhuc regnat in Eccleſia. Nullum ergo aliud Caput agnôſcebat Paulus (& quidem in hac ad Romanos, quorum paſtorem Petrum fuiſſe volunt, Epiſtola) niſi Chriſtum; & inter membra Chriſti non ſecus includit etiam Petrum, quàm ſe & alios Apoſtolos atque fideles. Æquè omnibus convenire docet, ut ſint membra adinvicem, & neminem eorum habere etiam relationem ad alios, niſi membri, ita ut ab unoquoque excludatur relatio Capitis quæcunque. Et quidem de militante Eccleſia hæc loquitur, cui adverſarii Viſibile Caput obtrudere volunt, contra clariſſimum Pauli teſtimonium, ſolum Chriſtum Caput agnoſcentis.

Quin

Digitized by Google

Quin accuratiùs obſerva, quòd ubicunque Scriptura de Capite loquitur Eccleſiæ, & ſimilitudinem membrorum corporis & capitis tractat, utpote heic, & 1. Cor. 12. Eph. 4. 5. & alibi, ne verbulo quidem meminerit Vicarii iſtius & Viſibilis Capitis, quod Romanenſes jactitant. Pulchrè ad hunc locum Libertas Gallicana, Concilium ſupra Papam eſſe oſtendens: *Totum eſt*, inquit, *plus & majus parte, totum corpus plus eſt membro. At Papa nonniſi pars eſt magni illius totius, ſcil. Eccleſiæ nonniſi membrum eſt. Hinc Gloſſa in canonem Legimus: Hic eſt argumentum, quòd ſtatuta Concilii præjudicant ſtatuto Papæ, ſi contradicant* &c. Ann. 58.

§. 25.) Rom. 13. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto.* Confer Tit. 3. 1. 1. Pet. 2. 13. Oſtendere vult Paulus, Moſis leges non aboleri à Chriſtianis, quæcunque ad imperium publicum ſocietatémque civilem pertinent: vid. Jer. 25. 9. ſeqq. Duobus autem præcipuè argumentis confirmat hoc ſuum præceptum. 1. Ut evitent iram, i. e. pœnam Magiſtratûs temporalem. 2. Ne lœdant conſcientiam h. e. ut pœnæ æternæ obnoxios ſe non reddant. Nimis conciſè putat Perronius, videri Paulum eos ſaltem Imperatores intelligere, quorum dominatio inſtituta ante chriſtianiſmum, non autem Turcam aut alios, qui à Chriſto defecerint. Nimirum eò cum ſuis tendit, ut doceat Nullis Principibus obedientiam deberi qui ad nutum Papæ non credunt, non vivunt. At nulli Magiſtratui, ſeu ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις (poteſtatibus ſupereminentibus) ſubjectionem & obedientiam negat, in iis ſcil. rebus, quæ contra Deum non ſunt. Πᾶσα ψυχὴ, omnis anima. Ergo omnes quoque Romani, ad quos hæc ſcribit Paulus, omnes Chriſtiani, tam Clerici, quàm Laici, nemine excepto, ne Petro quidem, ut hinc ritè concludit Libertas Gallica, (r) ſeculari poteſtati ſubjecti ſunt, & quidem ex animo. Inde bene Chryſoſt. *Etiamſi Apoſtolus ſis, etiamſi Evangeliſta, etiamſi Propheta, ſive quiſquis tandem fueris.* Confer Aug. in expoſitione quarundam propoſitionum Epiſtolæ ad Rom. propoſ. 72. Ergo multò minùs Romanus Epiſcopus eximitur. Quin adhuc addit Chryſoſtomus, non dicere Apoſtolum πειθέσθω, pareat, ſed ὑποτασσέσθω, ſubjiciatur unuſquiſque. Et ſic Oecumenius in hunc locum. Iterum Chryſ. hom. 2. ad Pop. Antioch. vocat Imperatorem *Summitatem*, & *Caput omnium ſuper terram hominum*. Ideo hæc Civilis ſeu Regia poteſtas ὑπερέχουσα ἐξουσία vocatur, quia ſupra eam nulla alia, quia vim & coactionem adhibere poteſt, quia gladium geſtat, quæ Miniſtris Eccleſiæ non conveniunt: Luc. 22. 25. 26. Ideo Grat. cap. 33. q. 2. c. inter hæc. *Eccleſia non habet gladium, niſi ſpiritualem, quo non occidit, ſed vivificat.* Et Bernhard. (s) *Si omnis*, inquit, *& veſtra, quis vos excipit ab univerſitate? Si quis tentat excipere, conatur decipere.* Idem (t) *Nunquid dominationem reliquit ſucceſſoribus ſuis* &c. Obj. Hic Pauli locus etiam de Eccleſiaſticis Principibus agit, ſeu de poteſtate Eccle-

Aaa 2 cleſia-

r) T. 1. p. 585. (s) Ep. 42. ad Henr. Senon. Archiep. (t) l. 2. conſid. ad Eugen.

Digitized by Google

Ann. 58. cleſiaſtica. Resp. N. quia non ſunt ὑπερέχουσαι ἐξουσίαι; neque ἄρχοντες, Principes; neque debent φοβεῖσθαι pii Epiſcopi & paſtores; neque φορῦσι μάχαιραν, gladium non portant: 2. Cor. 10. 4. Matth. 26. 52. neque tributa his penduntur: conf. Tit. 3. 1. Unde Gloſſa ordinaria: *Poteſtatibus ſublimioribus, id eſt, ſecularibus, bonis vel malis.* Ideo Chryſ. in hunc locum, præſcribere fatetur Apoſtolum non modò βιωτικοῖς, ſecularibus ſ. Laicis, ſed ἱερεῦσι καὶ μοναχοῖς, Sacerdotibus & Monachis. Proinde rectè Henricus VII. Imp. extrav. tit. 1. hoc de Romanorum Imperio interpretatur, & ait, Paulum præcipere, ut omnis anima Romanorum Principi ſit ſubjecta. Niſi malit Papa Imperium Romanum è medio jam ſublatum, cui Antichriſtus ſucceſſerit: 2. Theſſ. 2. 7. Obj. Scripſit Apoſtolus illis temporibus, quibus ex metu & neceſſitate Chriſtiani omnes tenebantur Ethnicis etiam Magiſtratibus ſubjici, nec proinde hodie obligatorium illud mandatum. Reſp. At præter jam allata, rationes Pauli convincunt, dum ait: *Non tantùm ob iram, ſed etiam ob conſcientiam* &c. item *Dei ordinationi obſiſtit* &c. Impium igitur eximere Clericos ab obedientia erga Magiſtratum, immunes illos à tributis & oneribus publicis pronunciare; *(u)* Jeſuiticum, malos Principes quavis arte tollere: Antichriſtianum cùm ajunt, Eccleſiam i. e. Papam jure ſuo poſſe Magiſtratum infidelem exauctorare, juramento ſolvere ſubditos, regno & vitâ ſummas etiam poteſtates exuere.

§. 26.) Cæſari igitur danda quæ Cæſaris; & Deo, quæ Dei: Matth. 22. 21. Marc. 12. 17. Intolerabile proinde cùm dicunt: *Domini* (Papæ) *terra plenitudo.* Extra Chriſtum enim alium Dominum non agnoſcimus: Matth. 23. 10. Eph. 4. 15. Col. 1. 18. qui Vicario non indiget: Matth. 18. 20. Delirat itaque Rufus & ſimul imponit, quando diverſam facit poteſtatem ſublimiorem, ſeu plura ejus genera & gradus, ubi cuique in ſuo ordine & genere parendum; (x) ad omnem autem poteſtatem hanc Pauli legem pertinere pertendit, pro exemplo verò Civilem Magiſtratum proponi: hinc v. 7. *reddite tributum, cui tributum debetur: cui vectigal, vectigal: cui honor, honorem.* Reſp. Et hæc omnia Magiſtratui politico, de quo hîc copioſè Paulus & ſingulariter quidem, debentur: quem oppugnando violat Rufus & ſequaces, maximè dum relinqui in controverſia vult, quæ omnium ſit ſumma poteſtas, quodnam ſummum imperium in rep. Chriſtiana: & dum Eccleſiaſtica cum politicis, adeóque utranque poteſtatem peſſimè confundit, & ex illa nonniſi mundanum imperium atque dictaturam facit. Tam abeſt, ut nos adſtipulatores Rufus habeat, ut uno ore profiteamur, Magiſtratui competere inſpectionem etiam & poteſtatem in rebus religionis, & perſonas Eccleſiaſticas: vide Deut. 17. 20. 2. Reg. 18. 6. 1. Tim. 2. 2. Docet hîc clariſſimè Paulus vigere penes Magiſtratum in Eccleſia poteſtatem mandandi, puniendi quamvis animam: cujus vi, ubi juſta ſubeſt cauſa, ipſi quoque Eccleſiaſtici, niſi

u) vid. Kipping. Polit. l. 2. c. 4. (x) contra Car. Molina. p. 550.

niſi pareant, &, quod jubent, faciant, obnoxii ſunt non ſolùm iræ, ſed etiam divino judicio. Rectè Auguſtin. (y) *In hoc Reges, ſicut eis divinitus præcipitur, Deo ſerviunt, in quantum Reges ſunt, ſi in ſuo regno bona jubeant, mala prohibeant, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verùm etiam quæ pertinent ad divinam religionem.* Optatus Milevit. *Non eſt Reſp. in Eccleſia, ſed Eccleſia in Rep.* Conſtant. M. in inſcript. vet. dicitur *Religionis & Fidei Auctor.* (z) Peſſimè ergo Bellar. (a) Reges, Principes, & quoſvis Magiſtratus ſummos, qui membra Eccleſiæ ſunt, dignitate & honore inferiores eſſe Eccleſiaſticis: *Sic enim*, inquit, *primum locum habent Epiſcopi, præcipuè Pontifex Summus; ſecundum Presbyteri; tertium Diaconi, aliique Miniſtri Eccleſiaſtici; ultimum Laici, inter quos etiam Reges & Principes numerantur.* (b) Iterum: quando Reges & Principes in conventibus Eccleſ. ſedent ante Epiſcopos, id tantùm per tolerantiam Epiſcoporum fieri judicat. At nos juxta Spiritûs S. canonem, Magiſtratui Summo in Eccleſia Chriſtiana primum locum aſſignamus. Franci olim & Germani jus evocandi Epiſcopos, Abbates & cœteros Clericos, ad Concilia, fora ſeu judicia, ad curiam & aulas Magiſtratibus & Principibus conceſſere, ut clarè demonſtrat Lemannus in Chron. Spirenſi lib. 2. cap. 4. à p. 170. Unde etiam tributa dederunt & cenſus: ib. p. 171. Ann. 58.

§. 27.) Aut ergo contra Paulum negandum, omnem animam ſubjici debere Magiſtratibus, aut ſub animabus Papa cum ſuis gregibus non comprehendetur, ſed ſub hominum ſceleratorum genere, qui dominationes deſpiciunt: 2. Pet. 2. 10. Judæ v. 8. (c) Rex, non quà Rex, ſed ut membrum Eccleſiæ, parebit ſuo Epiſcopo ſeu paſtori: at ea obediendi ratio tota ſpiritualis: proinde politicum corpus ab Eccleſiaſtico diſtinguendum. Negamus Principem Eccleſiaſticum ſublimiorem eſſe ſeculiari abſolutè, ſed in rebus Eccleſiaſticis. Imò Eccleſiaſticum Principem planè non admittimus. Neque alicujus penſi facimus prætenſas donationes, utpote quæ in Verbo D. fundamentum non habent, eáſque non acceptare Eccleſiaſtici, neque dare politici debuiſſent. Omnis poteſtas laica ſuprema, quà eſt poteſtas, etiam in triplici regimine, immediatè eſt à Deo, adeóque ſuperiorem non habet. Neque electio poteſtatem facit, ſed illam poteſtatem certo ſubjecto applicat. Proinde inepti ſunt & iniqui Romanenſes, qui poteſtatem Eccleſiaſticam à Deo, politicam à multitudine derivant. (d) in hunc finem, ut eò faciliùs ſe ab obedientiæ officio ſubducant. At poteſtas hæc DEI vocatur ordinatio: quocirca ſubjectio quoque juris eſt divini, cujus fundamentum eſt in ipſa natura. Ideo quemadmodum clerici homines eſſe non deſinunt, nec naturam tollere

 poſſunt,

y) Cont. Creſcon. l. 3. c. 51. (z) viſe Arnd ant. l. Magiſtratûs poteſtas in ſacra. (a) lib. de Laicis c. 17. (b vide eund. l. 1. de Pont. c. 7 & l. 1. de Conc. c 19. (c) vid Dorſchei in Thomam Aq. th. 22. à p. 122. Cham. T. 2. l. 15. c. 17. (d) de Dom. l. 6. c. 2. toto, inpr. §. 2 & à §. 37.

Ann. 58. poſſunt, ita neque eximere ſe licet, multò minus ob veræ ſententiæ defenſionem excommunicare ullum poſſunt. (e)

§. 28.) Eandem ob cauſam rectè atque piè Patres docuerunt, non tolli poteſtatem politicam ab Evangelio, ſed ſtabiliri, optiméque ordinari: vide Covarrouviam pract. quæſt. c. 31. num. 3. Novell. conſtit. 85. Unde Juſtinianus & Theodoſ. multas in Codice Leges, perſonas, bona, & diſciplinam Eccleſ. ſpectantes ordinârunt, ſub tit. de Epiſcopis & cler. de SS. Eccleſia &c. (f) Ita S. Thomas in hunc locum privilegium clericorum à tributis non juri divino, ſed Principum privilegio adſcribit. Utut ergo privilegium Conſtantini de Epiſcopali audientia ſeſe habeat, de jure meritò quærimus, & triſtis multiplex experientia malos tot effectus teſtatur: deinde non fuit appellatio à Civili Magiſtratu ad Eccleſiaſticum, tanquam ad ſuperiorem, ſed tantùm ut, altera parte Magiſtratûs Civilis forum declinante, & petente cauſam remitti ad forum Eccleſiaſticum, Antiſtitis judicio altera pars ſe ſiſtere cogatur. Inſuper non fuit hæc jurisdictio, ſed audientia tantùm, & arbitrium in Civili negocio. Eadem planè cum Conciliorum decretis ratio, ubi præterea notandum 1. particularia Concilia in quibuſdam cauſis civilibus verſata, quatenus eæ Eccleſiam quoque tangebant, & ad poteſtatem clavium & diſciplinam Eccleſ. ſpectabant. Quanquam multa Concilia inpr. ſequiorum temporum, maximè autem Romana, modum & limites exceſſiſſe non negamus. 2. Hæc judicia occupata tantùm circa perſonas Eccleſ. quarum negocia pleraque, ea præſertim, quæ ad famam & mores ſpectarent, foro Eccleſiaſtico propter ordinis reverentiam, ſubjiciebantur. Unde verò tandem abſoluta illa immunitas, & regia poteſtas nata.

§. 29.) Non ergo generalis hoc loco propoſitio, ut Eccleſiaſtici Eccleſiaſticis, Laici Laicis, adeóque omnes ſuperioribus ſubdantur: quandoquidem Patres de ſola poteſtate Laica hoc Pauli dictum intelligunt & interpretantur. Firmum manet & immotum, quòd omnis anima Magiſtratibus in iis, in quibus poteſtatem ac jurisdictionem habet, ſeu quæ temporalia ſunt & civilia, ſubdita eſſe debeat, nullis Clericis aut Monachis exceptis. Neq; enim Magiſtratum dari Eccleſiaſticum cenſendum, nec locum hunc de Paſtoribus, ſed de poteſtatibus ſublimioribus agere. Ideo Libertas Gallicana (g) nullius valoris omnes Bullas Papales contra Reges & Principes editas judicat: eò ipſo, quòd tales per excommunicationem privari jure obedientiæ, ipſis debitæ nequeant: qua ratione in primitiva Eccleſia ſumma modeſtia & charitas adhibita. Inde factum, ut Ambroſius excommunicans Theodoſium excommunicatione minore, eum neque communione cum fidelibus, neque obedientiâ ſubditorum privaverit, ſed ad tempus ſaltem aditu Eccleſiæ, quouſque pœnitentiam feciſſet. Futilis ergo Bellarmini ſubtilitas, cùm dicit: *Non ait*

Paulus

e) Veneti p. 146. & 148. (f) Veneti p. 48. ſeq. inpr. 162. ſeq. (g) T. 1. p. 208. ſeq. & 220.

Digitized by Google

Paulus, Omnis anima poteſtatibus politicis, ſed ſublimioribus ſubdita ſit: demonſtrandum enim, ſublimiorem eſſe poteſtatem Magiſtratu politico: de quo prolixè de Dom. l. 6. c. 4. à §. 12. Rectiſſimè Marca (*h*) Reges à Deo poteſtatem ſuam immediatè trahunt. Ibidem tamen Archiepiſcopus vehementer errat, quando nonniſi tuitionem Eccleſiæ, non item executionem canonum & decretalium Regibus tribuit. Et verò ex Demetrio Bulgar. Archiep. (*i*) Græcos Eccleſiaſticæ diſciplinæ totius ſummam Principibus ſuis etiam in inferiori ætate detuliſſe fatetur. (*k*) Ann. 58.

§. 30.) Inter alias utriusque ordinis differentias ea non poſtrema cenſetur, quòd *gladius*, de quo Paulus v. 4. ad ſolum Magiſtratum politicum ſpectat, unde liquet, de eo loqui & agere hoc loco Apoſtolum, cumque ſolum Principis nomine venire, cùm Eccleſiaſticis nonniſi miniſterium conveniat. Et hac ratione Regnum Chriſti non de hoc mundo eſſe dicitur, utpote quod non vi, non armis, ſeu gladio Regnum ſuum amplificat, iisve ad defenſionem dicitur.

Non tantùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: v. 5. Hinc quæritur, an & quatenus edicta Principum obligent conſcientiam. At ſi Principum edicta obligent conſcientiam, multò magis Eccleſiaſticorum, uti argumentatur Bellarminus (*l*) Reſp. 1. Solæ Dei leges per ſe, ſub ratione cultûs Dei, conſcientiam obligant. 2. Leges Civiles & œconomicæ in particulari, ut ſunt determinationes ad ſervanda præcepta Dei, & ad decorum, & ordinem in vita communi, obligant per ſe in generali. 3. Leges Civiles & œconomicæ, de ſolvendo tributo, excubiis &c. non obligant per ſe, ſub ratione cultûs Dei, quia ſunt de rebus per ſe mediis. 4. Leges Civiles in particulari obligant conſcientias per accidens, quatenus in illarum violatione turbatur pax publica, & datur ſcandalum. 5. Eadem ratio in Eccleſiaſticis. Imò infideli & hæretico Magiſtratui gladii jus non denegandum, hæretico enim Regi & Ethnico, tanquam legitimo ſubeſſe Domino & obſequi oportet, & parere Conſtitutionibus ejuſdem, non tantùm propter iram ſeu vindictam, ſed etiam propter conſcientiam: v. 5. Sub eadem cenſura tyranni etiam veniunt, ſiquidem Pauli tempore, quando hæc injungebat, regnabat Nero, tyrannorum primipilus. Ab hac ſubjectione ne Eccleſiaſtici quidem excipiuntur, unde toties Paulus jura quoque Civitatis Rom. implorat, quo ſe directè ſubditum eſſe arguit; & idem ad Cæſarem, tanquam ad ſupremum judicem provocat: Act. 25. 11. Et ipſe Petrus ſeriò hoc omnibus injungit: 1. Pet. 2. v. 13.

§. 31.) Rom. 15. 15. *Audaculè ſcripſi vobis fratres aliquatenus, veluti commonefaciens vos, propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo: ad hoc, ut ſim Miniſter Chriſti apud Gentes.* At ſi B. Petrus Romæ ſediſſet, ac Epiſcopus loci, ſeu Vicarius Generalis Chriſti extitiſſet; procùldubio mentionem illius feciſſet,

h) *Præf. i. ii. col. 2.* (*i*) *K. 4. col. 1.* (*k*) *conjunge Kipping. polit. l. 1. c. 10. §. 2.* (*l*) *l. 4. de R. P. c. 16.*

Digitized by Google

Ann. 58. feciſſet, ſéque apud illum excuſâſſet, ac de obedientia Petro præſtanda Romanos commonefeciſſet. Sic v. 14. *Perſuaſum habeo fratres, quòd impleti omni cognitione poſſitis etiam vos mutuò admonere.*

Paulus fundat Eccleſias. Rom. 15. 20. *Ita porrò contendens evangelizare, non ubi nominatus eſſet Chriſtus, ut ne ſuper alienum fundamentum ædificarem.* Cum hoc non minus ſeqq. commota confer v. 19. uſque ad Illyricum implevit prædicandi munus: v. 28. etiam Hiſpanias adire conſtituit, factum autem eſſe ipſi adverſarii concedunt. Quòd ſi Petrus omnium Particularium Eccleſiar. & totius Univerſalis fundamentum jeciſſet, tum Paulus non potuiſſet, niſi ſuper alienum fundamentum ædificare: quidpe miniſterium, quod in fundamento jaciendo occupatur, fundamentum vocat. Atque hoc etiam ſenſu Apoſtoli, non autem ſolus Petrus, fundamentum quoque dicuntur. Cavebat ergo Paulus, ne alium Apoſtolum interturbaret. Sic inter Apoſtolos convenit, ut partes mundi inter ſe, & inter diſcipulos, quos ſibi collegas aſſumerent & ſucceſſores ordinarent, diſtribuerent, ita ut quiſq; eorum ſuæ parti vacaret, & in ſolidum omnes totam gubernarent Eccleſiam, cum partium aſſignatione. Utut ergo Patres vulgari opinione, nulla adhibita lima, Romam Petro quoq; aſſignent, ita tamē ſimul Paulum fundatorem & patronum collateralem æqualemque Petro in omnibus faciunt, ut nulla ex parte Petro cedat, quemadmodum hoc Arnoldus, Pariſinus famoſus Abbas, tractatu de Petri & Pauli æqualitate, doctè demonſtrat (*m*) Etiamſi demus, Romæ fortè aliquando fuiſſe Petrum, ante Paulum tamen ibi extitiſſe, ex hoc loco coll. cum c. 1. v. 9. 10. fit manifeſtum: contra Bar. ad an. 41. §. 15. & ad an. 58. §. 48. Plures fuerunt tempore ſcriptæ hujus epiſtolæ, presbyteri ſeu Epiſcopi, *συνεργοὶ* & Apoſtoli Romæ: c. 16. 3. 7. 9. ita ut propter inſignes Eccleſiæ Paſtores Petro haut fuerit opus. Neque Paulus paſtores multos in hac Epiſtola recenſens nominatim, dolet Epiſcopum Petrum deeſſe: ſed ipſe pacti adhuc memor: Gal. 2. 9. ut ipſe Gentium, Petrus Judæorum Apoſtolus eſſet, hîc v. 23. coll. cum v. 29. adparet, ſummè deſiderat ad eos venire, ut promoveat opus Dei, & Miniſter ſit apud Gentes: v. 16. & 19. unde eoſdem rogat, ut concertent pro ſe, ceu pro fido paſtore ſuo: v. 30.

§. 32.) Super alienum ergo fundamentum Paulus ædificavit, ſi Petrus Rom. Eccleſiam fundavit. Quòd ſi eadem Eccleſia, propter præſentiam & fundationem Petri, ut volunt adverſarii, privilegio gaudebat, ut ab errore immunis fuerit, fruſtrà Paulus tam ſolicitè Romanos tam prolixa inſtruit epiſtolâ. Quî c. 16. v. 17. dicere potuiſſet: *Precor vos fratres, ut obſervetis diſſidiorum & offendiculorum auctores contra doctrinam, quam vos didiciſtis & declinetis ab eis.* Hoc ipſo cap. 16. multos atque præcipuos antiſtites, Miniſtros, ſanctos fideles atque amicos nominatim ſalutat (*n*) ne tantilla quidem Petri mentione injecta: imò ne ulla quidem ſalutatione eum dignatur. Nec propter pericula

m) *Confer de Dom. l. 4. c. 1. §. 13. 14 & l. 5. c. 12. §. 57.* (n) *Bar. à §. 55. Spond. §. 22.*

cula factum dicendum, quia ſic aliorum non meminiſſe æquè debuiſſet. Ann. 58.
Quòd ſi abſens Petrus fuiſſet, commonefacere Romanos oportuiſſet de obedientia Petro præſtanda, eósque erigere de reditu ipſius. Aſt occaſionem tam opportunam in hac & aliis epiſtolis, Româ datis, toties negligit Paulus. Triplicem fortè coronam ipſi invidit. Reſp. Bellarminus, ſcriptam eſſe hanc epiſtolam, quando Petrus Romæ non fuit, circa XI. vel XII. an. Claudii i. e. anno LXII. vel LXIII. Chriſti. At Bar. (o) ad Neronis an. 2. Chriſti 58. Petrum Româ abfuiſſe ait, quando Paulus ſcripſit, quia Petrus edicto Claudii Româ pulſus ad extremas orbis occid. oras prædicationem convertiſſet. Ita Annaliſta ex Metaphraſte ad hunc annum: *Petrus occidentem peragravit Evangelio prædicando, & ad Britannos uſque penetravit* &c. Reſp. Quare autem Petrus propter Claudii edictum Romam reliquit, cùm alii ibi Chriſtiani, & Judæi quidem manſerint, ſi omnino illo tempore ſcripta fuit hæc epiſtola, quod tamen alii negant ex Rom. 16. 3. coll. cum Act. 18. Bellarminus contra Baronium Petrum in Orientem hoc tempore reducit: (p) dicit enim, tunc illum Româ in Syriam fuiſſe reverſum. Cur non ſtatim Petrus, mortuo Claudio, ad gregem & epiſcopatum ſuum proprium rediit, illum perfecturus, ad quam Eccleſiam Aquila & Priſcilla, & alii ex Judæis fideles, eodem Claudii edicto Româ pulſi, ut fatetur & docet ipſemet Baronius ad hunc an. (q) Corintho jam redierant? Cur Eccleſiam tam afflictam, imperfectam ac malè fundatam, ut patet ex hac Pauli epiſtola: coll. cum Act. 28. v. 22. item cum Ambroſii dicto, quod ſuprà §. 21. habes, tam diu deſeruit? *vid. an. 44. à §. 10.*

§. 33.) Baronius totus dubius & hæſitans, totus divinans, nec uni ſententiæ firmiter inſiſtens, ceu convictus, aliud cum Rhemenſibus commentum addit §. 55. Paulum privatas, ceu ad virum non vulgarem, dediſſe ad Petrum: adeóque extitiſſe tum Petrum Romæ ſtatuunt. Verùm unde hæc? Ne vola quidem apud Paulum, nec veſtigium in tota antiquitate. Fruſtrà Paulus Romanos inſtituiſſet, ſi tanti Doctoris & Apoſtoli præſentia & viva voce fruiti fuiſſent. Sic de abſentia Petri peregrè profecti in Hiſpaniam, Britanniam, ſive aliò, nec in actis, nec in veteribus probatis ſcriptoribus ulla extat mentio. Greg. Corteſius Cardinalis ad perſuaſ. 5. affirmat: Petrum poſt XX. annum à Chriſti morte i. e. XI. Claudii, non rediiſſe Romam uſque ad annum mortis Chriſti XXXVII. Neronis XIII. ita per annos XVI. minimùm abfuit Epiſcopus à grege. Unde Bellarminus propter abſurditatem hancce rediiſſe Petrum Romam dicit, poſtquam remiſſum eſt aliquid de acerbitate edicti. Quare ergo nulla omnino mentio Petri facta? Inſt. Petrus Româ frequens abfuit. Reſp. Ergo Româ diſceſſit aliquoties ante Magum extinctum, contra fabularum venditores. Si juxta Marollum Abbatem anno LX. h. e. Neronis IV. ſcripta eſt hæc epiſtola, negatur Petrum Româ diſcedere coactum fuiſſe in Orientem, prout Perronius ludit, quia primo Neronis

Bbb quin-

o) §. 51. *Spond.* §. 19. (p) *de R. P. l.* 2. *c.* 7. (q) §. 55.

Ann. 58. quinquennio nulli Chriſtiani ejecti fuere. Levis eſt Bellarmini objectiuncula, quando ait, Paulum ad Epheſios & Hebræos ſcribentem, neque Johannem, neque Petrum ſalutâſſe: ibi quidpe neminem nominatim ſalutavit.

§. 34.) Paulo itaque meliori jure, quàm Petro fundatio Rom. Eccleſiæ tribuitur: quia par fuit, ut civitas, quæ erat Caput Gentium, à Doctore Gentium primùm inſtitueretur. Hinc de illis etiam tantopere ſolicitus fuit: Act. 19. 21. conf. Rom. 1. 10. c. 15. 20.-22. Quòd ſi ergo converſio Romæ Paulum expectabat, Petrus ibi eſſe non potuit. Ita Paulus promiſſo atque deſiderio ſuo ſatisfecit Act. ultimo, Judæis & Gentibus prædicans, ubi de Petro nihil quicquam loquitur Scriptura, quod ſpectare queat ad Romanorum converſionem, & tamen diligentiſſimè de illo loquuntur & Evangelia & Apoſtolorum Acta. Et certè fidem Romanorum ac Evangelium à Paulo accepta fuiſſe, ipſemet ad Rom. 16. 25. teſtatur dicens: *Ei verò, qui poteſt vos ſtabilire ſecundùm Evangelium meum &c.* Non quòd ipſe perſonaliter id tunc præſtiterit, quando hæc ſcribebat: ſed quia id per ſuos diſcipulos primùm præſtitit, nam & novit multos de nomine, & eos ſalutat, præſertim Priſcam & Aquilam, quos adjutores ſuos in Chriſto J. vocat. Sic Andronicum & Juniam ſalutat, cognatos ſuos, nobiles in Apoſtolis. (r) ita v. 21. Lucii nomine Romanis dicit ſalutem: at Lucii nomine Lucam ipſe Baronius intelligit, quem & diſcipulum Pauli vocat. Ita præſtiturus erat Paulus, ut perficeret, quod per diſcipulos inchoaverat. Atque hinc eſt, quòd Patres converſionem Romanorum æquè Paulo ac Petro tribuunt.

vid. an. 33. §. 33.

Porrò *Rufus*, cujus hîc mentionem facit v. 13. an iſdem qui Marc. 15. 21. occurrit, dubium: de pluribus agit Martyrologium. (s) de *Tryphana & Tryphoſa* Rom. 16. 12. Martyrol. ad 10. Nov. *Phœben* Corinthi obiiſſe ib. ad Sept. 3.

Rogat Paulus v. 5. ut ſalutent Eccleſiam, quæ in domo Aquilæ & Priſcillæ: conf. 1. Cor. 16. 19. Ad quæ Blondell. (t) Inde domatim Eccleſiaſticos conventus initio excipi ſolitos probari quis poſſe putet, quòd Priſcillæ, Nymphæ: Col. 4. 15. & Philemonis: Philem. v. 2. τὴν κατ' οἶκον ἐκκλησίαν ſalutatione ſua dignatus eſt Paulus: ſed fortè numeroſas totásque fideles familias Eccleſiæ titulo inſignitas putare præſtiterit. Quicquid ſit, nullæ Baſilicæ, nulla Templa apud Romanos fuiſſe hoc tempore invenire eſt, ſed ſub tanta tyrannyde atque periculo nonniſi clàm, domatim, atquè de nocte potiùs, quàm de die conveniſſe credere omnino par eſt.

Rom. 16. 16. *Salutate alii alios oſculo ſancto* (ἐν φιλήματι ἁγίῳ) 1. Cor. 16. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Pet. 5. 14. Oſculo olim Chriſtiani ſe convenientes ſalutârunt. Tertull. de orat. c. 13. Signaculum orationis. Qui mos, teſte Orig. in h. l. ex Pauli commendatione Eccleſiæ traditus. Ita communicantes

(r) *Spond.* §. 22. (s) *vid. ſuprà an.* 33. §. 36. *Bar. ad illum an.* § 41. *& ad an.* 44. §. 29. (t) *de Epiſc.* 217.

cantes ante acceſſum ſeinvicem ſunt oſculati. Sic ex Luc. 7. 38. oſcula pedum orta ſunt in Eccleſia. Quare non ſoli Epiſcopo Rom. ſed & aliis hic honos tributus, quem ſibi tamen proprium hodie reſervat Papa. Ann. 58.

Extat in Bibliotheca Cæſarea Codex M. S. vetus in Epiſtolas Pauli, & in eo diviſio Epiſtolarum B. hujus Apoſtoli in ἀναγνώσεις ſeu Lectiones, in κεφάλαια ſive Capita, & in στίχους ſive Verſus: ut in fine hujus Epiſtolæ ad Rom. ubi Lectiones quinque, capita novendecim, teſtimonia Ver. Teſtamenti 49. Verſus 920. Ita alibi totum N. T. in lectiones diviſum reperias: planè ſicut Judæi ſuas Paraſchas & Haphtarot habebant. (u)

§. 35.) Paulus è Macedonia recedens Troadem pervenit: Act. 20. 6. *Prima*
7. ubi τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, *primo die hebdomadis*, congregatis diſcipulis ad *Sabbatho-*
frangendum panem, diſſerebat. Dies Dominica, κυριακή, i. e. Domini in- *rum.*
telligitur, de qua Aug. Ep. 86. ad Caſulam: & 18. ad Januar. & Ambr. ſerm. 6. de Pentec. Magno ſtudio Chriſtiani, etiam ſub duris perſecutionibus hanc celebrârunt feſtivitatem, ac ſingulari acclamatione & commemoratione Reſurrectionis Chriſti ſeinvicem conſalutârunt. Quare non Chriſtianis tantùm, ſed & Gentilibus Conſtantinus M. hujus diei celebrationem injunxit: Bar. ad an. 321. n. 6 ex Euſ. & Soz. Hoc die jejunia non exercita, propter gaudium de Reſurrectione Chriſti; nec de geniculis adorârunt. (x) Baronius (y) *ἀρτοκλα-*
ita callidè de ἀρτοκλασία ſeu panis fractione agit, ut tamen ſemet ipſum con- *σία.*
fundat & prodat. De Synaxi S. hoc loco agi, ipſus Auguſtinum teſtem producit. An verò Judæi & Gentes inciſionem panis ſeu placentorum à Chriſtianis acceperint nec tempus, nec conſuetudo vetuſta admittit, nec ullum in hoc myſterium quæſitum fuiſſe, ſed ſolùm commodiorem aliquem uſum dicimus, prout nec ipſe Baronius negat. Quòd ſi communis panis ratio hoc obtinuit, ergo in ſacro nihil ſingulare, & ante conſecrationem panis communis notionem habuit. Frangendi mos uſitatus in veteri Eccleſia, unde de conſecr. diſt. 2. 53. Qui manducant. Occurrunt *partes*: Gr. ἅγιαι μερίδες, item κλάσματα: Auguſt. *Bucella*: aliis *Mica*: aliis *Portio*. Et quidem manu accipiebant à Sacerdote: in variis tamen Eccleſiis Græcis in os laicis inſerebatur, at ſine ſuperſtitione, non verò Chriſti imitatione. Porrò non dicere, ſed probare conveniebat Annaliſtæ, in myſticis panibus non crucem tantùm, ſed & Chriſtum crucifixum formis redditum expreſſum. Ecquid factum putabis, quando primitus & per aliquot ſecula ex domeſticis panibus, à ſingulis fidelibus oblatis, præparata S. Euchariſtia? Ecquod piaculum committunt noſtri, quando, novitatis pertæſi S. Cœnam non Miſſam, ſed inter alia Apoſtolica nomina, κλάσιν τοῦ ἄρτου, *fractionem panis* vocant: item quando exemplo primitivæ Eccleſiæ, panem ſacrum communicantibus frangunt, ut Chriſti corporis fractionem adumbrent: confer Act. 2. 42. quem locum Syrus

u) vid. Lambec. B. T. 4 p. 90. (x) vid. Arnd. ant. l. Dies Dom. Hoſpin. de feſtis Chr. p. 26. b. (y) à §. 62. Spond. à §. 23.

Digitized by Google

Ann.58. *Euchariſtiæ fractionem* reddit: ubi tamen non diffitendum, alibi pro communi ſumi convictu: Act. 27. 35. ſic Eſa. 58. 7. *frange eſurienti panem tuum.* De loco Lucæ 24. 35. diverſimodè tum veteres, tum recentiores ſentiunt: vid. Caſaub. exerc. XVI. §. 38. Nimirum Judæi non ſpiſſis & craſſis, ut nos, ſed latis & tenuibus panibus utebantur, qui frangi ſoliti, non ſcindi. Et ſicut Græci totam actionem à parte una συμπόσιον vocitârunt, L. compotationem; ita Hebræi ab altera Fractionem panis, hinc פרס את הלחם· frangere panem alicui, pro reficere aliquem cibo atque potu: ſic à communi acceptione ad ſacram quoque actionem formula translata, adeóque adverſariis non favet, dum poculum plebi eripiunt: ita panis ſubſtantiam non transmutari planiſſimè formula demonſtrat.

Lucernarum uſus. §. 36.) *Erant lucernæ non paucæ in cænaculo, ubi erant congregati:* Act. 20. 8. Hinc Baronius (z) cereorum, lucernarum, ſeu luminum uſum obtrudere nobis, & ex medio Judaiſmo atque Gentiliſmo in Chriſtianum orbem, ceu alter ceroferarius inferre vult. Eum planè ſequitur Caſalius c. 42. p. 185. unde & ſtupenda miracula inter Chriſtianos olei vi fieri ſolita producit p. 188. In hanc rem ſymbolicas ſignificationes afferunt, utpote lumina accendi, atque etiam deferri, ad denotandum quòd tenebræ infidelitatis & ignorantiæ evanuerint, & homo ſit illuminatus: p. 189. ſic apud Latinos nunquam celebratur Miſſa abſque lumine, etiam in clara die, in typum luminis, cujus Sacramenta ibi conficiuntur: p. 67. In eandem ſententiam Bona l. 1. c. 25. §. 7. At in quem uſum lucernas fideles Troade habuerint Lucas v. 7. & 11. indicat, quia Paulus produxit ſermonem uſque in mediam noctem. (a) Candidè ergo cum aliis ſuis Baronius, quando §. 72. à gentilibus hunc morem derivat. Conſentit Gerſon (b) *Commutavit*, inquit, *Eccleſia multos Gentilium ritus, non eos penitus auferendo, ſed intentiones fidelium, circa hujusmodi in finem bonum dirigendo.* Exemplum affert de feſto purificationis, quod *Candelaria* dicitur, in quo in honorem Mariæ faciunt, quod Ethnici in honorem Deæ Februæ, item Iſidis ſeu Cereris. (c) De Judæorum & Gentilium more Seldenus: (d) In feſto encœniorum Maccabaicorum habetur Λυχνοκαΐα, הדלקת נרות· luminum accenſio: ſicut πυρσῶν, facularum feſtum apud Argivos: ſeu Λαμπάδος, cujus triplex erat apud Athenienſes feſtum ſeu certamen in Panathenæis, hephæſtiis & promethiis. Conf. Hoſp. de feſt. Chriſt. in feſto ὑπαντῆς, & καθαρισμοῦ ſeu purificationis Mariæ. Huic adjeciſſe dicitur Sergius P. circa an. Chriſti 690. cereorum quotannis numeroſiſſimorum uſum ſolennem. (e) Quem etiam Sergio vetuſtiorem fuiſſe volunt aliqui: de quo in Vigilio videbis. Rectè ex ritu luminum in lupercalibus & februis, eodem in menſe, pro luſtrationibus ſeu purificationibus ortum dicunt:

unde

(z) à §. 70. Spond. à §. 25. (a) *vid. Hoſpin. de Templ. p. 305. & de feſtis p. 25. b.* (b) *Part. 3. de directione cordis conſid. 21.* (c) *vid. Lambec. B. T. 3. p. 353. & 369.* (d) *in Synedrio l. 3. c. 13. p. 222.* (e) *Durand. Rat. l. 7. c. 7. §. 15.*

unde à cereis ſeu candelis Gal. Chandeleur, lachandeleuſe: Ger. Liechtmeß: Angl. Candelmaſſe: *(f)* lucerninum feſtum. Ann 58.

§. 37.) Sanè cerei olim in Eccleſia accenſi non diurnis exercitiis, ſed nocturnis adhibebantur. Inde Hier. *(g) Cereos non clara luce accendimus, ſicut fruſtrà calumniaris: ſed ut noctis tenebras hoc ſolatio temperemus, & vigilemus ad lumen, ne cœci tecum dormiamus in tenebris. Quod ſi aliqui propter imperitiam & ſimplicitatem ſecularium hominum, vel certè religioſarum fœminarum, de quibus verè poſſumus dicere, Confiteor, zelum Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam, hos pro honore martyrum faciunt, quid inde perdis?* Ergo in uſu olim lucernæ ſeu lampades fuere, non interdiu, nec in honorem Sanctorum, ſed in noctis ſolatium? Nimirum perſecutionum tempore dura neceſſitas nocturnos à piiſſimis illis Protochriſtianis extorſit conventus: unde *antelucani conventus* apud Tertull. & apud Plinium Jun. Hinc Vigiliarum nomen. Cryptas etiam habuere h. e. ſubterranea & obſcura loca, quæ luminibus indiguere & ceroferariis. Fuere hi conventus variis calumniis obnoxii, cùm nocturna ſacra antiquiſſimis XII. Tabb. legibus prohibita eſſent. Ideo de variis accuſati criminibus Chriſtiani. Nulla reſponſione dignus Caſalius, quando cap. 3. p. 28. ſeq. pro Vigiliis Papiſticis adducit Act. 16. 25. Quando Paulus & Sylas media nocte in vinculis hymnos canebant. Matth. 25. 6. media nocte venit ſponſus. Marc. 13. 33. Vigilate, neſcitis. &c. Hieronymi ætate cùm Eccleſiis pax data fuiſſet, certis diebus in templis vigiliæ habebantur, ubi accenſis luminibus Chriſtiani vigilantes precibus incumbebant, canendis Pſalmis, & audiendo Verbo Dei. Hinc Epiph. *(h) perpetuò fiunt in Eccleſia orationes matutinæ, lucernaléſque ſimul Pſalmi & orationes.* Sic Naz. *(i)* agit de luminibus in Paſchatis vigiliis ad noctem illuſtrandam accenſis. Et quia primitus in ejuſmodi conventibus nocturnis etiam S. Synaxis celebrata, ex Agaparum uſu concœnationes quoque dicti. Ex Hier. itaque diſcimus, ea initia in abuſum veniſſe apud plebem, ſive ſeculares, mulierculáſque devotas: id quod, ut & alia multa, proculdubio ex Gentiliſmo ortum, inde Lactant. *(k)* Ethnicis exprobrat, quòd Deo accendant lumina, velut in tenebris agenti, addítque: *Mentis ſuæ compos putandus non eſt, qui autori ac datori luminis, candelarum ac cereorum lumen offert pro munere.* Id verò ita Papiſtis diſplicuit, ut hanc propoſitionem inter errores Lactantii numerârint, causámque Gentilium contra doctorem Chriſtianum defendant, quem tamen errorem ipſe quoque Seneca, homo Ethnicus Epiſt. 96. perſtringit. Eodem facit cereorum uſus baptiſmo, altaribus, & rebus aliis adhibitus. Neque verò hîc lampadum ſeu facum accenſio lætitiæ tempore locum habet, quandoquidem non religionem, nec loca ſacra, ſed politiam ſpectant.

f) vid. Zepper. polit. Eccleſ. l. 1. cap. 12. pag. 122. (g) contra Vigilant. c. 13. (h) in compend. (i) Orat. 2. in S. Paſch. (k) l. 6. c. 66.

Digitized by Google

Ann. 58. ſpectant. Illa autem Sylveſtri vita, in qua de candelabris & lucernis à Conſtantino M. donatis mera eſt atque explodenda fabula. (*l*)

§. 38. Imponit autem Spondanus, quando §. 30. ex Euſ. l. 6. c. 8. al. 9. de olei miraculo agit, quandoquidem de nocturno lumine, quod in Paſchatis vigilia, adeóque ex neceſſitate, accenſum fuerat, ibi ſermo, non autem de diurno ac ſuperſtitioſo. Cœtera exempla (*m*) quia recentia ac ſuperſtitioſa, meritò mittimus & contemnimus. Obj. can. 3. Apoſt. Oleum tempore oblationis altari offerri permittit. Reſp. 1. cum Gelaſio hos Canones Apocryphis accenſemus. 2. Poteſt illud referri ad nocturnum tempus, quo Deus colebatur. Quemadmodum autem uno dato abſurdo plura ſponte ſequuntur, ita quoque adverſariis accidit, dum cereos ſanctorum reliquiis accenſent, & non ſolùm ſingularem, ſed & magicam vim eiſdem adſcribunt, quidpe Cereos benedictos accenſos ſpectra atque dæmonas fugare poſſe eis perſuaſum eſt, incendia extinguere, vivos & mortuos juvare. (*n*) At bene habet, quòd hæc talia Gentilibus accepta ferenda Baronius liberè largitérque fatetur. (*o*) Accinit Caſalius cap. 48. quo de ſacris Icunculis, vulgò *Medaglie*, & *Agnus Dei*; item de *Bullis*, *Amuletis* & aliis Ethnicorum ſuperſtitionibus agit: ubi ita pag. 210. *A Chriſti fidelibus in primitiva Eccleſia mutata ſuperſtitione de Cordis figura, ſeu alterius rei turpiculæ* (tu turpiſſimæ dic, ſummèque pudendæ) *in veram religionem, ex cereo Paſchali ſacro chriſmate delibuto, & benedictione ſanctificato &c.* Pauló pòſt: *Sicut Gentiles Cordis figuram, & rem turpiculam in bullis ſuis formare conſueverant, quò ſic noſcerent, ſe eſſe viros, ſi* [illegible]*de præſtarent; ita Chriſtiani imaginem Chriſti Agni ſuſceperunt &c.* Pontifex ipſe imagunculas Agni cereas baptizat, quæ baptizatis diſtribuuntur &c. uti Ceremoniale docet. Agnus ergo Dei, agnoſcentibus adverſariis, Bullæ Gentilis vicem obtinet. At nihil de hoc antiquitas, nihil Codex Sacer, nec ex allegoriis quicquam concluditur. (*p*) Auxit ſuperſtitionem Sergius I. qui ſedit ab anno 687. dum *Agnus Dei, qui tollis &c.* ter à Clero populóque decantari præcepit. (*q*)

Sabbathum Jud. §. 39.) Act. 13. 14. Paulus Sabbathum Judaicum obſervat: ita alibi. In Judæorum ſ.. gratiam, quò eos inſtituendi & convertendi occaſionem aucuparetur, neq; enim ſepulta penitus erat illorum Synagoga. Imò diu quoq; poſt Apoſtolorum tempora priſci Chriſtiani, præſertim Orientales, non ſoli diei Dominico, ſed Sabbatho quoque aliquid ſolennitatis tribuerunt. (*r*)

Ita rectè Baronius (*s*) monet, Paulum non tantùm propter infideles, ſed & propter fideles Judæos, Legis ſuæ Moſaicæ nimium tenaces: Act. 21. 20. Hie-

l) *Cham. T. 2. l. 20. c. 9. à §. 28. Mart. l. c. cl 4. c. 9. § 6. Bull. de orig. cult. div c. 21. p. 57. Rivet. Cathol. Orth. tr. 2. q. 31. p. 330. de ipſis Vigiliis Arnd. à p 399.* (*m*) *Bar. §. 76.* (*n*) *adi Gejerum de ſuperſtitione c. 3. § 18.* (*o*) *inpr. § 76 ſeq. Sp. § 29.* (*p*) *viſe omnino Gejerum l. c. §. 19 Rivet. Cathol. Orth. tr. 2. q. 17. § 10. Drelinc. au ſans vi ſage: p. 93.* (*q*) *adde ſuperioribus Dallaum de imagg. l. 1. p. 21. Hoſpin. de feſtis Chr. ad 10. apr.* (*r*) *vid. Arnd. l. de feſtis: p. 398.* (*s*) *à § 80. Spond. à §. 31.*

20. Hieroſolymas ad Pentecoſtes feſtum properâſſe: Act.20.16. quò illud una celebraret, atque ita ſe ipſis inſinuaret, quia Lex nondum penitus fuerat abrogata, ſed adhuc media & indifferens. Feſta autem in N. T. uſitata, ad quæ Annaliſta tranſitum facit, cùm plenè illa Hoſpinianus noſter atque alii pertractârint, fuſiùs de illis agere non fert animus. Feſta primos Chriſtianos non habuiſſe multa vid. Chemnit. Conc. Trid. à p.811. inpr. 815. Goldaſt. antiq. Alamann. T.3.p.131. ex Vadiano: præcipuè Rivet. Cathol. Orth. tr.2.q.16. à p.255. Arnd. l.c.p.402. Hoſpin. de feſtis Chriſt. pag.27. b. ſeq. De iiſdem Concil. Mogunt. anno 813. à Carolo M. habitum, can.36. Confer etiam Urbani IIX. Bullam contra ferias. Pauca habuerunt Angli adhuc in fine IX. ſeculi, docet Whelocus in Aluredi legibus pag.24. ſ. inpr. p.33. lege 41. Quin ipſe Bona (t) in hæc erumpit verba: *Antiquis Calendariis pauca Sanctorum nomina inſcripta legimus, illorum ſcil. quorum dies Natalis feſtivo populi concurſu & ſolenni ſacrificio colebatur, & hi olim exiguo numero continebantur.* Quemadmodum Evangelia ſive Dominicalia, uti vocant, quæ ex Evangelio communibus diebus Dominicis explicantur, ita ſunt Feſtalia, quæ certis feſtis diebus anniverſariis populo proponuntur. Anniverſariæ autem feriæ in Eccleſiis Chriſti mirè variant, aliæ Orientalium, Occidentalium aliæ: in ipſo Occidente quaſdam habent omnes Eccleſiæ communes, quædam proprias, ad indicandam libertatem. Igitur pro Eccleſiarum diverſitate, talia etiam feſta ſunt diverſa, id quod ex collatione cumpr. Martyrologii Rom. & Menologii Græcorum liquet. Ita certarum urbium & regionum diverſi patroni ſunt apud Latinos, quorum feſta aguntur. Uti verò in Dominicas & Ferias textus ſunt ex Evangeliſtis, unde Evangelia dicuntur, ſic in eaſdem ſunt etiam ex Epiſtolis, unde Epiſtolæ nominantur. Iterum Dominicalia à diebus, quibus illi textus haberi ſolent, nomen habent, ſicut feſtales à feſtis. Ad hæc quemadmodum Judæi Sabbathum, à ſeptimo hebdomadis die, quemvis feſtum diem vocârunt, ita & Romani ferias. Feſti dies apud eoſdem in quibus à forenſibus aliiſque negociis vacantes, ſacrificia, ferias, ludos, epuláſque ſolemnes agitabant.

Ann.58.

N.T. feſta.

§.40.) Quandoquidem obſervatio diei Dominicæ Legis Moralis eſt, adeóque immutabilis pars, atque Apoſtolicam originem & praxin habet, meritò nemo bonus Chriſtianus ullam quæſtionem de illa movet. (u) Feſta autem in ſolius Dei honorem inſtituta, utpote Nativitatis, Paſchatis, aſcenſionis, Pentecoſtes, μέσα ſeu libera pronunciamus, ſic tamen, ut omne ſcandalum & opinionem meriti vitemus. (x) Ea verò feſta, quæ in Divorum honorem inſtituta, jure repudiamus & horremus, quia pugnant cum Evangelio & Lege, adeóque traditionem Apoſtolicam non habent, ſed abducunt à Chriſto, idololatrica ſunt, onerant Eccleſiam, & laqueum conſcientiis injiciunt:

t) l.1.c.14.§.2 (u) *vid. Hoſpin. def. Chr. à p.27. VVhelocus hiſt. Eccleſ. Beda l.5 c.22, p.460. ſeq.* (x) *vid. Zanch. T.6. in Epiſt. ad Coloſſ. c.2. comm.17. Cham. T.3 l.19.c.6.§ 34.*

Ann. 58. jiciunt: 1.Cor.7.35. Proinde quidquid Baronius (*y*) adducere ex antiquitate ſtudet, id omne S.Scripturæ præjudicare non poſſe nec debere aimus. Neque bonum ἀρχαϊκὸν Cardinalis hoc loco agit. *Natalitia* dictæ memoriæ martyrum, quibus Deum fideles glorificârunt, ob felicem exitum, ob virtutes & dona martyrum, quæ illis Deus largitus, ſéque invicem ad imitationem & conſtantiam adhortati ſunt ſub duriſſimis perſecutionum tempeſtatibus. Omnis ergo ſuperſtitio abfuit, tandem autem in immanem idolomaniam excrevit, prout ex ſequentibus patebit. (*z*)

Epheſini Epiſcopi.

§.41.) Paulus Miletum Epheſinæ Eccleſiæ accerſit *Presbyteros*: Act. 20.17. quos v.28. *Epiſcopos* vocat. Baronius ut caliginem obduceret huic luci, non tantùm Epheſo, ſed & ex vicinis civitatibus Epiſcopos convocâſſe prætendit. Hunc ſequitur Hammondus Epiſcopalis totus (*a*) ubi inter alia plures Apoſtolorum tempore in Aſia Epiſcopos fuiſſe prætexit. Idem (*b*) talem Epiſcopum præſidem, præfectum, præpoſitum, commiſſarium vocat, unde ita quoque vocari in exercitu ducem, Chiliarchum, aut centurionem: in officina artificem principalem, in civitate rectorem aut principem, ita in V. T. ſacerdotem præpoſitum contendit, mundana cum ſacris inſigniter confundens, ſéque quò tendat prodens. Nonniſi Epheſo hos à Paulo fuiſſe accerſitos Lucas teſtatur: conf. 1.Tim.3.2.7.c.4.v.14. Phil.1.1. Heb.13.17. Laboris hoc loco & officii munus, non dignitatis. Hinc fit, ut etiam Apoſtolatus non tantùm Epiſcopatus: Act.1.20. ſed & Diaconatus appelletur: v.17. Tirinus Jeſuita agnoſcit per Epiſcopos hîc poſſe intelligi presbyteros. Emanuel Sà inde colligit, quòd etiam presbyteri Epiſcopi interdum vocati fuerint. Petrus Lintrinenſis Duacenus Theologus ad Act. 20. 17. multus eſt, ut probet hoc loco, ſic intelligi presbyteros, ſive parochos, ut ne quidem inter ipſos fuerit, qui ſtricto nomine eſſet Epiſcopus Epheſinus, quia Paulus Timotheum, quem vulgò loci Epiſcopum putant, non advocaverit, ſed eum ſecum habuerit. Vid. antiq. Arnd. p.796.§.3. ex Leſſii conſider. 9. rat. 9. & Bell. l.4. de not. Eccl. c.8. §. quantum. Stapler. Relect. cont.2. quæſt.3. art.3. item diſt.93. cap.24. legimus. & diſt.95. cap.5. & Bar. §.11. ad hunc an. Sic Chryſoſt. ad cap.1. Ep. ad Philipp. v.1. non modò nomine hos presbyteros vocat Epiſcopos, ſed reipſa docet, ex munere, quod ipſis imminebat, eos omnes fuiſſe Epiſcopos, qui regerent Eccleſiam Dei, ſic quidem, ut hodierni Romani nihil minùs, quàm tales ſint, quandoquidem non ποιμαίνουσι, non regunt ſeu paſcunt, ſed regnant & dominantur, non laborant, ſed vel aliena agunt, vel inertes otiantur & torpeſcunt. Ergo & nomen, & munus commune erat, & æquè presbyteris atque Epiſcopis cura Eccleſiæ permiſſa & commiſſa, ſicut ex Pauli adhortatione clarum. Ergo plures Epiſcopi uno in loco, & pari quidem dignitate eſſe poſſunt. Ergo Ariſtocraticus eſt Eccle-

liæ

(*y*) *Spond. à* § 37. (*z*) *vid. Chemnit. Conc. Trid. 666 ſeq. inpr. Bulling. de orig. cultu divorum c.6 p.13. & c.19. p.19. Hoſpin. de feſtis Chriſt. p.12. ſeq. alibi.* (*a*) *l. de Epiſc. diſſert. 4. c.8. § 2.* (*b*) *cap 7.*

ſiæ ſtatus. Ergo à ſolo Papa, ſeu Epiſcopo Rom. facultatem regendi & gubernandi Eccleſias ſuas reliqui Epiſcopi non accipiunt, neque ab illo, ſed à Spiritu S. conſtituuntur. Ergo ſoli Spiritui S. Epiſcopi probare operam ſuam fidémque debent. Ergo non Papæ, ſed Chriſti Eccleſiam paſcere & regere debent, quia licèt immediatè Epiſcopi non ſint vocati, ſicut olim Apoſtoli, non tamen ſequitur à Petro, vel ſucceſſoribus ejus, quos ita appellant, vocationem habuiſſe: Eph.4.11. Ann.58.

§.42.) Hieronymus ut Epiſcopos & presbyteros ordine & dignitate eoſdem faciat, diſcrimen verò utrorumque non divini, ſed humani eſſe juris probet, inter prolixa alia commentario in Epiſt. ad Titum cap.1. hoc præſenti hoc loco adducto ait: *Et hoc diligentiùs obſervate, quo modo unius civitatis Epheſi Presbyteros vocans, poſtea eoſdem Epiſcopos dixerit.* In quæ verba C.Blondell. de Epiſc. à p.3. conſule. Plures ergo uno in loco fuerunt presbyteri, Epiſcopi, præpoſiti, ductores: ad Philip.1.1. Tit.1.5. Hebr.13.17. quia ubi tanta populi frequentia Chriſto nomen dedit, ut unus ad regimen præpoſitus ſufficere nequiverit, collegium præpoſitorum ibidem inſtitui neceſſe fuit, cujus communi cura ſacrum ſummi paſtoris ovile gubernaretur. Ut paſcant Chriſti Eccleſiam hìc jubentur Epiſcopi, non ut ſupra alios ſymmyſtas emineant eiſve dominentur: unde nullibi in univerſo S. Codice presbyteri oves Epiſcoporum vocantur, ſed cooperarii, coadjutores, fratres &c. Sic licet ipſi auditores presbyterorum ſeu Epiſcoporum oves ſint, & ab aliis paſci debeant atque regi, non tamen ſequitur, nullos laicos ad presbyterium pertinere, nullos conſultationibus & Conciliis adhibendos, multò minùs ſolos Prælatos habere jus ferendi ſuffragium deciſivum in Conciliis: alia ſiquidem brutarum, rationalium alia ovium ratio & conditio, hæ ſiquidem paſtorem à mercenario dignoſcere, illius vocem & agnoſcere & ſequi, hanc averſari: Joh.10.4.5. jubentur, adeóque ſe nonnunquam per ſemet regere, de rectoribus & paſcentibus ſub Chriſto conſervis, judicium aliquod exercere tenentur. Ita quidem eſt, quòd hìc & alibi Scriptura diſcrimen faciat inter præcones & auditores; verùm quemadmodum grex Chriſti publicum munus docendi non quibuſvis, ſed probatis & idoneis committere debet, ita non tenetur malos, ſeductores & vitioſos ſequi & audire, cùm non funguntur munere ſuo ſive in Cathedra, ſive in Conciliis, ſive alibi. Imò eo ipſo, quòd Epiſcopi Latini non funguntur munere docendi, nec alioquin fundamenta doctrinæ cœleſtis intelligunt, aliorum in Scriptura verſatorum voces & vota attendere debent. Quando Paulus Epiſcopos paſcere gregem jubet, non pro lubitu agere, definire, præſcribere & per ſe ſtatuere quid de fide ſit ſuſcipiendum, & opere præſtandum, ſic ut nulli liceat reclamare, permittit, ſed vult omnino, ut nonniſi juxta S. Scripturæ normam & cynoſuram, ceu Miniſtri & Delegati Chriſti, doceant & regant.

Ccc §.43.)

Digitized by Google

Ann. 58. §. 43.) Act. 20. 30. *Scio ex vobis ipſis exorituros, qui loquantur perverſa, ut diſcipulos poſt ſe abſtrahant.* Num ergo ejuſmodi ſeductoribus parendum quis dixerit? Ergo & in N. T. Pſeudo-epiſcopos futuros prædictum: confer 2. Pet. 2. 1. Matth. 24. 11. & 24. adeóq; idem periculum manet in N. T. quod olim in V. Imò non tantùm falſi & hæretici fuerunt Epiſcopi plurimi, ſed ipſi etiam orthodoxi Epiſcopi erroribus fuerunt obnoxii, quemadmodum ſcripta illorum teſtantur, nec adverſarii reclamant, unde Jeſuitæ etiam, Pelagii ſectatores, miserè hodie ipſum Auguſtinum lacerant. Num non ergo Prælatos in Conciliis, ubi non rationibus, ſed aſſentationibus, ſuffragiis & cœca fide agitur, errare poſſe concedas? Imò Antichriſtum in Templo Dei ſeſſurum Paulus 2. Theſſ. 2. 4. prædixit: ergóne admittendus ſit? Nullo dominio, nec vi externa coactiva, ſed precibus uſum Paulum, ipſe v. 31. docet confer 1. Theſſ. 2. 11. 12. 1. Tim. 5. 1.

Ritus varii in precibus. §. 44.) Act. 20. 36. c. 21. 5. Paulus tum apud Miletum, tum in Tyri litore genubus flexis orat. Hac occaſione Baronius (c) multa de ritibus in precibus, de tintinnabulis, de habitu corporis in oratione, de proceſſionibus ſeu Litaniis, loquitur, quæ ut ſuperſtitioſa partim, partim ut res medias & liberas meritò ſicciori pede præterimus. Uſitatum olim Chriſtianis orantibus flectere genua: ac ſi aliquando ſæva urgebat neceſſitas, inquit Caſalius (d) proſtrati in terra, junctis, vel etiam expanſis manibus precari fideles conſueverant: tamen quòd dies Dominicus Reſurrectioni Domini eſſet conſecratus; ideo nonniſi ſtantes fideles, item à Paſcha uſque ad Pentecoſten orare ſoliti nec jejunare, in ſymbolum erectionis & liberationis noſtræ ex lapſu, factæ per reſurrectionem Chriſti. Sedendo orare extra diſciplinam eſſe ait Tertullianus. (e) Nec permittebatur in Eccleſia ſedere, quando lectiones recitabantur, aut Dei Verbum prædicabatur, niſi longiores eſſent lectiones, aut debiles adſtantes. Genuum flexio in V. T. ab orantibus adhibita: 1. Reg. 8. 54. Dan. 6. 10. 11. Luc. 22. 41. Act. 7. 60. ita de geniculis adorare ſolitos veteres Chriſtianos Tertullianus teſtis eſt: Gr. γονυκλισία dicta, in ſignificationem lapsûs noſtri in peccatis, juxta Juſtinum Martyrem: item quòd per peccatum in terram ſimus delapſi, & per humanitatem ejus, qui creavit nos, in Cœlum ſimus revocati. Chriſtus orans in horto in faciem procidit. Matth. 26. 39. Publicanus præ humilitate procul ſtans in templo noluit oculos in Cœlum attollere, cæcidit pectus ſuum: Luc. 18. 13. Manus puras levare jubemur: 1. Tim. 2. 8. hinc veteres precaturi lavare manus ſolebant in internæ puritatis indicium. Varia de orandi ritibus habet. Arnd. antiq. pag. 679. l. de Oratione. Stantes olim etiam orabant, quò referunt locum Geneſ. 18. 22. Stationes in primitiva Eccleſia, quaſi ſtatæ i. e. certis diebus ac ſtatutis celebres. Erant quidpe ſtationes, quibus populus in certis vel locis, vel templis conveniebat ad auditum Verbi, ad communionem Sacramentorum, & ad

(c) inde à §. 102. Spond. à §. 39. (d) c. 3. p. 27. (e) vid. Spond. §. 44.

Digitized by Google

ad preces publicas. Statio diſtinguitur à jejunio, illud ad horam nonam, hoc ad veſperam requirebat jejunium: (*f*) Zimmermanno (*g*) Stationes i. q. ſtatæ feriæ, quibus populus ad ſacra peragenda convenit. Ut verò hodie celebrantur, ſunt proceſſiones ad alicujus S. Templum, ut gratiæ illi ſancto perſolvantur & agantur pro acceptis beneficiis, ut ait Beleth in ſuo Rationario c.6. (*h*) in V. T. מעמד, φυλακὴ, vigilia, Statio: ita מעֲמדות, ſeu כְּ משמרות XXIV. Stationes. Hinc libellus סדר מעמדות Ordo Stationum i. e. Ordo precum & lectionum, quos tales homines ſingulis ſeptimanæ diebus tenentur dicere. Ideo Scaligero מעמד i. q. Liturgia. Huc iterum pertinent Vigiliæ, vult ſiquidem Bellar. l.3. de cultu Sanctorum. Cap. 17. §. de vigiliis. Durandus item de rit. Eccl. l.3. cap. 4. §. 10. oportere illas agere pridie feſtorum. at olim ex gravi neceſſitate antelucanas preces habuerunt; hodiernas vigilias novitatis meritò accuſat Polydorus: unde etiam propter abuſum ſublatæ. (*i*) Porrò tintinnabulorum uſum ſacrum ab Hebræis manâſſe auctor eſt dictus Polydorus. (*k*) Quòd autem tintinnabulorum ſono populus vocatur ad ſacra audienda ſtatis diei horis, Sabiniani, qui Gregorio ſucceſſit, decretum vocat. Johannes XXII. P. inſtituit, ut ter in ſingulos dies tintinnabula ad veſperum pulſarentur, ac tum unuſquiſque ſalutationem Angelicam D. Virgini ſacram recitaret. Inſtitutum ita manſit, ut hodie ubique apud Catholicos Romanos ſit in uſu, atque audito tintinnabuli ſono, cuncti confeſtim in veſtigio genua flectant atque orent. At nihil horum in hiſtoria Pauli. Bona (*l*) tempore Conſtantini M. ſignum vocale demum datum ſtatuit: ideo non fuit author Paulinus. (*m*) Veteres pelvis, lebetis, æris ſeu æramenti, codonis & tintinnabuli vocibus uſi ſunt, donec nolæ & campanæ vocabula adinventa (*n*) Hieronymus Magius cap. 2. lib. de tintinnabulis, putat Campanas tunc Eccleſiarum turribus impoſitas, cùm Ethnicorum principum odia adverſus Chriſtianos jam ſatis refrixiſſent. (*o*) rectiſſimè ſanè: ecquis enim credat, Chriſtianos priores illis uti potuiſſe? Generali vocabulo dictum Signum, Ger. Zeichen. (*p*) Cloccam tempore Caroli M. iiſdem Bona (*q*) inventam putat: num verò inter campanam & Cloccam diſtinguendum, haud dixerim, niſi quòd illa major, hæc autem minor dici queat, Germanorum autem vocabulum, idque ex ſono formatum poſterius videtur. Ann. 58.

§. 45.) Act. 21. 9. Baronius à §. 113. & in martyrol. ad 6. Junii de Philippo Evangeliſta, & de filiarum ejus virginitate agit, ut tamen incertus ſit quid dicere velit, quid concludendum; ſanè virgines fuiſſe quando Paulus eò venit, ſacer atteſtatur Codex; at devotas fuiſſe & permanſiſſe ad vitæ uſque finem, nihil omnino aſſerit. *De Philippo Evangeliſta & ejus filiabus.*

f) *Dalla. de cultu Lat. l.3. c.11. p.340.* (*g*) § 205. (*h*) *Hoſpin. de Templ.* (*i*) *Arnd. p.400.* (*k*) *l.6. inv. c.12. p.461.* (*l*) *l.1. c.22.* (*m*) §.3 (*n*) *ib.* §.4. (*o*) *ib. p.194.* (*p*) *ib.* (*q*) § 6. *f.*

Digitized by Google

Ann. 58.

Paulus Hieroſolymas venit. *Quarta Synodus Hieroſ.* *De uſu Legis & ejus abolitione.*

Act. 21. 18. Paulus Hieroſolymam tandem perveniens, ſequenti die introiit ad Jacobum, ubi ſimul omnes presbyteri præſtò fuerunt, quibus ſingula ordine expoſuit, quæ Deus fecerat inter Gentes per ipſius miniſterium. Quartam hanc nonnulli nominant Synodum Apoſtolorum. (r) In hac Symbolum Fidei compoſitum, & Canones doctrinæ Chriſtianæ conſtitutos fingit Staravolſcius. (s) In eadem permiſſum ait converſis Judæis uti ceremoniis & ſacrificiis V. T. donec Synagoga cum honore ſepeliretur, dummodo ſpem ſalutis ſuæ in illis non collocarent. Præſens ſanè conventus à nemine convocatus, neque ibi Petrus aderat, ſed caſu quodam coivêre, ut viderent Paulum. Ergo Petrus non habuit ſolus poteſtatem convocandi Concilia, vel decernendi, concludendi & approbandi, inpr. cùm abfuiſſe conſtet. At nihil opus erat novas condere leges, quoniam omnia jam tradita: neque rem tanti momenti ſicco tranſiiſſet pede Lucas, vel ipſe Paulus, aliíque. Hoc ut enervet Baronius (t) familiarem potiùs fuiſſe admonitionem dicit, quàm Synodicam conſtitutionem, & diſpenſationem magis, quàm dogmatis definitionem. Reſp. utut colorare hoc ſatagat, nihil eum juvat, & definitio & diſpenſatio fuit, & ſimul conſilium, hinc v. 23. ad Paulum dicunt: *Hoc fac, quod tibi dicimus.* Inpr. v. 25. in hunc modum ad eum loquuntur: *de iis autem, qui crediderunt ex Gentibus, nos ſcripſimus, & decrevimus, ne quid hujusmodi obſervent, niſi ut caveant &c.* En decernunt, & quæ decreverunt exequuntur. Quinam verò hi? Jacobus cum presbyteris. Præſens autem Petrus non fuit. At rem tantam ad unum ſe non ſpectare, Papa nunquam concedet. Ideo rectè noſtri: Nunquam Petrus leges Eccleſiis imponere, convocare Concilia, imperare Apoſtolis, appellationes vel ab Apoſtolis, vel ab Epiſcopis ſuſcipere, aut caſus reſervatos decidere tentavit. Cœterò ab hac Synodo ad Conſtantini M. tempora nullam aliam habitam Staravolſcius (u) ait. At verò quid ſeqq. ſeculis in paſchatis cauſa & negociis ſimilibus actum, ſuis locis intelliges.

Paulus an abſtemius.

§. 46.) Baronius (x) inſulsè, & nonniſi divinatoriè abſtemium Paulum facit, quòd is ante diem tantùm monitus, ut in Templo cum aliis Nazaræis exhiberet & perſolveret officia, adeóque triginta diebus perſeverare non potuerit abſtemius. Reſp. 1. à Lege certum tempus definitum fuiſſe, ne ipſe quidem Baronius agnoſcit, ſed ſolam conſuetudinem, imò nonniſi Joſephi authoritatem allegat. Neque neceſſe fuit, ut ſub Evangelio privatim voti hujus causâ abſtemius viveret, quia quicquid fecit, in gratiam Judæorum fecit. 2. Paulum omnia exhibuiſſe Nazaræorum officia i. e. ipſum acceſſiſſe ad Templum, quaſi reum voti, purum putum mendacium meritò noſtri vocant. Neque Lucas dixit, ipſum ſibi totondiſſe caput, aut pro ſe obtuliſſe: vide omnino v. 24. ſed ut alii radant, & cum ipſis Paulus ſanctificetur, ipſo Cajetano fatente: adeóque ſanctificari & purificari non omnem in-

r) *T. 1. Conc. p. 2. ed. Ven.* (s) *de Conc. p. 1.* (t) *§. 118. Sp. § 48.* (u) *p. 1.* (x) *§. 121. Sp. § 49.*

includunt ſanctum Nazaræorum ritum; unde hæ ipſæ formulæ variis aliis rebus applicantur. 3. Nugas ergo annaliſta agit, dum ex Joſepho perpetuam conſuetudinem obtrudit, quaſi illius tempore non multa in abuſum abierint, neque Joſephi XXX. dies ad votum pertinerent, ſed ad aliam aliquam neceſſitatem. Ann. 58.

§.47.) Quàm ἀκαίρως ergo hic Cardinalis (y) de Tonſura tractet, facilè nunc ex dictis manifeſtum, nam: nihil agit aliud, quàm ut veteris Legis, imò & Gentilium cerimonias nobis cum ſuis reponat, jugúmque imponat: neque ulla tonſuræ differentia eum excuſat, aut à ſuperſtitione eximit. Nihil reſpondet Caſalius quando (z) ait, ideo detonſos idolorum Miniſtros olim à Deo reprehenſos fuiſſe, non quod tonſi, ſed quòd idolorum cultores fuerint. At Deus ſimpliciter tonſuram exprobrat, unde ab ea Judæi maximè ſibi caverunt; licèt idololatriam neutiquam probaverint. Ita æquè non juvat, quando humilitatem & contemptum mundi prætendunt, quia non mandavit hoc Deus, ſed prohibuit: imò ſub hac humilitate maximè ſuperbiunt, ſéque ſupra Reges etiam efferunt. Varia olim apud Gentes tonſuræ & raſuræ ratio, inprimis in luctu, ubi & viris & mulieribus peculiaris: de qua Alex. ab Alex. Genialium l.5. c. 18. p.290. ita contrà tonderi apud Indos maxima pœna: ib. l.3. c.5. quæ ratio olim apud Gallos, etiam Chriſtianos obtinuit, à regia conditione ad monaſteria aliquem detruſuros. Sic Tonſura Catholicorum Armenorum in formam Crucis fit. (a) Horum autem ἐθελοθρησκείας καὶ ἐνταλμάτων ἀνθρώπων explodimus, atque ad loca Lev. 19. 27. cap. 21. Baronium noſtrum relegamus, & pœnæ loco eandem retinere, imò cum Timotheo omnes Sacerdotes atque Monachos circumcidi illi permittimus. Ratio pro hodierna clericorum tonſura à Nazireatu deducta Bellarmino (b) non probatur, quia tum ſolùm tondebantur, quando deſinebant eſſe Nazaræi, inſignéque eorum erat longa Cæſaries. (c) De Clericorum tonſura Cœlfridus Anglus ad Naitanum Regem Pictorum (d) circa an. 713. teſtatur, neque Apoſtolos omnes uno & eodem modo tonſos fuiſſe, neque Eccleſiam ſui temporis unam atque eandem tonſuræ formam habere. Omnibus tamen coronam anteponendam ille cenſuit, quam in capite geſtaviſſe Petrum bonus homo cum Beda ſibi finxit, eámque, qui vel Monachi votum, vel gradum clericatûs habebant, ferendam eſſe judicavit: idque ſuaſione ſua apud gentem Pictorum obtinuit, ut attonderentur omnes Miniſtri altaris ac Monachi in Coronam, quaſi novo ſe diſcipulatu B. Petri ſubdidiſſent. Nimirum omnia ſubjectioni Romanæ inſervire debebant Eccleſiæ. Rectius ſanè Colmannus (e) cum Scotis circa annum 664 in Concilio Pharenſi, Petri, ſeu Romanæ Eccleſiæ exemplo moveri non potuit, ut Coronæ tonſuram ſuſciperet.

Tonſura. Vid. an. 112. § 10. & 175. §. 4.

(y) §.122. Sp. §.50. (z) c.49 p.214. (a) *Muller. diſquiſ. de Chataja* (b) *de Mon. l.2. c.40.* (c) *vid. Rivet. Cathol. Orth. tr. 2. q. 26. §* 1. (d) *apud Spelm. de Conc. p.225.* (e) *apud Spelm.* 149.

Ann. 58 peret. Confer omnino cap. 12. q. 1. c. duo ſunt. ubi hæc coronatio ab inſtitutione Rom. Eccleſiæ, & Corona regnum, Raſura autem depoſitio temporalium eſſe dicitur. (*f*) At quid nos hæc ſymbolica & hieroglyphica capita? Inſuper notandum, apud Romanos olim eandem fuiſſe tonſuram & Clericorum & Monachorum: quum hodie non modò tonſura in raſuram ſit converſa, ſed diverſi etiam generis Monachi & Clerici gerere ſoleant Coronam. Monachi enim, totâ ſupra aures capitis parte abraſâ, inferiorem ad modum coronæ (puræ tamen & illibatæ, non ut olim ſpineæ) intonſam relinquunt; Clerici verò brevi tantùm in vertice utuntur orbe: quem morem ut ab hæreticis in Hiſpaniam introductum, condemnaverat olim Concilium Tolet. IV. Can. 40. (*g*) Hodie infimo Ordini accenſentur Pſalmiſtæ, qui primam tonſuram tulerunt, *Clericatus* aliàs dicitur, atque ab Ordinatione diſtinguitur, quia Sacramentalis non habetur à Theologis, atque etiam puero, qui modò ſeptennium exceſſerit, quocunque die & hora conferri poteſt: facítque homines habiles ad certa beneficia poſſidenda. (*h*) Fusè hanc materiam exſequitur Hoſpin. de Mon. à p. 62. ubi p. 64. ad Bar. §. 124. de Petri tonſura: & p. 68. ad alia atque alia reſpondet.

§. 48.) Ut Romanorum tonſuram à Petro, ita ab ea diverſæ Orientalium tonſuræ originem à Paulo Beda repetit. Radebantur toto capite, ad imitationem Jacobi Dei Fratris, & Pauli Apoſtoli, & reliquorum, inquit Germanus Conſtantinopolitanus Archiep. in rerum Eccleſ. Theoria, (*i*) ubi & duplicem Coronam Petri imaginem referre ſcribit. Alii ejuſdem Petri coronam, ad ſpineæ formam ita exprimunt. (*k*)



Alii in ignominiæ ſignum à Gentilibus, alii ſponte tonſum fuiſſe Petrum volunt; & iterum alii, in ſpineæ Chriſti coronæ memoriam, alii imperfectionis & regni ſpiritualis indicium facere volunt. Certè Apoſtolis uſitatam fuiſſe tonſuram nunquam probabunt, imò neque Apoſtolicis viris; unde Optatus: (*l*) *Docete ubi vobis mandatum ſit radere capita ſacerdotibus, cùm è contrario tot ſint exempla propoſita fieri non debere.* Hunc Hieron. ſequitur in Ezech. 44. Lambec. B. T. 3. pag. 320. duplicem figuram proponit, qua adtonſus eſt B. Lucas Evangeliſta, ſeu coronam habet Clericalem & Monaſticam. Ad quæ idem p. 344. *ejus originem & dignitatem inde à Chriſto, & principe Apoſtolorum ejus Petro derivatam bona fide pertractavit R. P. Proſper Stellartius lib. de Coronis & Tonſuris Paganorum, Judæorum & Chriſtianorum*

f) vid. Mareſ. de Iure Can. p 99. ſeq. (g) Caſal. 214. m. (h) Mareſ. l. al. lib. 1. t. 1. p. 23. (i) vid. Caſal. p. 213. m. (k) Uſſerius antiq. Brit. p. 921. ex Beda l. 5. hiſt. c. 22. [l] contra Parmen. l. 2.

Digitized by Google

rum impr. 8. Duaci: 1625. Reſp. 1. quare ergo cœteri Evangeliſtæ l. alleg. Ann. 58.
non etiam attonſi. 2. imò ipſe Lucas intonſus apparet p. 316. 3. quare Lucas Pauli, non item ſuæ ipſius mentionem faceret. 4. illæ effigies novitiæ ſunt, fictæ, non autem ævi Apoſtolici. 5. Monachi hodie ejuſmodi coronas habent. At tum nulli adhuc fuerant. Neque hìc locum habet Bellarmini effugium, cùm ait ejuſmodi Ceremonias, pro temporum & locorum diverſitate variari poſſe. Quare igitur eas ut neceſſarias nobis obtrudunt? Nec valet reſponſio cùm ajunt, in V. T. raſuram propter ſuperſtitionem Gentilium prohibitam fuiſſe: quandoquidem ipſe Baronius laudabili more Ethnicorum ritus in Chriſtianorum rempub. introductos fuiſſe §. 77. & alibi largo ore fatetur. Non alia conditio cum Barbæ tonſura, in quam, Baronio (*m*) teſte, ipſe Hieronymus invehitur: nec (*n*) omnes æquè Monachi, nedum Clerici, abraſis barbis incedere conſueverunt &c. Unde in Oriente nunquam barbâ raſi fuerunt Monachi vel Clerici. Nec ex Sidonio de Galliarum ſacerdotibus (*o*) quicquam probat, quandoquidem contrarium ex eodem evincitur, adeóque immerito in Photium hanc ſuperſtitionem Nicolao Papæ exprobrantem invehitur. De Sacerdotum barbis Pierium Conſule. (*p*) quorum raſura ideo præcepta, ne quid ex S. Calice reſidui adhæreat: at quid faciendum foret, ſi laicis viris poculum, prout oportebat, quoque diſtribueretur? Tranſubſtantiationis itaque dogma hanc ſecum raſuram traxiſſe non malè judicant. Neque in viris, ſed & in virginibus initiandis & velandis, tonſuram adhibent: verùm in cujus honorem? in quem finem? ut ſcil. mortificationem Jeſu Chriſti in corpore ſuo circumferant: 2. Cor. 4. 10. Lepidè! Prodit totam rem Caſalius c. 50. i. quando in patrocinium horum rituum, ex Aug. adfert, Ritus omnes in Eccleſia, quorum principium ignoratur, ad Apoſtolorum traditionem eſſe referendos. Unde concludit: Credendum etiam tonſuram utriuſque ſexûs Religioſorum originem habuiſſe ex Apoſtolorum doctrina. Cœcam ergo fidem & incertam ſibi habeat: cùm alii ipſos Apoſtolos pro exemplis allegent, ſine tamen tabulis. Númne verò quidvis ex Aug. verbis Apoſtolicæ traditioni adſcribendum, cujus ignoratur principium? An autem tonſuræ principium ignoratur?

§. 49.) *Dixit Dominus ad Paulum: Proficiſcere, nam ego te longè ad Gentes mittam:* Act. 22. 21. Hæc ſi Petro dicta fuiſſent, quid non inde fabricarent? Gentium ergo, & longè quidem diſſitarum doctor fuit Paulus: non à Petro, ſed à Chriſto miſſus. Non igitur Petrus per Paulum pavit, ſed Paulus per ſe, & pro ſe, quemadmodum ei Chriſtus præceperat: nî eadem ratione dixeris, Paulum Judæos paviſſe per Petrum. Atque eundem in ſenſum orbem partiti Apoſtoli dicuntur.

Act. 23. 2. coll. cum v. 5. Summum Sacerdotem vocat Principem: *Princeps* i. q. H. *Sacerdotum.*

m) §. 135. *Spond.* §. 55. [*n*] *ut habet* §. 140. *Sp.* 57. [*o*] §. 141. *Sp.* §. 58. [*p*] *impr. Gen.* 8. 1533.

Ann. 58. i. q. H. נָשִׂיא eíque applicat Ex. 22. 28. Reſp. At ipſe Pontifex Max. judicari, puniri & dejici poterat; nec niſi membrum Synedrii fuerat. Loquitur ergo Paulus de vindicta & maledictione privata. Præ cœteris quidem eminebat, ita tamen ut & ipſe ſubjiceretur, & non omnem poteſtatem haberet, ſed membrum præcipuum Synedrii eſſet.

Secularis Pauli Iudex. §. 50.) Act 24. & 25. & 26. Non tantùm Paulus à Judice ſeculari judicatur, déque facto non conqueritur, ſed Imperatorem ipſe adpellat. Patet ergo Pauli exemplo, adpellare licere, ex ſententia Thomæ (q) Ergo Paulus, adeóque ètiàm Petrus & reliqui Cæſarem judicem habuerunt & de jure, & de facto, etiamſi Gentilis fuerit: unde Paulus Feſti etiam judicio ſe ſtitit & reſpondit: conf. 1. Pet. 2. 13. 14. Neque ſufficit, cùm dicunt, Paulum provocare nonniſi à ſententia mortis, quoniam hoc judicium de tota Pauli vita & actionibus agere, ea examinare, & æquè eum liberè dimittere, vel leviorem pœnam, ac mortem infligere poterat. Nec majori pondere objiciunt, provocare Paulum ab infidelibus ad infideles: & aliter Pighius: Ethnicis ſubjectos fuiſſe Romanos Pontifices, at Chriſtianos ſe ſtatim Papæ, tanquam membra Capiti ſubjeciſſe. Reſp. Quantò magis Chriſtiani digni erunt ut Epiſcopos judicent, ſi Ethnici indigni non fuere? An, ſi Nero Chriſtianus fuiſſet, Paulus ad eum non provocâſſet? Non tollit Chriſtianiſmus reſpublicas: ne unquam hoc primi Chriſtiani docuere. Nunquam ſe Chriſtiani Principes magis Romano, quàm alii ſubjecere Epiſcopo: prout hiſtoriæ comprobat ſeries. Cùm igitur capitalis ſit pœna appellare ad illegitimum judicem, eò ipſo Paulus Imperatorem ſuum judicem agnovit. Inepta ergo & ſtulta ratiuncula: appellâſſet Paulus ad Petrum, niſi pro ſtulto habitus fuiſſet. Reſp. Ex metu ſiniſtri hujus judicii veritatem celâſſe dicendum non eſt, maximè quia coram Feſto tam apertam confeſſionem edidit. (r)

Iejunium. §. 51.) Act. 27. 9. Paulum jejunium judaicum intelligere, decimi ſcil. menſis, Baronius (s) docet. Unde malè Bellarminus hoc præſens jejunium à Chriſtianis anniverſario ritu celebrari ſolitum, & ad quatuor temporum jejunia pertinere contendit. Relinquamus ergo illis etiam hunc ſuum Judaiſmum.

q] 22. q. 69. art. 3. [r] Veneti p. 47. & 170. [s] §. 158.

JESU

Ann. 59.

JESU CHRISTI *Annus* 59.
NERONIS *Imp. Annus* 3.

§. 1.) Petri, ut prætendunt, an. 15. Coſſ. Nero Aug. ſecundùm & Calpurnius Piſo: quos Calviſius ad an. 57. reponit. Paulus Act. 28. 11. transacta hyeme navi Alexandrinâ Puteolos venit, & tandem Romam. Certè Petro hactenus cum Romanenſibus Judæis nihil interceſſiſſe negocii, ex hoc capite liquidum fit, inde multi fratres obviam Româ Paulo occurrerunt: at nihil de Petro. Adeóne verò ille, ſi Romæ tunc fuit, fraternitatis Hieroſolymæ atque Antiochiæ initæ oblitus? Vel anne invidiæ livor Romæ eum detinuit? magno cùm fidelium ſcandalo per totum biennium Paulum neglexit, & præ ſe contempſit? Aſt quis hoc abſque ſcelere impingat Petro? quis S. Codici, ubi de ejus Romano itinere nec vola, nec veſtigium, cùm tamen maximè opus fuiſſet. Ita reſpondet Bellarminus, ut nihil dicat: contigit, inquit, ut Petrus abeſſet Româ, quando Paulus ibi appulit, & ibidem per biennium docuit, ac plures inde Epiſtolas miſit. At unquam Petrum Romæ fuiſſe, non ſimpliciter tacet tota S. Scriptura, ſed multis indubitatis argumentis negat. Nihil ſanè de Petro Lucas in diligentiſſima ſua hiſtoria, quin multa proponit contra receptam opinionem facientia: v. 21. cupiunt ad Paulum acciti Judæi audire quid ſentiat: *Nos*, inquiunt, *neque literas accepimus de te ex Judæa: neque adveniens quiſquam fratrum annunciavit, aut locutus eſt de te aliquid mali.* & v. 22. *velimus autem ex te audire, quæ ſentias: nam de iſta hæreſi notum eſt nobis ubique ei contradici:* Si verò Petrum habuiſſent præſentem, & ejus prædicationem audiſſent, non eſſent adeò hoſpites & rudes, neque opus haberent, ut Paulus aliquam eis pleniorem ſectæ novæ notitiam ipſis traderet. Lucas poſt prolixam Pauli graviſſimámque ad Judæos orationem, refert, eos multam inter ſe habuiſſe diſceptationem, aliis Paulo aſſentientibus, aliis minimè: tam prolixè ſanè eos non inſtituiſſet támque ſolicitè ſi Petrus Papa Romæ fuiſſet, quin potiùs ipſis de hoc gratulatus fuiſſet, ad illúmque provocâſſet. Quid ergo tandiu Petrus ibi egerat? Cur adeò omnium rerum rudes ſunt Judæi, ut inaudita hactenus cognoſcere ex Paulo cupiant?

Romam venit Paulus

§. 2.) Mirum profectò, ſi circa Pauli captivitatem Circumciſionis Apoſtolus Petrus Romæ fuit, quòd Chriſti nomen tam moleſtè à Paulo Roma audierit, ut ſubornati in hoc etiam plerique homines doloſi, ſub Chriſti prædicationis obtentu, Paulo exitium quærerent: Phil. 1. 12. 18. Obj. Ante Pauli adventum fideles Romæ fuerunt, ſicut & hi, qui illum exceperunt. Reſp. In multis locis ſemina jacta ab iis, qui non fuerant Apoſtoli, ita etiam Romæ

Ann. 59. factum. Sic ante ſecundum annum Claudii, quo Petrum Romam veniſſe ſomniant, fideles ibi extiterant, Tiberio & Caligula Imperatoribus. Inde Clemens l. 1. Recogn. Barnabam Romæ Tiberii tempore fuiſſe dicit; idémque Dorotheus in Synopſi affirmat. (vid. Plat. in Chriſti vita) Inſtat Perronius: Ideo Lucas Petrinæ Sedis non meminit, quia Pauli Magiſtri ſui acta deſcribit. Reſp. 1. Sæpiùs tamen Petri meminit. 2. Res iſthæc tanti momenti fuiſſet & ponderis, ut nulla ex parte ſicco pede prætereunda fuiſſet, adeóque negligentia haud excuſanda foret. 3. Et Chriſtiani, & Gentiles ipſi de Petri prædicatione, miraculis, eminentia, procul omni dubio vel aliquid notâſſent. Bellarminus dicit, ſub Nerone rediiſſe Petrum Romam, quia tutò eſſe ibi licuerit: & tamen eundem ſub Pauli adventum abfuiſſe. Aſt negligens Paſtor fuit, qui totum Pauli biennium deſeruit Eccleſiam, cui adeſſe per Imperatorem licuiſſet. Scilicet Cathedram requirunt hodie abſque præſentia, prout Sedem abſque fide Petri.

§. 3.) Ingenioſè periclitanti cauſæ ſuccurrit Corteſius: Petrum, ex quo ſub Claudio Româ pulſus, nonniſi poſterioribus Neronis temporibus eò rediiſſe. Ergo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus & proprius paſtor non fuit. Fortè titularis nonniſi extitit, ſicut hodierni. Quòd ſi durante prima Pauli captivitate unquam Petrus Romæ fuiſſet, vel ſi Univerſalis Eccleſiæ Caput extitiſſet, id Paulus in diverſis ſuis epiſtolis minimè reticuiſſet, adventûs & abitûs illius mentionem feciſſet, in arduis auctoritatem ejus omninò interpoſuiſſet. Reliquorum fratrum ſtatum adprimè depingens, anne ita Summi Pontificis oblitus eſſet? vid. 2. Tim. 4. 10. ſeq. alibi, inpr. Phil. 4. 22. ita Act. 28. 30. propria domo, eáque ampla (Hier. in Ep. ad Philem. teſte) conducta, quæ per biennium carceris loco fuit, accedentes & abeuntes recepit, ubi tamen ne hylum quidem de Petro, nihilominus verò diligentiſſimè de illo Evangelia & actus Apoſtolici loquuntur. Sic totam Epiſtolam ſuam ad Galatas ob rem graviſſimam, ſolo ſuo nomine, ſine ſalutatione, ſine ſubſcriptione, vel conſenſu Petri exaravit, ubi tamen ejus mentio, authoritáſque non utilis tantùm, ſed & neceſſaria omninò fuiſſet. Quinimò ubi mentionem Petri in eadem facit, nonniſi talia recitat, quæ abſentem denotant, ejúſque primatum penitus ſubvertunt: qua de cauſa Spondanus ad hunc an. §. 7. hanc ad Galatas Epiſtolam non Româ, ſed aliunde, & quidem ante Epiſtolam ad Romanos datam cenſet. Baronio quid arrideat haud facilè dixerim.

Poſterior Pauli Ep. ad Timoth. §. 4.) Paulum poſteriorem ſuam ad Timotheum non multum poſt ſuum Romam adventum, nimirum poſt primam ſuam coram Nerone defenſionem ſcripſiſſe Baronius (a) ſtatuit: At noviſſimam alii hanc Epiſtolam faciunt, ubi cùm jam tota liberationis ſpe excidiſſet, poſt abitum Tychici declarat tempus mortis ſuæ inſtantis: c. 4. v. 6. 7. Hinc eam alii ad an. 58. alii ad 59. al. 64. alii 69. collocant. Plerique contra Baronium ex altera captivitate, morti

a) §. 10. *Spond.* §. 3.

morti ſcripſiſſe vicinum cenſent. Hieronymus ex Euſebio, paulò ante decollationem, cùm in Chriſtianos ſævire cœpiſſet Nero. Nulla ergo ratio Spondani, quando §. 5. hanc ante Epiſtolam ad Philemonem, Philippenſes atque Coloſſenſes datam hoc argumento putat, quia in his unà cum Paulo in titulo quoque nominetur Timotheus, in illa verò ut Romam veniat moneri, quandoquidem primam Pauli captivitatem à ſecunda non diſtinguit. Neque pro ipſo faciunt, quando c. 4. v. 17. dixit, Dominum ſibi adſtitiſſe, ac fore prædixiſſe, ut per ipſum in omnes Gentes prædicatio impleatur: ſiquidem tum in ipſo carcere, tum per diſcipulos & Epiſtolas ejus fieri hoc potuit. Inſt. Ereptus fuit ex ore leonis i. Neronis. Reſp. De prima ſui defenſione loquitur, uti v. 16. apparet. Nimirum abſurditatem Spondanus videt, ſi Petrus ne in altera quidem Pauli captivitate Romæ fuiſſe dicatur. Partes hujus Epiſtolæ tres conſtituuntur. I. Hortatur Timotheum ad conſtantiam in fide & prædicatione Evangelii, nec non ad reliquas virtutes fideli Miniſtro neceſſarias, in adminiſtratione muneris ſui, aſperſis conſolationibus quibus erigit eum & ſuſtentat adverſus moleſtias & difficultates, periculáque Miniſterii cc. 1. 2. II. Prædicit ſequutura iniquiſſima tempora, quibus Eccleſia, & inprimis ejus Miniſtri graviſſimè affligentur, contra quæ ipſius animum munit & confirmat: c. 3. III. Repetit priores exhortationes, & mortem ſibi inſtantem prædicit: c. 4. Ann: 59.

§. 5.) 2. Timoth. 1. 6. *Exſuſcita donum, quod eſt in te, per impoſitionem manuum mearum:* conf. 1. Tim. 4. 14. At verò à ſolo Paulo manus non impoſitæ, verùm ab ordine Seniorum. Hinc volunt Latini manuum impoſitionem conferre gratiam & cum effectu conſiſtere. At nos neutiquam, ut alibi jam docuimus.

Phygellus & Hermogenes: 2. Tim. 1. 15. Schiſmatici hi vulgò audiunt.

Oneſiphorus: 2. Tim. 1. 16. à ferocibus equis in Helleſponto ad necem raptatus in Martyrol. ad 5. Sept. dicitur.

2. Tim. 2. 2. *Quæ audiſti à me inter multos teſtes, committe fidis hominibus, qui ſint idonei ad alios quoque docendos.* Inſtituit ergo, quales Miniſtri Evangelii vocandi & eligendi: conf. v. 16. 17. ut ſani & puri ſint in doctrina, atque tenaces fidelis illius ſermonis. Alibi quoque requiritur ut ſint inculpatæ vitæ. An verò fidi & idonei ad docendum admittantur ubique hodie res clamat, & maximi, quos vocant, Prælati teſtantur. Errant cumpr. etiam Anabaptiſtæ, quibuſvis ſine diſcrimine & examine ſive ordinatione Cathedram committentes. Non ſenſus Pauli, quaſi ſolus Timotheus de his proſpicere debeat, ſed ut hoc ſibi demandatum præcipuè habeat, quandoquidem electio à cœtu, examen à Miniſtris coram cœtu fit, vel etiam ut in more hodie p[o]litum, præſentibus Magiſtratûs politici delegatis.

§. 6.) 2. Tim. 2. 4. *Nemo qui militat, implicatur hujus vitæ negotiis, ut ei placeat, à quo delectus eſt miles.* Confer Act. 6. 2. Ergo præter alia gladius

Ann. 59. dius etiam materialis atque militia Clericis prohibita, niſi quòd juſtè pugnantibus ſuis hortationibus & precibus adeſſe poſſunt: vid. Joſ. 6. 8. (*b*) Ita jurisdictionalia, forenſia, ſuapte natura ſtrepitoſa, ad Verbi Miniſtros non ſpectant: maximè, quia non minùs quàm Apoſtolorum, quorum locum tenent, virorúmque Apoſtolicorum tota occupatio miniſterialis circa Verbi prædicationem, & Sacramentorum adminiſtrationem verſatur. (*c*) Ita Clerici negociatores atque uſurarii arcentur Concil. Carthag. III. can. 15. 16. Et in Chalced. Conc. ita ſe habet canon. 7. & allegatur 27. q. 3. Eos qui ſemel. *Eos, qui ſemel in Clero taxati fuerint, ſive in Monaſterio deputati, decrevimus neque ad militiam, neque ad honores ſeculares venire. Eos autem, qui hos auſi fuerint facere, & non ejus rei pœnitere maluerint, ut ad hoc idem revertantur, quod antè, obtentu Dei, ſibi propoſuerunt, convenit anathematizari.* Ita neque tutores teſtamentorum eſſe poterant. (*d*)

§. 7.) Et quia Deo militare dicuntur Eccleſiaſtici, ideo in Ilerd. Concilio can. 1. de his ita ſtatuitur: *ut Clerici in obſidionis neceſſitate poſiti, à ſanguine humano* (etiam hoſtili) *ſe abſtineant, admittantur tamen ad priſtina officia poſt duos annos pœnitentiæ.* Et allegatur canon diſt. 50. de his. Sanè quidem dicitur Petro Matth. 26. 52. *Qui acceperit gladium, gladio peribit:* id quod de eo dicitur, cui à Domino gladius non traditur, excludi tamen neceſſitatis caſum contra latrones, homicidas, invaſores & inſidiatores quis ambigat? Sicut verò errori vix eſt modus, ita hoc loco Latini graviter in utrumque extremum impingunt, dum licita clericorum negocia prohiberi hoc dicto, illicita permitti ſtatuunt. Etenim minimè vel contra cœlibatum clericorum, vel contra negocia domeſtica facit: 1. Tim. 5. 8. nec inter Eccleſiaſtici muneris impedimenta numeranda, ſed adjumenta. Neque locum habet quod ex Taciti l. 14. & Dion. l. 60. hiſtor. objiciunt, olim prohibitum fuiſſe militibus conjugium. Quid enim ad nos Romana hæc lex? Et tamen contubernii jus militibus ſemper fuit, à Junone arcebantur, non à Venere, ait Juſtus Lipſius ad Taciti l. 14. num. 75. id eſt, conjuges quidem non habebant, ſed concubinas & focarias. aliter autem erat, cùm emeriti eſſent. Num ergo concubinas & focarias malunt, quàm conjuges legitimas? num ſpurios liberis præferunt? utrum impedit magis? Annon fora, judicia, arma, immanes divitiæ, vectigalia, negociationes, redditus majori impedimento ſunt. Nec effugiunt dicendo, quæ ſecularia ſunt reſpectu materiæ, Eccleſiaſtica evadere ratione finis ſalutaris, ad quem ordinantur: ſiquidem omnia politica, etiam ut à politicis adminiſtrantur, Eccleſiaſtica, ratione ſalutaris finis evadunt. Quid enim aliud, quàm Dei Miniſter, Eccleſiæ tutor, defenſor & nutritius, ac utriuſque tabulæ cuſtos pius Magiſtratus? (*e*)

2. Tim.

b) *Dorſcheus in Aquin. à p. 127.* (*c*) *de Dom. l. 5. c. 2. §. 10. Marca T. 1. l. 2. c. 2. §. 10.* (*d*) *Cypr. l. 1. ep. 9. inpr. de Dom. l. 6. c. 8.* (*e*) *vide de Dom. in append. l. 6. contra errores Fr. Guareſii c. 3. §. 2. 3. p. 292.*

Digitized by Google

2. Tim. 2. 16. coll. cum 1. Tim. 6. 5. docet Paulus, quænam quæſtio-nes, lites & diſputationes vitandæ, cum quibus neutiquam convenit Pontificiorum diſtinctio, cùm ajunt, Concilia non probata à Summo Pont. certam fidem non facere. Ann. 59.

2. Tim. 2. 17. Hymenæus & Philetus. Jam reſurrectionem factam futuram amplius non fore docebant. Idem ſtatuit Alexander Ærarius: 1. Tim. 1. 19. qui ſimul legem & circumciſionem reducere volebat.

§. 8.) 2. Tim. 2. 19. *Solidum ſtat fundamentum Dei, habens ſigillum hoc, Novit Dominus, qui ſint* ſui. Hinc immutabilitas electionis, & Eccleſiæ ſimul veræ inviſibilitas rectè à noſtris concluditur.

2. Tim. 3. 16. *Tota Scriptura divinitus inſpirata* &c. Omnia quæ ad Scripturæ interpretationem & uſum requiruntur, in 4. claſſes diſtincta ſunt, in διδασκαλίαν, veritatis inſtitutionem; in ἔλεγχον, falſarum opinionum refutationem; ἐπανόρθωσιν, pravorum morum emendationem; παιδείαν ἐν δικαιοσύνῃ, honeſtæ diſciplinæ & piæ vitæ informationem. Sed hæc ſingula jubet nos Paulus unicè petere ex Scriptura S. Nihil igitur deſideratur, quod ad intelligendas & rectè uſurpandas Scripturas S. pertineat, quod ab illis ipſis peti non poſſit. Adhæc dicit Paulus, S. Literas *perfectum reddere* poſſe, item *inſtituere & eruditum facere* ad ſalutem. Ergo non Concilia, quà Concilia ſed unicè Verbum Dei attendendum. Ergo Concilia quæ S. Sripturam non ſequuntur, errant: vid. Eſa. 8. 20. 1. Theſſ. 2. 13. 2. Pet. 1. 21. Gal. 1. 8. Deut. 4. 2. Ergo Scriptura eſt perfecta, clara, ſufficiens, divina, canon, regula, ab omnibus legenda & tractanda.

Monetur Timotheus ut ἔργον εὐαγγελιστοῦ faciat: 2. Tim. 4. 5. Ergo extraordinarius fuit Miniſter Timotheus. Nec ſanè tantùm, quòd totius Aſiæ, ut putat Hammondus (*f*) ſed orbis univerſalis curam geſſit.

2. Tim. 4. 16. 17. 18. coll. cum Act. 24. 3. ſeqq. c. 25. 1. 2. ſeq. Paulus cauſam, nimirum religionis, dixit coram Magiſtratu politico & quidem infideli. Et illum judicem agnovit. Apoſtoli quidem, aliique fideles, obortas lites non requiſito prius Magiſtratu compoſuerunt, & contumaces puniverunt, at nonniſi Eccleſiaſtica pœna: Act. 5. 3. c. 15. 6. ſeq. 1. Tim. 5. 19. ſeq. In rebus ſecularibus nonniſi arbitri fuerunt, & amicabile, ut vocant, judicium exercuerunt; ne litigantes coram infideli judice ſcandalo & impedimento eſſent Evangelio, aliter facturi apud fidelem Magiſtratum.

2. Tim. 4. 16. *In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me deſeruerunt.* Ergo Petrus vel deſertor extitit, vel Romæ non fuit. Neque Baronius verò, neq; Bellarminus attendendi prætendentes, Nobiles quoſdam & aulicos Romanos intelligi, qui tyranni metu pro Paulo non interceſſerint. At incredibile quenquam ex nobilibus apud Neronem pro Apoſtolo hoc tempore quidquam potuiſſe; totum caput ſeu catalogus expreſſorum

Ddd 3 docet,

f) Diſſert. 3. c. 6. §. 9.

Digitized by Google

Ann. 59. docet, puſillanimes ipſum quoſvis diſcipulos intelligere, qui diffugerant, ut Aquinas docet: unde v. 11. *Lucas mecum eſt ſolus*; propterea petit à Timotheo, ſtudeat mox venire ad ſe: v. 9. & 21. & Marcum ſecum adducat, quia perutilis ſibi ad miniſterium: v. 11. Sic c. 1, v. 16--18. *Oneſiphori familia ſæpe me recreavit, & catenam meam non erubuit.* v. 17. *Oneſiphorus, quum eſſet Romæ,* σπουδαιότερον, *ſtudioſiſſimè me quæſivit.* Quare tam anxiè & ſolicitè per Romam hinc inde diſcurrendo Paulum inveſtigaverat, cùm à Petro, & aula ipſius certior fieri potuiſſet? Quare Petrum non ſimiliter quæſivit? c. 4. 21. *Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Annon nominâſſet præcipuè Petrum, ſalutémque ab eo illi miſiſſet? Vel quare ex induſtria ejus nomen ſuppreſſiſſet? Inſt. incerta Pauli ratio in recenſendis amicis & collegis ſuis. Reſp. Imò verò longè certiſſima & diligentiſſima, uti per omnia ejus ſcripta ſatis ſupérque liquet. Opinio ergo eſt, ut fatetur Baronius (*g*) quam Chryſoſt. hom. 54. in acta tradit, Romæ Palum ſalutâſſe Neronis pocillatorem & concubinam. Inſt. fortè antequam Paulus Romam venit, jam captivus tenebatur Petrus. Reſp. 1. ad an. 69. utrunque ſimul Romam veniſſe perhibent. 2. Si vel ante Paulum, vel cum illo Romam veniſſet, ſubſidium & ſolamen accepiſſet, quorum neutrum obtigit illi. 3. Annon æquè Petri, ac ſuorummet vinculorum mentionem feciſſet, certiores omnes fideles de ſuo Capite feciſſet, horúmque ad Deum preces & interceſſiones petiiſſet? Ita nonnemo cauſæ ſuæ diffidens objicit: Petrus Evangelium Romæ non annunciavit, quia nullum crediturum ex Spiritûs S. dictamine ſcivit. Reſp. 1. Qualis ergo Romæ paſtor? 2. Quare Paulus hoc præſtitit? 3. Vel hujus meminiſſe potuiſſet Paulus, eúmque excuſare. 4. Quî Paulo & reliquis fratribus nulla præſens officia exhibuit?

Creſcens, Gallia & Galatia. §. 10.) Creſcens abiit εἰς τὴν γαλατίαν: 2. Tim. 4. 10. ut Titum Dalmatiæ faciunt Apoſtolum, quia profectus eò dicitur, ita Creſcentem Galatiæ, eandem ob cauſam. Galliam alii intelligunt. Negat Launojus (*h*) Et ſi vel maximè in Galliam miſſus fuiſſet, quod tamen minimè damus, à Petro tamen miſſionem non habuiſſet. Gallos quidem Græci Galatas vocant, Galatæ autem ij propriè dicuntur, ad quos ſcripſit B. Paulus è Gallis oriundi, vocantur etiam Gallo-græci, quia mixti cum Græcis. Galli Stephano Γάλλοι, regio Γαλλία. Galatarum appellatio ex Celtarum antiquo & originali nomine facto non immeritò cenſetur, hoc verò ex Gelten/ valere, in pretio eſſe: Gallorum ex Wallen/ ambulare. vid. an. 33. §. 33. & 36. item an. 44. §. 39. & 41. In Gallia Creſcentem Pauli diſcipulum prædicâſſe ſimul & Hier. dicit. (*i*) Viennenſem autem & Moguntinam erexiſſe Eccleſias vulgò ſcribunt. Martyrium ſubjiſſe in Gallia ſub Trajano Baronio ad an. 118. §. 7. videtur, cujus ſucceſſorem in Sede Vienne. ſi Zachariam vocat: de Creſcentis memoria

(*g*) § 9. *Sp.* §. 2. (*h*) *Diſcuſſ. c. 2 p. 41. alii. Pivra Vrſin. de Eccl. Germ. à p.* 43. (*i*) *T. 1. f. 121. ed. Baſ. confer Blondell. de prim. p. 713. m.*

moria vid. ad 27. Junii. Inde procul dubio fit ut Archiepiſcopus Vienneñſis tanta polleat auctoritate, ut dicatur primas primatum. Archiepiſcopus autem Lugdun. hanc obtinere non potuit dignitatem, quia ſedes Lugdun. primariam aliquam provinciam ſub ſua poteſtate nunquam habuit. (k) Itaq; poteſtati potiùs politicæ, quàm fundationi hujus Eccleſiæ hæc adſcribitur prioritas. Ex ſimili traditione Lehmañus (l) refert, Creſcentem, Eucharium, Maternum & Valerium in his regionibus docuiſſe. Non autem Epiſcopi certorum locorum fuerunt, ſed poſtea demum ſucceſſit hæc dignitas epiſcopalis, ut & metropolitica, idque ad politici regiminis formam. (m) Epiphanius tradit, S. Lucam fidem Chriſtianam Gallis prædicâſſe. Eccleſias Gallicanas aut ab Apoſtolis, aut ab illorum ſucceſſoribus fundatas credunt. Sic Paulus in Hiſpaniam tendens Arelatenſem & Viennenſem Eccleſias plantâſſe & ſtabiliviſſe, ac Trophimum Arelate, Creſcentem Viennæ reliquiſſe anno 59. ab Adone Viennenſi perhibetur. Cui tamen aures faciles præberi non debent, quia ſoliti ejuſmodi ſcriptores Sedibus ſuis ex prætextibus dignitates & privilegia quærere. Quidquid ſit, Tertullianus quoque teſtatur temporibus multas Galliarum nationes fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe. Nimirum pro diverſitate provinciarum diverſi potuerunt eſſe Apoſtoli & converſiones, temporibus diverſis & ut ſæpe fit, relabi aliqui potuerunt ad priſtinos errores. Ita circa an. 456. Gallia Chriſto nomen dedit ſub Clodoveco Francorum R. De prima Gallorum illuminatione Sammartani T. 1. p. 792. Cùm nomine Galatiæ plurimi Galliam interpretentur, & Creſcentem ſub Nerone paſſum Euſebius, Sofronius, ac Chronicon Alexandr. prodant; Dorotheus autem, Galeſinius, & Baronius ejus Martyrium ſub Trajano collocent, idcirco remittimus hanc quæſtionem diſcutiendam ad locum Sulpitii Severi de prima Galliæ martyrum epocha vindicatum, ubi copiosè hac de re diſputatum eſt; & tamen Viennenſis Creſcens NB. Potino, vel Irenæo Lugdunenſi antiquior non aſſeritur, aut certè ejus æqualis, vel ſuppar; rectè autem ibi adnotatur, primorum Epiſcoporum Viennenſium ordinem valde perturbatum eſſe in Chronico Adonis. Eadem Gallia Chriſtiana p. 346. Moguntinæ Eccleſiæ primum Epiſcopum Creſcentem facit, ex ſola traditione, ſine aliis circumſtantiis. Gregorius Turon. (n) Ireneum Lugdunum à Polycarpo Johannis discipulo miſſum dicit. Atque hinc eſt, quòd Gallia Eccleſiarum ſuarum libertatem ſtrenuè hactenus propugnavit, neque ſe ab obedientiæ terra (quæ penitus Sedi R. ſubjecta) nunquam comprehendi, verùm omni ſuo jure Eccleſiaſtico, à Jeſu Chriſto ſibi conceſſo gaudere voluit. Ita tribus primis ſeculis neque electionem & confirmationem, neque diſpenſationem aut privilegium, neque quidquam ſimile à Rom. Epiſcopo petiere: quin ita acciſæ erant Rom. Epiſcoporum res, ut nonniſi perſecutiones, marty-

Ann 59. | An. 44. S. 24. & 35.

(k) *Lucas de Linda hiſt. p. 395.* (l) *hiſt. Spir. l. 1. c. 4. ex Euſ. l. 3. c. 4.* (m) *vid. eund. l. 2. c. 18. p. 88.* (n) *l. 1. c. 27.*

Digitized by Google

Ann 59. martyria perferre cogerentur: nec longè extendebatur illorum poteſtas, unde etiam nonniſi pauciſſimos Epiſcopos ordinârunt, utpote Clemens, juxta Platinam, durantibus IX. annis nonniſi V. ita deinceps. Hodie adhuc Galliarum Rex certas Papæ perſonas nominat functione Archiepiſcopali vel Epiſcopali dignas: ita in cauſis Eccleſ. gravioribus appellationes ad Regem devolvuntur. Præterea Eccleſia Gallicana multis privilegiis & immunitatibus gaudet. (o) At cùm Chriſtus Caput, pari jure, poteſtate & privilegio æqualiter inſtructos omnes dimiſerit in totum mundum Apoſtolos, cùm prædicatio & promiſſiones Evangelii ad omnes Eccleſias æqualiter pertineant: Joh. 20. 21. ſeq. Marc. 16. 15. ſeq. meritò eandem libertatem etiam omnes reliquæ Eccleſiæ Chriſtianæ aſſertum eunt.

2. Tim. 4. 13. φελόνης, penula, ut ſacerdotes cum Miſſatico veſtitu nobis dent Latini, φελόνην ſacrificantium veſtem exponunt: (p) at nil minus. Lacerna eſt veſtis, quæ tunicæ inducitur adverſus aëris & pluviar. injuriam: Gr. τέβων. τεβώνιον, τέβακον, μανδύη, φαινόλης: L. Phænolium, Phælonium; Ger. Regenwetter-Reiß-Mantel. Ipſum vide Baron. ad an. 58. §. 67.

Epiſt. Pauli ad Galatas. §. 11.) Gallo-Græcis non tantùm Paulum, ſed & Petrum prædicâſſe, imò & Creſcentem, antequam in Galliam abiret, Spond. §. 6. 7. vult, cui etiam Paulus ſuam ad illos Epiſtolam perferendam tradiderit, ſimul ante Epiſtolam ad Romanos, neque Româ ſcriptam ibidem affirmat: alii Nicopoli, alii Epheſo datam, anno quidem 51. alii 58. alii 60. contendunt. Ea autem ſcribendæ occaſio fuit, quòd Galatæ Pſeudoapoſtolorum prædicatione ſeducti, hanc ſanæ doctrinæ corruptelam imbiberunt, ut neceſſariam eſſe obſervationem Legis, neceſſaria opera Moralia & Ceremonialia Moſaica, præter fidem Chriſti ad ſalutem conſequendam crederent; à quo periculoſiſſimo errore ut in viam veritatis reducerentur, Apoſtolus omnem lapidem movit. Tres autem partes ejus. I. Narratio de Apoſtolatu miraculoſo ſuſcepto, nec non ejuſdem in Gentibus vocatione. c. 1. & 2. II. De gratuita juſtificatione hominis per fidem in Chriſtum abſque operibus Legis, ſive moralibus, ſive ceremonialibus c. 3. & 4. quibus tamen conjungenda ſunt & finis capitis 2. ubi incipit, & principium c. 5. ubi deſinit. III. Adhortatio ad rectum uſum libertatis Chriſtianæ, in quam nos Chriſtus vindicavit, nec non ſtudium bonorum operum: c. 5. & 6.

§. 12.) In tota hac Epiſtola Paulus non tanquam de præſente, ſed abſente Petro loquitur: & fortiſſimè ſe adverſus adverſariorum ſuorum criminationes defendit, ac nulli ſe ex Apoſtolis ulla ratione cedere docet.

Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neq; per hominus, ſed per J. Chriſtum & c. conf. v. 11. 12. 15. &c. Ergo non ab authoritate Petri ſuum miniſterium confirmat. Ergo Paulus non id tantùm in hac epiſtola agit, ut ſuum in hac doctrina conſenſum cum cœteris Apoſtolis comprobet, ſed etiã ut ratione vocationis, mune-

o) de Linda p. 396. (p) Bona lit. l. 1. c. 24. §. 8. coll. cum §. 1.

muneris, efficaciæ, amplitudinis & laborum, nullo, etiam excellentiſſimo Ann. 59.
Apoſtolo minorem eſſe ſe comprobet: 2.Cor.11.5. Commentum itaque quando dicunt, Petrum ſolum à Chriſto Epiſcopum ordinatum eſſe, reliquos à Petro. Reſp. Apoſtoli non fuerunt Epiſcopi: ipſi etiam Apoſtoli ab ipſo Chriſto vocati & miſſi. Vel à quo conſecratum Paulum dicent? At vocatus non contulit cum carne & ſanguine, ac poſt tres demum annos abivit ad Petrum: *v.16.* & 18. non ut Epiſcopus fieret, vel Apoſtolus, ſed ut eum videret. Falſum ergo quando Act.13.2. Paulum & Barnabam verè & propriè factos Epiſcopos putant. Paulus quidpe ante per annos plures Apoſtolus fuerat, & multas Eccleſias ſine dubio fundaverat, & paſtores ſeu Epiſcopos multos creaverat, eoſdémque Eccleſiis præfecerat; certè orbas non deſeruit.

§.13.) Gal.1.8. *Etiamſi nos, aut Angelus è Cœlo, Evangelizet vobis, præter id, quod vobis Evangelizavimus, anathema eſto.* Heic tantam certitudinem S.Scripturæ θεοπνεύςῳ facit, ut major ſit Apoſtolorum, & omnium Angelorum authoritate. Ergo ſuperat illa longè Paparum, Conciliorum, Epiſcoporum decreta. Ergo inſulſa, ne quid majus dicam, ſententia Bellarmini dicentis, Epiſcoporum eſſe definire & decidere credenda & agenda. Non ergo cœca fide credendum, ſi vel Romana, vel alia quæcunque Eccleſia negaret Chriſtum eſſe Meſſiam vel redemtorem, vel quodcunque ſimile. Igitur non Papa, vel quiſquam alius, ſed ſola S.Scriptura eſt infallibilis judex, principium, canon & regula fidei. Docet Apoſtolus, ſolius hujus Verbi divini maximam ac ſummam eſſe puritatem, conſtantiam, integritatem & ſufficientiam, cùm ipſe Deus talis ſit, ceu quia eſt immutabilis ſolus, énſque perfectiſſimum. Inſtituit Galatas, quo judicio falſam doctrinam deprehendere, & à veritate cœleſti diſcernere queant: conf. cap.6.16. Hoc loco Paulus Apoſtolica ſua, h.e. ſumma poteſtate & quidem etiam in adverſarios ſuos ſeductores, clavéque ligante utitur, ſicuti alibi etiam ſolvente. In V.T. ſicut & in N. varii erant poteſtatis, ſeu diſciplinæ Eccleſiaſticæ gradus. 1. נִדּוּי *Excommunicationis gradus.*
id eſt, ſeparatio, elongatio, excluſio, excommunicatio: Joh.9.22. coll. cum cap.12.42. ἀποσυναγωγία. Hinc veteribus Arceri à communione, cum Eccleſia non communicare, tolli à conſortio communionis. 2. חֵרֶם anathematizatio, devotio, piaculum, ἀνάθεμα, καταναθεμα, κάθαρμα, περικάθαρμα, περίψημα. H. סְחִי abraſio. 3. שַׁמַּתָּא Schammata, quâ reus omnibus humanæ ſocietatis juribus, legibus, officiis & commerciis excluſus judicio divino committitur, & ad extremam deſolationem condemnatur: i. q. Romanis olim igni & aquâ interdicere. (*q*) Olim apud Chriſtianos I. νουθεσία, commonefactio; item ἐπιτιμία ſcil. ἐπιτίμησις, increpatio, objurgatio, eáque vel

q) vid. Zimmerm. §.177.

Ann. 59. privata, vel publica. Pro ratione quidpe peccati gladius ſpiritualis exercendus, aliud enim occultum peccatum (Rom. 2. 16.) aliud manifeſtum, & hoc quidem vel delictum, vel ſcelus: delictum, quod non tam ἐκ προαιρέσεως, quàm ex infirmitate, & affectuum præoccupatione commiſſum, & quidem ab illo, qui alioquin malus non eſt; ubi contrà ſcelus contrario ſe modo habet. Duo in occultis peccatis admonitionum ſtatuuntur gradus, quorum prior, ut peccator à ſolo conſcio redarguatur, nî talia ſint peccata, quæ in maximum & publicum vel Eccleſiæ, vel Reip. deſitura ſint detrimentum, niſi conſcii fiant & præmoneantur, qui ſua authoritate occurrere illis queunt. Poſterior gradus, ut apud incorrigibilem in præſentia duorum, aut trium teſtium eadem correptio iteretur. Publica contrà redargutio fit, quando peccator privatim corrigi non potuit, ita ut hoc Eccleſiæ fuerit ſignificandum; item quando manifeſtum quidem peccatum fuit commiſſum, verùm tale, quod vel abſtentionem, vel excommunicationem nondum meretur, ſi modo peccator hac ratione ita ſe corrigi patiatur: Matth. 18. 15. ſeq. 1. Tim. 5. 20. Publicæ hujus cenſuræ multæ iterum ſunt ſpecies & differentiæ, quæ ex loci & multitudinis, in cujus conſpectu ea fit, reſpectu ſumuntur, alia ſiquidem objurgatio presbyterialis vel conſiſtorialis, alia Eccleſiaſtica. (r)

§. 14.) Secundus gradus diſciplinæ Eccleſ. eſt ἀφορισμὸς, excluſio, ſuſpenſio, abſtentio à S. Cœna, ad certum tempus, donec Eccleſiæ ſatisfiat. Atque ſtatim hæc ſpecies, ſtatim tertia, quæ aliàs anathematiſmus, Excommunicatio etiam dici ſolet. *Duæ erant*, inquit Bona (s) *communionis ſpecies, una participatio cum fidelibus in communi converſatione & conſortio, atque etiam in oratione, quâ qui donati erant, poterant in omnibus cum fidelibus convenire, ſed non perceptione Euchariſtiæ: altera ſpecies, quæ maxima dicebatur, jus præbebat ſumendæ Euchariſtiæ. Qui utraque privabantur, ab Eccleſia excisi erant ſeu excommunicati: hi nil poterant altari offerre, cùm ab ipſo Eccleſiæ ingreſſu, ſicut & pœnitentes primi gradûs, arcerentur. Idem dicendum de Catechumenis & pœnitentibus ſecundi & tertii ordinis, & de reliquis, qui peracto ſermone ab Eccleſia egrediebantur, & januis clauſis adeſſe myſteriis non poterant. Pœnitentes autem, qui ad quartum gradum pervenerant, illi etiam, qui ob aliquod minus grave peccatum ſola Euchariſtiæ communione privabantur, licèt ſacris intereſſent, & orationum participes fierent &c. nihil tamen poterant offerre &c.* Porrò in ſecunda hac claſſe comprehendebantur olim h. e. excludebantur à S. Communione Catechumeni, ſuáſque ſtationes habebant, unde infidelibus adnumerabantur: inpr. autem huc pœnitentes ſpectant, quorum ſtationes quatuor erant. 1. πρόσκλαυσις, ſive ὁ τῶν προσκλαιόντων τόπος: L. Fletus. 2. ἀκρόασις ſeu ὁ τῶν ἀκροωμένων: auditio. 3. ὑπόπτωσις ſeu ὁ τῶν ὑποπιπτόντων τόπος: L. ſubſtratio; atque de hoc gradu pœnitentiæ, pœnitere in Conciliorum canonibus & alibi uſurpatur. 4. Σύστασις ſeu ὁ τῶν συνεστώτων βαθμὸς, conſi-

r) *vid. Zepper. polit. Eccl. à c. 17. Tilen. diſp. part. 2. diſp. 28. alios.* (s) *l. 2. c. 8. §. 6.*

conſiſtentia. Ut verò in Eccleſia excluſio ſummè neceſſaria, ita probè ca- Ann. 59. vendum, ne illa vel in tyrannidem, vel in vindictam privatam abeat: quare nemo hodie probabit, quando olim veteres abſtentionem in multos annos, imò interdum ad vitæ finem extenderunt. (*t*) Ut verò is, qui ob peccatum commiſſum nullam increpationem admittit, ſed pertinax & refractarius perſiſtit, ſuſpendi tandem poteſt, ita in ſcelere gravi & publico prior hic gradus adhiberi non poteſt, ſed pergendum rectà ad ſecundum: quòd ſi & hic gradus rideatur & contemnatur, etiam poſt ſerias ac iteratas admonitiones tranſeundum erit ad tertium gradum, ad excommunicationem, quâ Presbyterium conſciâ Eccleſiâ talem ejicit ab externa Eccleſiæ ſocietate, tantiſper dum ex teſtata reſipiſcentia, toti Eccleſiæ, vel certè illius presbyterio conſtiterit, eum Deo reconciliatum eſſe: Matth. 18. 17. Ita Paulo 1. Cor. 5. è medio tollere i. q. excludere, evitare, omnem familiaritatem denegare, metaphora à capitalibus facinoroſorum ſuppliciis. Tamen verò ejuſmodi excommunicatum penitus non negligendum Paulus 2. Theſſ. 3. 14. docet. Atque hunc gradum iterum in majorem & minorem ſubdiſtinguunt, ſicut apud Hebr. חרם & נדוי i. q. *παραδοῦναι τινὰ τῷ Σατανᾷ* 1. Cor. 5. 5. 1. Tim. 1. 20. atque hic vulgò in Conciliis adhibitus, in quo tamen graviter ſæpe peccatum, maximè verò ſequioribus ſeculis à Latinis & præcipuè ab illorum Capite. In Eccleſiaſticis autem viris correptio: translatio: depoſitio, vel temporaria, vel perpetua: excommunicatio exercebatur. Ubi notandum inter alia, quando Romanus Epiſcopus excommunicavit alium extra ſuam diœceſin vel Patriarchatum conſtitutum, vel ſi illum damnavit, illud nonniſi communionis denegationem notare, unde illum propria poteſtate non potuit deponere. (*u*)

§. 15.) Gal. 1. 12. *Neq; ego ab homine* (Evangelium meum) *accepi, neque edo. θεοδίδακτus ſum, ſed per revelationem Jeſu Chriſti.* i. q. 1. Cor. 11. 23. *Ego tradidi vobis, δακτοι, quod accepi à Domino.* Ergo θεοδίδακτοι erant S. Scriptores, Sp. S. Amanuenſes, *Apoſtoli*, neq; erravêre. Ergo S. Sc. divinum habet teſtimonium in ſe, Eccleſiæ autem teſtimonium nonniſi miniſteriale. Ergo Petro non acceptum tulit Evangelium ſuum Paulus, neque ad eum provocavit, ſed perſonam ſuam unicè contra malignas ſuggeſtiones defendit, & ſe ſummis Apoſtolis per omnia exæquavit. Inane igitur effugium cùm dicunt, propoſitum Paulo in hac Epiſtola non fuiſſe oſtendere ſe Petro non eſſe ſubjectum quoad gubernationem, ſed Evangelium ſuum æquè verum ac divinum eſſe, & à Chriſto immediatè acceptum, atque Evangelium Petri. Reſp. Paulus triennio demum pòſt à converſione Hieroſolymas ad Petrum venit, non ut diſceret, nec ut miſſionem aut poteſtatem ab eo acciperet, ſed ut eum inviſeret: c. 1. v. 18. deinde interjectis annis 14. non ad ſolum Petrum, ſed ad illos potiſſimùm rediit, qui

t) *vid. Arnd. Antiq. l. de diſcipl. Eccl.* §. 4. 5. (*u*) *vid. Zimmerm.* à §. 171. *Zepper. c.* 21. *Forbeſ. inſtr. l.* 12. *c.* 3. §. 5. *Burmann. l.* 8. *c.* 5.

Ann. 59. in pretio fuere, quos inter & Petrus, atque hos nihil ſibi contuliſſe profitetur: unde Hieronymus (*x*) *ille abſque jactatione ſui, occultus eſt ſenſus, mihi qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt: ſed contrà à me eis collatum eſt, dum ſiunt in Evangelii gratia firmiores.* Ita c.2.v.6. Paulus oſtendit Petrum & antè, & pòſt Judæorum fuiſſe Apoſtolum, neque ex pacto, vel fœdere tantùm, ſed etiam ex Dei inſtitutione & Chriſti mandato: v.7. coll. cum Act.13.47. Joh.21.18. Proinde Univerſalis Petrus Epiſcopus non fuit. Et rectè quidem ſanè firmiſſimum hoc argumentum vocant noſtri, quia Spiritûs S. & Scripturæ authoritate nititur. Quî ergo Paulus 18. demum poſt Chriſti aſcenſionem anno coarctari tantopere potuiſſet? Ergo ſi Papa Petri ſucceſſor ſit, ad Judæos potiùs abeat. Tolerat fortè illos propterea magis Romæ, quàm Reformatos. Pactum inter utrunque Apoſtolum initum volunt adverſarii quintum circa vel ſextum annum, poſtquam Petrus Româ Hieroſolymas redierit, & poſtea denuò Romam revertiſſe putant: qua ratione certè fœdifragus fuiſſet. Neque Bellarmini ſatisfacit commentum: Petrum Judæos principaliter ibi docuiſſe: quoniam meliùs hoc in Judæa præſtare poterat, prout revera præſtitit. Et quia Apoſtoli viderunt, unum omnibus præeſſe Eccleſiis & ſufficere non poſſe, ideo partiti ſunt inter ſe Apoſtolatum: v.7. & 9. Annon igitur hac ratione fidem Petrus violâſſet? Sophiſma eſt, reſponſione indignum, cùm ajunt: Petrum renitentibus Judæis, unà cum cœteris Apoſtolis ad Gentes abiiſſe, quandoquidem hoc non probari, ſed contrarium demonſtrari poteſt. Quid ergo Hieroſolymis fecerunt Epiſcopi, ex adverſariorum confeſſione. In ipſum tempus, quando Petrus, ex Latinorum opinione, & antè, & pòſt Romæ degit, hoc incidit pactum. Quî itaque fit, quòd Paulus Româ in gravi caſu ſcribens Petri auctoritatem non interponit, ſed contrà Pſeudoapoſtolis, qui in pretio erant, comparationem inſtituit? Profectò abſentis etiam Univerſalis hujus Epiſcopi mentio plurimum cauſam juvâſſet: vel ſi tam ardua ei inſinuâſſet negocia, ſi omnia illi ſubjeciſſet, atque ad forum & tribunal ipſius adpellâſſet. At nil hîc, nil ullibi. Unde Româ hanc dediſſe Epiſtolam negat, abſque tamen fundamento.

§.16.) Paulus in gubernatione ſubjectus fuit Petro. Reſp. N. Affirmat enim non ſimpliciter, ſe non inferiorem, ſed nulla in re inferiorem fuiſſe ſummis Apoſtolis. Nec in gubernatione doctrinæ inferiòr fuit, quoniam illam à Chriſto accepit, & ab eodem miſſus & æquè ἀκόπτης fuit: neque in ordine & modo prædicandi & regendi, quia cum nullo Apoſtolo contulit, nec mandata & poteſtatem à quopiam accepit. Eandem omnes Apoſtoli gubernationem æquè ac juriſdictionem acceperunt: eandem fidei firmitatem ac certitudinem: v.6. apertè perſonam perſonis comparat & adæquat, quatenus nimirum Apoſtoli & quidem Summi. Si Petro ſubjectus fuiſſet, magna

x) in c.2. hujus Ep.

Digitized by Google

magna ſanè differentia in utriuſque munere interceſſiſſet. v. 8. Non minus efficacem Deum fuiſſe per ipſum inter Gentes ait, atque per Petrum inter Judæos. Nihil de mandatis, nihil de gubernatione Petri erga Paulum, vel Gentes, nulla planè exceptio. (y) Nec minor fuit in jurisdictione, unde etiam excommunicavit & Sathanæ tradidit: 1. Cor. 5. Ann. 59.

Gal. 1. 19. *Alium ex Apoſtolis non vidi quenquam, niſi* (Petrum &) *Jacobum.* Unde colligunt, reliquos Apoſtolos in loca longè diſſita Africæ & Orientis atque ſeptentrionis conceſſiſſe.

§. 17.) Gal. 2. 9. *Jacobus, Cephas & Johannes, qui exiſtimantur eſſe columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ ſocietatis* (fraternitatis) *ut nos apud Gentes, ipſi verò apud Cirumciſos* (apoſtolatu fungeremur) En pactum, ſocietatis partitio! Non ergo Petrus privilegium habuit ordinarium, quod reliqui non habebant, nec Univerſalis fuit. Quomodo ergo Petrus ſolus erit columna, aut unum illud viſibile Eccleſiæ Caput? Nec impedit quando nonnemo (z) ait, pactum Paulum inter & Petrum ἰδίως ad Antiochenam Eccleſiam referri, ubi Petrus Judæis, Paulus Gentibus operam dederit; ut nimirum rationem reddat, quomodo duo Epiſcopi una in urbe eſſe potuerint: non tantùm enim ſubtiliùs hæc ita dicuntur, arctiuſque contra Apoſtolorum officium, atque aperta alia loca conſtringuntur, ſed & Petri primatum tollunt. At, juxta Cypr. de Unit. Eccleſ. cœteri quoque pari honoris & poteſtatis conſortio præditi erant. Ideo Naz. orat. 26. οἱ περὶ τῶν ἄλλων καὶ ὄντες καὶ ἀριθμούμενοι; ἡ ȣ̓ χριςȣ̃ προτίμησις. Et Chryſoſt. in Matth. hom. 47. προτιμηθέντες; & hom. 57. κορυφαῖοι, ὑπερέχοντες; & hom. 65. τῶν ἄλλων πλέον ἔχοντες; in Acta hom. 20. προέκειτοι; in Gal. 2. μεγάλοι καὶ ἔξαρχοι, ἐξαίρετοι, ὡς πάντες πανταχȣ̃ περιέφερον. Communem ergo apoſtolatûs ſortem ſuperaſſe Petrum adverſarii probent: perſonalia autem dona non curamus, quia hæc Papatum non faciunt, neque illis alii deſtituuntur Apoſtoli.

Petrus Judæorum, Paulus Gentium Apoſt.

§. 18.) Gal. 2. 11. Paulus in os obſtitit Petro, eò quòd condemnandus i. e. ob peccatum ſeu lapſum reprehenſione dignus eſſet. Id factum non privatim, ſed publicè. Hieronymus in hunc locum vult, Petrum à Paulo Oeconomicè reprehenſum, non quòd revera eum reprehenſibilem exiſtimaret, ſed ut ea reprehenſionis larva & hypocriſi, Gentiles ædificarentur & ſervarentur. At rectè ipſe Auguſtinus Hieronymum propterea reprehendit (a) ad quæ Hieronymus multa & mirifica reſpondet. Auguſtino egregiè accinit Thomas in hunc locum, de quo vid. Dorſcheum in Aquinatem p. 64. Hieronymum ergo graviter lapſum quis neget, cùm non tantùm epiſtolas multo felle tinctas contra Auguſtinum ſcripſerit, ſed eundem etiam tacitè in ipſis quoque commentariis perſtringat & vellicet. Baronius hoc loco omnium Patrum ſententias rejiciens (b) ſuam, ſed planè mirabilem, ſequitur,

Petrus peccavit.

(y) *vid. Aug. in c. 1. ad Gal.* (z) *Hammond. diſſert. 5. p. 258.* (a) *inter Epiſt. Hier. 86. inter Auguſt. Ep. 19.* (b) *ad an. 51. §. 39.*

Digitized by Google

Ann. 59. quitur, illa nec ex compoſito ab Apoſtolis facta, nec ea faciendo Petrum vel minimum deliquiſſe. Quid ergo, mi Baroni? Reprehendit igitur Paulus non ut minor majorem, nec per fraternam correptionem; neque immeritò, propter lapſum gravem, quia Gentiles judaizare coëgerat contra Apoſtolicum Concilium Act. 15. utut Petrus ſcivit, velle Deum, ut per os ſuum audirent Gentes Evangelium & crederent: Act. 15. 7. tamen præ nimia timiditate, videri noluit ac ſi cum Gentilibus converſaretur, vel quidquam negocii haberet, ita ut aliquando cum illis edens deprehenſus, ſubterfugerit & ſeparaverit ſe ab eis, metuens eos, qui erant ex circumciſione: v. 12. 13. 14. Aſt imenſum hæc diſtant à Papatu, quem jam Romæ exercuiſſe volunt. Propter hanc hypocriſin, quâ alios quoque ſeduxit, jure acriter eum redarguit Paulus, quia non recto pede, nec Evangelii veritati congruenter inceſſit. Intolerabile ergo cùm dicunt Latini, Jeſum Chriſtum Petro ejúſque ſucceſſoribus eandem dediſſe poteſtatem, quam ipſe habebat. Unde rectè Launojus Petri infallibilitatem ex iis locis, quæ prætendunt Romanenſes, concludi poſſe negat (c) Petrus ergo accepto jam Spiritu S. graviter lapſus. Num in doctrinæ fundamento errârit, quæri poſſit. Petrum in converſationis ſinceritate errâſſe, & Legis Moſaicæ uſurpatione indubitatum: Chriſtum autem ſalutis ſtatuiſſe fundamentum par eſt ut credamus. Aſt non cordis tantùm, ſed & oris, atque omniumactionum confeſſio requiritur. Eo ipſo enim quòd ceremoniæ Moſaicæ adiaphoræ erant, cogere Gentes non debebat, nec ab eis recedere, & ſtatim Gentilibus, ſtatim Judæis communicare hypocriticè. Unde à Paulo duriter exceptus, quo quidem hic Apoſtolus probavit, errare Petrum poſſe; neque eundem talem poteſtatem in Eccleſia obtinere, quâ ab aliorum judicio & examine prorſus ſit exemptus: unde & Act. 11. 2. rationem reddere debuit.

§. 19.) Hunc ipſum ergo errorem Paulus in hac Epiſtola Galatis monſtrat, & lapſum Petri ob oculos ponit. Annon verò commodiſſimè hoc loco ipſe Petri calculum, voluntatem, approbationem, ſi ſuperior, vel ſi Romæ, aut ſaltem Papa Romanus fuiſſet, eisdem proponere potuiſſet, imò & neceſſariò debuiſſet? Certè Paulus Petrum potiùs, quàm illum Petrus, ſi doctrinam ſpectes, gubernavit. Rectè ergo ad huncce locum Lyranus: *Paulus reſiſtere Petro non auſus fuiſſet, niſi ſe non imparem ſciviſſet.* Fraternam igitur correptionem dixeris licet, tamen fuit acerba & ſeria. Abſurdè de Petro dictum foret ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, ſi Paulus Petrum ἀνεύθυνον noviſſet. Novum ergo Paparum jus: *Nemini de Sedis Apoſtolicæ judicio licet judicare.* Et: *Hujus Sedis culpas redarguere præſumit mortalium nullus.* Quid fieret hodie illo, qui mortalium poſtremus fraternè, & maxima cum reverentia reprehenderet Papam? Quid ſi acriter & publicè vel in vita, vel in doctrina? Ergo nemo, ne quidem primarius Eccleſiæ Miniſter, à correptione fraterna & cenſura Eccleſiaſtica excipitur. *O amen-*

(c) *Epiſt. part. 5. epiſt. 6. 7. 8.*

Digitized by Google

O amentes Galatæ &c. c.3.1, ita c.1.6. *Miror vos ita citò, deſerto eo, qui vocavit vos in gratiam Chriſti &c.* Er. Eccleſia particularis errare & deficere poteſt. Ann. 59.

Gal.5.1. *In libertate igitur, quâ Chriſtus nos liberavit, perſtate, & ne regredientes implicamini ſervitutis jugo.* Conf.c.4.31. 2.Cor.3.17. Non ergo liberum vel ex gentiliſmo, vel ex Judaiſmo in Chriſtianam religionem derivare & trahere, quæ ei contraria: & licèt vel Petrus, vel Angelus de cœlo ita vel faceret, vel doceret, vitandus foret.

Gal.4.8. Δȣλεύειν: apertè tribuitur cultui divino: quod tamen Latini referunt ad Sanctorum cultum. Confer 1.Theſſ.3.9. Apoc.22.3.

Gal.6.16. Κανὼν, canon. propriè regula directrix. ex uſu Eccleſiæ denotat Scripturam θεόπνευστον, item conſtitutiones Eccleſiaſticas: metaphorâ ſumtâ ab architectis & agrimenſoribus, qui κανόνα vocant perpendiculum ſeu amuſſim ſuam: conf.2.Cor.10.16. Philip.3.16.

§.20.) Eidem tabellario, cui Paulus poſteriorem ſuam ad Timotheum commiſerat, ſcil. Tychico, ſuam ad Epheſios perferendam eodem tempore tradidiſſe Baronius (*d*) dicit. Hanc alii ad an.56. alii ad 60. al. ad 63. collocant. Eam partim doctrinalem conſtituunt, de myſteriis ſalutis noſtræ: cc. 1, 2, 3. partim parænеticam, de pietatis officiis. *Epiſt. ad Epheſios.*

Epheſ.1.22. *Omnia ſubjecit ejus pedibus, eúmque conſtituit CAPUT ſuper omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius.* & v.22. *quæ eſt corporis ipſius, & complementum ejus, qui omnia complet in omnibus.* Confer v.10. & c.4.v.15. c.5.23. 1.Cor.12.12. Col.1.18. Quòd ſi Chriſtus unicum eſt Eccleſiæ Viſibilis & Inviſibilis Caput, non poterit Rom. Epiſcopus alterum eſſe Caput, niſi vel Chriſtum reſecare, vel bicipitem facere Eccleſiam placeat. Non ergo ad conſenſum cum Papa, ſed ad concordiam & conſenſum cum fidelibus, & cum Capite hæc trahi debent. Etenim ut unum eſt corpus, & unus Spiritus, ſic unum Caput dari debet: præſertim cùm eodem modo Chriſtus ſit Caput Eccleſiæ, quo vir uxoris; cùm etiam Chriſtus Sponſus ſemper vivat, ſemper regnet & regat. Inde Baſilius in aſcet. ἡ μία καὶ μόνη ἀληθῶς κεφαλή. Idem ſolus ut Caput corpori ſuo myſtico influentiis adeſt; quæ omnia Papæ minimè conveniunt, nec tamen Eccleſia neceſſariis influentiis carere dicenda. Nihil ſanè Paulus vel in hac, vel in aliis Epiſtolis, de ullo Capitis hujus Vicario, ubi tamen omninò his occaſionibus ejus meminiſſe debuiſſet: nam graviſſimè lapſus fuiſſet, imò in Chriſtum ipſum peccâſſet, ordinémque Eccleſiæ conculcâſſet, ſi quæ Pontificii de miniſteriali Capite ſuo dictitant, eſſent vera. Sic c.4.v.11.ſeq. dicit, Chriſtum poſt aſcenſionem in Cœlos dediſſe dona Eccleſiæ, nempe Apoſtolos, Prophetas, Evangeliſtas, paſtores & doctores coagmentationem Sanctorum, ad opus Miniſterii, ad ædificationem corporis Chriſti. Imò ipſa talia ſcribendi occaſio planiſſimè hoc poſtulâſſet, *Chriſtus ſolus Caput.*

d) *Spond.*§.7.

Digitized by Google

Ann. 59. láſſet, etenim Pſeudapoſtoli hoc potiſſimùm prætextu inſtructi perturbabant Eccleſiam: Petrus & Jacobus ſunt ſupremi Apoſtoli, illi cum Domino Jeſu multùm verſati, & ab eo tanquam principes Apoſtolorum plurimi ſunt facti: illis potiùs credendum, quàm Paulo, qui eis nullo modo par eſt. Nos porrò illorum ſumus diſcipuli, jam rectà ab eis venimus &c. at his omnibus occurrit Paulus, unumque tum triumphantis, tam militantis Caput, idque perpetuum, facit Chriſtum.

§. 21.) Blaſphemum dicere, omnia nomina, quæ in Scripturis Chriſto tribuuntur, unde conſtat eum eſſe ſupra Eccleſiam, & Caput illius, eadem omnia tribui Romano Pontifici. Ergo & illi datum nomen ſupra omne nomen: Philip. 2. 9. Act. 14. 12. Nam ex eo, quòd ad tantam dignitatem evectus eſt, conſtat illum eſſe Caput Eccleſiæ: Epheſ. 1. 21. 22. Ecquale tandem Caput factus? Quod omnia implet in omnibus ſalutémque dat corpori: v. 23. & cap. 4. v. 10. Num verò vel Papæ, vel ulli creaturæ convenire iſthæc unquam poterunt? Certè Papa nonniſi externæ unitatis cuſtos eſt juxta adverſarios: inde tamen, licet illi, qui ab eo dependent, corpus unum, non tamen ſpiritus unus dici poſſunt, maximè cùm odia Vatiniana inter ſe exerceant, gravéſque ſint animorum & ſententiarum diſſenſiones. Neque ſufficit, quum Papam nonniſi Caput eſſe Miniſteriale dictitant: quandoquidem nec Eccleſia, nec Chriſtus tali indiget, nec illud ſufficeret, nec abſentiam Chriſti ita compenſaret. Tam ergo ſufficiens Chriſtus eſt Caput, ita omnia ſuâ potentiâ portat, ac influentiis regit & moderatur, ut alio Eccleſia non egeat, nec aliud ipſe ferre queat. Quis ſucceſſorem illi quærat, aut ſubſtitutum? Maximè quia ipſe actuale Eccleſiæ regimen exercet: Rom. 8. 34. Heb. 7. & 9. Matth. 28. 20. Eph. 5. 29. cap. 2. 20. Adde quòd is, qui maritum ſe Eccleſiæ conſtituit, maritum ſe illius & Sponſum facit: qui Caput ſe conſtituit, Eccleſiam corpus ſuum facit: quod impium. Intolerabile ergo, dum Papa Univerſalis militantis Eccleſiæ regimen ſibi tribuit & rapit: intolerabile quando Bellarminus ait, Papam eſſe Caput in ſpiritualibus, nemini ſubjectum in temporalibus. Nec mitigant ſuam cauſam dicendo, Petrum non eſſe Chriſto æquale Caput; ſeu Chriſtum ſupremum eſſe Caput, Petrum verò Vicarium Chriſti & Caput ſecundum: Chriſtum totius, Petrum partialis ſcil. Viſibilis Eccleſiæ exiſtere Caput; ſive Chriſtum eſſentiale, Papam ſubordinatum eſſe. Reſp. Nec vola, nec veſtigium ullum in S. L. adparet: omnia hæc, uti fusè demonſtratum, Chriſto Capiti contraria, quandoquidem Eccleſia πλήρωμα, complementum eſt Chriſti: Eph. 1. 23.

Fundamentum Apoſtoli quomodo. §. 22.) Eph. 2. 20. *Superſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum exiſtente angulari ejus lapide J. Chriſto.* Hinc verò non evincitur, ut fingunt, fundamentum aliquod eſſe ſecundarium, niſi omnes Apoſtolos æqualia eſſe fundamenta dixeris: confer Apoc. 21. 14. at longè aliter ii fundamenta vocantur, impropriè ſcil. quia omnes fundamentum jecerunt, adeò

Digitized by Google

adeóq; nō tam perſona, quàm doctrina ipſorum intelligitur. Quemadmodum olim Prophetæ, ita & Apoſtolos uni fundamento Chriſto inædificâſſe docet Paulus, proinde licet homines fuerint, erroriq; obnoxii, tamen in fundamento doctrinæ cœleſtis nō erraviſſe, nec ab eo diſceſſiſſe. Falſum ergo veritatem in Eccleſia nullo alio medio propagari & conſervari, quàm per Concilia: Eccleſia ſiquidem non ſuper Concilia, ſed ſuper Chriſtum, & ſuper doctrinam Apoſtolorum & Prophetarum exædificata. Æquè falſum, quando concludunt Er. Concilia non errant. Atqui Concilia non ſemper huic fundamento inædificant. Obj. Petro primò revelata myſteria Evangelii. Reſp. Negatur, neque enim ejus cognitio magis commendatur, quàm cœterorum, unde Dominum à paſſione dehortari voluit, & æquè ipſe ac cœteri naturam regni Chriſti ignoravit, poſtea verò æqualiter ſuper omnes Spiritus S. deſcendit. Inſt. Petrus alios ante omnes, & ſupra omnes docuit, quod abſque hominum miniſterio didicerat. Reſp. Et Paulus, & cœteri divinitus inſtituti fuerant, nec ſupra omnes laboravit: licèt alios primus docuerit, quod tamen adhuc controvertitur, nihil evincitur: Paulus poſtremus nulli ceſſit. Apertè hîc Paulus poſt Chriſtum Caput, non unum, ſed omnes Apoſtolos æquales, primarios & ſummos architectos Eccleſiæ eſſe ſignificat, ratione nimirum doctrinæ, in qua Eccleſia fundata: ea de cauſa Petrus non amplius, quàm Apoſtoli nomen ſibi tribuit: 1. Pet. 1. 1. & eos, ad quos ſcripſerat, monet, ut præceptorum Apoſtolicorum memores ſint. Quàm infirmùm perſona Petri fundamentum fuiſſet, negatio, hypocriſis ipſius, præpoſterus Zelus, de quo aliquotiens Evangeliſtæ, clarè comprobant. Ann. 59.

§. 23.) Epheſ. 4. 4. *Unum eſt corpus, & unus ſpiritus &c. ità v. 5. Unus Dominus* &c. Scilicet ut Eccleſia nonniſi unum eſt corpus, ſic eadem nonniſi unum Dominum Chriſtum habet & agnoſcit: conf. 1. Cor. 8. 6. Huic ergo regno duo Monarchæ vel coordinatè, vel ſubordinatè dari non poſſunt, quia ſolus Chriſtus ſpiritu ſuo membra regit & vivificat. Verum ergo & firmum argumentum Calvini: Unum corpus, unus ſpiritus, una ſpes vocationis, unus Dominus, una fides. In his cauſis unitatis non ponitur Summus Pontifex, qui Eccleſiam in unitate contineat.

Eph. 4. 7. *Unicuique noſtrûm data eſt gratia pro menſura doni Chriſti.* Ergo nulli data plenitudo poteſtatis, ſed ſingulis ſua portio.

Eph. 4. 11. *Dedit alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Evangeliſtas, alios Paſtores & Doctores.* v. 12. *ad concinnitatem integram Sanctorum, ad opus miniſterii, ad ædificationem corporis Chriſti.* At quæſtio eſt de unitate, de gubernatione Eccleſiæ, de Capite Corporis hujus. Nullum autem tale Viſibile Caput, quod regat membra, hîc proponitur: quin apertè rejicitur, dum ſoli Chriſto omnis præeminentia tribuitur, ei autem primo loco non unus, ſed omnes Apoſtoli ſubjiciuntur. Sanè omnes ordines majores Miniſtrorum Verbi, tum ordinarii, tum extraordinarii recenſentur, at nihil de *Ordines N. T.*

 tali

Ann. 59. tali Capite, nec ullo in loco alibi: conf. 1. Cor. 12. Rom. 12. cùm tamen ſes id quàm maximè efflagitâſſet: quippe ex inſtituto varia miniſteria recenſet, quibus Chriſtus in cœlum profectus uti in Eccleſia regenda voluit, adeóque vivam Eccleſiæ imaginem depingit. Quî ergo Caput omiſiſſet? At nullus hîc Summus Paſtor Viſibilis, nullus Summus Doctor: nil ſpecialiter de Petro. Obj. Apoſtolus hoc loco non hierarchiam Eccleſiæ delineavit, ſed tantùm varia dona enumeravit, quæ ſunt in Eccleſia. Reſp. Curationes & genera linguarum ſunt chariſmata Spiritûs S. quæ tamen hîc non recenſentur. Genera certè miniſteriorum, quæ Chriſtus ad Eccleſiam docendam inſtituit, deſcripſit ordine. Verùm quomodo confuſè Papam, juxta Bellarminum, nomine Paſtorum & Doctorum intellexit, & ita præcipuam partem, Caput ipſum, omiſit? Quomodo omnem Apoſtolicam auctoritatem in ſolo Papa reſidere, ſolique Petro ſucceſſum eſſe dicunt, ſi ſub communi Paſtorum & Doctorum nomine comprehendatur? Neque etiam Petrus inſtituit munus Paſtorum, ſed Chriſtus dediſſe hîc docetur. Proinde longè firmiſſimum in donis Chriſti primo loco Apoſtolos ponendos, neque ullum in his terris dari Viſibile Caput: inſuper neque Paſtores, neque Doctores, proinde neque Epiſcopos ab ullo homine conſtitutos, ſive authoritatem habere: confer Act. 20. 28. Inſt. Gradus eſſe inter Miniſtros Verbi hîc Paulus docet. Reſp. Negatur tamen dari in Eccleſia dominium: diſtinctio iſthæc εὐταξίας nonniſi eſt, & eò ſpectat, ut omnia in Eccleſia fiant ordine & decenter, unde tamen non ſequitur ſuperioritas poteſtatis & dominationis: hinc miniſterii opus v. 12. vocatur. Inde etiam patet, nullis licere ſua ſomnia & placita, ſed Domini juſſa & mandata tradere.

§. 24.) Minimè autem hac in parte prætermittendum, Epiſcoporum, ſpecialiter dictorum, nullam hîc mentionem fieri, adeóque à Chriſto inſtitutos non eſſe. Præterea Ordinibus extraordinariis, ſcil. Apoſtolis, Prophetis & Evangeliſtis, Ordinarios, ſcil. Paſtores & Doctores hodie ſucceſſiſſe: vel ſi malis Paſtores in communi Apoſtolis & Evangeliſtis, ſive LXX. diſcipulis ſimul; Prophetis verò Doctores Academicos & Scholaſticos. Corporis Chriſti ergo ædificationem Paulus non ſupra Petrum ſolum, ſed ſuper omnes, qui promovent fidei Chriſti propagationem, ſeu ſuper omnes Miniſtros aſſerit. Quare non ſolus Petrus Joh. 21. 16. ſed & reliqui oves Chriſti paſcere debent.

Epheſ. 4. 8. *Captivam duxit captivitatem* &c. Inde Caſalius c. 96. *Quomodo negari hinc poteſt, fuiſſe locum* (Limbum S. Patrum) *ubi tam grandis captivorum multitudo Liberatorem ſuum expectaret?* At nos illi ſumus, qui negamus. Conf. 1. Pet. 3. 19.

Unicum Caput Chriſtus. §. 25.) Epheſ. 4. 15. *Adoleſcamus in eum, qui eſt Caput, nempe Chriſtus,* & v. 16. *ex quo totum corpus congruenter coagmentatum & compactum per omnes ſuppeditatas commiſſuras, ex vi intus agente* &c. non tantùm unum Ca-

put

Digitized by Google

put Chriſtus proponitur, ſed nec ullo Vicario opus habere oſtenditur, tum Ann. 59.
quia ipſe præſentiſſimus ubique adeſt, tum, quia hujus Capitis ea vis & operatio interna, quæ vitam ſuis membris impertit, eadémque movet & regit, quo ſanè ſpiritu Papa caret. Quamobrem Viſibile Caput haut requiritur, quia ſpiritu ſuo ab Eccleſia nunquam abeſt. Eadem ratione in fumum abit, quando dicunt, Chriſtum principale & perpetuum eſſe totius Eccleſiæ Caput; quippe Capitis denominatio & operatio, ut incommunicabilis, Chriſto in S. Scriptura tribuitur: Papa igitur non eſt Caput vel cum Chriſto, vel ſub Chriſto, ſed revera ſine Chriſto, quia Eccleſia biceps non eſt. Solus enim Chriſtus influxum illum vivum præſtat, quo in cœlis exiſtens tanquam vivum actuale Caput, vegetationem Eccleſiæ ſuæ tribuit. Quocirca nullatenus ſe liberant, cùm Petrum non eſſe Caput æquale Chriſto prætendunt, ſed Vicarium & ſecundum Caput; quia Chriſtus non contineret ita Eccleſiam in unitate. Cùm Eccleſia dicitur Corpus, tum opponitur Capiti, nec Caput habet. Caput autem illius ſolus & unus perhibetur Chriſtus. Ejus membra omnes ſunt fideles, nemine excepto, ne ipſo quidem vel Paulo, vel Petro.

Epheſ. 5. 19. *Loquentes inter vos mutuò pſalmis, & hymnis, & cantioni-* vid. an.
bus ſpiritualibus &c. ad quæ Bona (e) *Hac verba de mutuo & alterno cantu in-* 60. §. 10.
telligenda eſſe interpretes docent: nec ſectarii audent negare hunc uſum ſemper in Eccleſia viguiſſe. At quis negat? Non tamen demonſtrabit Cardinalis, nonniſi Eccleſiaſticos ceciniſſe: ecquos enim alloquitur hîc Paulus. Sic de toto cœtu loquitur Junior Plinius. An ergo lingua ignota peractum? Vid. Aug. Ep. 119. c. 18. & iterum Bonam tract. de divina Pſalmodia: Godeau Epiſ. præf. in ſuum Pſalterium.

§. 26.) Epheſ. 5. 23. *Vir eſt Caput uxoris, ut & Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ: & is eſt, qui ſalutem dat corpori:* ad verbum, qui Servator eſt corporis. En quotiens eadem repetat & inculcet Paulus! conf. c. 1. 22. c. 4. 15. Col. 1. 18. c. 2. 10. 1. Pet. 2. 7. ut uxor unius viri uxor, ſic Eccleſia unius Capitis Eccleſia & Sponſa; maximè cùm Papa Σωτὴρ, Servator & Jeſus Eccleſiæ eſſe, h. e. ſalutem Eccleſiæ dare nequeat; imò cùm planè Antichriſtianum ſit, ſibi vel nomen iſthoc Chriſto proprium, vel officium ejuſdem vendicare. Abſit ergo ut Papam Vicarium Chriſti Caput dicamus, præcipuè cùm, ut ipſi loquuntur adverſarii, Eccleſia abſque Capite tali, utpote in ſchiſmate formato, in interregno &c. ſubſiſtere queat. (f) Ergo Eccleſia militans ἀκέφαλ@ non eſt, etiamſi non habeat Caput Viſibile: aliàs quando Petrus ex pacto Judæorum fuit Apoſtolus, Gentes converſæ Caput non habuiſſent: vel duo fuiſſent, aut plura Eccleſiæ Viſibilis Capita. Imò ſexcenta licèt ſimul talia eſſent Capita, de illis tamen neutiquam dici poſſet, quod hîc v. 29. Paulus de Chriſto enunciat: *Dominus enutrit ac fovet ſuam Eccleſiam:* ſcil. divina ſua & æterna virtute, quam nullus Papa vel principaliter, vel miniſterialiter

Fff 2 habet.

e) *Liturg. l. 1. c. 25. §. 19.* (f) *Libert. Gall. T. 1. 554.*

Ann. 59. habet. Ita v. 25. conjugalis Chriſti amor erga Eccleſiam commendatur: vid. 2. Cor. 11. 2. unde ἀνεγκλήτου Chriſti nomen, ut dicatur Sponſus Eccleſiæ: conf. Joh. 3. 29. Apoc. 21. 2. Ergo ipſiſſimus ὁ ἀντικείμενος eſt, qui hoc ſibi nomen ſumit, vel officium.

§. 27.) *Recipite gladium Spiritûs*, h. e. Verbum Dei. Eph. 6. 17. Ergo Verbo Dei pugnandum, quia ex eo vera Eccleſiæ arma ſuppeditantur. Malè ergo Papa per Carnifices, Inquiſitores, tortores, ſicarios diſputat; malè ad Cruciatam confugit, perſecutiones excitat & prædicat, proſcriptiones, prædas, ad arma & quævis dira Principes concitat & cogit, juramento ſubditos ſolvit &c.

Petit Paulus v. 19. ut orent pro ſe, quo ſibi detur ſermo ad apertionem oris cum loquendi libertate, ut notum faciat miniſterium Evangelii. Quòd ſi Romæ ita ſcripſit anne unquam ibi Petrum fuiſſe hinc conjicias? Vel qui non etiam pro illo ipſo orari juſſit?

Ann. 60.

JESU CHRISTI *Annus* 60. NERONIS *Imperatoris Annus* 4.

§. 1.) Petri, ut dictitant, an, 16. Coſſ. Nero Imp. tertium, & Valerius Meſſala: quos Calviſius ad an. 58. recenſet. Paulum altero vinculorum ſuorum anno Epiſtolas ad Philippenſes, Coloſſenſes & Philemonem ſcripſiſſe cenſet Baronius. De prima Blondellus (a) *iis*, inquit, *aſſentiri non poſſum, qui Epiſtolas ad Hebræos & Philipp. Romæ è vinculis, poſt biennalem in Palæſtina carcerem ſcriptas, anno Neronis quarto putant* &c. Philippi, Φίλιπποι, Macedoniæ urbs à R. Philippo denominata, quæ priùs Κρηνίδες i. e. fontanæ: poſtea Colonia Romanorum facta: Act. 16. ubi primus Evangelium docuit Paulus. Fideles ergo hujus loci, auditis Pauli vinculis, ut rectè conjicit Baronius, mox Epaphroditum cum muneribus ad ipſum miſerunt: quem poſtquam è graviſſimo, quo Romæ laboravit, morbo convaluit, ad eos Paulus remittit: c. 2. v. 25. & 28. ſuum etiam Philippos per literas adventum promittit. Tres verò Epiſtolæ partes conſtituuntur. I. Confirmat eos in fide, & obedientiæ, humilitatíſque ſtudio, ſubjecta Timothei & Epaphroditi commendatione, quò major eſſet horum miniſtrorum in Eccleſia authoritas: c. 1. & 2. II. Diſputat contra Pſeudoapoſtolos Phariſæos, & diſcrimen juſtitiæ Legis & Evangelii declarat. c. 3. III. Vitæ Chriſtianæ, & virtutum chriſtianarum diverſa præcepta ſubjungit: c. 4. Paulus Epaphroditum non Epiſcopum Philippenſium vocat, ſpecialiter ita dictum, qualem Baronius §. 1. ſtatuit; ſed fratrem,

Epiſtola ad Philippenſes.

a) *de Epiſc.* ſ. 2.

Digitized by Google

fratrem, adjutorem, commilitonem & adminiſtrum: apud ipſos autem docuiſſe credibile, utpote quem Paulus remittit, proinde non malè etiam Apoſtolus horundem nominatur, eóque magis, quia ab his ad Paulum, & viciſſim miſſus fuit. Certè primos Eccleſiarum Curatores à primariis Apoſtolis adlectos Apoſtolos dictos, Blondellus (b) copioſè docet: conf. c. 2. 25. Et quia Epaphroditum à Petro Tarracinæ Epiſcopum factum, ibique mortuum Metaphraſtes, item Martyrol. ad 22. Martii dicunt: Dorotheus autem, ipſum præpoſitum Eccleſiæ Hadriæ ſeu Hadrianæ in Syria: inde coactus Baronius §. 2. vel triplicem fingere Epaphroditum, vel eundem ab uno loco in alium translatum, quod tamen minùs eidem arridet. (c) Aſt verò diligenter notandum, & Apoſtolos & illorum cooperarios, ceu extraordinarios, haud perpetuò uno in loco ſediſſe, adeóque unum pluribus in locis Evangelium plantâſſe, plantatores autem illos primos Epiſcopos vocatos: unde factum ut unus ſæpe plurium locorum Epiſcopus dicatur, & ſimul plures unà Epiſcopi uno in loco eſſe potuerint. Non meliùs Baronio Ado ad 7. Kal. Aug. Eraſtum Philippis à Paulo Epiſcopum relictum affirmat. Ann. 60.

§. 2.) Philipp. 1. v. 1. Paulus ſuo Timothei etiam nomen adjungit. Quare verò non etiam Petri, ſi ibi fuerat? Inſpice etiam v. 13. ita c. 2. v. 19. ſe citò Timotheum illis miſſurum ſperat. Qui nòn magis Petrus hoc feciſſet, aut ſaltem uterque ſimul? conf. v. 25. Iterum de Timotheo v. 20. *Neminem habeo pari animo præditum, qui ſincerè de rebus veſtris futurus ſit ſolicitus.* v. 21. *Nam omnes, quæ ſua ipſorum ſunt, quærunt, non quæ Chriſti Jeſu.* Examinentur etiam verba c. 3. v. 4. ſeqq. coll. cum 2. Cor. 11. 22. idem c. 4. 3. Clementis meminit, qui concertavit. Quid autem Petrus fecit? v. 9. ad ſui imitationem verámque obedientiam invitat, inſpice & ſeqq. verſus, ubi inpr. v. 21. & 22. ſalutem à fratribus & ſanctis univerſis, ab illis præcipuè, qui è domo Cæſaris erant, mittit.

§. 3.) Paulus inter alios, ſalutat Epiſcopos & Diaconos, qui erant Philippis: Phil. 1. 1. quomodo ergo alii Epaphroditum loci Epiſcopum faciunt, alii Eraſtum, uti §. 1. notatum. Duos ordines Paulus facit Epiſcopos & Diaconos. Quòd ſi Presbyteri diſtincti fuiſſent ab Epiſcopis, ſine dubio Paulus illos quoque nominâſſet. Confer 1. Tim. 3. Act. 20. v. 17. & 28. Heic plures uno in loco vides Epiſcopos, neque ullus inter Epiſcopos & Diaconos ordo interponitur. Ergo Epiſcopi & presbyteri compares ibi fuere, Inane eſt quando reponunt, tum temporis vel Philipporum ſedem vacare. vel ab Apoſtolo ipſo occupari, vel ipſorum Epiſcopum eo temporis articulo (aſt nihil penitus de hoc Paulus, imò quomodo illud ſcire potuiſſet?) à Sede ſua abeſſe potuiſſe. (d) Rectiùs omnino Hieron. diſt. 93. c. legimus, nonniſi duos ordines presbyterorum (quibus etiam Epiſcopos includit) & Diaconorum facit, ac ita inter alia loquitur: *Apoſtolus perſpicuè docet, eoſdem*

Epiſcopi an iidem qui Presbyteri.

(b) *de Epiſc. p. 85.* (c) *Blondel. de Epiſcopis p. 108. Hammond. diſſert. 4 p. 186.* (d) *Plura Hammond. de Epiſc. diſſert. 4. c. 10. à p. 206. & cum eo Beveregi. notis in Pandectas p. 12. & 13.*

Ann.60. *dem eſſe Epiſcopos, quos presbyteros.* Inde Syrus Epiſcopos vertit Presbyteros, ut & Arabs Erpenianus, Jajano Epiſcopos retinente. Nondum enim diſtincta erant nomina. Aliqui pro ἐπισκόποις legunt συνεπισκόποις: id quod meritò non probatur. (*e*) Plures Epiſcopi uno in opido erant, licèt enim unum Corpus, una Eccleſia, una fides omnium illius loci fidelium, tamen quia ob frequentiam, & loci incapacitatem unà ſimul convenire non poterant, inde factum, ut plures Epiſcopos h. e. Verbi Dei præcones, tale opidum haberet. Paulus certè Presbyteros minimè omiſſurus fuiſſet, nî iidem fuiſſent, qui Epiſcopi. utut ergo hodie Epiſcopos ſuperiores presbyteris faciant, nulla tamen divina lege, ſed ſolâ Eccleſiaſtica derogari presbyteris poteſt, quia non eſt poteſtas ſupra jus divinum. (*f*) At hoc loco & alibi Epiſcopi divino jure inſtituti Diaconis immediatè oppoſiti ſunt, non autem Presbyteri. (*g*) Ergo non mera eſt nominis confuſio, nam eo ipſo quod adverſarii diverſum eſſe ordinem dicunt, malè Paulus Epiſcopos non exprimendo præteriiſſet. Idem ergo & ordo & officium. Vel quomodo ex tali confuſione cum Tirino pertendas, Presbyteros ſemper inferiores fuiſſe Epiſcopis, ut jurisdictione, ita & dignitate ac poteſtate, nempe quòd non poterant vel ordines ſacros conferre vel Confirmationis Sacramentum adminiſtrare. Atque hinc diſcimus, quomodo accipiendum, quando Euſeb. (*h*) Concilia Epiſcoporum conventus vocat: antiquitus enim Epiſcopi & Presbyteri iidem fuerant: ac presbyteros etiam, quando diſtinguebantur, Conciliis adhibitos legimus. Epiſcoporum Concilia vocata, ut diſtinguerentur à politicis, & quia aderant plerique Epiſcopi ceu maximè idonei.

Crux Chriſti. §. 4.) Philip. 3. 18. *Multi ſunt hoſtes Crucis Chriſti.* Ita Baronius (*i*) divagatur, ut ad aliena dilabatur. Eos hoc loco indubiè innui pertendit, qui Chriſtum verè crucifixum eſſe negabant, ſed ſolam imaginem ejus viſam pati, quales fuerint Simon Magus, Cerinthus, Baſilides; contra quos hæreticos Eccleſia Catholica in ipſo ſui exordio non tantùm Chriſti Crucem verbis fuerit profeſſa, ſed etiam ſignis ac factis. Scilicet ſtaurolatriam Cardinalis innuit, quales olim hæretici Chatzinzarii & Staurolatræ, qui crucem adorabant. Χάτζυς γὰρ ὁ σταυρὸς παρ' αὐτοῖς: Chatzus Crux ab iis dicitur, ait Niceph. At fideles non materiali Cruci, ſed fidei in Crucifixum omnem vim tribuêre. Confer Col. 1. 14. 20. Gal. 3. 2. c. 2. 20. 1. Cor. 1. 18. Et Hieron. rem prolixè exponit in Pſal. 95. Ego crucem dico non lignum, ſed paſſionem. Cœterùm crux iſta & in Britannia eſt, & in India, & in univerſo orbe terrarum. Et mox: Felix, qui crucem & reſurrectionem, & locum nativitatis & aſcenſionis Chriſti portat in pectore ſuo! Impiè ergo Aquinas Cruci, in qua propendit Servator, latriæ, reliquis hyperduliæ cultum tribuit. Aſt verò vel obiter inſpicienti Paulum facilè apparet, eum è vinculis ſcribentem contra ſcandala

e) Selden. de Synedr. l. 2. c. 7. p. 332. (f) Blond. de Epiſ. p. 54. & 57. (g) idem p. 191. plura habebis apud eund. præf. à p. 4. & in opere p. 3. & 4. (h) l. 5. c. 23. (i) hinc à §. 4 Spon. à §. 2.

Digitized by Google

dala erexiſſe Philippenſes: v.10. & quia Philippenſes multa jam ob fidei confeſſionem pertulerant, eoſdem ad tolerantiam adhortatur. Nec impedit, quòd non ſimpliciter crucem, ſed Chriſti crucem vocet, quia Chriſti causâ ſuſcipitur, propter communionem perpeſſionum & conformitatem mortis ejus. Vel veriùs ſanè, virtutem crucis Chriſti intelligit, quâ omnia peccata expiata ſunt, & ablata maledictio, contra Pſeudoapoſtolos, qui prædicatione Legis & operum hoſtiliter virtutem crucis Chriſti oppugnabant: unde ad Gal. 2.21. *Si per Legem eſt juſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt.* Ii verò inimici crucis Chriſti cenſendi, qui alia etiam ratione, quàm per ſolam Crucem Chriſti peccata expiari & homines ſervari dicunt: qui etiam, ne quid paterentur propter Chriſtum, Moſen cum Chriſto miſcebant, & neceſſariam eſſe circumciſionem prædicabant, quò ita gratificarentur Judæis. Caveat ergo Baronius, ne dum extollere Crucem vult, eam conculcet. (vid. Dallæ. de ador. l.5.c.3.) Ann.60.

§.5.) Sanè quidem ex Tertulliano & aliis vetuſtis Patribus habemus, antiquum fuiſſe Chriſtianis uſum vel manu, vel digito cruce ſe ſignare, ſed ſine ſuperſtitione, abſque ulla talis ſigni adoratione, quod tamen progreſſu temporis, & doctrinæ in Eccleſia corrupta ſinceritate, in fœdiſſimum erupit abuſum: de quo teſtari poſſunt feſtivitates inventæ & exaltatæ crucis, denique cantilenæ in hujuſmodi feſtivitatibus cantari in choris ſolitæ. Hoc ſigno veteres ſemet, ceu teſſerâ, diſtinguere tum ab infidelibus, tum ab hæreticis, ac paſſum Chriſtum ſibi in memoriam revocare volebant. Nullam S. Scripturarum legem extare Tertullianus (k) fatetur, conſuetudinem eam referens ad Legem non ſcriptam, quomodo & alias quaſdam conſuetudines, quas ibidem commemorat. (l) Neque tamen ea omnia, inquit rectè Forbeſius (m) exiſtimandum eſt, ex Apoſtolica deſcendiſſe traditione quæ eò refert ibi Tertullianus; exemplo ſit prægustata illa concordia lactis & mellis, quæ baptizatis dabantur, ita in Occidente vinum & lac ſimiliter recens tinctis. (n) Sic baptizando dabatur Sal in os, quo, teſte Duranto, ſapientiæ ſale conditus iniquitatis fœdore careat, ne à vermibus peccatorum ultrà putrefiat. (o) Cruce non ut adorando ſigno utebantur, nec ut operativo ex opere operato (ut exiſtimat Bellarminus l. de imag. c. ult.) ſed ut externo quodam profeſſionis ſuæ ſigno, & geſtu precandi. Obſervandum eſt, inquit Vaſquez (p) quoties ſuper res aliquas ſignum crucis exprimimus, nihil virtutis ipſis imprimi, ſed ſolum ſigno illo ſuper illa expreſſo, Chriſti Crucifixi auxilium invocari. Porrò de Crucis inventione alibi videbis, unde tamen An.326.
Crucis adoratio non ſequitur. Tu verò cogita & perpende, primos Chriſtianos ante loca ſacra, templa, cœmiteria cruces erigere, ſub diriſſimis perſecutionibus integris tribus ſeculis neutiquam potuiſſe. Sed & hæc tandem

omnia,

(k) *de corona militis c.3.* (l) *Polyd. de inv.l 6.c.11.* (m) *Inſtr. Theol.l.7.c.8.§ 30.* (n) *vid. Zimmerm.§ 75.* (o) *ib.§.73.* (p) *in 3 part. Thoma quæſt.25.diſp.III.c.5.*

Digitized by Google

Ann.60 omnia, ſicut & prætenſa miracula, nihil quidquam præſcribere contra verbum & poſſunt & debent.

Epiſt. ad Coloſſ. §.6.) Hoc eodem anno ad Coloſſenſes Epiſtolam per Tychicum transmittit ex carcere, ex Baronii ſententia (q) cujus duæ partes ſtatuuntur. I. Doctrinalis, oppoſita variis Pſeudapoſtolorum corruptelis: cap.1. & 2. II. Parænetica ad vitæ Chriſtianæ ſtudium: c.3. & 4. Suo autem & Timothei nomine ſcribit, quod profectò neglecto Petro feciſſe non debebat. Idem cap.4. eorum Catalogum texit, qui ex circumciſione συνεργοὶ ejus fuere, ſeu qui in Evangelii prædicatione eum juvârunt, uti v.8. dicit, ſe Tychicum miſiſſe ad illos, ut res ipſorum cognoſceret: quod Petri potiùs fuiſſet. inpr. conſideratu digna versûs II. Verba: *ii ſoli ſunt adjutores mei in regno Dei.* An verò dormitavit Petrus in Laterano ſuo? denuóne Dominum deſeruit? Nec pretii cujuſpiam quod obtendit Bellarminus: Paulum de domeſticis ſuis loqui, qui ei miniſtrare ſoliti erant. At quis hæc dixerit? Quis crediderit tantam Paulum habuiſſe familiam? Tu ergo nota, lector, non de iis loqui Apoſtolum, qui domi ſuæ ipſi ſerviebant, ſed de illis, qui coadjutores ejus erant in regno Dei, ſeu in Evangelii opere. Ariſtarchum συναιχμάλωτον ſuum vocat. Marcum, ajunt illi, Petri diſcipulum fuiſſe, ubi ergo Magiſter? Cæteri gentiles origine erant, quos nominat. Quî igitur Petrum obmiſiſſet, ſi non dico Papa, ſed ſimplex Miniſter Romæ fuiſſet?

Tabellarii. Novum ſanè videtur, quando Baronius Tychico latori ſingulare *Tabellarii* munus aſſignat, quales & *Legati* antiquitus dicti, ac quaſi *Internuncii* fuerint; cum ſine diſcrimine, pro occaſione oblata, adhibiti, unde conſtat, mulieribus etiam & aliis atque aliis traditas & commiſſas ejuſmodi literas. Cæterò de Tychico vide an. 33. §. 34. & 36. item Martyrol. ad 29. apr. alius Tychicus, quem Lambecius B. T. 3. p. 171. hæreſiarcham & falſatorem Evangelii Matth. vocat.

Coloſſ. 1.6. *Evangelium pervenit in totum mundum: idem v.23.* Sic Juſtinus Martyr dial. cum Tryph. Chryſoſt. in cap.24. Matth. Clemens Alex. Hieron. in idem cap. Tertull. adv. Marc.3. & prolixè adv. Jud. cap.7. At quis dixerit, ſolum Petrum vel per ſe, vel per delegatos ſuos hoc præſtitiſſe? Imò ne ſoli quidem Apoſtoli, ſed viri etiam Apoſtolici, & quivis fideles, id præſtiterunt. Adiſis Zimmerman. §.243.

§.7.) *Ipſe* (Filius) *Caput eſt corporis* i.e. Eccleſiæ: Col.1.17. Quòd ſi Chriſtus eſt unicum Eccleſiæ Viſibilis & Inviſibilis Caput, non poterit Rom. Epiſcopus alterum eſſe Caput. Num verò Paulus Romæ conſiſtens indéque ſcribens adeò non meminit Petri? Cadit ergo, Sponſa, domus, ovile, exercitus &c. Caput habent: quia Chriſtus iſthoc Caput, & quidem unicum: Eph. 1.22. Apoc.19.12.15.16. Matth.10.25. cap.21.33. Heb.3.6. cap.13.20. Neque Monarchia Univerſalis in hoc mundo dari poteſt, cujus oneri

(q) §.9.

oneri unus homo ſufficiat. Et quia hoc corpus & regnum totum ſpirituale, corporali præſentia non eget, quandoquidem influxu internæ gratiæ peragitur. Sine hoc Capite Eccleſia ſubſiſtere nequit, unde perpetuam ſuam promiſit præſentiam: Viſibili autem Capite carere poſſumus, imò & debemus, & Rom. Sedem diu ac ſæpe etiam vacâſſe nemo ignorat. (r) Impium ergo Conciliabulum Lateran. dum per hujus capitis v.8. *Inflatus ſenſu carnis, & non retinens* C A P U T, Papam intellexit, qui tunc erat Julius II. Ann.60.

Cap.2. ad Coloſſ.v.8. *Videte ne quis vos deprædetur* (decipiat) *per Philoſophiam.* Abuſum reprehendit, non uſum. Non dicit Philoſophiam malam eſſe, monet, ut videant, ne decipiantur per illam. (s) utut verò Patres quoque commendent philoſophiam, quos inter etiam Auguſtinus, fatetur tamen ipſe l.VII. confeſſ. triplex periculum ſe in lectione Platonicorum librorum advertiſſe 1. ſuperbiæ. 2. ſeductionis. 3. falſæ opinionis, quaſi ex illis ſolis poſſit addiſci ſalus. Unde è Platonica philoſophia varii ſunt orti hæretici, utpote Valentinus, Manes, Marcion & alii. Ex Ariſtotelis ſecta Arius, Aëtius, & ab his Anomæi. Unde nonnemo tria ſtatuit fundamenta hæreſeon, & hæreticorum quaſi inſtrumenta eſſe ferè 1. vanam Philoſophiam. 2. humanas traditiones, fictis enthuſiaſmis ſuffultas. 3. Ceremonias legales, impotentiam & egena elementa: Gal.4.9. Quare in defectu errant Anabaptiſtæ, omnem philoſophiam rejiciendo, in exceſſu, qui Theologiam formare volunt ex philoſophia, quales Scholaſtici & eorum filii. *Philoſophia.*

Col.2.18. *Nemo adverſum vos rectoris partes ſibi ultrò ſumat.* Ergo cuique ſpiritui non credendum: neque alieno jugo ſe ſubjiciendum, ſed in libertate & veritate Verbo Dei revelata firmiter ſtandum, ni brabio defraudari malimus. Hinc v.20. *Si mortui cum Chriſto, liberi eſtis ab elementis mundi, quid viventes in mundo placitis adſtringimini &c. v.22. quæ rationem quidem habent ſapientiæ in cultu voluntario &c.* Elementa mundi ſunt tum Moſaicæ ceremoniæ, (t) tum quicquid ingenium humanum excogitare poteſt. Ergo quæcunque ſpeciem ſaltem habent ſapientiæ, ea ſapientia eſt terrena, quia placita & figmenta humana nec adſtringere nos debent, neque propriè ad cultum Dei pertinent. Iterum, ἐθελοθρησκεία nullius eſt momenti, adeóque non eſt verè & propriè cultus Dei. (u) *Elementa mundi.*

§.8.) Coloſſ.2.18. *In religioſo cultu Angelorum.* Nulla quidpe re, juxta Ambroſium, magis homines avocantur ab invocatione Chriſti, eóque à conſecutione brabii, quàm cultu & invocatione Angelorum, aliarúmque creaturarum. Sive autem ſtellas per Angelos intelligas, ſive ipſos Angelos, quemadmodum rectè Chryſoſtomus, Theodoretus, & alii, perinde. Certè *Angelici* in Angelorum cultu olim peccabant, de quibus Ang. quod etiam *Angelorum cultus. vid. an.314. § 42.*

r) De Dom. l.1 c.1. § 3. Cham. l.10. c.1 Libert. Gall. T.1. p.554. (s) vid. Arnd. ant. l. hæret. à §.45. (t) Claudius de Reform p.17. (u) vide omnino inde ab hoc verſu Zanch. oper. T. VI, item Cham. T.3. l.20. c.6. à v.1.

Digitized by Google

Ann. 60. Epiphanius tribuit *Cainianis*. Papiſtæ omnes Angelos bonos colunt religioſo cultu, & quiſque ſuum Angelum tutelarem ſeu cuſtodem religioſè invocat. Plura de Angelolatria infrà ad Laodiceni Concilii Canonem XXXV. Adverſarios ergo committere idololatriam craſſam, res eſt maniſeſtiſſima. Prolixè præter alios hoc comprobat Rivetus Catholico Orthodoxo: (x) Dallæ. de adorat. (y) De Michaëlis cultu, feſto, templis in monte Gargano, & alibi: vid. Martyrol. Rom. ad 29. Sept. & 8. Maij. item annot. Baronii ut & Hoſpiniani in eoſdem dies, adde Blondell. de Epiſc. p. 552. Angelolatriam ex Triſmegiſti, Platonis, & aliorum curioſorum commentis natam docet Tilenus diſput. part. 2. diſp. 35 §. 27. (z)

Patres errant. Tu verò inter alia ſpecimen papiſticum nota, quo cenſu illi B. Patres habeant, cùm ad rem ipſorum non faciunt, quomodo controverſiarum judices eos agnoſcant. Ita enim ex Baronii §. 20. Spondanus §. 9. habet: *Ex his videas, Theodoretum haud in omnibus aſſecutum eſſe verborum Pauli ſenſum, cùm dixit, ea ab illo ſcripta, quòd tum graſſarentur heretici, qui Angelos colendos eſſe jactarent, qui & ſemel errore lapſus in alium graviorem impegit &c.* quòd ſcribat ſcilicet, de his hæreticis intelligendum eſſe Laodicenæ Synodi Canonem 35. ac denique *nimis incautè, quæ à Catholicis eſſent inſtituta, hæreticis tribuiſſe*, dum tradit Oratoria in ea Aſiæ regione S. Michaëli Archangelo Sacra ab hæreticis erectafuiſſe. Iſte ſcilicet mille & ampliùs poſt Theodoretum annis natus, meliùs quàm ipſe novit, quæ tum eſſent in Phrygia ab hæreticis, vel à Catholicis erectæ ædes. Ita de eodem Gregorius de Valentia (a) *Theodoretus de aliis quibuſdam erroribus notatus eſt in Concilio Epheſino.* Et paulò antè: *Minimè mirum eſt, ſi unus aut alter, aut etiam aliqui ex veteribus, minùs conſideratè & rectè de hac re ſenſerint & ſcripſerint.* Iterum Bar. ad an. 34. §. 213. *Sanctiſſimos Patres in interpretatione Scripturæ non ſemper in omnibus Catholica ſequitur Eccleſia.* Et §. 185. Hieronymum memoriâ lapſum vult. Et quare non eadem operâ damnatus Tertullianus, qui præſcript. c. 33. ita loquitur: *Simoniana Magiæ diſciplina, Angelis ſerviens, utique & ipſa inter idololatrias deputatur.* (b)

Coloſſ. 2. 19. *Neque retinens Caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & connexus ſuppeditatum & compactum, augeſcit Dei augmento.* Num verò illud viſibile Romanum Caput hoc Corpori ſuo præſtare poteſt? An etiam illi corporis hujus membra eſſe poſſunt, qui tale augmentum & influentiam planè non habent, quales infideles & impii?

Voluntarius cultus. Coloſſ. 2. 22. *Quæ rationem quidem habent ſapientiæ in cultu voluntario, & ſubmiſſione animi, & in eo quod corpori non parcant, nec* (tamen) *ullius ſunt pretii,* (quum) *ad ea* (ſpectent) *quibus farcitur homo.* Vide Joh. Davenantium

x) *tr. 2. q. 45.* (y) *l. 1. c. 17. ſ. in pr. l. 3. c 31.* (z) *Lambec. B. T. 4 p. 129. m. confer* (a) *lib. de tranſſubſt. c. 7. § quòd ſi* (b) *vid. Pet. Molina, T. 5 p. 410--422. ubi corriguntur Patres à Latinis.*

nantium in hunc locum. Huc ſpectat corporis flagellatio: Gretſer.l.3. de diſcipl. c.1.&l.2.c.3. &5. item quando corpus ferreis conſtringunt catenis: & mille alii modi, qui apud ipſas etiam infideles gentes & Turcas uſitati. Ann.60.

§.9.) Baronius ut colorem aliquem addat erroribus ſuis (c) verba Pauli ad Coloſſ.3.v.16. *docendo & commonefaciendo vos mutuò Pſalmis & hymnis, & cantionibus ſpiritualibus, cum gratia canendo in veſtro corde Domino*, traditiones Pauli vocat, uti non minùs Angelorum cultum, ſub eodem titulo etiam reliquas continens: quid autem ſibi hiſce velit, ſectionibus ſeqq. abundè explicat: interea verò præcedentia Pauli verba malè omittit, quæ ita habent, *Sermo Chriſti inhabitet in vobis copioſè cum omni ſapientia.* Valde ergo placent illi ſupra Sermonem Chriſti, ſeu ſupra ſcriptum Verbum Dei, traditiones, quarum ſtrenuum atque fidum patronum agit: At Paulo Verbum Dei lectum, auditum, conſideratum, mente & corde acceptum: adeóque Codices S.Scripturæ comparari, manibus teri, in linguas notas transferri, diligenter populo proponi & inculcari vult: unde Chryſoſt. in hunc locum homil.9. *Audite*, inquit, *quotquot eſtis mundani, & uxoribus ac liberis præeſtis, qua ratione & vobis potiſſimùm præcipiat legere Scripturas, idque non ſimpliciter, nec obiter, ſed magnâ diligentiâ.* Item paulò pòſt: *Audite, obſecro, ſeculares omnes, comparate vobis Biblia, animæ pharmaca. Si nihil aliud vultis, vel N.T. acquirite, Apoſtolorum Acta, Evangelia, continuos ac ſedulos doctores. Si acciderit mœſtitia, huc velut apothecam pharmacorum introſpice. Hinc tibi ſume ſolamen mali, ſive damnum evenerit, ſive mors, ſive amiſſio domeſticorum. Imò non introſpice ſolùm, ſed omnia iterum atque iterum verſa, mentéque illa contine. Hæc demum malorum omnium cauſa eſt, quòd Scripturæ ignorantur. Sine armis bellum ingredimur, & quomodo ſervari poſſumus? Armati vincere, ſervaríque ſolent, inermes nequaquam. Non omnia in humeros noſtros projicite. Oves eſtis, verùm non irrationales, ſed rationales &c.* Sanè bene ſe res haberet, ſi Latini ad graviſſimi hujus Patris adhortationem attenderent. Sed & Hieronymum audi Epiſt. ad Paulinum, quæ eſt de lectione Bibliorum, & Bibliis præfigi ſolet. Item ad Demetriadem, ubi inter cætera: *Ama Scripturas Sanctas, & amabit te ſapientia; dilige eam, & ſervabit te.* Sic epiſt. ad Salvinam: *Semper in manibus tuis ſit divina lectio &c.* Vide Zanchium in hunc locum, inpr. præfationem Ill. Abbatis Marolli edit. 1. quam Novo Teſtamento Gallicano præfixit. Traditiones Pauli.

§.10.) Cantum verò ſeu Muſicam quod ſpectat, non de publica illa ſuperſtitioſa & idololatrica, quæ linguâ fit ignotâ, agitur, ſed quæ ex Verbo Dei, inſtinctu Spiritûs S. ex corde, ad doctrinam & commonefactionem cæterorum fit, nec à ſolis clericis, nec in creaturarum, ſed ad ſolius Dei honorem: Epheſ.5.19. Hinc monet Paulus, ut Domino hæc fiant, item in corde, Cantus Eccleſ.

Ggg 2

c) §.24. Spond.§.12.

Ann.60. de,proinde ſcholia Græca habent, *μόνῳ στόματι ᾄδειν, οὐκ ἔστιν ᾄδειν θεῷ, ἀλλ' εἰς ἀέρα λαλεῖν.* Imò ſicuti Deus tacitas Moſis preces audivit: Exod. 14.15. ita non minùs humilem & ſummiſſum cantum,qui uni fit Deo, audit & gratum habet,modò ex corde fluat. Neque igitur nos legitimum cantum publicum horremus, quin ſtodiosè commendamus & exercemus, utpote antiquitus Chriſtianis uſitatum, unde Plinius ſecundus Epiſt. ad Trajanum Imp. Chriſtianorum cantûs, ſuperſtite adhuc Johanne Apoſtolo & Evangeliſta, at non in laudem Divorum, ſed, ut ibidem docet, Deo celebrati, meminit: conf. Euſeb. l.5.c.27. Et Tertullianus in Apologetico cap.19. memorat,poſt Agapas i. e. convivia, quæ alendæ & exercendæ dilectionis mutuæ gratiâ olim Chriſtiani agitabant, morem fuiſſe canere; at quid? De Scripturis S. ait &c. Pace Eccleſiis reddita, pſallendi uſus crevit, ſed adeò citra incrementa ſancti in Deum ardoris, ut jam ſua ætate D.Hieronymus in c.5. ad Epheſ. id reprehenderit. Verùm quid diceret modò, ſi in rerum naturam rediret,ac inania & ſuperſtitioſa omnia deprehenderet? Hilarium quendam hæreſin contra cantum Eccleſ. introduxiſſe ait Lutzenburgus (*d*) cujus Auguſtinus lib.2. retract. cap.11. meminerit,cum quo Wiclefum confert,dicentem, cantationes cum variis ritibus in Eccleſiis non placere Deo, utut cantus Eccleſiaſticus Apoſtolorum jam tempore fuerit uſitatus & familiaris,liberum tamen ejus exercitium fuit, unde Eccleſia Mediolanenſis Ambroſii,Africa verò Auguſtini demum tempore illum recepit. (*e*) Baſilius M. veterem canendi formulam (*f*) nobis reliquit: *δόξα πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι*: vel, ut poſtea: *καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι* Variè hodierni peccant Latini,dum 1.Davidicos noſtros pſalmos miſerè proſcindunt,præcipuo argumento ab authore compoſitionis rhythmicæ deſumpto,ubi tamen materiam,non authorem reſpicimus. 2. Dum idololatricas habent & ſuperſtitioſas cantiones. 3. Quia linguâ ignotâ & peregrinâ hoc fit. 4. Quia non tantùm ab Eccleſiaſtico cantu cohercent laicos,ſed inſuper nonniſi clericos cantores deſtinatos,contra Paulum, & veterum praxin admittunt, atque cœtera omnia ad ſuperſtitioſam rationem exquirunt, cùm olim tamen res libera fuerit, neque Orientales ſe Occidentalibus ſubjecerint, quin ipſe Ambroſius atque alii, à Romanis diverſi. Ac mirari profectò ſubit, quomodo Antiochenus cantus,tam miraculosè monſtratus, ubique non fuerit receptus, imò Gregorius demum M. novam rationem adinvenerit. (*g*) Plinius loco dicto docet, Chriſtianos carmen ſeu hymnum ſecum invicem dicere ſolitos, i. e. non ſolum Miniſtrum, ſed alios quoque canendo ſe invicem provocâſſe. (*h*) Muſica verò *Vid. an. 59.§.25.* inſtrumenta ſuis auctoribus relinquimus. (*i*) Atque hæc de Baronii traditionibus dicta ſunto.

§.11.)

d) In Catal. hæreſ. (e) Zepper. pol. Eccl. præf. col.21. vid. Zanch. l. all. (f) l. de Spir. S. Ad Amphiloch. c.29. (g) Rhaban. Maurus de inſtit. Cleric. l.2. à c.47. (h) vid. an. 669. in Vitaliano (i) plura Caſalius cap 44. p 195.1. & 197. Burmann l.7. c.17. §. 10.11.

Ann. 60.

§. 11.) *Epiſtolam* nullam ad *Laodicenſes* ſcripſiſſe Paulum rectè Baronius (*k*) & cum illo Bellarminus (*l*) judicant. Eandem ab omnibus explodi Hieronymus conſentit: ut mirum ſit Marianum Jeſuitam eam ſuis Bibliis inſeruiſſe, & notis illuſtrâſſe. Neque quæ hodie circumfertur, ea eſt, quæ olim tribuebatur Apoſtolo, ut Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca monet: nec illa, quæ ſub hoc nomine venditabatur, & à Marcionitis in rem ſuam trahebatur, ut author eſt Epiphanius in eorum hæreſi, revera fuit Apoſtoli. Locus Coloſſ. 4.16. τὴν ἐκ Λαοδικείας, juxta Chryſoſtomus (*m*) non de Epiſtola aliqua à Paulo ad Laodicenſes ſcripta, ſed de Epiſtola Laodicenſium ad Paulum intelligi poteſt. Unde Theodoretus: *Non dixit Apoſtolus, eam quæ ad Laodicenſes, ſed eam, quæ ex Laodicea. Illi enim de aliquibus rebus ad eum ſcripſerant. Veriſimile eſt autem*, inquit, *eos vel ea accuſâſſe, quæ fiebant Coloſſis, vel eo morbo cum eis laborâſſe; & ideo dixit, hanc quoque Epiſtolam eſſe legendam.* (*n*) Alii Epiſtolas Apoſtolicas in una aliqua provincia, quò potiſſimùm dirigebantur, quaſi Circulares fuiſſe volunt, proinde alius inſcriptionis Epiſtolam intelligendam, quo ſenſu c. 4. v. 16. Coloſſenſibus injungit, curent, ut ſua quoque Epiſtola in Laodicenſium Eccleſia recitetur. Quî ergo S. Scripturæ lectio prohibetur?

Ep. ſt. ad Laodicenſes.

Eodem tempore, quò publicè ad Coloſſenſes, quoque privatim ad *Philemonem* ſcripſiſſe Baronius (*o*) dicit, in qua Paulus Oneſimum, ſervum fugitivum & furem in vinculis à Paulo converſum hero ſuo reconciliat. Coloſſis in Phrygia Philemonem unà cum Apphia paſſum ſub Nerone Martyrol. ad 22. Nov. dicit. De alio Philemone, qui apud Antinoum Ægypti ſublatus ib. ad 8. Martii.

Epiſt. ad Philemonem.

§. 12.) *Epiſtolam* ad *Hebræos* alii tribuebant Barnabæ, alii Lucæ, alii Clementi Romano. Ejuſdem auctoritati hæretici detraxerunt. Eam Pauli eſſe probant Bellar. l. 1. de Verbo Dei c. 17. & hîc Baronius, qui Hieronymo divinam ad Hebræos epiſtolam à Latinis inter Scripturas Canonicas recipi ſemel atque iterum neganti (*p*) liberrimè obloquitur (*q*) falsúmque illud eſſe contendit, quòd ille de rebus ſui ſeculi ſuæque Eccleſiæ non ſemel tradidit. Hieronymum ab Euſebio hunc hauſiſſe errorem contendit, qui tamen pridem mortuus, cùm Hieronymus diu apud Romanos vixerit, horúmque res cognitiſſimas habuerit. Certè ex Italia, fortéque ex ipſa urbe Roma ſcriptam hanc Epiſtolam nonnulla innuunt: ita c. 13. v. 18. 19. liberationis ſuæ ſpem animo conceptam oſtendit, ac ut citiùs liberetur, ſe precibus illorum commendat. Verùm quia uſitata Pauli præſcriptione caret, factum ut variantibus auctorum tum veterum, tum recentiorum ſententiis, alii potiùs quàm Paulo fuerit attributa. Inprimis autem Sociniani eandem ſugillant.

Epiſt. ad Hebr.

k) §. 13. *Sp.* §. 5. (*l*) *de Script. Eccl.* (*m*) *hom. 12. in Ep. ad Coloſſ.* (*n*) *vid. Rivet. Crit. S. l. 1. c. 5. p. 130. Cham. T. 1. l. 7. c. 7.* (*o*) §. 40. *Spond.* §. 17. (*p*) *Epiſt. 129. in Eſa. c. 6. & de Script. Eccl.* (*q*) *ad an. 109.* §. 42.

Ann.60. lant. Recepta fuit hæc epiſtola ab omnibus Græcis ſemper, negant ex Latinis Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Arnobius. Non debet autem (inquit Bellarminus) duorum, aut trium dubitatio anteponi certiſſimæ confeſſioni aliorum omnium. At de Latinæ Eccleſiæ cenſura jam habes. Quod Euſeb. (r) Origenis verba referens dicit: Non temerè veteres eam Pauli eſſe tradiderunt, inde Stapletonus eam propter Patrum traditionem legendam ut Canonicam eſſe pertendit, atque hoc modo Eccleſiæ teſtimonium elevare ſupra Scripturæ autoritatem conatur. At verò ſi vel Euſebii, vel Hieronymi verba ad Dardanum accuratiùs inſpiciamus, alia argumenta pro hac Epiſtola vel præmiſiſſe, vel aliàs uſiſſe, & quidem ex ipſa hac epiſtola deſumpta, deprehendemus: unde Euſebius non ſimpliciter hæc Origenis verba recitat, ſed præmittit etiam hanc ob cauſam. Neque vel Eccleſiæ teſtimonium, vel Patrum conſenſum rejicimus, non tamen ut principale ſeu κυριακὸν & αὐθεντικὸν, ſed ut miniſteriale admittimus. (s)

§.13.) Conſtans omnium codicum Græcorum conſenſus hanc Epiſtolam Paulo tribuit, quem etiam Petri autoritas corroborat: 2.Pet.3.15. ubi tum ad Hebræos diſperſionis, tum quædam difficilia ſcripſiſſe Paulum teſtatur. Id ipſum quoque Epiſtolæ contextus, & ejus circumſtantiæ evincunt, proinde qui in illam commentati ſunt, paralleliſmos hujus cum aliis Epiſtolis Paulinis inſtituerunt, & ex argumento & phraſi non alius eſſe autoris oſtenderunt. Cap.13. meminit vinculorum, & ſocii ſui Timothei, qui dimiſſus ad ipſos ſit venturus: certè vincula nulla apud alios celebrantur, quàm Pauli, & conſtat Timotheum Pauli aſſeclam & ſectatorem fuiſſe. Sic eodem cap.13.v.25. coll. cum 2.Theſſ.3.v.17.18. ſigillum ſuum ponit. Idem probatur à methodo ſeu argumento & diſpoſitione cœterarum ejus epiſtolarum, quas omnes penè in doctrinam fidei, quæ traditur didaſcalicè, & doctrinam morum, quæ exhortatione abſolvitur & commendatione, partitur; unde hæc Epiſtola ad duas partes generales reduci poteſt, quarum prima doctrinalis, de perſona Chriſti, de ſacerdotio ejus, déque fide: cap.1.-11. altera parænetica, quâ ad bona opera eos hortatur: c.12. & 13.

§.14.) Hanc Epiſtolam Clemens Alex. apud Euſeb. lib.6. Hebraicè ſcriptam vult, quia ad Hebræos data: ei conſentiunt vulgò Pontificii, utpote Cornelius à Lapide. Nec rectiùs Widmanſtadius vult, exemplar Syriacum, quod hodie extat, eſſe ipſius Pauli πρωτόγραφον. Reſp.1. in hac epiſtola V. T. loca citantur plerunque ex verſione Gr. LXX. interpretum: inſuper author vocabula Hebraica interpretatur, & ex illis argumentatur. 2. Lingua Græca æquè, ac etiam magis familiaris ipſis fuit, atque Hebræa. 3. Nullus ex tota antiquitate dari poteſt, qui teſtetur, ullum exemplar hujus epiſtolæ ſibi aut viſum, aut lectum, aut cum editione Græca collatum fuiſſe, ut inde

r) l.6.c.19.f. (s) vid. Cham. T.1.l.7.c.7.§.5. & 19. Joh. Piſcator in illam, ut & Zanchius T.8.p.443.

Digitized by Google

inde, quænam genuina aut authentica editio eſſet, pateret. 4. Quia diſcrepat à charactere Lucæ, quam tamen tra luxiſſe autumant, proinde Euſebius (*t*) hanc traductionem ad Clementem Rom. referre mavult. At ſi Clementis fuiſſet, Eccleſia eam pro Paulina non admiſiſſet. 5. Ad Romanos ut non Latinè, ſic ad Hebræos non Hebraicè ſcripſit, maximè quòd Hebræis Lingua Græca non fuit incognita. Ann. 60.

§. 15.) Ad Hebr. 2. oſtendit Paulus, naturalibus ramis non peperciſſe Deum, minus ergo parſum iri inſititiis, ſi non obediant, neque ullo verbo Romanam excipit Eccleſiam.

Hebr. 5. 1. 2. *Et ipſe* (Pontifex) *circundatus infirmitate.* Ita hoc opponit Libertas Gallicana (*t*) iis: quæ Eccleſiæ, ceu columnæ & firmamento veritatis promiſſa ſunt ut Papam errori ſubjiciat, non item Eccleſiam. Unde Dioſcorus Papa circa annum 535. per Bonifacium II. & Eccleſiam Rom. poſt mortem excommunicatus. Nicolaus II. an. 1059. coram pleno conſeſſu Simoniam irrepſiſſe in Sedem Rom. profeſſus &c. Nec aliter Veneti contra Paulum V. (*u*) idque Petri exemplo comprobant, quando Sathanam Dominus vocavit, & ad Gal. 2. non rectò pede inceſſit: item retractationibus Paparum, vel quod ipſi, vel præceſſores ſtatuerant, in Cathedra etiam Sedentes: atque huc caput ad Apoſtolicam. de ſentent. & re judicata in 6. applicant. Ergo Papa etiam quà Papa in Cathedra, ſine Concilio, errori eſt obnoxius. Docet enim Paulus, Pontificem non liberari à communi infirmitate, ſed eandem retinere, quam habuit priùs, cùm non eſſet Pontifex. Ergo ſi privatus potuit errare, etiam Epiſcopus factus errare poteſt. Non autem Romanum excipi, in Petro & aliis jam comprobatum, neque enim Paulus excipit illum. *Papa errare poteſt.*

Ut Paulus Hebr. 5. 4. ita c. 7. 15. 16. & v. 23. 24. item c. 9. 24. 25. imò per totam Epiſtolam probat, Chriſtum unum in N. T. Sacerdotem eſſe, cui nemo ſuccedat. Inde ἀπαράβατον ejus ſacerdotium vocatur. Ergo Chriſtus Vicarium non habet: c. 7. v. 7. ſeq. Quare ſolus magnus ovium paſtor: c. 13. 20. confer Eſa. 53. 12. Eph. 5. 2. 1. Tim. 2. 6. Inpr. à. perfectione & duratione ſacerdotii atque interceſſionis Paulus argumentum ſumit. Ita Aug. in pſal. 43. *Non ibi quæritur ſucceſſor, ubi non erit deceſſor.* Idem in ipſa natura & jure locum habet, unde Digeſt. l. 18. tit. 4 §. 1. *locum non habet vendita hereditas illius, qui vivit, aut qui non exiſtit.* Atqui ut Chriſti regnum Luc. 1. 33. ita & ſacerdotium æternum eſt, ipſeque in æternum vivit. *Chriſtus non habet vicarium.*

Heb. 10. 25. *Nolite deſerere cœtus veſtros.* Rectè hoc Eremitis opponimus. Neque ſatis illos excuſat Cor. à Lapide in hunc locum n. 258. quando ait, illos non negligere cœtus ſacros ob metum, vel ob deſidiam. R. Imò ob pietatis ſtudium deſugere illos non debemus, tum ut nos ædificemur, tum ut aliis ſimul pietatis exemplo ſimus. Maximè quia Deus præſentiam ſuam, & pre- *Cœtus S.*

t) *l. 3. c. 32.* (*u*) *T. 1. 555.* (*u*) *p. 78. inpr. 109.*

Ann.60. & precum exauditionem cœtibus S. promiſit: Ex. 20. 24. Matth. 18. 20. 2. Cor. 6. 16. & quia doctrina fidei meliùs inculcatur & bonorum operum exercitium fortiùs ſtabilitur in iiſdem.

Conjugium. §. 16.) Hebr. 13. 4. *Conjugium honorabile eſt in omnibus.* Er. etiam in ſacerdotibus, ſi omnino honeſtatis publicæ eis aliqua cura ſit. Neque elidunt argumenti vim Bellarminus, Corn. à Lapide, Coturius & ſimiles, cùm ajunt, illud *omnes* referri debere ad perſonas aptas, aliàs conſanguineos invicem miſceri poſſe. Reſp. Honorabile conjugium pronunciatur in illis, qui per Leges divinas matrimonium honeſtè contrahere poſſunt: vid. 1. Cor. 7. 2. ſeq.

Ductores Eccleſ. Heb. 13. 17. *Parete ductoribus veſtris.* Non ergo unus, ſed plures erant ejuſdem Eccleſiæ ductores, non quidem ſeculares, ſed ſpirituales: conf. v. 7. & 24. non Domini, ſed ſervi & adminiſtri, juxta mandata & juſſa Domini præſcripta agentes & gregem ducentes. ἡγούμενοι ergo hîc non ſignificant ſuperiores, aut Prælatos, vel Præfectos, ut tum Romanenſibus, tum aliis Epiſcopalibus videtur, ſed ſimpliciter ductores, quales plures; iique æquales una in Eccleſia eſſe poterant, ſive præcones Verbi, ſive cenſores & cuſtodes morum illi fuerint. In iis ergo cœteri obediant vult Apoſtolus, in quibus ductores iſti præpoſiti ſunt à Chriſto. Rectores autem & doctores Eccleſiaſtici docere debent & præcipere, & quidem magna, ſed non propria authoritate, nec extra præſcriptos terminos, magna ſimul cum patentia & lenitate non carnali, ſed ſpirituali gladio. Nulli ergo, quicunque tandem ductores, ſanctiones facere, & eaſdem ut divinas obtrudere, ad ſalutem neceſſarias, iiſdemve conſcientias obligare poſſunt. Nullum itaque ductorem extra, vel ſupra Evangelium Verbum Dei conſtituit, traditionibus licentiam non dat: Gal. 1. 8. Ita Paulus Tito non præcipit, ut leges novas condat. Defectus corrigitur ſecundùm leges latas. Non ergo cæca hîc obedientia injungitur. Utut igitur ἡγούμενος, ἡγεμὼν, Rab. אגמון apud profanos ſive veteres, ſive recentes accipiantur, quoſcunque Prælatos quoque hodie Romani intelligant, nihil curamus, quia alia longè muneris Eccleſiaſtici ratio, nec ulla Monarchia nec poteſtas coactiva externa datur in Eccleſia. Unde ductoribus hîc Paulus poteſtatem inobedientes cogendi non tradit, ut legislatores habent: ſed gemendi (v. 17.) tantùm: nec de uno loquitur, ut adverſarii faciunt, omnem legislationem Papæ tribuentes, ſed in genere de omnibus Eccleſiam gubernantibus. Rectè Hieronymus (*x*) Epiſcoporum & Presbyterorum æqualitatem probaturus, ita de hoc loco ait: æqualiter inter plures Eccleſiæ cura dividitur, ſiquidem ad plebem ſcribit, parete principibus veſtris &c. Vigilia his principibus tribuitur, & quidem in animas: quo quid aliud quàm Eccleſiaſticum munus omnibus Miniſtris fidelibus commune indigitatur? Inde jure Blondellus (*y*) infert: *Quoſcunque plebs principes* pro

y) *in Ep. ad Tit.* (*z*) *de Epiſc. p. 4.*

pro animabus vigilantes agnoſcit, quibus parere, ſe ſubjicere &c. tenentur, ij ſunt veri nominis Epiſcopi. Atqui presbyteros Hieroſ. Eccleſia plebs Hebræa tales agnovit. Er. Hinc tamen non ſequitur, ductores tales errare non poſſe, multò minus Epiſcopos in Conciliis; non enim ſoli Epiſcopi hoc loco intelliguntur, imò planè non intelliguntur: nec fidei negocia ad ſolos clericos pertinere dicimus, haut enim brutæ oves Chriſtiani reliqui cenſendi. In iis ergo, in quibus aberrant, non audiendi ductores: Matth. 23. 3. Ann. 60.

§. 17.) Heb. 13. 25. *Gratia ſit cum omnibus vobis, amen.* Hunc eſſe characterem Epiſtolarum Paulinarum ſuprà docuimus. Et quia pacis votum eidem quoque uſitatum, factum ut cùm antiquitus Pauli Epiſtolæ in Eccleſia legerentur, Lectoribus reſponderetur *pax tecum*, quod erat ſymbolum Catholicæ communionis. (z) Eodem nomine Pacis, epulæ quoque ſacræ, quia ad cenfœderationem & conciliationem pertinent, vocatæ. Unde ſi qui præſentes veniſſent Romam, protinus ab Epiſcopo Rom. iis mittebatur ſacramentum Euchariſtiæ, quod hi in ſignum ſumebant pacis & unitatis fidei, ait Bulling. (a) de quo aliàs dicendi campus erit.

§. 18.) Brixiæ *S. Clateum* Epiſcopum ſub Nerone, circa hoc tempus paſſum Baronius ad 4. Junii in Martyrol. ait.

Eodem tempore Virgines *Euphemiam, Dorotheam, Theclam & Eraſmam* Aquilejæ, poſt multa ſupplicia gladio cæſas, & à S. Hermagora ſepultas idem ad 3. Sept. dictitat. *vid. an.* 44. §. 43.

Et ad 7. Oct. Patavii *Juſtinam* Virginem à Proſdocimo, Petri diſcipulo baptizatam, ac Maximi præſidis juſſu gladio transverberatam vult.

z) Bar. §. 58. Spond. §. 21. (a) de orig. Miſſæ.

JESU CHRISTI *Annus* 61. NERONIS *Jmp. Annus* 5.

Ann. 61.

§. 1.) Petri an. 17. ut vulgò putant. Coſſ. C. Viſpanius, & Fontejus Capito, quos Calviſius ad an. 59. collocat, prioremque C. Viſpanium Poplicolam Apronianum nominat. Nonniſi conjecturam affert Baronius, quando ait, videri Paulum è carcere liberatum Romæ, propter gaudium publicum è cæde Agrippinæ matris Neronis. Non dubito quin amicorum interceſſione & opera hoc factum. Cùm Lucas Actus Apoſtolorum hoc anno finiat, dubium quónam Paulus poſt vincula ſua, in orientémne, an in occidentem primò abierit: octo tamen annorum ſpatio, uſque ad martyrium ſuum varia penetrâſſe & pererrâſſe loca extra controverſiam. De hoc Spelmannus in *Paulus è carcere quò abierit.*

Digitized by Google

Ann. 62. Conciliis Britannicis (a) ex Theodor. in Pſal. 116. *Quando*, inquit, *appellatione uſus Romam à Feſto miſſus eſt defenſione audita abſolutus, in Hiſpaniam profectus eſt, & ad alias gentes excurrens, eis doctrinæ lucem attulit.* Et ex ejuſd. l. 3. de vita Martini: *in Hiſpanias pervenit, & inſulis, quæ in mari jacent, utilitatem attulit.* Scilicet in Britanniam etiam abiiſſe Spelmannus vult.

Lucas an idem qui Lucius. §. 2.) De Luca vid. an. 34. §. 67. Rectè illum alium à Lucio faciunt, & ut unum ex LXX. diſcipulis, prædicâſſe Evangelium in Gallia, Italia, Dalmatia ac Macedonia dicunt. De hoc Blondellus (b) *Epheſi mortuum ac ſepultum perperam Euſebius ſcribit, cùm martyrologia & Iſidorus, qui pleroſque proſelytum fuiſſe, & Hebræas literas ignorâſſe tradere, refert, in Bithynia obiiſſe; Nicephorus Thebis Archaicis; Gaudentius ſermone de dedicatione Eccleſiæ, apud Patras Achaja conſummatum; Hieronymus anno Conſtantii 20. (Chriſti 357. Martii 3.) ad Conſtantinopolin oſſa ejus cum Andreæ reliquiis de Achaja translata teſtatur.* De translationis die vide Idacii Chronicon. Faſtos Græcos, Theodorum Lectorem Collect. l. 2. Alii patriam Syriæ Antiochiam adſcribunt, ubi medicinam fecerit: conf. Col. 4. 14. Evangelium ſuum & Acta Græcè Alexandriæ exarâſſe, anno 14. Claudii, poſt Chriſtum natum 54. ac Romæ tandem martyrio affectum ſcribunt.

§. 3.) *Xantippen* & *Polyxenam* Menologium Gr. ad 25. Sept. à Paulo in Hiſpania converſos teſtari Bar. §. 4. aſſerit. Ubi tamen meritò de Metaphraſtæ fide dubitat. Has in Hiſpania paſſas Martyrol. Rom. ad 23. Sept. dicit.

a) p. 2. §. 5. (b) de Epiſc. p. 105.

JESU CHRISTI *Annus* 62.
NERONIS *Imp. Annus* 6.

Petri ut ferunt, an. 18. Coſſ. Nero quintum & Corn. Coſſus. Feſto Judææ Præſidi, in ipſa Provincia defuncto, ſucceſſor Albinus deſignatur, qui tamen nonniſi ſequenti anno eò profectus fuit. Interea Rex Agrippa Joſepho Summo Pontifice, Anano, Anani filio, dedit Pontificatum. (a)

a) Bar. §. 1. Joſeph. antiq. l. 20. c. 9.

JESU

Digitized by Google

JESU CHRISTI *Annus* 63. NERONIS *Imp. Annus* 7.

§. 1.) Petri, ut dicunt, an. 19. Coſſ. C. Cæſonius Pætus & Petronius Turpilianus. *Jacobus* ἀδελφόϑεος (a) frater Domini, ſeu Juſtus, ob ſanctitatem, hoc anno, juxta Bar. (b) martyrium Hieroſolymis conſummavit. vide Hoſpin. item Martyrol. ad 1. Maii: inpr. Joſeph. antiq. l. 20. c. 8. quem locum corrigit Kipping. poliᵗ. l. 2. c. 3. §. 6. f. adde Bellar. de Script. Eccl. p. 31. 33. ejus paſſionem Lambecius ad an. 61. vel 62. ponit. (c) Blondellum de Epiſc. p. 106. ex Euſ. l. 2. c. 1. adi. Non juxta templum (ubi de pinna præcipitatus extra urbem fuerat) prout Hier. monet, ſed in templo Hieroſolymitano (quod minimè per legem licuit) idque prope altare ſepultum refert Clemens. At quis fidem illi adhibeat? De eodem Eutychius Patr. Alex. (d) *Mortuo Feſto Hieroſ. præfecto* (aliis anno præfecturæ 3. aliis quarto: Bar. an. 58. §. 158.) *relictâque urbe ſine principe, concitati Judæi Jacobum, Joſephi filium, qui Domini frater audit, lapidibus interfecerunt, multóſque diſcipulorum cruciatibus malè multatos urbe ejecerunt.* Ex urbe igitur fugâ prolapſi Chriſtiani, Jordanem tranſeuntes, loca illa incoluerunt. Adeóque diverſam eſſe hanc, ab Herodiana perſecutione & diſperſione, de qua ad an. 44. manifeſtum. *Jacobus decollatur. vid. an. 34. §. 86.*

§. 2.) Eodem quo paſſus Servator anno, Epiſcopum Hieroſ. factum ajunt, de quo ſuprà ad an. 34. Et ſanè talem fingamus nobis, ergo hic Epiſcopatus Romano prior erit, ſic ut malè ineptiat Papa Nicol. II. quando diſt. 22. §. 1. omnes Patriarchales & Epiſcopales Cathedras ſeu dignitates à Romana inſtitutas temerè jactat. Adhæc ut Decretalium Epiſtolarum fidem delibemus, ſi Jacobus hoc anno mortem oppetiit, prout credibile, quomodo Clemens, diu adhuc ſuperſtite Petro ex officio paſtorali, jam factus Rom. Epiſcopus, huic Jacobo ſcribere potuit; cùm Clemens, ut ferunt vulgò, ſedere cœperit nonniſi ſub Domitiano, decimo imperii ipſius anno, Chriſti verò 93. ſi ante ipſum ſederunt Linus & Cletus: & ſcribuntur ad Jacobum de rebus & dictis Petri jam mortui; nec inſcriptio tantùm Jacobi nomen præfert, ſed idem in ipſis Epiſtolis intus repetitur, atque ita etiam à Patribus citatur? Sic in conſtitutionibus Apoſtolicis Clemens eundem Jacobum, ut ipſi contemporaneum & collegam h. e. Epiſcopum ſæpe nominat. De hoc Jacobo Friſingenſis (e) *Judæi poſtquam fruſtratas inſidias, quas Paulo intenderant, viderent, in Jacobum fratrem Domini, qui dicebatur Juſtus, Hieroſolymorum Epiſcopum, immanitatem nequitiæ ſuæ vertunt &c. illæſus autem de pinna templi præcipitatus*

 manens,

a) *vid. Lambec. B. T. 4. p. 203. & 206.* (b) §. 1. (c) *B. T. 4. p. 255.* (d) *p. 336.* (e) *hiſt. l. 3. c. 16.*

Ann. 63. *manens, fullonis vecte* (aut pertica) *percuſſus martyrio conſummatur.* De eodem Euſ. (*f*) ita ex Hegeſippo: Et in ipſo loco ſepelierunt eum, & adhuc manet ejus columella propè templum. Ergo ſepelierunt olim Chriſtiani oſſa Martyrum, non autem adorârunt, neque oſtentârunt. (*g*) Is tantæ ſanctitatis ac juſtitiæ fuiſſe ab ipſis quoque Judæis creditus, ut ob ejus necem Joſephus civitatem à Romanis poſtmodum deſtructam eſſe velit. Ad quod pulchrè Baronius: (*h*) Jacobi potiùs, quàm Chriſti neci tributa fuit ideo ea clades, quòd haud diu poſt necem Jacobi, cœperunt de venturis malis divinitus oſtendi prodigia &c. Porrò Jacobo ſucceſſiſſe Simonem, Cleophæ filium, conſobrinum Domini, hiſtoriæ referunt. (*i*)

Epiſtola Iacobi. §. 3.) Epiſtola Catholica prima, vulgò Jacobo tributa, cujúsnam ſit dubitat de Dom. (*k*) At minori huic communiter adſcribitur, contra Syrum, qui eam majori aſſignat, filio Zebædei, cùm hic ſub initium prædicati Evangelij ab Herode ſublatus fuerit: Act. 12. Hanc Epiſtolam rotundè notham vocat, nec à quoquam ex antiquis Scriptoribus citari Euſ. l. 2. c. 23. dicit. Hieronymus non ſe, ſed alios dubitâſſe de Jacobi, Johannis & Judæ Epiſtolis, ait (*l*) at verò ita nunc communi Eccleſiæ calculo harum epiſtolarum authoritas adſtructa eſt atque aſſerta, ut nulla hîc repetitione opus. (*m*) Tota autem præſens Jacobi epiſtola hortatoria eſt, totidémque, quot capitibus, abſolvitur partibus. I. Proponuntur variæ exhortationes ad patientiam, precationem, humilitatem & tolerantiam tentationum, atque rectum Verbi divini auditum II. Damnat προσωποληψίαν in conventibus Eccleſiaſticis tunc uſitatam, & ſimul fidem operibus tanquam fructibus ejus vult demonſtrari. III. contra obtrectationem & propriæ ſapientiæ oſtentationem invehitur. IV. Varias carnis cupiditates, nec non rixas ex iis inter homines carnales pullulantes, perſtringit. V. Poſtquam taxavit abuſum divitiarum, conſolatur afflictos, iiſdémque preces commendat.

Catholica Epiſtola. §. 4.) Catholicas autem VII. Epiſtolas Græci ſcriptores vocant, teſte Athanaſio in Synopſi, Latini Canonicas, ut habet Hieronymus in Prologo Galeato, & Catholicas quidem dici contendit Lyra, à fide Eccleſiæ Catholicæ, quòd nimirum non uni populo, aut civitati, aut perſonæ, ſed Eccleſiæ Univerſali inſcriptæ eſſent, eoſdémq; de æquo ſpectarent: quæ ſi ratio admittitur, ab hoc cenſu excludendæ erunt duæ poſteriores Johannis, & quæ Jacobo tribuitur. Nec ideo Catholicæ dictæ, quòd fidem Catholicam complecterentur, ita enim & Pauli Catholicæ erunt. Rectè igitur ita dici judicant, quòd ad eos, qui ex Circumciſione, datæ, qui neutiquam aliquam civitatem aut regionem inhabitârunt, ſed per omnes nationes fuerunt diſperſi.

Ita

(*f*) *hiſt. l. 2. c. 22. mihi* 23 (*g*) *Dallæ. de ador. l. 4. c. 13. p. 648. & c. 15. p. 664. & c. 20. p. 688. & 695. Polyd. inv. l. 4. c. 2. adde Hoſpin. ad 19. Febr.* (*h*) § 7. *Spond.* §. 2. (*i*) *catalogum vid. ap. Regenv. hiſt. Eccl. l. 3. c. 1.* (*k*) *l. 2. c. 2.* §. 45. (*l*) *Chamier. T. 1. l. 7. c. 7.* §. 6. *Boxhorn. hiſt.* 105. (*m*) *vid. Zanch. T. 8. p.* 444.

Digitized by Google

Ita ſanè Catholicæ militantis Eccleſiæ nomen accipitur. Canonicas Latinis appellari idem Lyra aſſerit, ad differentiam ſuppoſitorum quorundam ſcriptorum, quæ ſpecioſo Apoſtolorum nomine occurrunt; at neque hæc ſignificatio ipſis propriè convenit, niſi Epiſtolas Paulinas ex Canone & ordine librorum Canicorum excluſas velimus. Fortè hinc ita dictæ, quia aliquandiu de illis fuit dubitatum, poſtea verò verè canonicæ agnitæ ſunt. Ann. 63.

§. 5.) Jac. 4. 12. *Unus eſt Legiſlator, qui poteſt ſervare & perdere.* Ergo Papa leges conſcientias obligantes ferre non poteſt, neque fulmen in renitentes evibratum ullius valoris.

Jac. 5. 14. *Ægrotat aliquis inter vos? advocato presbyteros Eccleſiæ, & precentur pro eo, ungentes eum oleo in nomine Domini.* Illam Eccleſiam, ubi adhuc pauciores fideles reperiebantur, Epiſcopis & Diaconis, ſine medio gradu i. e. ſine presbyteris, regi initio potuiſſe putat Hammondus Epiſcopalis totus, eidémque poſtea auctæ additos presbyteros, quorum etiam munus hîc indigitetur, ut infirmos viſitent. At meritò ita dubitat, ut nonniſi probabile iſthoc eidem videatur. Nos à ſtylo Spiritûs S. non diſcedentes, Presbyteros eoſdem eſſe cum Epiſcopis tutò & conſtanter aſſerimus. Ecquorum ergo illi erant Epiſcopi, ubi nulli Presbyteri, quibus Præfecti erant Epiſcopi, ut vult Hammondus?

Hac occaſione Baronius (*n*) de unctione extrema agit, ubi tamen duo unctionum genera agnoſcit. 1. De quo hîc apud Jacobum, idque ſic deſcribit, quod ab Epiſcopo ſolenniter benedicitur, & per presbyteros miniſtratur infirmis: quod cùm & vim habeat dimittendi peccata, Sacramentum dictum, nec aliis, quàm fidelibus, ſicut cœtera Sacramenta, tribui ſolet. At nihil apud Jacobum de Epiſcopo ejúſve benedictione. Magicæ huic virtuti oppone Rom. 5. 10. 1. Pet. 2. 24. Eſa. 53. 11. Act. 4. 12. 1. Cor. 3. 11. Alterum genus unctionis Cardinali eſt, quo ſimplici ſigno crucis ſeu benedictione ſanctificatum, à quibuſcunque fidelibus, ad ſanandos quoſcunque, etiam à fide alienos ægros, ſupra vim naturalem, divina adjuvante gratiâ, adhiberi ſoleret: cujus tamen nulla eſſet virtus Sacramenti ad dimittenda peccata, & inviſibilem gratiam conſequendam, ſed quod ſolummodo contineret virtutem ad ſananda corpora, quam fides vel merita dantis, vel ſuſcipientis ſoleant impetrare: de qua ſpecie Marc. 6. 13. agi vult. At plus quàm febricitantium hæc ſomnia! Diverſam Jacobi à Marci unctione eſſe neutiquam agnoſcimus cum Maldonato & cœteris; utrobique temporarium & miraculoſum donum ſignificatur, neque Jacobus effectum unctioni tribuit, quod volunt Pontificii, ſed orationi fidei, proinde operi, quod volunt operanti, non operi operato. Liberè illa unctio ab Apoſtolis & aliis piis adhibita ad recuperandam valetudinem, hîc autem valetudinis jam deploratæ, & mortis *Unctio extrema.*

Hhh 3 ſymbo-

n) *à* §. 13. *Spond.* §. 4.

Ann. 63. ſymbolum eſt. Olim miraculosè ſanabat, nunc cum miraculorum dono extincta hæc virtus, ita ut hodie luſus nonniſi, & vera purgatorii janua.

§. 6.) Ideo Hugo à S. Victore (o) Pet. Lombardus (p) & Bonaventura (q) cùm non reperirent in Evangelio hujus Sacramenti inſtitutionem à Chriſto factam, ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutum exiſtimârunt (r) Sanè annalium parens non ſubolſecit nihil, dum duo genera facit: at longè plura extitere ſi ita velit, licet non Apoſtolorum, ſequenti tamen tempore, nullum autem tale, quod ipſe vult. Uti olim communi aquâ baptizabant, ita communi & obvio oleo ungebant in reſtitutionem corporis: hodie nonniſi morituris & morbis deſperatis adhibetur: oleum anni die certo conſecratur, & quidem variis formulis & geſtibus adjuratur nonniſi ab Epiſcopo, vel Epiſcopo majori, adſtantibus XII. ſacerdotibus, VII. Diaconis, totidem ſubdiaconis, & VII. acoluthis, quorum quiſque ritè eſt veſtitus, præſentatur ab Archidiacono, de quo in Pontificali Rom. Exorciſmi formula: *Adjuro te male ſpiritus* &c. ipſa verò unctio penitus eſt ſuperſtitioſa. De illa non loqui Jacobum fatetur Cardinalis Cajetanus in hanc Epiſt. Chryſoſt. l. 3. de Sacerd. c. 6. hunc locum Jacobi adducit ad probandum, Sacerdotes poteſtatem habere δι' εὐχῶν βοηθεῖν, & ita remittere peccata. Sed nullam Sacramenti mentionem facit, neque de extrema unctione diſſerit. Auguſt ſer. 215. de Temp. ad corpus & ſanguinem Chriſti applicat. Theophylactus hanc unctionem & quæ Marci 6. eandem facit. Eum ſequitur Oecumenius.

§. 7.) Seldenus (s) ἀσθένειαν pro infirmitate uſque ad mortem ſumit, ſeu pro extremo languore: Phil. 2. 27. κακοπάθειαν verò pro quovis malo affectu, etiam animi, adeóque τῇ εὐθυμίᾳ opponi. Per presbyteros tum Chriſtianorum cœtuum Seniores, tum etiam Judaicorum non tantùm ordinatos, ſed etiam qualeſcunque, adeóque זקני השוק, presbyteros plateæ, privatos, vulgares laicos intelligendos vult, ídque hoc potiſſimùm argumento, quia Jacobus hanc Epiſtolam ad XII. Tribuum partim converſos, partim nondum converſos ſcripſerit indiſcriminatim, unde monita quædam communia, quædam propria liber hic contineat. Id communi Eccleſiæ & Synagogæ adpellatione quoque demonſtrat. Hinc dubitat num Proculus Torpacio apud Tertull. (t) Severum Auguſtum per oleum curans, Presbyter fuerit. Ex Baronii §. 13. ſeq. docet, de curationibus inter Chriſtianos ſeculis illis vetuſtis per oleum, plura congeſſiſſe ſcriptores. Alii non Laicis, ſed ſolis Presbyteris ſeu Sacerdotibus apud Chriſtianos id incubuiſſe volunt. Ita Voſſius: (u) *Chriſtiani dicuntur Aliptæ, quia ut Jatroliptæ inungebant ægros, ita & Chriſtiani Sacerdotes.* Nec dubium quin non tam olei, quàm precum à Sacerdote & præſentibus fuſarum efficacia, ſæpe valetudo priſtina fuerit

o) l. 2 de Sacr. part. 15. (p) in 4. diſt. 22. (q) ib. (r) vid. Cham. T. 4 l. 4. c. 18. ſeq. Rivet. Cathol. Orth. tr. 3 q. 16. (s) de Synedrio l. 2. c. 7 p. 351. (t) ad Scapulam c. 4. (u) Epiſtolá pro Chriſtianis p. 73.

Digitized by Google

fuerit reſtituta tam Chriſtianis, quàm Gentilibus, ſi id poſtulâſſent. Etiam à Presbytero unico infirmum ejuſmodi, ſi plures deſint, ritè inungi Seldenus ex c. 14. quæſivit. extr. tit. de Verb. ſignif. docet. In Oriente autem, addit ille, idem inungendi hic ritus adhibitus, ſed plerumque non ſine presbyteris VII. & ſubinde etiam leviter ægris, imò & convaleſcentibus. Oleum ipſum εὐχέλαιον vocant, *Precatioleum*, ob preces unctioni jungendas. Ann.63.

§.8.) Ut Pontificii pro conſenſu cum Orientali Eccleſia magnopere deſudant, ſic & hoc loco fit, quemadmodum apud Petrum Arcudium *(x)* & apud Jacobum Goarum *(y)* videre eſt. At rectè Seldenus: (z) Olei conſecrationem & adminiſtrationem Orientalibus uſitatam, haud parùm ab Occidentis uſu diverſam eſſe, ibíque oleum S. tam à presbytero, quàm ab Epiſcopo conſecrari ait. Apud Ebræos neque ægris, neque moribundis adhibitum tale oleum, niſi quòd jam mortui in ſepulturam inungi, tam apud Judæos, quàm apud Romanos, Græcóſque ſoliti: hinc Marc. 14. 8. Joh. 12. 7. μυρίζειν εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν; *ungere in ſepulturam*. Utut verò hanc Jacobi unctionem ab ea, quæ Marc. 6. 13. diſtinguant, idem tamen vel terminos ἀσθένειαν, ἀῤῥωςίαν ſeu ἀῤῥώςημα denotare diſcimus. Inde credi par eſt, quòd quemadmodum Chriſtus apud Marcum ægros ſanandi in Evangelii veritatem & teſtimonium, poteſtatem Apoſtolis dedit, ita Jacobus hoc idem innuere voluerit, unde factum, ut Evangelio jam plantato, donum iſthoc miraculorum quoque ceſſaverit. Ideo Seldenus: (a) *certè qui presbyteros illos Tribuum XII. aut ſingulares inter eos Chriſtianiſmi presbyteros, ſanationis tunc ejuſmodi donum, in ſe fidentiùs derivare ſolent, pari jure etiam & mortuorum reſuſcitationis facultatem tribuere poſſent.* Adeò infirmis & invalidis argumentis Caſalius cap. 32. ex antiquitate ſubſtruere hoc ſuum Sacramentum conatur, ut hoc ipſo probet antiquitatis ſe præſidio deſtitui.

§.9.) *Jacobo* huic *Liturgia* ſeu Miſſa affingitur, id quod profectò factum minimè fuiſſet, ſi jure ſuo uſus fuiſſet Petrus. Certè modernus Papa varias Liturgias non admitteret in regno ſuo, inpr. quas ipſe non approbâſſet. Separatim hæc Liturgia excuſa Antuerpiæ 1560. conjunctim in Bibliotheca Patrum, utpote Baſil. edit. præf. pag. 9. & in opere pag. 71. ad. 84. Præter hanc etiam aliæ plures ſuperiori & præſenti ſeculo ex Latinorum officinis prodiere Petri, Matthæi, Marci nominibus inſcriptæ, ex quibus conantur erroribus ſuis ſubſidia arceſſere. Vide Bonam lib. 1. c. 8. Zimmerm. à §. 141. Arnd. in ipſa voce Hornbec. in Summa pag. 972. varietatem offerendi etiam in noſtris oris liberè agnoſcit Caſalius cap. 9. pag. 68. Diverſitas, inquit Miſſarum in eadem Natione & provincia deſiit anno 509. id probat ex Synodi Epaunenſis cap. 27. Gerund. cap. 1. Tolet. IV. cap. 2. &c. verùm quid Hiſpania ad totum Catholicum orbem? Quare hi Patres hæc non ad unam Rom. formam revocant? Cùm tot ritus, tot Liturgiæ, quam miſſificandi formam Apoſtolis uſitatam *Jacobi Liturgia.*

(x) *de Conſ. Eccl. or. & occid. l. 3.* (y) *in Euchologium p. 408.* (z) *p. 55. 55.* (a) *inſ. cap.*

Digitized by Google

Ann 63. uſitatam dicent? Et ſi illa cognita, quare non ab omnibus retenta? Neque canonem perpetuò retentum regerent, quia ſola oratione Dominica oblationis hoſtiam ab Apoſtolis conſecratam Bona lib. 1. c. 5. §. 3. ex Greg. M. l. 7. ep. 63. agnoſcit. Binius omiſit Liturgias, quæ Matthæo & Petro tribuuntur. Eas omnes illuſtris Mornæus profligavit jure merito lib. 1. de Euchar. cap. 11. Cocus in Cenſura Patrum à p. 12. Rivet. Crit. S. l. 1. Caſaub. exerc. 16. n. 59. alii. At revera omnes ſoricum inſtar ſuo pereunt indicio. Jacobi Liturgiam omnium celeberrimam vocant (b) propugnavit illam Leo Allatius Græculus in Symmictis pag. 176. cujus tamen argumenta dudum noſtri retuderunt & diſſolverunt. De eadem Bibliotheca Patrum edit. Pariſ. in Jacob, quæ ferè ex Sixto Senenſi: Jacobus, inquit, frater Domini, author epiſtolæ, quæ inter VII. Canonicas prima eſt, compoſuit divinam Miſſam, cujus meminit Proclus Conſtantinopolitanus, multi antiqui Patres & Concilium Trullanum c. 32. Extat hæc Miſſa ſed ab aliis aucta, Gr. & Lat. T. XII. p. 241. Joh. Echius l. 2. de ſacrif. Miſſæ c. 2. vult Miſſam ab Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus uſque ad Adriani Imp. tempora, nonniſi Hebraicè actam: quo quidem vernaculæ linguæ uſum concedit: tamen ut aliorum, ſic & Jacobi Græcè ſcriptam volunt Latini quos ſcio, omnes. (c) De authore, fide hujus Miſſæ Conſule Sixt. Senenſem lib. 2. Bibl. in Jacobo, Claudium Sanctesium & Jac. Pamelium in Liturgiis. *Conſtat S. Cyrillum Hieroſ.* (inquiunt Pariſini Collectores) *in Catech. V. Myſtag. plura ex illo mutuatum.* (tu inverte) *Dicitur à quibusdam hic Jacobus ſcripſiſſe Evangelium, quòd ſecundùm Hebræos inſcribebatur, ex quo fragmenta extant apud Hieronymum. Scripſit & S. Athanaſius in Synopſi, Jacobum in Evangelium Matthæi primum omnium interpretationem adhibuiſſe. Extat & nunc ſcriptum aliquod apocryphum, quod Protevangelium Jacobi inſcribitur, ſed quia ab hæreticis noſtri temporis primò vulgatum, omittendum putavimus. Reſp.* Vulgatum non ut legitimum, ſed ut ſcriptum ſpurium, utinam ubique eſſent tam conſcientioſi! De Evangelio Geſner. in Bibl. *Hiſtoriam complectitur de nativitate ſeu incunabulis Mariæ & Chriſti, quam Guilelmus Poſtellus ex Gr. lingua in Latinam tranſtulit, Oporinus excudit cum ſcholiis Theodori Bibliandri:* vid. Spond. ad an 44. §. 26.

§. 10.) Multa in Jacobi Liturgia occurrunt, quæ fucum detegunt, utpote vocabulum ὁμουσίου, quod demum poſt Seculum III. uſurpari cœptum. Vox θεοτόκου ſexies de Maria adhibetur, quæ in Synodo Epheſina & Chalced. robur & ortum demum accepit. Canitur in ea τρισάγιον *S. S. S. immortalis miſerere nobis:* cujus tamen canendi in Eccleſia origo rejicitur in Felicem III. circa an. Chriſti 480. Mentio fit *Monaſteriorum & Confeſſorum*, cùm nec monaſteria cœperint Apoſtolorum tempore, nec Confeſſorum nomen illis temporibus innotuerit, unde Bellar. (d) aſtruit antiquitatem Canonis Miſſæ hoc

b) *Bona l. 1. 8. 3.* (c) *vid. Bonam l. 1. c. 5. §. 4.* (d) *l. 2. de Miſſa c. 20.*

Digitized by Google

hoc argumento, quòd confeſſorum non meminerit. *(e)* Inducit *templa, altaria, thuribula, thurificationem*, quæ Judaiſmum ſapiunt, & nonniſi diu poſt Apoſtolos, ac converſis jam ad fidem Imperatoribus Rom. cœperunt in uſu eſſe inter Chriſtianos. Prætenſa hæc Jacobi Liturgia multis conſtat periodis excerptis ex Pauli Epiſtolis, quas fortè Jacobus nunquam legit. Ejus non fit mentio niſi demum in VI. Synodo ſemel. In hac Miſſa pro omnibus Sanctis interceditur, ut regno cœlorum potiri queant; unde ſequitur, Sanctos olim nullos fuiſſe invocatos. Cauſæ bonitati diffidens magnus Zelotes Bellarminus, *(f)* in hanc confeſſionem erumpit: *A poſterioribus ita locupletata, ut non ſit facilè dijudicare, quæ pars ejus Liturgiæ S. Jacobum habeat auctorem.* *(g)* Aſt quot illi ſimilia habent ſcripta, quorum repurgandorum partes ſibi ſumunt? ubi autem Bellarminus autographum inſpexit, ubi illud contulit, vel unde diverſitatem novit? Fors nil integrum, nil ſanum. Eadem à Baronio *(h)* frigidè defenditur, cui etiam ineptiſſimè Miſſa dicitur, quaſi tunc vel Jacobo, vel ulli mortalium hic terminus jam in uſu fuerit. Confer Caſalium c.9. ita incenſionis fit mentio: ib. c. 41. p. 182. Nec gratis fit quòd ad Can. 32. Concilii Trullani adnotant *(i)* traditionem Jacobi de ritu S. Miniſterii non inveniri amplius, nec recognoſci, quia exoleverit. Imò ſanè omnes veterum Liturgiæ conferantur cum hodierna Romana, mirum quantum diſcrimen adparebit. Num vel olim, vel hodie ubique Latina Miſſa in uſu? *(k)* An verò tanta Liturgiarum diſcrepantia atque copia Papalis dominii & jugi indicium fuerit? Ita nimirum impoſturarum & novitatum nullus finis. Faceſſant ergo ejuſmodi furfura nobis objicere & obtrudere, utpote cùm ex Miſſa hac citant: *Communem orationem agamus Mariæ & omnium Sanctorum, ut precibus & interceſſionibus eorum omnes miſericordiam conſequamur.* *(l)* Ann. 63.

§. 11.) Nec Miſſam modò, ſed & Miniſtrum ſeu Diaconum, B. Stephanum, quem Protodiaconum vocant; attribuunt Jacobo, uti Paulo Timotheum & Linum, Petro Anacletum & Clementem &c. Verè de ejuſmodi Liturgiis Illyricus. *(m)* *Multa*, inquit, *in illis pugnantia, malè cohærentia, Verbo Dei ſcripto planè contraria: in iis tamen etiam multa extant, quæ Miſſas privatas ſub Papatu manifeſtis verbis evertunt, panis adorationem, reſervationem, circumgeſtationem, communionis mutilationem, ſacrificium propitiatorium &c.* Ficto Jacobo Petra fides eſt, cui portæ inferni non prævalent. Poteſtas ſolvendi & ligandi omnibus data Miniſtris. Sic non minùs in Orientalium atque Græcorum Liturgiis aliis etiam illuſtres ſententiæ occurrunt, quibus tranſſubſtantiatio oppugnatur, veluti: Filius Dei μυστικῶς i. e. Sacramentaliter jacet in menſa: item συμβολικῶς h. e. per ſigna. Sic, ut populus τὰς καρδίας ἄνω αἴρῃ ut ſurſum corda tollat. In Baſilii Liturgia, panis & vinum poſt

(e) vid Hoſpin. de Mon. p. 26. b. (f) de Script. Eccl. 33. (g) Dallæ. de cult. Lat. l. 3 c. 24. p. 421. (h) ad hunc an. §. 17. Spond. §. 5. [i] Sylvius apud Carranz. [k] vide Brerevvodi Scrutinium l. 2. c. 17. [l] plura Dalla de cultu Latin. l. 4 c. 10. p. 506. [m] in Catalogo ſuo T. 1. p. 53.

Digitized by Google

Ann.63. conſecrationem dicuntur ἀντίτυπα, figuræ, exemplaria. Omnes de uno pane & calice participantes coadunari invicem in unius Spiritûs S. communionem &c. Porrò de Evangelio Jacobi ſecundùm Hebræos ita Mareſius: *Matthæo ab aliis adſcribitur, illud Hieronymus alicubi translatum à ſe profitetur. Athanaſius in Synopſi (aut quisquis author illius) dicit Jacobum commentarium ſcripſiſſe in Evangelium Matthæi, & interpretationem ei adjeciſſe. Superiori ſeculo neſcio ex quibus tenebris prodiit liber inſcriptus Prot-Evangelium Jacobi, ſeu ſermo hiſtoricus de nativitate Deiparæ, continens nativitatis Mariæ hiſtoriam, & eorum, quæ ſequuta ſunt uſque ad adventum Magorum, ubi inter cætera aſſeritur, quòd Joſephus & Maria reſpectivè, hic ſtupri, illa ſacrilegii fuerint accuſati in judicio, & debuerint ſe purgare per poculum Zelotypiæ, de quo Num. 1. Erat autem Jacobus filius Cleophæ, ut vulgo ſtatuunt, & ideo affinis Chriſti, unde illius fratrem generaliori nomine eos vocat; quamvis non deſint inter veteres, quos inter Epiphanius, qui putent, Joſephum ex primo quodam conjugio ſuſtuliſſe hunc Jacobum & Judam, ejus fratrem, qui proinde fratres Chriſti & conſanguinei cenſebantur, eadem lege, quâ Joſephi ipſius filius reputabatur.*

Simeon Cleophæ.

§. 12.) Simeonem Cleophæ Luc. 24. 18. Jacobo ſucceſſiſſe in Epiſcopatu Hieroſ. Bar. (*o*) ait: at Eutychius (*p*) Chriſtianos demum poſt excidium Hieroſ. in urbem jam deſolatam reverſos (contigit annò 72.) ipſam incoluiſſe, ſtructáque ſibi inibi Eccleſia, Epiſcopum ſecundum, hunc ſcil. ipſum Simeonem Cleophæ præfeciſſe. De eodem Blondellus (*q*) ut plebis in electione jus comprobet, ex Euſeb. l. 3. c. 11. mihi 10. *Coronato anno æræ communis 61. Jacobo, exciſisque anno 70. Hieroſolymis ex Apoſtolis & Domini diſcipulis quotquot eo uſque vitæ relicti erant, unà cum propinquis Domini ſecundùm carnem (horum enim pluribus eo uſque vita ſuppetebat) in unum ex omnibus locis convenerunt, conſiliúmque pariter inierunt, quem Jacobi ſucceſſione dignum judicare oporteret; omnesq; uno conſilio Simeonem Cleophæ filium, conſtitutæ ibi parœciæ throno dignum probaviſſe. Hieroſolymis, ſubjungit Blondellus, quæ jam nulla erant, conſiſtere non poterat, ſed Pellæ, quæ paulò ante excidium, movente Spiritu, tranſierat, verſabatur ex Judæis Domini ſecundùm carnem propinquis conflata Eccleſia &c.* Confer eundem Euſeb. l. 4. c. 22. Conr. Graſſerus (*r*) ait, hunc Simeonem tempore obſidionis Eccleſiam Hieroſolymis trans Jordanem in opidum Pellam eduxiſſe, & poſtea reverſum in ruderibus illic eam continuâſſe, Judæis non parùm frendentibus. (*s*)

o] §. 2. [p] 343. [q] *de Epiſc. p. 422.* [r] *Iſag. hiſt. l. 3.* [s] *idem Regenvolſc. l. 3. c. 1.*

JESU CHRISTI *Annus* 64.

NERONIS *Imp. Annus* 8.

Ann. 64.

§.1.) Petri, ut volunt, an. 20. Coſſ. P. Marius Celſus, & L. Aſinius Gallus. Marcum Alexandriæ Epiſcopum martyrio vitam finiiſſe Baronio placet: & certè Euſeb. (*a*) octavo Neronis anno Anianum (non confundendus hic cum cognomine Epiſcopo Aurelian. Attilæ tempore) primum poſt Marcum Alexandrinæ parœciæ adminiſtrationem ſuſcepiſſe affirmat. Ad quem Euſebii locum, ut & Hieronymi ex Catalogo Blondellus (*b*) ait: *Anno Neronis octavo paſſum volunt: quia anno 61. (quo in cælum receptus eſt Jacobus) Octob. 13. octavum annum inibat Nero.* Et ibid: *Marcus an. D. 62. urbis 815. Neronis 8. exeunte, Apr. 25. coronatus eſt. Marci verò martyrium, quia fide dubia ac recenti nititur, in medio relinquimus, quousque veriora.* Vid. Martyrol. R. item Bar. & Hoſpin. ad 25. Apr. Alexandriæ obiiſſe dicunt. Neque verò ullatenus Gelaſii Papæ admittimus teſtimonium proprium, quando vult, à Petro Apoſtolo in Ægyptum directum. Rectiùs Hier. eum poſt ſcriptum Evangelium perrexiſſe in Ægyptum, & primum Alexandriæ Chriſtum annunciâſſe atque Eccleſiam plantâſſe. Eccleſias per Libyam, Marmaricam, Hammoniacam, Pentapolin, Alexandriam, atque Ægyptum univerſam conſtituiſſe & confirmâſſe Ado vult. Ineptè Dorotheus ſub Trajano demum conſummatum affirmat: nec meliùs Epiphanius clauſis oculis eum ſecutus, Marcum LXX. virorum albo inſcripſit: fideliùs ex Papia Euſebius (*c*) nec Dominum audivit, nec eum ſecutus eſt. Vide eundem ex Clem. l. 6. c. 14. *Marci obitus.*

§.2.) Epiſcopúsne fuerit Alexandriæ Marcus, & qualis, in quæſtionem venit. De hoc de Dominis: (*d*) Scribit, inquit ille, Hieron. Epiſt. 85. ad Evagr. *à Marci temporibus Alexandria in more fuiſſe, ut presbyteri illius Eccleſiæ unum ex ſe electum ſibi præficerent, quem Epiſcopum nominabant.* At hallucinatur bonus ille M. Ant. de Dom. Epiſcopalis nimius, quando ſubjungit: *Jam ergo Marci h. e. Apoſtolorum temporibus Epiſcopi erant ſupra presbyteros.* Non enim Marci temporibus, verùm à Marci temporibus h. e. poſt mortem illius primatum Epiſcoporum Alexandriæ primùm cœpiſſe affirmat, ità ut unus aliquis eſſet prior ordine, non poteſtate ſuperior. Vide in hanc rem Blondell. de Epiſc. p. 8. & præf. p. 17. collat. cum Hammond. de Epiſc. diſſert. 3. c. 10. pag. 177. & diſſert. 5. c. 3. §. 19. Ita Epiphanius oſtendit, primò id Alexandriæ inſtitutum, ut in tota civitate unus tantùm eſſet Epiſcopus: quod deinceps Canone 8. Niceno ad cœtera quoque loca tractum. Omnibus autem probè expenſis, ſingularem Alexandrinæ Eccleſiæ conſuetudinem fuiſſe auctores velle ſentio, illam autem conſuetudinem uno impetu ab aliis omnibus *Alexandrini Epiſcopi. Vid. an. 87. §. 2. & an. 45. à §. 23. ſeq.*

a) hiſt. l. 2. c. 24. (b) de Epiſc. p. 7. (c) l. 3. c. 39. (d) l. 2. c. 3. §. 12.

Digitized by Google

Ann.64. Eccleſiis receptam cui veriſimile? Præſertim cùm addat Hieronymus, paulatim, ut [illegible]enſionum plantaria evellerentur, omnem ſolicitudinem ad unum delatam fuiſſe. Si paulatim, certè non univerſaliter & ſemper obtinuit, Epiphanio ipſo fatente. (e) Non habuit Alexandria duos Epiſcopos ut aliæ urbes. Cur itaque hîc cum Hieronymo in eadem ad Evagrium Epiſtola, Alexandrinæ Eccleſiæ ſingulare exemplum objicientibus, reſpondere non liceat: Quid mihi profers unius urbis conſuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum eſt ſupercilium in leges Eccleſiæ, vindicas? Sic Eutychius ibidem Patriarcha teſtatur, mortuo Epiſcopo duodecim presbyteros unum ex ſuo ordine elegiſſe, electum autem ab undecim reliquis, qui ſupererant, ordinatum. Er. Epiſcopus à presbyteris eligitur & ordinatur. Ergo Epiſcopi & presbyteri ordinatio eadem. At ubi Patriarcha Alexandrinus?

Syriaca Verſio. §. 3.) Quòd ſi Marcus hoc anno obiit, Verſio Syriaca eum authorem habere nequit, quia tunc omnes libri N. T. nondum fuerunt conſcripti. Alii volunt Chriſtianos Antiochenos procuràſſe hanc Verſionem. Bellarminus (*f*) eam diu poſt Marci tempora editam fuiſſe hinc probat, quòd ejus nulli meminerint, quos inter Clem. Alex. Athanaſius, Cyrillus, & alii veteres. Porrò Baronius ad an. 414. (*g*) tranſlationem hujus Marci, ut & Martyrum Cyri atque Johannis à Cyrillo Alex. factam in Canopum ait, poſtea Venetias deportatum ad an. 820. aſſeverat. Confer Martyrol. R. ad 31. Jan. item Dallæ. de ador. l. 4. c. 22. p. 698. fusè Dorſchæus in oratione Argent. 1643. fortuito caſu à Mercatoribus Venetias delatum volunt. Quòd ſi verò tantæ per eum eſt dignitatis Alexandria ob martyrium, ut Sedes Apoſtolica dicatur, quantò excellentior Venetorum urbs, quia ibi aſſervatur, ubi tot gratiæ fiunt. Hanc hiſtoriam vide apud M. Ant. Coccium Sabellicum, rerum Vetarum dec. 1. lib. 2. Solenni aliqua ſepulturâ Marci corpus reconditum fuiſſe, unde transferri potuiſſet, nullibi extat: imò per octo ſecula magnum ſilentium. Nicephorus Calliſtus Xantopulus Marci quidem crudelem lanienam, quam paſſus, depingit: ſepulturæ autem nullam mentionem facit. Imò de modo & tempore mortis dubitant. Sophronio 8. Neronis anno, Dorotheo ſub Trajano. In Martyrologio Rom. aliqui tranſlationis teſtes producuntur, verùm recentiores, unde IX. & etiam X. Seculo altum ſilentium ſit. Magna inter ſcriptores pugna 1. ratione temporis: Sigeberto anno 471. Petro in cat. l. 2. c. 61. anno 465. vel 800. Platinæ ſub an. 828. Bar. 820. 2. Ratione aliarum circumſtantiarum, utpote in cauſa furti. Inſuper Romæ in Templo S. Marco condito à Marco P. anno 236. caput & brachium Marci aſſervatur, juxta Joh. Lupardum; in Hiſpania ejuſdem extant oſſa, ut habet hiſtoria Seraphica Franc. Gonzagæ. Venetiis ipſum Marci corpus oſtendi non poteſt. Tradit Metaphraſtes combuſtum Alexandriæ Marcum: quomodo ergo integrum Venetias corpus allatum?

Ania.

e) Hæreſi 68. de Miletianis (f) l. 2. de Verbo Dei c. 4 [g] Spond. § 6.

Anianum Eccleſiæ Alex. parœcum fuiſſe, & in ea parœcia annos XXII. impleviſſe Euſeb. lib.3.c.13. affirmat: confer eundem l.2.c.24. Ejus ergo mortem Baronius ad an.87. collocat. Inſuper ſutorem illum initio fuiſſe nonnemo perhibet, apud quem Marcus primitus diverterit, & totam ejus familiam ad Chriſti agnitionem converterit. *Anianus Epiſc.*

§.4.) Baronius ut tum Monachorum antiquitatem, tum delectum ciborum nobis obtrudat, prolixè *Eſſenos, Eſſæos*, qſ. *Jeſſæos*, à Jeſu, Chriſtianos fuiſſe Alexandriæ à Marco inſtitutos, ex Hieronymo, nimio Monachatûs fautore & propugnatore contendit. Ei accedit Bellarminus (*h*) item & Caſalius (*i*) & tum ex V. tum ex N. T. ab ipſo quoque Joh. Baptiſta deducunt. An verò Eſſeni ἐρημόβιοι erant? Chryſoſtomus Johannem ἀρχηγὸν nominat iſtius vitæ rationis. At longè alia conditio ipſius fuit. Μοναστικὸν σχῆμα dicitur Græcis ἀγγελικόν. Ita Baſilio, Nazianzeno, Chryſoſtomo laudibus ornantur Monachi. At nihil hoc ad rem, de qua agimus, cùm certum longè ſeriùs Monachatum initium ſumpſiſſe. Euſebius ex narratione Philonis de Eſſenis, elicere conatur lib.2.cap.16.17. fuiſſe ritus, inſtituta & mores primorum Monachorum Chriſtianorum ævo Apoſtolorum, inde ſeductus, quòd ſequentium Monachorum inſtituta cum Eſſenorum moribus ferè convenirent: item quòd Philo ſcribit, illud genus hominum ubique in aliis etiam orbis locis fuiſſe, inprimis autem in Ægypto, & circa Alexandriam multiplicatum. Philo autem nihil uſpiam de Chriſtianis ſcripſit, nec ullo verbo in tota hac narratione mentionem Chriſtianorum facit. Errantem Euſebium ſecutus Epiphanius, qui etiam, quia mentem Euſebii malè aſſecutus fuit, deterius illo pronunciavit; nec minùs Sozomenus, Sophronius & Nicephorus. Adhuc finxerunt ex Hieronymo Pontificii, Marcum hujus autorem inſtituti. Verùm Eſſæos Judæorum fuiſſe ſectam apud Scalig. contra Serrarii Trihæreſium: c.29.30.31. Chamier. T.3. lib.20.c.22. inde à §.67. & l.19. c.4. §.19. Hoſpin. de Mon. p.3.7.8. item 27. & 28. de Templ. à p.28. Riveti Crit. S. l.1.c.10. & Kipping. polit. l.2.c.16. & c.3. §.6.p.25. a. Dorſchæum in Thoma Aquinate th.24. p.128. ſeq. diſces. Eſſæi, Eſſeni, ἀσκηταὶ etiam dicti & θεραπευταὶ: vid. Joſeph. de b. J. l.11.c.7. Epiphanius ex malè præconcepta opinione eos Ἰεσσαίους vocat, παρὰ τὸ ἰάσασθαι, quia legerat eos ab Euſebio appellatos θεραπευτὰς, quòd in nomine Jeſu morbos depellerent. Ita quidpe Eſſeni dicti, quòd inter alia medicinam profitebantur, at non à Gr. ἰάσασθαι, ſed à Chald. אָסָא ſanare, vel à חֲסָא pium & ſanctum eſſe, unde חֲסָיָא ὅσιον, pium & ſanctum notat. aliis etiam vel à חוזה propheta, videns vel à יָשַׁע ſervare, curare derivatur nomen. (*k*) Sanè quia Philo ſectæ hujus mores deſcripſit, docentibus adhuc & in carne viventibus Apoſtolis,

Eſſeni an Monachi. Vid. an. 42.§.2 & 301.§.5.

Vid. an. 31.§.1.

h) de b. operibus in particulari l.2.c.24.T.4. (i) c.52. (k) vid. Arnd. Ant. I. Monachus à §.1. Mycræl. hiſt. S. part.1.297.

Ann.64. lis, procul omni dubio de hoc aliquid in S. extaret Pandectis, id quod tam procul abeſt, ut potiùs Paulus ad Col.2. in tales invehatur. (*l*)

l) *vid.Chemn.in Conc.Trid, item Tileni diſp. part.2. diſp* 52 §.14.

Ann.65.

JESU CHRISTI *Annus* 65.
NERONIS *Imperatoris Annus* 9.

Sedis Petrinæ an.21. ut dictitant. Coſſ. Memmius Regulus & Virginius Rufus. Circa hunc annum paſſos ait Martyrol. R. ad 23. Aug. Rhemis in Gallia Timotheum quendam & Apollinarem.

Ad eundem annum Baronius vatem illum Jeſum Filium Anani refert, de quo Joſeph de bello Jud. l.7.c.12.

Ann 66.

JESU CHRISTI *Annus* 66.
NERONIS *Imperatoris Annus* 10.

Neroniana perſecutio.

§.1.) Petri vulgò an.22. Coſſ. C. Lexonius & M. Licinius. De Neronis ſævitia ac immanitate non eſt ut multa dicam, quandoquidem ubivis hæc obvia: inter cœtera verò diritatis genera incendium eſt urbis Romæ, quod ipſo inſpectante totos duravit VI. dies: quò autem infamiam iſthanc in alios innoxios derivaret, ſubdidit quoſdam Chriſtianos, quos exquiſitiſſimis pœnis ſubjecit, prout Tac. annal.l.15.c.44. id docet. Culpâ itaque in Chriſtianos translatâ perſecutio, eáq; prima adverſus eoſdem excitata quadriennium durat. Illam aliqui ad an.65. collocant: Calviſius ut hos ipſos Conſules, ita & perſecutionem ad an.64. cui illi dicuntur C. Lecanius Baſſus & M. Licinius Craſſus Frugi. Inde Nero Tertulliano nominatur *Dedicator damnationis Chriſtianorum*. Ejus decretum tale fuiſſe traditur: *Quisquis Chriſtianum ſe eſſe confitetur, is tanquam generis humani convictus hoſtis, ſine ulteriori ſui defenſione, capite plectitor.* Notant hoc loco, Senatum quidem imperante Tiberio Chriſtianos juſſiſſe excedere Româ, ſed Imperatorem interceſſiſſe. Et licet Claudius poſtea Chriſtianos Româ expulerit, id tamen obiter factum, ita ut præſens perſecutio jure prima dicatur. A genere mortis potiſſimùm adhiberi ſolito, h. e. à flammatione, *Cerei*, idem *Sarmentitii* dicti Chriſtiani, quòd tæda, papyro & cerâ veſtiebantur, ita ut toti arderent, noctuque vice luminis eſſent. Tantus autem fidelium numerus ita combuſtus

eſt,

Digitized by Google

eſt, ut rivi pinguedinis humanæ, per arenam Amphitheatri ſulcum fa- Ann 66.
cerent. (a)

§.2.) Ob immanem hanc graſſationem Sulpitius Severus. (b) Neronem Antichriſtum fore credidit, dum ait: *Et plaga mortis ejus curata eſt, ſub ſeculi fine mittendus, ut myſterium iniquitatis exerceat.* Ergo Romam ſedem Antichriſti fore ſtatuit. Verùm ſi Templum Dei, in quo ſeſſurus Antichriſtus, ſéq; pro Deo vendicaturus, exquiſitiùs intellexiſſet, de Nerone certè non ſomniâſſet. Huc applicant verba Apoc. c.13.v.5. *Datúmque eſt ei* (primæ beſtiæ) *os loquens magna; & data eſt ei poteſtas agendi menſes* 42. ubi per Beſtiam Romanum Imperium intelligunt: item equum rufum ex Apoc. 6.4. ſanguinem humanum denotantem, copiosè ad annum uſque 323. effuſum. Aſt ubi tum Petrus? ullúmne Romæ latibulum, ulláne Cathedræ Pontificalis umbra morari ibi poterat? Uſſerius (c) ex Simeone Metaphraſte, ſubleſtæ fidei ſcriptore, ita de hoc: *Petrus poſtquam in Britannia longo tempore fuiſſet moratus, & Eccleſias ibi conſtituiſſet, anno XII. Neronis Romam petiit.* De Romanis autem martyribus Euſeb.l.2.c.25. Vincent. l.10.c.25. Martyrol. R. ad 24. Junii. De *Felicula* ad 13. Junii Hoſpin. alii. Ejus exemplo inter alia Blondell. (d) probat, extra urbes cœmiteria omnia fuiſſe, quandiu Romana res ſub Gentilibus ſtetit. (e) Probè autem hoc loco notandum, licèt diriſſimè & iniquiſſimè Chriſtiani primi, etiam Epiſcopi Romani, exagitati fuerint, nunquam tamen rebellâſſe, Magiſtratum depoſuiſſe, neque alios ad rebellandum ſolicitâſſe, vel ab obedientiæ debito ſolviſſe.

Nero Antichriſtus.

§.3.) Utut Hieronymus (f) Epiſtolas Pauli ad Senecam, & hujus ad illum, pro veris recipiat, eúmque Salmero Jeſuita, & alii ſequantur, rectiùs tamen omnino, præter Eraſmum, Lud. Vivem & Poſſevinum Baronius (g) inter apocryphas eas & ſpurias numerant, quia aperta in illis continentur mendacia. (h) Harum obſcurè meminit Aug. ad Maced. Epiſt. 54. Jac. Faber Vienn. Epiſc. ſcripſit in has Epiſtolas breves commentariolos. Extant illæ in Biblioth. Patr. & apud Sixt. Sen. l.2. item initio operum Gen. 1627. excuſor. Arnd. Ant. p.20. & 864. Stylus certè à Senecæ alienus, neque eum diſſimulâſſe illum dici debet, quia ita nomen ſuum non præfigeret. Nec materia genium Apoſtolicum ſapit, cùm nuſpiam in illis mentio vel Chriſti, vel crucifixi, vel fidei occurrat. Æquè nullius momenti acta paſſionis Pauli nomine Lini conficta, quæ contrarium affirmant. Communi errore Otto Friſing. (i) inductus ita loquitur: *Seneca vita & ſcientia clarus, Philoſophiæ ſtu-*

Pauli & Senecæ mutuæ Epiſtolæ.

a) *vid. Iuvenal. Sat. 1. Senec. Ep. 14. Sueton. Dionem. Oroſ. l.7.c.5. Confer Kortholt de perſec. à p.11. Lipſtorp. de form. Mon. Pap. p.19 §.4. alia. Rupert. hiſt. Univ. p.287.* (b) *hiſt. l.2.* (c) *antiq. Britann. p.7.741.743.1073. ad an 66.* (d) *de Epiſc. 246.* (e) *conſ. Concil. Bracar. l.c.36. & Tribur. c.17. item Polit. Eccl. Zepp. l.1.c.15. p.186. Caſal. c.66. impr. p.266.1.* (f) *in Catalogo ſuo* (g) *§.11. ſeq. Spond §.4.* (h) *Cocus à p.19. Rivet. Crit. l.1.c.5. Vitak de P. Dalla de Patr. p.54* (i) *hiſt. l.3.c.16.*

Digitized by Google

Ann. 66. *ſtudium coluit, frequenteſque ad Paulum Apoſt. literas mittens. & ab eo reſcripta ſuſcipiens Chriſtianæ religionis amicum ſe oſtendit. Unde & ab Hieronymo inter cives noſtros reponitur.* Quòd ſi veras illas fingeremus, faciliùs Paulus, ad evitandum utriuſque periculum, Senecam ad Petrum potiùs dirigere potuiſſet, ut ab illo plenè & planè edoceretur. Sanè ſi Chriſtianus fuiſſet, etiam juſſus à Nerone, veniſectione, cicuta, quam in omnem caſum paratam habuit, & balneo tam ſolicitus mortem non quæsîſſet, nec conjugi ad idem tentandum permiſiſſet.

Ann. 67.

JESU CHRISTI *Annus* 67.

NERONIS *Imperatoris Annus* 11.

Petri ut quidem ajunt, an. 23. Coſſ. Silius Nerva & Atticus Veſtinus; vel, ut habet Plinius, Appius Junius & P. Silius. Priores Calviſio placent, quos ad an. 65. ponit. Horrenda occurrit Neronis debacchatio in conjuratos, & quoſvis alios: inter nocentes erant Lucanus Poëta, Plautius Lateranus Conſul in menſem Julium deſignatus, Coſ. Veſtinus; Fl. Tribunus, alii. Inter innocentes Seneca &c. Hanc conjurationem Calviſius ad an. 65. refert.

Conjuratio in Neronem.

Circa hæc tempora varii tumultus in Judæa, cumpr. Hieroſolymis orti: de quibus Joſ. bell. Jud. l. 2. c. 13. ſeqq. adeóque extremæ gentis cladis & miſeriæ initium paulatim fiebat.

Ann. 68.

IESU CHRISTI *Annus* 68.

NERONIS *Imp. Annus* 12.

§. 1.) Petri, ut prætendunt. an. 24. Coſſ. Suetonius Paulinus, & Pontius Teleſ. qui Calviſio ad an. 66. enumerantur. Occaſione converſæ perſecutionis Neronianæ in conjuratos atque alios infideles, Petrus & Paulus è diverſis orbis partibus divino conſilio Romam veniunt, ait Baronius, ut corroborarent fideles, at perquam infirmis argumentis nixus, Metaphraſtæ ſcil. ad 29. Junii, cujus tamen fidem toties ipſe cum commilitonibus ſubleſtam & ſuſpectam habet: item Lactantii ex ejus l. 4. c. 21. ubi tamen nihil tale reperias, ſed ſimpliciter, ex communi fama, *Petrus & Paulus, inquit, Romæ prædicaverunt, & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit, in qua cùm multa alia mira, tum etiam hoc futurum eſſe dixerunt, ut poſt breve tempus immitteret*

Petrus & Paulus Romam veniunt.

Deus

Digitized by Google

Deus Regem &c. Nullum ergo hîc certum hujus prædicationis deſignatur tempus: quin in ipſas horum Apoſtolorum Epiſtolas digito Lactantius intendit. Quòd ſi fingere & ſomniare cum adverſariis lubeat, ergo ſane Petrus antehac Romæ non degit. Obj. Univerſalis fuit Epiſcopus, qui omnium Eccleſiarum curam geſſit. *Reſp.* Quare ergo Petro Sedem Romæ affigunt, ac XXV. annos ſediſſe ibi volunt? Quòd ſi Petri præſentia, vel mors aliquid conferant, multò magis hæc Paulo adſcribenda, utpote de quo non dubitandum. Inde certè æquè Paulo, atque Petro illius Eccleſiæ fundatio, patrocinium & cura commiſſa ab antiquis credita (*a*) Auctores in reditu Petri Romam diſcrepant valde reſpectu initii & finis: alii citiùs, ſeriùs alii adventâſſe, alii continuò ibi ſediſſe; alii jam veniſſe, jam iviſſe; alii præſentiam ejus planè non neceſſariam fuiſſe dicunt: alii Romam ad Simonem expugnandum, alii ad corroborandos fideles abiiſſe ſtatuunt. Alii Cathedram Rom. per XXV. an. alii per XXV. annos VII. menſes & V. dies tenuiſſe volunt. Coſterus habet XXIV. annos V. menſes XII. dies. Volaterranus XXV. & VI. menſes ponit: VII. verò annos ex his XXV. annos ad Antiochenam Sedem refert: alii ad 29. Julii; Panuinus ex Damaſo ad 29. Junii ejus martyrium, alii aliter referunt. Allii anno Neronis XII. alii XIV. Petrum & Paulum paſſos dicunt. Ann. 68.

§. 2.) Alii Romam veniſſe Petrum, ut Sedem illic collocaret, quod tamen ad primum iter referunt alii: alii eum ubique locorum ſecutum & proſecutum eſſe Simonem Magum: citiùs aliis Magum veniſſe Romam placet, unde Danæus in Aug. de hær. *Illis, inquit, non aſſentior, qui Simonem ſub Tiberio Romam veniſſe ſentiunt. Nam ſub Caligula ejus cœpit hæreſis, circa annum à Chriſto paſſo VI. à nativitate XXXIX. Vana autem illorum narratio, qui affirmant, Petrum cùm hunc videret venena ſua ubique ſpargentem ſecutum eſſe, in quascunque ille profectus eſſet terras, & tandem Romæ publicè cum eo pro religione Chriſtiana miraculis certâſſe. Id quod in annum II. Claudii collocant, uti Platina. Hoc autem accidiſſe non potuit. Fuit enim ad Concilium uſque Hieroſ. in Syria Petrus &c. Romæ enim aliquandiu Simonem Magum vixiſſe, cum Juſtino Tertullianus teſtatur aliáque monumenta.* *vid. ann. 44. §. 46. & 48.*

§. 3.) Baronius ad hunc annum, alii ad an. 69. poſteriorem Petri collocant; neque verò dicunt unde ſcripta: ſub finem vitæ id præſtitiſſe ex 2. Pet. 1. 14. adparet. Hanc Petri eſſe negaverunt quidam, alium à priori ſtylum prætendentes. Sic autem aſſerta ab aliis, & in Eccleſia pro genuina ſuſcepta, ut dubitandi locus jam nullus ſit relictus. Cap. 1. v. 16. ſe cum aliis, oculis ſuis aſpexiſſe Chriſti Majeſtatem dicit, quo proculdubio ejus glorificationem indigitat. Ergo impudens impoſtor eſſet, ſi aliter ſe res haberet. Et apertè c. 3. v. 1. hanc alteram Epiſtolam ſcribere profitetur. Ejus tres partes conſtituuntur. I. Hortatur ad conſtantiam & perfectionem in fide, ſimul cauſam inſtitutæ ſcriptionis ſuæ, & doctrinæ Chriſtianæ commendationem decla- *Poſterior Petri Epiſtola.*

Kk k

a) *Fuſè de Dom. l. 4. c. 1. §. 10. ſeq.*

Digitized by Google

Ann.68. declarat. II. à ſeductoribus dehortatur, qui puritatem doctrinæ Evangelicæ corruperunt, quos ſuis coloribus depingit: c. 2. qua occaſione omnino Simonis oblivisci non debuiſſet, vel ſanè mentionem illius feciſſet, ſi geſta talia fuiſſent. III. Conditionem noviſſimorum temporum, & mundi interitum deſcribit, unde varia hortamenta ad pietatem, patientiam, fidem, & alias virtutes Chriſtianas deducit: c. 3.

§. 4.) 2. Pet. 1. v. 1. *Simeon Petrus ſervus & Apoſtolus Jeſu Chriſti.* Nota humilem Petri titulum, eúmque non dico cum Papæ, ſed cum Prælatorum inſcriptionibus confer. Quid hîc prærogativæ ſupra reliquos?

2. Pet. 1. 12. *Non negligam vos de iſtis ſemper commoneſacere.* & v. 13. *Juſtum autem duco, quamdiu ſum in hoc tabernaculo expergeſacere vos per ſubmonitionem* &c. ita v. 15. *Sed & ſtudebo ſubinde, ut vos poſſitis poſt exitum meum facere horum mentionem.* Inde duo adverſarii extorquent. 1. Interceſſionem Sanctorum. 2. Curam & authoritatem Eccleſiæ Rom. in reliquas Eccleſias. Reſp. Tam lynceis oculis nobis eſſe non licet. Per ſucceſſores hanc ſolicitudinem exercuiſſe ajunt. At quomodo invocatio hinc ſtabilitur? Petrus diſperſis Judæis ſcribit, igitur univerſaliter hæc promiſſio intelligi non debet: verùm eſto, ob communem fidem univerſalis ſit: non tamen ſequitur, eum, omnibus præeſſe, neque enim ſolus hanc univerſalem curam habuit, neque ſolis Epiſcopis Romanis, ſed & cœteris omnino omnibus demandata fuit. Adde quòd plurimi Epiſcopi Romani, quia negligentiſſimi, turpiſſimi, & hæretici, talem curam non exercuerunt. Verborum ac ſensûs Petri corruptio hîc occurrit, promittebat, ſe daturum operam ante obitum ſuum, ut poſt mortem ſuam fideles rerum à ſe dictarum meminiſſent: ut ex v. 15. liquidum. Scripto ergo hoc præſtitit Petrus, quo etiamnum nos commonefacit; per fidos item homines, quibus hoc idem demandavit. Et ſanè quò tendat Petrus, in ſequentibus clariſſimè oſtendit, quando à traditionibus & fabulis arte compoſitis dehortatur, támque fideliter firmiſſimum ſermonem Propheticum commendat: quæ utinam adverſarii exactiùs & accuratiùs trutinarent atque animum ſuum revocarent!

§. 5.) 2. Pet. 1. 19-21. *Habemus firmiſſimum illum ſermonem Propheticum: quem benè facitis quòd attendatis, velut lucernam ſplendentem in obſcuro loco* &c. Er. Nil firmius, nil certius, nil prius S. Scriptura, ratione efficientis, formæ & finis. Peſſimè ergo Papa traditiones non ſcriptas Verbo ſcripto adæquat, laicos à lectione S. Scripturæ ad hominum commenta nugáſque putidas revocat. Impiè igitur ſtatuitur aſſeſſores & judices in Concilio non adſtrictos eſſe ad Scripturam, ſed habere liberam facultatem ſtatuendi & pronunciandi de fidei articulis, & fingendi Scripturæ interpretationes, prout commodum. Quare igitur *Lucerna* dicitur Scriptura in obſcuro? Quare olim S. Scripturæ Codex in medio Conſeſsûs fuerat propoſitus. Ergo Spiritus S. ſupremus eſt Conciliorum Præſes.

§. 6.)

§. 6.) Uti olim in V. T. accidit, ita & in N. futurum docet c. 2. ut Ann. 68.
Pſeudoprophetæ ſeu falſi doctores exſurgant in populo, qui ſubintroducant hæreſes exitiales etiam Dominum, qui illos mercatus eſt, abnegantes: ita v. 2. *multi ſequentur eorum exitia, per quos via veritatis blaſphemabitur:* v. 3. & *per avaritiam fictis ſermonibus vos negociabuntur* &c. Subjungit poſtea, eos impura cupiditate incedere, dominatum deſpicere, audacter dignitates conviciis inceſſere. En tibi, quomodo Eccleſia à malis & erroribus immunis! Vel, anne excipias Romanam? Atqui nihil hîc Petrus, neque alii. Imò digito ſanè illam nobis monſtrat, & vivis depingit coloribus. Inter ipſos fideles orituros Pſeudoprophetas multóſq; ſeductores, imò in ipſo Templo Dei ſeſſurum Antichriſtum 2. Theſſ. 2. 4. Matth. 24. 11. Act. 20. 29. diſcimus. Quòd ſi hæc dicta de cavendis Pſeudoprophetis & ſeductoribus non pertinent ad Concilia, quemadmodum Bellarminus vult, ſequetur nullos in Conciliis inveniri Pſeudoprophetas & ſeductores, cùm tamen univerſa ſæpe Concilia ex lupis rapacibus meris collecta ſint. Neque heic excipiuntur Concilia. Coëunt quidem ideo vera Concilia, ut errantium dogmata refutent impia, at probabunt adverſarii ſua eſſe talia Concilia. Etſi verò in nos talia derivare vitia velint, nihil nos movet, quia Verbum Dei pro nobis reſpondere novimus.

Cap. 2. v. 10. *Qui dominatum contemnunt, audaces, & ſibi placentes (qui) non horrent dignitates probris inceſſere.* Atqui Papas hoc ipſum feciſſe, & adhuc facere, tot querelæ Imperatorum, Regum & Principum, ac totius etiam Imperii, tot triſtia & ſanguinolenta teſtantur exempla, loquuntur libri. Igitur dominatio in Eccleſiam, inque omnes ejus ordines, ac potiſſimùm in Magiſtratum, eſt Antichriſtiana & à Diabolo: 2. Theſſ. 2. Dan. 12. Atque huc etiam Papalia Concilia referri queant, ſive convocationem, ſive præſidentiam & votum ſive confirmationem reſpicias.

§. 7.) Quanquam Petrus in utraque Epiſtola ad diſperſos Judæos, non autem ad univerſalem Eccleſiam ſcripſit, eos omnibus neceſſariis inſtruxit, tamen his nullibi ſignificat Epiſcopum ſe Romanum eſſe, Romam omnium reliquarum Caput exiſtere, poteſtatem ſibi tam in temporalia, quàm in Eccleſiaſtica commiſſam: quin puniendos ultimo judicio eos docet, qui dominatum contemnunt, qui libertatem pollicentur, quum ipſi ſervi ſint corruptelæ: c. 2. v. 19.

2. Pet. 3. 15. *Charus frater noſter Paulus.* Ergo Paulo ſe non præfert: neque in ejus ſcripta, utut difficilia, cenſuram & approbationem ſibi tribuit.

De ἀποβλήτοις Petri alibi jam actum. Ejus *Liturgiam* probat Caſalius An. 44. S. 41.
(*b*) ex qua orationes, ceremonias, & ritus particulares ac præciſos in celebratione obſervandos, thurificationem &c. probare vult. Eum ſequitur Bona l. 1. c. 7. §. 5. quam tamen incruſtatam agnoſcit, unde hæc ejus confeſ-

 ſio:

b) *c. 41. p. 182. i. & c. 34. p. 145.*

Digitized by Google

Ann.68. ſio: *Tanta licentia quidlibet pro arbitrio audendi ſine certa lege & diſciplina adeò quandoq; excrevit ut in multis Codicibus adhuc extent Officia, Miſſæ, hymni, Orationes, quæ ſine riſu, vel potiùs indignatione legi non poſſunt.* Petri Liturgiam Gr. & Lat. à Sirleto Cardin. editam & à Guilh. Lindano notis illuſtratam non admittit idem c. 8. ʃ. 1. neque tamen rectè inde concludit, Petrum Antiochiæ & Romæ certam Liturgiam tradidiſſe. Nonnulla ejus κηρύγματα habet Arnd. antiq. l. Liturgia ʃ. 5. Confer Dallæ. de cultu Lat. l. 4. c. 10. p 511.

Etiam Orig. περὶ ἀρχῶν l. 1. meminit alius ſcripti, quod *doctrina Petri* nominatur. Et Gelaſius apud Grat. d. 15. *Petri itinerarium*, affictum Clementi, inter apocbrypha rejicit.

Judæ Epiſtola. ʃ. 8.) Petri Epiſtolæ rectè Judæ fratris Jacobi à Baronio ſubjungitur, utpote quæ eodem ferè ſcripta argumento, unde ejuſdem epitome dici queat, in ea quidpe confirmat Sanctos ad perſeverantiam in fidei, & de cavendis falſis doctoribus admonet, mutuatis nonnullis ex Petri Epiſtola: ita v. 8. *dominatum aſpernantur* (homines impii) *& dignitates maledictis inceſſunt*: conf. cum 2. Pet. 2. 10. ubi per dominatum rectè intelliguntur Domini in gloria conſtituti. Res igitur pro perſona ponitur in imperio & poteſtate collocata; conf. 1. Pet. 2. 13. 14. Rom. 13. 1. ſeq. Judas aliàs Lebbeus, in ſua Epiſtola expreſsè ſe fratrem Domini vocat, fortè datâ operâ, ne cum Iſcariote confunderetur. Iſcariotis nomine etiam olim Evangelium extitit, quod in ſummo pretio apud Cajanos fuiſſe author eſt Epiphanius in eorum hæreſi: apud eos quidpe Cain & Judas proditor maximi facti, quod & Ukovvalles, notus in hac pertinacia Anabaptiſta ex profeſſo viſus eſt imitari: ob quod Groningâ pulſus. Prætereo alia Euangelia olim afficta viris Apoſtolicis, & pro talibus vendita ab hæreticis, Bartholomæi nimirum, Nicodemi, Thomæ, Matthiæ, Ægyptiorum, quo nominatim utebantur Valentiniani, de quibus ſigillatim dicere hoc loco nihil attinet, eóque magis, quòd alibi hoc quodammodo jam præſtitum. Ejuſdem ferè commatis fuêre actus Andrææ, nec non Barnabæ epiſtola, ſæpe citata à Clemente Alex. & Orig. *(c)* De præſenti verò Judæ Epiſtola dubitatum nonnunquam ut Hieronymus *(d)* tradit, propter teſtimonium ex libro Apocrypho Enochi, ſed uſu, inquit idem, & vetuſtate autoritatem obtinuit. Frater autem hic fuit Judas non Jacobi, fratris Johannis, filii Zebedæi, gladio percuſſi Act. 12. ſed Jacobi, filii Alphæi, unde frater etiam ſeu conſanguineus Chriſti dictus: Matth. 13. 55. conf. Joh. 14. 22. ἄγραφον autem potiùs fuiſſe dicendam hanc Enochi prophetiam Beza vult, propagatam & vulgatam inter Judæos, quàm ex libro deſumta. Etiamſi autem ex Apocrypho libro hæc eſſent deprompta, tamen hoc probando autenticum fecit; ſicut & dicta Poëtarum Apoſtolus Paulus. Ita licet hiſtoria de certamine Michaëlis cum Sathana pro corpore Moſis, in Scriptura non habeatur, tamen falſam eſſe, aut incertam non ſequitur. Multa enim habuerunt,

(c) περὶ ἀρχῶν (d) *de Script. Eccl.*

runt Judæi per traditionem, eáque vera. Certè quod narrat, nihil pugnat cum Scripturis, nec quid abſurdi in ſe continet. M.S. hanc Epiſt. vid. ap. Lambec. B. T. 3. p. 249. Ann. 68.

§. 9.) Utrunque & Petrum & Judam inſectatos ſuis Epiſtolis hæreticos dicit Baronius (e) inter quos *Nicolaitæ* excelluerunt, de quibus Apoc. 2. 6. & 14. 15. quos alii à Nicolao Diacono (quibuſdam Protodiaconus dicitur) homine impuro Act. 6. 5. derivant; alii Nicolao, homini pio injuriam fieri, & nonniſi per calumniam ab hæreticis iſtis in ſubſidium vocari cenſent. Varii varia de Nicolaitarum hæreſi: vid Epiph. hær. 25. Aug. hær. c. 5. Euſ. l. 3. c. 23. Ignat. Ep. ad Trall. Iren. l. 3. c. 2. Clem. Alex. Strom. l. 3. Hier. aliquot locis. His ſi placet, adde Lutzenb. p. 164. Inter alia mutuam uxorum uſuram permiſiſſe feruntur, unde Kipping. (f) Jeſabelem Epiſcopi Thyatirenſis uxorem, de qua Apoc. 2. 20. ſeq. iiſdem annumerat. Nicolaitæ non tam varia dogmata, quàm nomina poſtea aſſumpſerunt, unde dicti fuerunt *Gnoſtici, Phibionitæ, Stratiotici, Levitici, Barboritæ,* ut habet Bar. (g) Nicolaitis hodie vicini ſunt Clerici, qui cœlibatum prætendentes, turpitudines potiùs, quàm caſtum conjugium admittendum cenſent. Impiè Nicolaitas Synodus Mediol. anno 1067. eos vocat, qui Clericorum cœlibatum oppugnabant. Imò tu potiùs tempus nota, quo verè Antichriſti ſtigma ſibi Romanenſes cœlibatûs propugnatione impreſſerunt. Gnoſtici inpr. dicti Nicolaitæ, quòd majorem ſibi tribuerent rerum γνῶσιν, (notitiam) quàm alii, prout ſeculum noſtrum haut diſſimileis vidit in Hiſpania, reliquias Priſcillianiſtarum, qui *Illuminati* dicebantur. Vocati Barboritæ & Borboriani qſ. cœnoſi, propter nimiam turpitudinem, Auguſtino docente. Gnoſticorum Patriarcha fuit Baſilides, ut notat Hieronymus (h) Lutzenb. in vocabulo. A Gnoſticis de S. Dei Genitrice Maria portentoſum librum eſſe conſcriptum teſtatur Epiph. in Panar. hær. 26. ait Bar. præf. in Martyrol. R. c. 2.

Nicolaitæ. vid. an. 97. §. 6.

§. 10.) Sicut in adventûs Petrini, ita in perſecutionis Neronianæ cauſis diſcrepant ſententiæ, alii Mago extincto, alii urbi incenſæ, alii converſioni concubinæ Neronis eam tribuentes. Occaſio profectò Romam veniendi Petro communiter ab illis, qui Romam eum adducunt, illa proponitur, ut Simoni Mago reſiſteret, ſicut antè jam fecerat Act. 8. 20. Númne ergo ut Papatum ibi adminiſtraret, vel Sedem ſuam Romæ collocaret? Ergo Simon illum Romam pertraxit. Ergo multum debent adverſarii Simoni Mago, inquit Witakerus (i) Sanè juxta Euſeb. (k) Petrus occaſione Magi, qui Romæ jam erat, eò ſe ſub Claudiani Imperii initium contulit. Hunc ſequuntur Hieron. Oroſius, & tota turba cœterorum. At verò adventûs Petri Romam illo tempore eſſe non potuiſſe ex præcedd. patet. Lucas Paulum ad initia Neroniani Imperii Romam advehit, & integri primi biennii res Pauli Romæ

Cauſæ perſecut. Neron. vid. an. 44. §. 48.

Kkk 3 geſtas.

e) §. 8. *Spond.* §. 4. (f) *Polit. l. 2. c. 12* §. 2. (g) §. 12. *Sp.* §. 5. (h) *l. de viri ill.* (i) *tr. de P. contr. 4 q. 3. adde de Dom. l. 4. c. 28. ſeq.* (k) *l. 2. c. 12. 13.*

Ann.68. geſtis narrat: Act. 28. ipſéque Paulus de ſuis rebus Romanis præcipua memorat 2. Tim. 4. & de Simonis Magi, quem præcipuum adverſarium ipſum habere fuit neceſſe, ſi ille Romæ fuiſſet, ne minimam quidem mentionem facit. Congreſſus & extinctio Magi communi ſcriptorum conſenſu, ad finem imperii Neroniani ponitur uno excepto Onuphrio, qui ſub Claudio cernens Magum Romæ reperiri apud auctores, ſub Claudio etiam extinctum putat. Baronius, & ante eum alii, omnes ſcopulos amoliturí, Petrum ſæpe Romam adducunt & abducunt. Similiter Magum ſub Claudio, anno illius ſecundo, Romæ collocant, & à Petro (*l*) tunc Romæ ipſum ejici faciunt & expelli, ſeu elabi: poſtea verò iterum ſub Nerone, ad finem illius Imperii, eum Romam reverſum eſſe volunt, & ab Apoſtolis etiam ipſis denuò Romam reverſis extinctum. Ita ſomniandi licentiam facilè ſibi ſumunt, cùm extricare aliter ſe nequeunt. Antiquitatis verò auctores nulli ſunt, qui alium adventum Petri Romam habeant, quàm unicum, & hunc occaſione Magi perſequendi. Neque Claudiani edicti tempore, vel Petrus, vel Paulus Romæ eſſe potuerunt, ſicuti ſuprà comprobatum fecimus. At Ireneus l. 1. c. 20. & Euſ. l. 2. c. 12. Simonem Claudii Cæſaris temporibus pro Deo habitum, eique ſtatuam erectam ſcribunt, apertiùs Tertull. Apol. c. 13. dicit, ſtatuam illi Romanos collocaſſe cum inſcriptione *Sancti Dei*. Idem habet Juſtinus Martyr Apol. 2. *Σίμωνι δέῳ σάγκλῳ*. At non conſtat hodie, dicit Dallæ. (*m*) inter eruditos, inſcriptionem fuiſſe Dei cujuſdam minorum gentium apud Romanos, in hæc verba SEMONI SANCO DEO, quam bonus ille Pater, aliíque perperam legerunt. Vide Ovidium & Varronem l. 4. LL. Semo ergo unus ex minoribus Diis, volunt quaſi Semihomo. Inſuper nunquam Romani ſtatuam Simoni poſuiſſent, neque illum adoràſſent, ſi illum in hunc modum præcipitatum vidiſſent, quin potiùs Petrum adoràſſent. Aliud commentum profert Abdias Babylonius hiſt. Apoſt. l. 1. *Cum vellet*, inquit, *populus Magum Simonem lapidare, ait Petrus, ſatis eſt ad pœnam ejus, quod agnoſcit in ſuis actibus ſe ſuperatum*. Sed quomodo etiam Nero Magiæ addictiſſimus, Simoníque familiariſſimus (*n*) ejici Magum, Apoſtolos contrà Romæ vivere & Eccleſiæ præeſſe paſſus fuiſſet?

Simonis Magi extinctio.

vid. an. 44. §. 50. §. 11.) Quanquam verò Juſtinus ut & Irenæus proximi Apoſtolorum temporibus, Simonem ſub Claudio Romæ collocant, nullam tamen de ipſius extinctione per Petrum Romæ facta, mentionem habent, unde tum adventus Petri, tum Magi hæc extinctio ſuſpecta tota redditur. Quidpe tanti momenti factum ſilentio minimè præteriiſſent. Ad fabulam potiùs, quàm ad hiſtoriam accedit veterum narratio, Petrum Romæ in præſentia totius populi certàſſe cum Simone. Quidam dicunt Simonem ignito curru in ſublime latum. Hegeſip. (*o*) illum remigiis alarum volàſſe. Clemens (*p*) eum à Dæmoni-

l) *An. 44. §. 54 & an. 68. §. 1 ſeq.* (*m*) *de Patr. p. 240.* (*n*) *Bar. §. 13. Sp. §. 6.* (*o*) *l. 3. c. 2.* (*p*) *l. 6. c. 9.*

monibus ſublatum. Sulpitius (q) ipſum à duobus dæmonibus ſuffultum fuiſſe. Ex his Hegeſippus & Clemens volunt, illum in terram corruiſſe, non autem ſtatim ex ruina periiſſe, ſed crus tantùm fregiſſe, ac Aritiam pòſt petiiſſe, ubi præ dolore mortuus ſit. Sulpitius eum direptum fuiſſe. A Petro ſtatim victum & profligatum Magum Euſebius apertiſſimè docet, nam poſtquam adduxit Romam primò Petrum, occaſione Magi confundendi, addit (r) *Sic ergo cùm divinus ſermo jam ad Romanos pervaſiſſet, veſana Simonis potentia extincta eſt, & homo ipſe actutum unà penitus profligatus.* Eliditur adeóque Annaliſtæ effugium, ut & Nicephori dicentium, Petrum unà cùm Simonem Româ pulſum, aliquandiu Alexandrinæ Eccleſiæ poſt id tempus præfuiſſe: poſtea per varia loca oberrâſſe, & demum ſub ultimos Neronis annos denuò Romam veniſſe, ibique paſſum eſſe. Ann.68.

§. 12.) Quidam ſoli Petro, alii Petro & Paulo æqualiter iſthoc factum adſcribunt. Sic Cyrillus Hieroſ. Catech. 6. *Longè* inquit, *latéque Simonis errore ſeſe diffundente, bonorum copula Petrus & Paulus, Eccleſiæ Præſides NB. detexerunt illuſionem, oſtenderúntque Simonem, qui Deum ſe jactabat, nonniſi mortalem hominem eſſe. Poſtquam enim Magus iſte ſe in cœlum uſque avolaturum promiſit, & jam in aërem per Dæmones ablatus fuit, duo hi ſervi Dei in genua ſe miſerunt, conſenſu into, de quo Chriſtus dicit, ſi duo aut tres &c. Matth. 18. 19. Unitas hæc atque conſpiratio communis voti atque deſiderii, telum quaſi fuit, quod Precum ope contra Simonem emiſerunt, quò è cœlo in terram eum præcipitârunt. Licèt autem actio hæc tota miraculoſa ſit, tamen mirari debemus; ſiquidem Petrus erat, qui claves regni cœlorum acceperat; Paulus erat, qui in tertium uſque cœlum abreptus fuerat, ac in ipſum etiam paradiſum, ineffabiliáque audierat* &c. Quòd ſi ergo ulla hinc prærogativa Petro ex Mago damnato & extincto accedat, uti quidem placet adverſariis, ea non minùs ad Paulum quoque pertinebit. Adverſarii copioſè in hac hiſtoria auctores citant & laudant, utpote Bellarminus, Gaulterius, Baron. (s) ubi tamen addunt, licèt in quibuſdam nimis ab invicem diſcrepent, tamen in re geſta omnes æquè conſentiunt. Audacior Agricola (t) dum ait: *Nulli ex veteribus & probatis Patribus primitivæ Eccleſiæ produci poſſunt, qui inter ſe diſſentiant, ſi ritè & commodè intelligantur.* An verò levicula ſunt, vel minima, quæ ita diſſentiunt, ut conferri & conciliari à quoquam non poſſint. (u) Præterea diverſi ſunt iſti authores, & plures incerti. Clementis Conſtitutiones apocryphæ. Reliqui Hegeſippus, Arnobius, Damaſc. Cyrillus, Epiphan. Theodor. Ambr. Hier. Sulpitius, Greg. Turon. Euſebius Maxim. Auguſt. aliquot ſeculis poſt rem geſtam vixêre, adeóque nonniſi famâ hoc accepêre, ac facilè fieri poteſt, ſicut haud rarò accidit, ut unus alterum in errorem induxerit. Neque Hegeſippus σύγχρονος Apoſtolorum fuit, ſed

poſt

q) l. 2. (r) l. 2. 14. (s) à §. 16 Spond. §. 7. (t) de primatu Petri p. 169. (u) fusè contra hæc Mareſius part. 2. Antichr. revel c. 9.

Ann. 68. poſt Conſtantinum M. demum vixit. Euſebius Romam Petrum adducit, at nihil de hoc conflictu habet.

§. 13.) Quare nimis confidentem eſſe oportet eundem Agricolam, quando (x) intrepidè aſſeverat: *Nullum autem ex veteribus & orthodoxis Patribus, aut ſcriptoribus adferre poſſunt adverſarii, qui neget, aut Epiſcopum fuiſſe Romæ S. Petrum, aut uſque ad mortem permanſiſſe.* At Auguſtinus (y) dixit, in dubium hanc hiſtoriam à pleriſque vocari Romanis. Conſentit Aventinus (z) dum ait: Aliquos putare Petrum nunquam Romæ fuiſſe; hunc omninò adeas ut & Marſilium Patavinum. Res tam aperta & admiranda ſilentio præterita ab Ethnicis ſcriptoribus neutiquam fuiſſet, utpote à Suetonio, Tacito, Seneca, Plinio &c. inpr. qui illo tempore claruerunt, quibus nullo modo hac in parte fides denegari poſſet, quia in tanta rerum Chriſtianarum confuſione certi magis & oculati fuerunt. Ita non minus de Petri Epiſcopatu per exquiſitos in variis Chriſtianis exercitos cruciatus cognoſcere carnifices aliquid potuiſſent. Aliquid ſaltem, ſed perobſcurum Suetonius in Nerone habet, ubi Icarium volatum quendam, non præſtigiis, ſed arte tentâſſe, & cùm ars non ſuccederet, juxta cubiculum Neronis decidiſſe, ipsúmque cruore reſperſiſſe dicit: at nil de Petro, nil de odio in illum ob extinctum Magum: Quin potiùs de urbis incenſæ culpa in alios rejecta. Hunc Tacitus l. 15. ſequitur, accuratiſſimus rerum ſui temporis enarrator. Quid quòd Seneca, Chriſtianis, juxta ipſos adverſarios, non ignotus, nihil omninò refert? Tacet & Plinius, qui tamen (a) de Magia Neronis agit, déque amico Mago Tyridate. Quòd ſi ſtatuamus Magum ſub Claudio Romam veniſſe, ibíque gloriam & ſimulachrum aſſecutum, ut nonnemo putat, poſtea alias quoq; urbes ſuis præſtigiis ſeducendas pervagatum, tandem ſub finem Neronis rediiſſe, & ſimul Petrum ad delendum illum advolâſſe: tum diu artes ſuas exercere Petrus illi permiſit: longéque credibilius locum Act. 8. 20. ſeu hiſtoriam, quæ in Samaria accidit, malè hîc applicari & confundi. Quid in hoc quoque genere impoſtores tentârint, ex Marcello neſcio quo, Marci urbis Romæ præfecti filio apparet, Simonis Magi quondam diſcipulo, de quo referunt quòd ſcripſerit rogantibus Chriſtianis, de conflictu Petri & Simonis l. 1. ad S. Nereum & Achilleum: de actibus Petri & Pauli l. 1. de artibus Simonis l. 1. de obitu S. Petronellæ l. 1. de Paſſione S. Feliculæ l. 1. de Paſſione S. Nicomedis l. 1. aliáque. eum floruiſſe volunt circa an. 50.

vid. infrà §. 17. 18. & anno 69. §. 3.

§. 14.) Tria, Simonem quod ſpectat, objici nobis ab adverſariis notat Chamier (b) unde prærogativas, fruſtrà tamen, Petro aſſignare volunt. 1. Quòd à Petro detectus ſit. 2. Quòd ab eodem damnatus & extinctus. 3. Quòd fuerit princeps & pater hæreticorum. Verùm quid curemus nos falſas hypotheſes, quæ ſi maximè veræ eſſent, nihil tamen quidquam proficerent,

x) *p. 168.* (y) *Ep. 86. ad Caſulanum p. 398.* (z) *ann. l. 2. p. 179.* (a) *l. 30. c. 2.* (b) *T. 2. l. 11. c. 18. à §. 36.*

cerent. Numne credibile Petrum XXV. annos Romæ ſediſſe, vel ſaltem Ann. 68. Sedem illam tandiu obtinuiſſe, neque Româ, ſeu de Roma vel literulam ſcripſiſſe aut reliquiſſe, neque quidquam, quòd illic prædicârit, neque ullam actionem memorabilem, neque ullum miraculum, ſi præſentem hanc fabulam exceperis. Porrò de impuris Simonis Magi dogmatibus plerique habent auctores, cumpr. verò Jus Canonicum. Et quia is pecuniâ Spiritûs S. dona emere cupiit, hinc factum, ut omnes ejuſmodi fraudes circa Eccleſiaſtica Simoniacæ artes dicerentur. Quàm fraudulenter autem Mediolanenſis Synodus anni 1067. Simoniam id vocârit, quando Imperatores & Principes, more antiquo, juréque æquiſſimo inveſtiunt, h. e. quando paſtores Eccleſiis ſuis præficiunt, ſuis locis videbis. Sed & hodie malitiosè nos adverſarii Simoniacos hæreticos vocant. 1. Quia dicimus hominem ſola fide juſtificari; quaſi cum Simone bona opera damnemus aut ſpernamus. 2. Dum referunt de nobis, quaſi Deum peccati autorem faciamus. 3. Quòd cum Mago omnem arbitrii libertatem tollamus. 4. Quòd Sacerdotiorum nundinationes exerceamus, id autem quàm verè in illos quadret, veterum teſtimonia, majorum querelæ, emendi & vendendi præbendas & prælaturas tot modi tantáque pretia, palliorum ingens taxatio, tot in curia Rom. harpyiarum genera, omnia denique cœtera ſatis ſupérque loquuntur & teſtantur. (c) Simoniani, referente Irenæo, gloriabantur de iis, quæ non ſunt ſcripta, ſed viva ſolùm voce tradita: iidem inenarrabilem ſcripturarum Apocryphorum multitudinem, quos ipſi finxerant, adferebant ad ſtuporem inſenſatorum. At quinam hodierno die talium rei nemo eſt qui ignoret.

§. 15.) Quæ de novem menſium carcere, quo Petrus & Paulus detenti, de Proceſſo & Martiniano cuſtodibus, ac 47. aliis captivis militibus converſis & deletis, atque aliis ejuſmodi legendis Baronius (d) propinat, ea, quia nullis fulta teſtimoniis ſufficientibus, meritò rejicimus & contemnimus. (e) *Apollonii Tyanæi*, inſignis Magi vitam octo libris deſcripſit Philoſtratus, quibus Evangelii curſum vehementiſſimè impedivit: excuſi Venetiis Græcè ab Aldo, cum Euſebii Cæſar. libro contra *Hierotem*, Apollonium ſimiliter Chriſto æquiparantem. Eoſdem Latinè excudit Joh. Gymnicus Colon. 1532. Hic vera Chriſti & Apoſtolorum miracula obſcurare, ſuſcepta quaſi Simonis Magi perſona, nitebatur. Eum Epheſii pro Deo, ſub nomine *Herculis Alexiaci*, coluerunt, & Alexander Imp. illum unà cum Chriſto in larario ſuo collocavit.

S. Fortunatum ſecundum Aletinenſem factum Epiſcopum Ughellus Ital. S. T. 9. p 94. ait: primus illi S. Orontius à Paulo miſſus, tertius Donatus, qui vixit circa an. 163. at quæ ſucceſſionis veritas?

c) vid. Chemn. Conc. Trid. Morna. myſt iniq. p. 519. ſeq. & 532. Arnd. antiq p. 822. § 7. Hyperaſp. Molinæi c. 3. Martyrol. maj. p. 161 Ant de Dom. l. 9. c. 9 in pr § 48. alibi (d) § 23. Sp. §. 8. 9. (e) Martyrol. R. ad 14. Martii: impr. ibi vide no. as Bar. in fine illius diei.

Digitized by Google

Ann. 68. §. 16.) De prodigiis, quæ hoc anno in templo Hieroſ. proximè ante obſeſſionem accidêre, ac de ipſo bello Judaico, quoniam prolixè Joſephus atque alii agunt dicere hîc plura ſuperſedeo. Mandatum verò divinitus datum fidelibus, ut migrarent ab urbe funditus perdenda malè alii referunt ad miracula, quæ tempore paſſionis Domini acciderunt: vid. Epiph. hær. 30. item l. de menſur. nec non Euſeb. 3. hiſt. c. 5. Horum proinde aſylum Pella fuit, Decapoleos civitas ultra Jordanem. Per quadriennium autem, & quod excurrit (*f*) ſub divinæ manûs umbra, ſingulari ejus cura erepti delituêre fideles, quos poſt ἅλωσιν, & triumphatam Judæorum Deo hominibusque exoſam gentem in Patriam revexit Cleopæ filius, poſt Jacobum Apoſtolum Hierſolymitanæ Eccleſiæ curator Simeon. (*g*)

Pella op.

f) ait Blondel. de Epiſc. præf. p. 12. (g) Epiphan. de menſ. c. 15.

Ann. 69.

JESU CHRISTI *Annus* 69.
NERONIS *Imp. Annus* 13.

Petri & Pauli mors.

§. 1.) Petri, ut vulgò creditur, an. 25. Coſſ. L. Fontejus Capito & C. Julius Rufus. Pro confeſſo ergo accipit Baronius Petrum & Paulum 3. Cal. Julii hujus anni mortem oppetiiſſe, ubi tamen alios anno 12. al. 14. 15. ſupponere non diffitetur. Lambec. B. T. 3. pag. 267. ad an. Chriſti 67. collocat. De utriuſque morte fictus agit Dionyſius Areop. epiſtolâ ad Timotheum. Vide eundem Bar. ad 29. Julii de natali utriuſque Apoſtoli: & ad d. 28. de Vigilia illorum. ad 1. Aug. de dedicatione Petri ad Vincula. Ado ſub Coſſ. Baſſo & Tuſco paſſos ait, neſcio quare, cùm hos Cuſpinianus ad an. 261. recenſeat. alius quidem Baſſus, qui apud eundem ad an. 65. & iterum alius, qui cum Gentiano ad an. 214. conſulatum geſſiſſe eidem dicuntur. Ad hæc ita Blondell. (*a*) Cum Tuſco & Baſſo Coſſ. anno D. 258. Sixti II. poſtremo, Junii 29. levata è Catacumbis Petri & Pauli corpora (ſic enim vetuſtæ Romanorum tabulæ ferunt) Beda, Ado & alii legiſſent, iiſdem Coſſ. coronatos ſomniârunt: ſed hinc fortè ipſis errandi occaſio oblata eſt, quòd Roma ſub Baſſi & Craſſi conſulatu A. D. 64. Neronis 10. Julii 19. incenſa, parati ſceleris invidiam in Chriſtianos derivavit incentor, cujus juſſu anno ſeq. Apoſtoli ſupplicio affecti ſunt. De commemoratione Pauli vide idem Baronii martyrologium ad 30. Junii. De Petro Hieronymus in Catalogo communi fama ſeductus ait: *Romæ XXV annis Cathedram ſacerdotalem tenuit usque ad ultimum annum Neronis, à quo affixus cruci, capite ad terram verſo ſepultus Romæ in Vaticano, juxta viam triumphalem.* Ad quem locum Blondellus de prim. à p. 589.

a) de Epiſc. pag. 3.

Digitized by Google

p.589. fuſè reſpondet. Sequitur Pontificale Damaſi: *Petrus martyrio cum Paulo coronatur, anno à paſſione Domini 38. ſepultus viâ aureliâ in templo Apollinis, juxta locum ubi crucifixus eſt, juxta Palatium Neron. in Vaticano, juxta territorium triumphale, 3. Kalend. Julii. Fecit ordinationem per menſem Dec. presbyteros X. Diaconos VII. Epiſcopos per diverſa loca numero III.* Ergo arcta fuit & planè exigua ac conſtricta ejus provincia, dum annorum XXV. ſpatio, quaquaverſum iter faciens nonniſi tot ordinavit. Quis etiam in loco tam publico ſepeliri eum ſub Nerone potuiſſe crediderit? *vid. P. Molin. Nov. l.2.c.8.p.279. Kortholt. de perſecut. à p.28. Lipſtorp. in Monarch. Pap. part.1. cap.2. à p.7. & c.3. i. Kipping. pol. l. 2.c.7.§.13.* Lambec. B. T. 3.pag.235. Euthalius incertæ Græcæ Eccleſiæ Diaconus ſcripſit compendium de vita, peregrin. & martyrio Pauli. de M. S. Pauli Epiſtolis idem Lambec. T.3.p. 257. De Petri ib. p.258. Ann.69.

§.2.) Quare verò Petrum Romæ ſediſſe, ibíque mortuum tam ſolicitè, támque operosè & pertinaciter contendant, obſcurum minimè eſt, ſcil. ut ei ſucceſſorem Epiſcopum Rom. faciant, & univerſalem utrunque venditent, unde tamen nihil minus ſequitur, quandoquidem Roma & Univerſale toto cœlo differunt, ac deletâ Româ Caput Eccleſia non haberet. Intricata profectò circa Petri iter Romanum ſunt omnia, nodíque indiſſolubiles atque perplexitates inextricabiles. Licèt verò Romam Petrum abiiſſe fingamus, nihil tamen inde emolumenti habebunt adverſarii, neque quidquam ex Sede Rom. neque ex ejus morte, quandoquidem Hieroſolyma mater omnium aliarum Eccleſiarum, juxta Theodor. l.5.c.9. ibíque Chriſtus paſſus & Sancti alii plurimi, indéque Evangelii ſonus in totum exivit orbem. Potiùs Impp. Ethnicis, quàm Chriſtianis, ipſi cumpr. Romulo, vel Petrus, vel hodiernus Papa ſuccedit, utpote qui urbis & orbis poteſtatem ſummam, etiam in politicis ſibi adſcribit. Locum hîc habeat Cypriani, Ambr. Hieron. ſententia: *Vera ſucceſſio, ſucceſſio eſt in doctrina: nec is legitimè fert Cathedram Petri, qui non retinet doctrinam Petri.* Vel, quicquamne Avenio ſibi poteſtatis tribuet, quòd aliqui Papæ ibi ſederunt, ubi tamen Petrus unquam fuiſſe nullibi legitur: imò Romæ Petrum fuiſſe nuſpiam S. Scriptura docet; non ergo de fide tenendum.

§.3.) Neque lædit nos cùm dicunt, Nullum ex Patribus & Scriptoribus eſſe, qui neget aut fuiſſe Romæ Epiſcopum Petrum, aut uſque ad mortem permanſiſſe. 1. Quia non humana, ſed divina teſtimonia in toto negocio requirimus: nec gratis fit, quòd illis deſtituuntur. 2. Multa quidem cumulari teſtimonia Patrum Græcorum & Lat. in hanc ſententiam poſſunt, quæ tamen minimè σύμφωνα, ita ut majorem dubitandi anſam præbeant. 3. Ejuſmodi plura ſunt teſtimonia, quæ admitti non poſſunt, nec debent, utpote Paparum, Neotericorum, vel aliàs Romanæ Sedi addictorum. 4. Ab uno fabulatore errorem reliqui, haud longiùs proſpicientes, imbiberunt. 5. An *Vid. an. 68.§.13.*

Ann.69. verò tantus ſcriptorum conſenſus, modò diſpiciendum. Hieronymus Petrum & Paulum eodem die, anno 14. Neronis deletos Romæ in Catalogo ſcribit: at poſtea verba Chriſti explicans Matth. 23.34. diſertè dicit, Petrum à Judæis apud Hieroſolymas fuiſſe crucifixum. Iterum non uno in loco de Petro teſtatur, eum Romæ annos XXV. ſediſſe. Unde meritò ejus inconſtantia in jus à quibuſdam vocatur. Cum Hieronymo Lyranus ſentit. Athanaſius Apol. 1. Petrum ſtrangulatum eſſe vult. Ex collo Pauli non ſanguinem, ſed lac exiiſſe Bar. §. 12. quoſdam voluiſſe oſtendit, ita ſcil ad locum 1. Cor. 3. 2. vel Exod. 3. 8. c. 13. 5. vel ad mortis Paulinæ fructum alluſerunt legendæ, utpote Serm. de Sanctis ſer. 2. de Petro & Paulo, ubi ita habetur: *De Pauli cervice, cùm eum perſecutor gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe lactis magis unda, quàm ſanguinis.* Eadem fabula ſer. 68. Ambroſio falsò tributo occurrit, cujus rei incertitudinem ipſe Bellar. l. de Script. Eccleſ. agnoſcit. Paulum fuiſſe ſub Nerone Epiſcopum Romanorum prolixè commonſtrat Chryſoſtomus (*b*) ubi ne verbum quidem de Petro. Ignatius mutus eſt, neque enim dicit Petrum mortuum, nec illum Romæ fuiſſe ex ejus verbis colligitur, nam ut, quod dicit Ignatius, præceperit aliquid Romanis, non tamen neceſſe, hoc eum præſentem feciſſe. Irenæus (*c*) Epiſcopos Romanos ita numerat, ut Petrum extra Catalogum relinquat: *Beati*, inquit *Apoſtoli, fundantes & ædificantes Eccleſiam, Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt.* Et: *Duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis* (Romæ) *habet Eleutherius.* Sic Tertull. de præſcr. *Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum, evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſerveraverit, habuerit authorem, aut anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum ab Johanne collocatum, refert; ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum &c.* Ergóne Petrus ſe dignitate ſua privavit, vel ſocios aſcivit? At Clementem tertium Petri ſucceſſorem Baronius facit.

§. 4.) Non aliò abit Juſtinus Martyr. (*d*) Cùm Romæ Simon, Claudio Cæſare regnante, eſſet, is & ſacrum Senatum, & populum adeò in admirationem ſui convertit, ut Deus judicatus, eique ſtatuæ honos tributus ſit. Ergo non è veſtigio eum Petrus inſequutus, vel delevit, ſed diu graſſari ſivit & ad præſtigias ejus connivit. Neque etiam hîc de lapſu ipſius quicquam meminit, cùm peropportunus fuiſſet locus. Rectè proinde Sutlivius: (*e*) *Ad Patrum*, inquit, *teſtimonia expedita eſt reſponſio, nonnulli enim pro adverſariis nihil loquuntur, reliqui, quæ famâ incertâ acceperant, narrant, ſed dubia & incerta.* Capita hujus de Petro mythologiæ Clementem alii, alii Linum, plerique etiam Papiam faciunt. De primo iterum Sutlivius. (*f*) *Non aliunde*

b] *ſer. de profectu Evangelii T. 6* (*c*) *l. 3. adv. hær. c. 3. allegante Euſeb. hiſt. Eccl. l. 5 c. 6.* (*d*) *Apol. 2. p. 38. edit. Pariſ.* (*e*) *l. 2. c. 11. p. 208.* (*f*) *l. 2. c. 9.*

Digitized by Google

de ſumta videtur hæc de Petri ad urbem profectione, Epiſcopatu & pugna cum Simone Mago narratio, quam ex Recognitionibus Clementis, & ſcripturis Apocryphis: quibus duo præclarè adverſantur. 1. Quòd plurimi authores eum extra Epiſcoporum Rom. Catalogum relinquunt. 2. Quòd alibi occiſum ſignificant. Alium teſtem hujus opinionis Wirakerus (*g*) Linum vocat. Fictitios autem eſſe & ſubditios duos ipſius libellos de Petri & Pauli paſſione, ipſi quoque adverſarii non inficiantur: Bellar. de Script. Eccleſ. §. 70. in Lino. Spond. ad hunc an. §. 2. & an. 68. §. 9. Bar. hoc anno §. 6. & anno 80 §. 4. quibus Rivetum noſtrum & Cocum adde. Notabis tamen adverſarios ſæpe Lini chartas quaſi optimæ notæ teſtes adducere. Meritò igitur ſive Babylas, non ille qui ſub Decio anno 251. ſeu 253. martyrio coronatus, ſed Babyloniæ Epiſcopus, unus ex LXX. diſcipulis irreptitius (quem Petri vitam ſcripſiſſe ait Staravolſcius de Conc. p. 11.) ſive alii, qui Apoſtolorum vitas edidere, ob fabulas & mendacia notantur, & ὑποβολιμαῖοι audiunt. Sic non minùs Dionyſii Areopagitæ ſcriptum de utriuſque Apoſtoli paſſione, ſubreptitium eſſe Velenus (*h*) ex Valla & Eraſmo aſſeverat, atque hanc in rem Origenis monitum adducit, quod extat hom. 26. in Matth. Oportet cautè conſiderare, ut nec omnia ſecreta, quæ feruntur nomine Sanctorum ſuſcipiamus. Adi denuò Rivet. Crit. S. l. 1. cap. 8.-11. Chamier de Canone fidei l. 9. c. 16. Quibus etiam Dorothei ſynopſis ob multa mendacia accenſenda: Bellar. de Scr. Eccl. p. 67. (*i*) quâ tamen Baronius & ſequaces haut raró oblectantur. Ann 69.

§. 5.) Papiæ tandem Hierapolitani Epiſcopi (*k*) ſententiæ de Petri crucifixione principatum adſcribunt, quia Apoſtolorum diſcipulus, atque ita magna illius tum authoritas, tum antiquitas, ita ut tota hæc cauſa illius nitatur fide. Reſp. 1. Illum quidem Euſebius, ſeu Irenæus certè apud Euſebium (*l*) Johannis auditorem, Polycarpi verò ſodalem, & virum antiquum vocat: ipſus verò Euſebius ſic de illo ſcribit: *Ipſe Papias in proœmio librorum ſuorum haudquaquam Apoſtolos audiſſe, at ſe vidiſſe declarat, ſed ea, quæ fidei ſunt, ab iis, qui illis familiares fuerunt, accepta ſibi eſſe docet.* Deperditi ejus quinque libri. Eum Bellarminus (*m*) affirmat fuiſſe Apoſtolorum diſcipulum, ut authoritate & antiquitate ejus abutens probare poſſit, Petrum Romæ fuiſſe: at Bar. (*n*) negat illum vel B. Apoſtolorum auditorem fuiſſe, vel eoſdem oculis ſuis conſpexiſſe. 2. Eundem ibidem Euſebius hominem exigui ingenii vocat, qui paradoxa, incredibilia & non ſcripta, peregrinas quaſdam parabolas, & fabulis ſimiliores hiſtorias ſcripſerit. Rectè itaque Joh. Davęnantius (*o*) *Papias, inquit, ſub traditionum Apoſtolicarum nomine paradoxa aliquot & errores diſſeminavit, atque cauſam affert Euſeb. l. 3. c. 36.* De Papia.

 quòd

(g) de P. cent. 4. q. 3. §. 4. (h) p. 39. 40. (i) Sutliv. l. 2. c. 11. p. 203. (k) Euſ. l. 2. c. 15. & l. 3. c. 35. (l) l. 3. c. 39. (m) T. 1. contr. 3 generali de R. P. l. 2. c. 2. §. 1. (n) T. 2. anno 118. §. 3. ſeq. (o) de duabus Theologia controverſiis p. 57.

Digitized by Google

Ann. 69. *quòd Apoſtolicas diſputationes non rectè acceperit, nec ritè conſideraverit.* 3. Isdem Papias autor Chiliaſmi fuit, unde ob antiquitatis æſtimium Irenæum, Juſtinum, Tertull. alios in errorem induxit. De eodem Scalig. ad Joh. 18. 31. *Veteres Chriſtiani, quibus à fine actuum Apoſtolorum ad Trajani tempora nihil certi extare in hiſtoria Chriſtiana dolebat, ut illum hiatum temporum explerent, multa licenter & ineptè de Petri Romam adventu, déque ejus prima Sede fabulati ſunt. Quod verò de Petri morte ſcriptum reliquerunt, & poſteris perſuaſerunt crucis ſupplicio affectum, quanquam id verum eſt, non tamen ex hiſtoria certa depromſerunt, ſed conjecturis rimati ſunt ex Joh. 13. 36. & cap. 21. 18. Deinde ex quotidiano Romanorum uſu. Paulus tanquam civis Rom. vel gladio, vel ſecuri occidi potuit.*

§. 6.) At hiſtoriam multis antiquorum teſtimoniiis ſuffultam nobis objiciunt, ac rem compertiſſimam iis ſcriptoribus Eccleſiaſticis fuiſſe dicunt, qui aut diſcipuli Apoſtolici extiterunt, aut proximè ab Apoſtolis viguerunt. Reſp. 1. Impium eſt humanis perſuaſionibus plus tribuere, quàm S. Scripturæ. 2. Hæc hiſtoria à nullo Apoſtolico diſcipulo eſt deſcripta. 3. Summa eſt ſcriptorum diſſenſio, ita ut conciliari non poſſint. 4. Apoſtolis adhuc viventibus multa nomine illorum, aut horum diſcipulorum ſuppoſita fuêre teſte Aug. Epiſt. 86. & Lud. Vive de trad. diſc. l. 5. aliis. Hinc martyrologia, Legendæ & vitæ Sanctorum talibus narrationibus refertiſſimæ, ex quibus lacunis Jac. de Voragine & alii ſua hauſerunt. Vel dicant tandem unde acceperint cùm ex Pontificali ajunt, Petrum multas Romæ cum Simone Mago diſputationes habuiſſe coram Nerone & coram populo &c. at quinam tot & tanti illi teſtes, contra nos inſurgentes? Anacletus, Marcellus, Cajus, Hegeſippus & ſimiles apud Agricolam. Verùm quis Papas admittat in propria cauſa? Quis vel hæreticorum, vel aliàs maleferiatorum cacatas chartas? Quis Decretales primorum Epiſcoporum Rom. ipſis Papiſtis jure malè olentes, cùm ſcil. ad guſtum non faciunt? Idem de Cajo ſeu Gajo judicium, quem Euſeb. l. 2. c. 25. Zepherini ſucceſſorem facit, qui tamen demum an. 283. Eutychianum inſequutus. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, quem producit Agricola, vixit circa an. 170. vel 175. al. ſub finem tertii ſeculi, in eodem Euſebii loco vel famâ incertâ accepit, vel hanc ei fabulam Euſebius, pro more haut inuſitato affingit. Et quid verò ibidem Petro ſupra Paulum tribuit? Egeſippus (*p*) lib. 3. cap. 2. *Paulus & Petrus Chriſtianorum doctores erant Romæ celebres, ob quæ ex Simonis inſtinctu Nero commotus fuit, à quo tandem ille inverſus crucifixus, hic decollatus fuit.* Commentum deinde narrat de apparitione Chriſti Petro ſub porta facta. Reſp. 1. Egeſippum malè à nonnullis σύγχρονον Apoſtolis cenſeri, qui poſt Conſtantinum M. vixit. 2. Rem adeò illuſtrem de Simone Mago nullum habere authorem coœtaneum, aut ſecundi ſeculi, aut tertii, ne eos quidem, qui de Simone ſermonem faciunt. Invaluiſſe

p) apud Agric. pag. 146. ſeq.

Digitized by Google

ſe verò in hac narratione fabulas, Auguſtinus Ep. citatâ teſtatur. Solo igitur Egeſippi teſtimonio nititur, qui Ambroſio, Athanaſio, aliis impoſuit. Habet quidem Juſtinus Martyr, & quidem bis, hiſtoriam Simonis Magi Apol. 2. *(q)* At nihil de extinctione per Petrum, de diſputationibus nihil, ubi tamen horum recenſio maximè ad rem feciſſet: imò utrunque Apoſtolum Romanæ urbis Epiſcopum & Apoſtolum ſine diſcrimine vocat. 3. Exigua eſt Egeſippi fides & auctoritas, de qua ut & de tota hiſtoria vid. Witak. de P. cont. 4. q. 2. c. 15. m. p. 308. Sutliv. l. 2. c. 11. p. 208. 4. Ab hac fabula ad primatum Petri nulla datur conſequentia, maximè cùm non minor Pauli habeatur ratio. Statim Petro, ſtatim illi & Paulo hanc tribui victoriam, quin & aliàs diſcrepare ſcriptores vide apud Kortholt. de perſecut. à p. 33. Ann. 69.

§. 7.) Ex Euſebii Chronico ad an. 44. proferunt: *(r) Petrus natione Galilæus, Chriſtianorum Pontifex primus, cùm primùm Antiochenam Eccleſiam fundâſſet, Romam proficiſcitur, ubi Evangelium prædicans XXV. annis ejuſdem urbis Epiſcopus perſeveraverat.* Ubi urgent, quod *Chriſtianorum Pontifex* dicatur, non ut Jacobus Hieroſolymorum, & Johannes Epheſiorum &c. Reſp. At verò in hoc ipſo loco Romanæ urbis Epiſcopus nominatur, ſic ut Chriſtianorum nomen ad eos, qui Romæ tunc erant, ſit reſtringendum. Adde quòd hic Euſebii locus corruptiſſimus, qui ita in Græco habet Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρώτην θεμελιώσας ἐκκλησίαν εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον. Ubi auctarium partim ab Hieronymo, partim ab incerto alio additum, quandoquidem nec Euſebius, nec Hieronymus, Petrum Chriſtianorum Pontificem nominat. Rurſus Hieronymus quidem, at non Euſebius, urbis Romanæ Epiſcopum vocat, unde hic Petrum in Romanorum Epiſcoporum catalogo non collocat. Præterea ipſe quoque Cyprianus *(s)* Chriſtianorum Epiſcopus vocatur. Idem Hieron. & Euſebius ſcribunt, Petrum inverſo capite crucifigi voluiſſe, quaſi forma ſupplicii ab ipſo dependerit. Non ſecus ac in Vaticano prope Neronis hortos ſepultus perhibetur, quaſi curæ fuiſſet Gentilibus honorifica ejus ſepultura, vel quaſi Chriſtianis, tunc ob perſecutionem occultis, patuerint talia loca, ac eligere ejuſmodi ſepulturas auſi fuerint. Num verò paſſi fuiſſent Imperatores, ut plebejorum & ſuppliciis affectorum cadavera ad talia oblectamentorum loca deportarentur? Utut ergo verſio Euſebii Latina dicat, Petrum XXV. annis Epiſcopum Rom. fuiſſe, id tamen in Græco non reperitur. Mors Petri XXXV. anno ab aſcenſione Domini ponitur, ſeu ultimo Neronis: at ex Euſebio diſcimus, Apoſtolos XII. annos à crucifixione Chriſti ſubſtitiſſe Hieroſolymis. Jam quomodo Petrus VII. annos Antiochiæ ſedere, ac certum temporis ſpatium in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, Bithynia, & & tot tandem annos in Romana Sede conficere potuit? Unde rectè Euſ. l. 3. c. 1. ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος (ὁ Πέτρος) ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς. Et

vid. an. 45. §. 4.

(q) p. 24. & 38. edit. Pariſ. (r) agric. 162. (s) ep. 69.

Ann.69. Et l. 2. c. 25. utriuſque Apoſtoli mortem deſcribens tam Paulum, quàm Petrum duces & ſigniferos in populo Dei nominat. (*t*)

§. 8.) Tertullianus, qui mortuus anno 216. (*u*) Romanis Evangelium Petrum & Paulum ſanguine ſuo ſignatum reliquiſſe dicit. Pontificale ſimpliciter: Petrus ſedit Antiochiæ VII. annis: hinc ſub Claudio ingreſſus eſt in urbem Romam ibique ſedit annos XXV. m. 2. d. 3. Eutychius initium Sedis Petrinæ 2. Caii anno facit, duráſſéque 19. annos ait. Reſp. Facilè fieri potuit, ut hæc de Petro traditio, à primis commenti inventoribus, ad Tertullianum uſque atque cœteros fluxerit. Idem Tertull. de præſcr. teſtatur, Clementem ita ordinatum fuiſſe primum Romæ Epiſcopum, ut aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris &c. authorem habuerit & anteceſſorem: ita ſanè tam magnificè de Petro non eſt locutus. Jam ergo de cœterorum antiquorum eſto judicium, de quo plura in ſingulorum examine §. 9. quod in cujusque ætate habebis. Sanè pro more humani ingenii magnarum novarum rerum cupidi facilè imbibere errorem potuerunt, idque non ſine myſterio, ſimplici ſæpe errore, quia pondus rei non providerunt. Ita vel hæretici, vel aliàs inſulſi non nova tantùm jam ipſorum Apoſtolorum ævo alieno nomine ſubdebant, ſed integra etiam corrumpebant: vid. diſt. 15. §. S. Romana. Vix ullus fuit Rom. Epiſcopus, à quo non vel aliquam, vel plures Decretales fingant editas, quas tamen ſaniores Pontificii ultrò furtivas concedunt: ut jam de decretis, de palliis, de Epiſcoporum inſtitutione, miſſione, poteſtate, atque ſexcentis aliis nil commemorem. Sic Petrus per XXV. annos, quibus Romæ ſeſſitaverit, cuique pro arbitrio provinciam certam adminiſtrandam diviſiſſe, ac Prælatos, Epiſcopos, Archiepiſcopos per totum orbem conſtituiſſe, gentiles Magiſtratus depoſuiſſe, alióſque ordinâſſe fertur.

§. 9.) Verùm propoſito inſiſtamus, & ad vivum ob oculos diſcrepantes ſententias proponamus. Uno die & loco utrumque Apoſtolum paſſum Bar. §. 4. inter alia ex Lini quoque ſcripto probat. (*x*) At contrarium ſentire Linum, ſcil. eos non uno die, nec eodem loco, nec ejuſdem tyranni ſententiâ ſublatos Bellarminus agnoſcit, unde eum cum probro dimittere cogitur, nec injuriâ, quia certè confictus. (*y*) Licèt Baronius germanum olim extitiſſe, poſtea ab hæreticis depravatum dicat, nimirum ut hunc, alióſque conſimiles, in rem ſuam facientes adhibere pro lubidine poſſit. Ecqui verò Linus Petri & Pauli mortem deſcribat, cùm ipſe ante hos ſublatus? Ideo rectè Witakerus (*z*) *Nec illud*, inquit, *caret probabilitate, quòd Joſephus, qui tempore Neronis vixit, & Romæ ſcripſit hiſtoriam de bello Jud. & in ea meminit interfectorum à Nerone, non meminit tamen de morte Petri, cùm Joſephum Chriſtianis æquiorem fuiſſe conſtet, & libenter, data occaſione, illorum meminiſſe.* Fuiſſe olim,

t) Viſe Cham. T. 2. l. 11. c. 18. §. 26. l. 5. c. 17. tract. meo de P. & P. itinere: p. 94. Novit. Pap. Mel. l. 2. c. 8. Suthv. l. 2. c. 9. p. 192. *u) de præſcr. item l. 4. adv. Marc.* (*x*) *vid Hoſpin. ad 29. & 30. Junii.* (*y*) *Bellar. de R. P. l. 2. c. 9.* (*z*) *de Papa q. 3. c. 3.*

olim, qui Petrum & Paulum diverſo tempore & die paſſos fuiſſe aſſeveraſrent, Gelaſius Papa, qui ſedit ab anno 494. in primo Rom. Concilio, agnoſcit, eóſque proinde hæreticos, Paparum more, vocat. Inſulſa planè quæ Linus de Pauli Romam adventu, de apparitione Chriſti Petro ſub porta Romana facta, & de ſacello in hanc rem ibidem extructo recenſet. Unde adverſarii pro hac Chriſti adparitione aſſerenda non Linum, imò ne Originem, ſed vel Ambroſium, vel Egeſippum, vel Athanaſium adducunt, quia, ut vidimus, Linus probatus non eſt, ac pleno ore Manichæum ſapit. Nil ergo certi habet Egeſippus, vel ſi qui alii recentiores, ſi nimium creduli fuerunt, attendendi non ſunt. De hac viſione Athanaſius Apol. pro fuga ſua agit. Et hoc ipſe Petrus refellit Act. 3. 21. Ann. 69.

§. 10.) Et fuiſſe Romæ Petrum, & ibi mortuum eſſe, tum ex ſepulchro illius, tum ex peregrinatione ad limina Apoſtolorum probare conantur. Non modò honorificè Petrum ſepultum, ſed & unctum fuiſſe Caſalius (a) ex Bar. aſſerit. Euſeb. l. 2. c. 25. *Ego Apoſtolorum trophæa perſpicuè poſſum oſtendere. Nam ſi lubet in Vaticanum proficiſci, aut in viam Hoſtienſem te conferre, trophæa eorum, qui iſtam Eccleſiam ſtabiliverunt invenies.* Reſp. Sepulta fuiſſe B. Apoſtolorum corpora, non verò adorata, nec propoſita: item & Paulum & Petrum ſtabiliviſſe Rom. Eccleſiam docet. His adde 1. Quanquam omnia daremus, haut tamen primatus inde erui poſſet. 2. Tacet S. Scriptura. 3. Talia ſunt figmenta, quæ nullus ſanè mentis compos admittere queat. Eodem modo Gaulterius: *Anacletus creatus Papa 3. Apr.* anno 103. *ædificavit Eccleſiam S. Petri, martyr factus d. 13. Julii* an. *112.* ubi tamen Coſterus initium Sedis ad an. 84. collocat, eúmque ſediſſe annos 12. m. 2. d. 27. dicit. De hoc Staravolſc. p. 13. *Hic*, inquit, *memoriam B. Petri conſtruxit, h. e. quandam ædificii ſtructuram, quæ poſtea in Eccceſiam fuit conſecrata, ubi & ipſe ſepultus eſt in pace, juxta corpus D. Petri.* Nimirum tanta jam libertate, inter tam exquiſitas perſequutiones, ſummáque poteſtate uſus, unde etiam de primatu Sedis Rom. de ordinatione & accuſatione Clericorum, ac de eorundem prærogativis decreta fecit. Idem Anacletus ut eſt apud Grat. d. 93. c. juxta Sanctorum. de templo Petri verba fecit. At nonniſi multis pòſt ſeculis Eccleſiæ in cujuſdam Apoſtoli memoriam extructæ ſunt. Et jubet hic Pontifex & Summus rerum arbiter, ut omnes Epiſcopi quotannis Petri & Pauli liminibus præſententur, omni excuſatione ſepoſita atque ſanè Cardinalis noſter (b) ejuſmodi monumentis, horúmque conſervatione & viſitatione delectatur. Talem peregrinationem Romanam ad limina Apoſt. Martinus Polonus Cleto adſcribit in vita ejus. Utrunque fuiſſe ſepultum Apoſtolum ſtatim poſt martyrium, alterum in Vaticano, ad viam Hoſtienſem alterum Annaliſta ait. Sepulturam poſtea ſecutam translationem ad Catacum-

Mm m bas

(a) c. 66. p. 263. (b) §. 21. Sp. §. 9.

Digitized by Google

Ann. 69. bas Gregorius habet (c) & à Catacumbis in Vaticanum partim ad prædium Lucinæ in via Hoſtienſi, ut habet Epiſt. 1. Cornelii P. Quomodo verò ad Vaticanum tranſlati, ſi priùs ibi jacuerunt. Bene ad hæc Chamier: (d) *Primis*, inquit, *Eccleſiæ ſeculis, aut nullæ fuerunt* (translationes) *aut rariſſimæ. Enimvero Greg. VI. demum ſeculo, tacentibus reliquis omnibus, non ſatis habet authoritatis, ut perſuadeat translatum Paulum & Petrum. Multò minus Cornelii Epiſtola, à Catacumbis in Vaticanum.* Æquè ergo minoris pretii, quæ Alexander VI. in bulla habet an. 1499. *in B. Apoſtolorum Petri & Pauli, Apoſtolorum Principum Baſilicis, ſub ipſorum majoribus altaribus illorum corpora glorioſa, & in altari Eccleſiæ Later. capita recondita conſervantur.* Hinc tamen rectè cum doctiſſ. Abbate Arnoldo (e) utriuſque Apoſtoli æqualitatem colligas. Inde factum, ut Papæ Concilia ſua coram Capitibus duorum iſtorum Apoſtolorum, tum Romæ, tum extra Romam, celebrari voluerint. Ita in ſigillis ſuis Papæ utrunq; Apoſtolum exhibent, & quidem Paulum à dextris, Petrum verò à ſiniſtris: cujus rei exempla habet Lambec. B. T. 4. p. 319. ubi prætendunt. 1. ſiniſtram honoratiorem eſſe dextrâ (f) 2. Paulum ſaltem ſtare à regione Petri, velut auſcultantem &c. At verò Paulum non ceſſiſſe vel Petro, vel ulli Apoſtolorum vid. ad Galat. 2. Deinde contradicit occid. mos, quaſi honoratior ſiniſtra eſſet. Utriuſque Apoſtoli proſopographiam idem Lambecius à p. 316. proponit. De dextra & Siniſtra Leo Allatius tr. de Eccleſiæ occid. & orient. perpetua conſenſione: l. 1. c. 6. Quidni verò Romæ dextra Paulo detur, cùm Gentium fuerit Apoſtolus (g) illam Eccleſiam fundârit & docuerit voce & ſcripto.

§. 21.) Sanius longè ex utriuſque ſepultura inferunt noſtri Sanctorum corpora tunc monumentis nondum eruta fuiſſe. Adeò verò certa ſunt hæc Papiſtis, ita fertilia, ut dicant, ſe habere Romæ corpora Petri & Pauli, ſed ſeparata, & partem dimidiam eſſe in templo Petri, alteram verò in templo Pauli: Sylveſtrum verò Papam libraviſſe, ut in utroque templo æqualis utriuſque pars eſſet. Corpus Petri, ſi credimus Baronio §. 20. integrum reconditum Romæ in Vaticano: at ſi Onufrio, dimidium aſſervatur in via Oſtienſi: & plurimæ corporis Petri Reliquiæ Conſtantinopoli extiterunt, ſi Bellarminus à falſo abeſt. Scribunt alii Caput nonniſi utriuſque eſſe Romæ. (h) Pictavi in Gallia mandibulam cum barba oſtentant. Dentium magna ſeries Romæ eſt in diverſis templis, Onuphrii teſtimonio. Treveris multa oſſa habet, multa etiam Roma oſtendit in templis B. Mariæ & Laurentii: partem lacerti habet Baſilica S. Crucis; partem coſtæ & digitum, templum S. Sebaſtiani: pedis digitum, templum S. Praxedis; Argentonæ humerum Pauli, Genevæ, cerebrum Petri, quod tamen pumex nonniſi fuit. Pretioſas nobis dant Petri crepidas, (i) porphyreticam Sedem, ſacerdotalem veſtem, altare, gladium, baculum,

c) Ep. l. 3. ep 30. (d) l. 20. c. 9. §. 22. (e) dans la grandeur l. 4. c. 17. (f) vid. an. 451. §. 14. (g) vid. Lambec. p 320. (h) vid. Whitak. de P. q. 3. c. 3. (i) vid. Calvinum in Panario.

Digitized by Google

culum, catenam & columnam: alii Caſiolam exhibent, in qua Petrus primam Miſſam Romæ celebrârit. Plura qui tum de ſupplicii, tum de ſepulturæ loco utriuſque deſiderat, Baronium conſulat, ubi nil ſani, nil firmi videbis, uti de Proceſſo & Martiniano (k) carceris Apoſtolici cuſtodibus, de Zenone cum 10000. militibus fidei causâ obtruncatis (l) de tribus aliis apparitoribus, ſeu Apoſtolorum deductoribus deletis nihil nunc dicam. Imò gratiæ adhuc Annalium parenti debentur, quòd claves Petri Romæ aſſervari, ex Theodori Studitæ dogmatica, de honore imaginum, non aſſeveraverit: Porrò aureo, quod ajunt, lapillo notanda, quæ antiquarius ſummus Jo. Dallæus P. Epiſtolâ ad me data in hæc verba monet: *Inter ea, quæ Petrum alibi, quàm Romæ paſſum arguunt, memorabile illud eſſe videtur, quod Clemens in Epiſtola ad Corinthios, quam Junius in Anglia ex Codice Theclæ edidit p. 8. Petri & Pauli martyrium referens, illum quidem ait* μαρτυρήσαντα πορευθῆναι εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης: *nullo deſignato, in quo ſit paſſus loco. De Paulo verò diſertè paſſum in Occidente ſub Imperatoribus, vel certè ſub præfectis, ſcribit* δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς. *Certè utrunque Apoſtolum Romæ paſſum hoc loco dixiſſet, ſi ſciviſſet; neque id, ſi verum eſſet, neſciviſſet.* Ann. 69.

§.12.) Obj. Sedes Petri Roma dicitur. Reſp. Vel quia communi errore Petrum ibi ſediſſe creditum, vel quia Petri doctrinam tenuit. Et licèt ſanè ibi Petrus ſediſſet, num ſtatim ipſi Roma primatum tribuet? Imò licèt inter Patriarchales Sedes prima fuerit, factum hoc ex politica ratione, quia Imperii ſedes, quo reſpectu altera non fuit, uſque quo Conſtantinopolin tranſlata, & ſic illa ſecunda facta, nova Roma, & poſt Romam prima. Delirium autem mentis meritò judicamus, quando Romanenſes à politica Romanæ urbis dignitate, ad dignitatem, poteſtatem, & præeminentiam in ſpiritualibus argumentantur. Argutè Perronius: *Cauſa objectiva primatûs Sedis Rom. inde quidem eſt, quòd Roma Sedes fuit Imperii, formalis autem cauſa hinc eſt, quia Petrus ipſe hanc Sedem ſtabilivit.* At ubi? quomodo? quando? De his fusè Blondellus de primatu P. à pag. 601. Inſt. Petrus Epiſcopus dicitur Romæ. *(m)* R. Non ſolus Petrus, ſed & reliqui Apoſtoli, Epiſcopi, ſed impropriè, dicti: ſive Epiſcopi erant, ſed non ordinarii, verùm quia Eccleſiam univerſam docuerunt, curam ejus ſuſceperunt, illámque ſingulari cum authoritate rexerunt: conf. 1. Pet. 2. 25. ubi Chriſtus animarum noſtrarum Epiſcopus vocatur. Ita ſanè Paulus cumprimis Romanus Doctor, fundator, Epiſcopus, ecquidnon? à veteribus vocatur, ſicut ſuprà *§. 6.* ex Juſtino vidimus, unde tamen nullam Monarchiam adverſarii ei conceſſerint. Imò Paulus à dextris ponitur Petro: ad quod ridiculè Caſalius *(n)* id potiùs apparere ratione diverſi ſitus, intuentium, expoſitione templorum juxta Orientem & Occidentem: in inciſione ſigillorum ſiniſtram imaginem fieri dexteram *Vid. §. 16.*

Mmm 2 in

k) §. 44 *Martyrol. ad 2. Iulii (l)* §. 11. *Martyrol. ad 9. Iulii (m) Agric. 93. (n) p. 394.*

Ann 69. in impreſſione. Cœterò ſtrictè Epiſcopatus pro vera functione Eccleſiaſtica infra Apoſtolos accipitur: vid. 1.Tim.3.1. qua ratione Epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt, & ſi Apoſtoli non ſint tales ordinarii Epiſcopi: non ſecus ac Cathedra Apoſtolis, vel ordinariis etiam Epiſcopis ſuccedere negatur, quia nec verè Epiſcopus eſt, nec Evangelium Chriſti docet. De hoc Urſinus (o) ex Serarii Mogunt. l.2.c.2. *Evangelii præcones initio Eccleſiæ, non uno loco, quaſi fixa ſede, hæſiſſe, rectè affirmat Serarius, quin unum eundémque, pluribus in locis Epiſcopum interdum fuiſſe: quod, inquit, de S. Petro conſtat, & de S. Tito notat S. Thomas in 2. ad Timoth. c. ult. aliíque de aliis. Quanquam veriùs dixiſſet, nullum neque Apoſtolum, neque Apoſtolicum virum uni ſedi adhæſiſſe; ſed totum Domini agrum, ubicunque opem operámque eorum poſtularet, excolendum ſibi ſtatuiſſe: debuiſſétque addere; nondum regnâſſe in Eccleſiis φιλοπρωτείαν, eoſdem fuiſſe presbyteros & Epiſcopos, & in una ſæpe Eccleſia plures ſimul, ut tamen in ordinatis, unius eſſet προεστασία, inde enatos epiſcopatus; inſtituto bono & quodammodo neceſſario, ſi ſeculi typhus ſuperveniens poſtea non corrupiſſet.* Cœterò negamus omnes veteres Petrum Epiſcopum Rom. vocaviſſe: & ſi qui iſthoc fecerunt, latâ, non ſtrictâ ſignificatione hoc eſt factum. Diſtinguenda autem ſunt veterum teſtimonia 1. quædam ſucceſſionem Epiſcoporum Rom. ſic texunt, ut à Petro faciant initium: ſicut Iren. l.3.c.3. Epiph. hær. 27. Aug. Epiſt. 67. Optat. lib.2. Doroth. in ſynop. Tertull. de præſcr. Alii quidam Patres Petrum non comprehendunt, quidam Paulum ei adjungunt; alii priorum auctoritati derogare non poſſunt. Nonnulli Eccleſiam Rom. Sedem appellant & Cathedram Petri. Atque hi Petrum Rom. fuiſſe Epiſcopum non intelligunt, ſed Eccleſiam duntaxat fundâſſe Rom. vel in ea docuiſſe, idque ex traditione. Aliqui Eccleſiæ Rom. Sacerdotem Petrum & Epiſcopum nominant: unde tamen nihil conſequitur. (p)

§.13.) Eodem profectò recidit, quando conſenſum noſtrorum objectant nobis. Reſp. Multi, fatemur, propter quoſdam Patres, quorum auctoritas ipſis magna eſt, Petrum quidem Romæ, non autem Epiſcopum, nec diu ibi fuiſſe ſtatuunt: alii quoque non aſſertione Apoſtolica, ſed conceſſu liberali, pertinaciter non negant, quia antiqui hoc dicunt, vel Papiam, vel alium communis erroris caput ſecuti, non ſecus atque ante alios alii idem fecere. Unde malignè Gaultherius (q) Calvinum pertinaciter non negantem ſugillat, dum ita eructat: *Fœda vertigine Calvini mentem ſpiritus erroris dimovit, dum 2.Pet.1.14. apertè negat S. Petrum Romæ mortem obiiſſe, imò & 1.Pet.5.13. erroris maculam ei inurit, qui Petrum nunquam Romæ fuiſſe cenſuerit: at loco à nobis hîc adducto liberè contrarium fatetur: non ſecus ac cap. 7. §. 24. Romam olim Eccleſiarum omnium parentem extitiſſe videtur non diffiteri.* Prolixiora pag. 156. ſeq. Ephecticos ergo imitantur nonnulli, utpote in quo ex noſtra parte nihil omnino ſitum: alii verò nec immeritò, negativam tuentur

(o) *Eccl. Germ. p.28.* (p) *prolixè Chamier T.2.l.13.c.4.* (q) *Tab. Chron. p.12.*

tur, non ſecus atque jam olim Marſilius Patavinus, Wiclefus, Wilhelmus hujus magiſter, alii, de quibus Wolphius in memorabilibus. (r) *Plurimi ſunt*, inquit, *qui negant Petrum Romæ fuiſſe, adductis rationibus: Ulricus Velenus Minhovienſis, Joh. Lelander antiquarius, Lyra, Mantuanus, Hieron. Michael Ceſenates, Marſilius Patavinus, Aventinus, Molinæus, Nigrinus, Schramus.* Tu Hoſpinianum de feſtis Chriſt. ad 29. Julii adde. Utrunque & Petrum & Paulum, ſi omnino aliquid largiendum fuerit, ſicut & alii fideles, ex aliis provinciis Romam pertractum, aut nunquam ibi diu Petrum detentum fuiſſe per me credas licet. Ann. 69.

§. 14.) Eſſe hanc quæſtionem de Romana Petri Sede maximi ponderis, inde patet, quia tota Papalis Monarchia, ex illorum ſententia, ab ea dependet, hinc tantopere eandem propugnant, ſcil. ut Romanam Eccleſiam omnium aliarum Eccleſiarum Dominam faciant, ac omnes illas ab uno Petro conſtitutas obtrudant, & denique Epiſcopos omnino omnes ab eodem creatos evincant. Hinc Bellar. (s) ad eam objectionem, quòd non omnes Epiſcopos, præſertim in Aſia & Africa Rom. Pontifex creavit, ita reſpondet, ut dicat, ſatis eſſe, ſi mediatè hoc per Patriarchas ſuos, & Archiepiſcopos fecerit, propterea initio Petrum Patriarcham Alex. & Antioch. conſtituiſſe, qui à Pontifice authoritate accepta toti ferè Aſiæ & Africæ præerant, ac minores creare poterant. (t) At certè Timotheum & Titum hinc inde Miniſtros Eccleſiæ præfeciſſe conſtat: & Epheſinam Eccleſiam per ſuffragia ſuos elegiſſe Epiſcopos, ex Oecum. Chalced. Concilio, ſub finem Act. XI. adparet. Polycarpum Smirnenſem, atque aliarum Eccleſiarum Epiſcopos, vel alii Apoſtoli, vel viri Apoſtolici, & hi itidem alios præfecêre. Adhæc cum omni antiquitate, inpr. cum Oecum. Conciliis pugnat, quando ait, Alexandrinum & Anthiochenum Patriarchas à Petro accepiſſe auctoritatem, quandoquidem propria habuerunt privilegia, ac negocia Eccleſiaſtica & ſynodica tractârunt & definiverunt. Impudens quis ferat Innocentii I. dictum, quod diſt. 11. c. quis neſciat, ita habet: *Nullus in Occidente inſtituit Eccleſias niſi ii, quos Petrus, vel ejus ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes.* At impudentior longè gloſſa ad verbum Petrus, cùm addit: *vel alius ex ejus mandato, ut Paulus: nam Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi authoritate Domini, dum dicit, Segregate mihi Paulum & Barnabam.* Sanè flagris & verberibus, non verbis, meliora docendus talis corruptor & incruſtator. Et hæc ferunt Romani. Confer Gal. 1, 1. Matth. 28. 19.

§. 15.) Concedant tandem rerum abſtruſarum ejuſmodi aucupes, cœlibatúſque Clericorum promachi uxorem Petrum habuiſſe, ac liberos eundem ex conjuge procreâſſe, adeóque cœlibatum etiam Apoſtolis obtruſum nondum fuiſſe: quandoquidem Clemens Alex. Stromaton lib. 7. refert, Pe-

(r) *T. 1. p. 23.* (s) *l. 4. de R. Pont. c. ult. fine* (t) *Forbeſ. inſtr. Theol. l. 16. c. 5. §. 20 Boxhorn. hiſt. 112.*

Ann.69. trum vidiſſe uxorem ſuam deduci ad mortem, eique ſic acclamâſſe, *ô conjux*
memento Domini. Domini, inquam, non Dominæ, ſeu Mariæ. Hinc ſanè in
Concilio Conſtantinop. VI. anno demum 680. habito, Can. 30. *Presbyteris*
& Diaconis honorabiles nuptiæ. Conf. d. 31. Can. Nycæna. Ita Chryſoſt. ho-
mil. 4 T. 1. de verbis Eſajæ, *Eſajas*, inquit, *habuit filium, habuit igitur uxorem.*
Petrus habuit uxorem, Philippus habuit uxorem: ut intelligas non eſſe malas nu-
ptias. Ignat. Epiſt. ad Philad. *Petrus & Paulus, ut & reliqui Apoſtoli, in*
conjugio vivebant. Iterum Clemens Strom. l. 3. *Rejiciuntne illa Apoſtolos?*
Siquidem Petrus & Philippus filias genuerunt. Philippus filias ſuas matrimo-
nium contrahere voluit. Et Ambroſ. in 2. Cor. 11. *Omnes*, inquit *Apoſtoli,*
Johanne & Paulo exceptis, in conjugio vivebant. Uxorem Petrum reliquiſſe
poſt Apoſtolatum dicunt. Reſp. At circumduxit. conf. Matth. 8. 14. 1. Cor.
9. 5. Ita ejus filiam Petronellam vocant, à Petro, at Petrus iſthoc nomen poſt
Apoſtolatum demum fuit conſecutus. Unde Baronius hæc talia ſubodo-
rans, in baptiſmate id nominis filiam accepiſſe fingit. Nugæ, tricæ, fabellæ.
In baptiſmate adultioribus nomina immutata haud facilè legimus. Alia gran-
dia de hac Petronella commenta ex Jac. de Voragine, Petro de Natalibus,
Rhabano, Notkero, Martyrologio Rom. & Haræo Chamier (u) proponit,
quorum ipſum Baronium §. 33. partim pudet. Aut grandævam hanc Petri
fuiſſe filiam oportet, aut in Apoſtolatu natam, ſeu, quod verius longè, in re-
rum natura nunquam extitit. De ejus memoria Martyrol. ad 31. Maij: adde
vid. an. Hoſpin. Porrò quæ de Andrææ Apoſtoli Martyrio (*x*) quoniam, ipſo Ba-
44 §. 20. ronio non diffitente, omnia dubia, meritò ejuſdem farinæ cum ſuperioribus
ſeq. cenſentur (*y*) ubi tamen mirari ſubit, cum hiſce denuò ex paſſionibus Apo-
ſtolorum fidem mutuari voluiſſe, hac cumpr. commendatione: *Has* (paſſiones
Apoſtolorum) *qualescunque illæ ſint, ante Gelaſii Papæ tempora lectitari con-*
ſueviſſe certum eſt. Quaſi verò circa finem quinti ſeculi nonniſi vera & Ca-
nonica apud Papas obtinuerint? De hoc Andræa in Breviario Rom. *Majeſta-*
tem tuam Domine ſuppliciter exoramus, ut ſicut Eccleſiæ tuæ B. Apoſtolus An-
dræas extitit prædicator & rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor.
At verò ſolum Eccleſiæ Chriſti Rectorem Petrum eſſe volunt; vel ſanè ex
tali epitheto prærogativam & primatum Petro adſcribunt. (z) Crux è qua
Andræas pependiſſe fertur, Andræana dicitur, item Decuſſata, in qua duo li-
gna inter ſe obliquantur, & ita componuntur, ut figuram literæ (X) exhi-
beant. De hac Scal. in poſthumis: Decuſſatio Crux S. Andrææ dicta: Gr.
χιασμὸς, quia χ Græcum, eſt nota denarii numeri apud Romanos: Dimidium
χ vel λαμδοειδὴς, Λ. vel V. Latinum, eſt media pars illius denarii notâ X.
ſignati: adde Kipping. polit. l. 2. c. 7. §. 11. ubi etiam de Commiſſa & Immiſſa
Cruce. In Chronologia Epiſcoporum Byzant. ſeu (Polit. M. S. quæ extat in
Biblio-

u) l. 16 c. 11. § 7. (x) Bar. §. 34. Spond. §. 13. (y) conſ. Blondell. de Epiſc. p. 104 §. 2. (z)
Cham. T. 2. l. 13. c. 19. § 29.

Digitized by Google

Biblioth. Cæſar. de qua Lambec. T.3.pag.55. dicitur Andræas Stachyn primum ordinâſſe loci Epiſcopum. Ergo ipſe Andræas Epiſcopus propriè ſic dictus ibi non fuit. Secundum loci Epiſcopum facit Oneſimum. III. Polycratum quem Nicephorus Polycarpum adpellat &c. at ſecundum loci Epiſcopum Nicephorus Stachyn ponit, cui Andræam præmittit, ita tamen ut apertè Epiſcopum eum non vocet. Alia horum Epiſcoporum Chronologia occurrit in Jure Græco Romano à Frehero edito. At parvus olim reſpectus erat erga opidum Byzantium uſque ad migrationem Conſtantini M. qui Metrophanem primum Patriarcham fecit, ſcil. quòd urbs facta & Sedes Imperialis. Igitur juris non eſt divini. Ann.69.

§.16.) Hucuſque Petri Sedem, quàm intentiſſimè etiam quærenti invenire non licuit: ac etiamſi omnino daretur, & externæ Cathedræ ſucceſſio probaretur, nihil tamen hodie propter Apoſtaſiam, ſchiſmata, intruſiones, illis prodeſſet, quandoquidem Petri & Papæ vita, officium, doctrina δὶς διὰ πασῶν differunt. (a) Agnoſcant tandem ſicut Petrus, ita & hodie Epiſcopum Rom. multò magis humanis infirmitatibus obnoxium fuiſſe. Adde quòd Paulo Doctoris & Rectoris Romani jus meritò debetur, quem tamen plures plus quam Neronicè oderunt & perſequuntur: (b) Paulus à dextris Petro collocatur, gladio inſignis, ut clavibus Petrus: ubi Franciſcus à Sancta Clara, Petro ſacerdoti Paulum gladium ferentem, in ſignum regiæ poteſtatis conjunctum delirat, quaſi à pictorum Paulum ob reciſam gladio cervicem, gladio armantium figmentis argumenta Theologica petere, & quidlibet etiam falſum ex quolibet eruere liceat. (c) *vid. §. 11. m.*

§.17.) Succeſſio nunc in Petrina Sede ſuccedit. Fidem autem ſuam apud quenque prudentem lectorem decoquit Baronius, dum in ejuſmodi auctoribus & ſubſidiis citandis atque advocandis, quos ne ipſus quidem probat, occupatur, puta Damaſi Pontificale, Metaphraſten &c. (d) quorum mendacia ut excuſet, ſemper larvam ſubdolè illis obducit, utpote Conſules Pontificali Damaſi ab aliquo poſtea, nulla habita temporis ratione, perperam eſſe ſuperadditos. Contrà Collector Conciliorum T.1.p.55.edit. Pariſ. Damaſi non eſſe, ſed è duobus diverſis auctoribus conſarcinatum librum Pontificalem inde probat, quòd in unoquoque ferè Pontifice pugnantia inter ſe contineat &c. Lipſtorp. (e) omnis erroris fontem circa ſucceſſionem inde fluxiſſe demonſtrat, quòd olim plures Epiſcopos uno in loco ſimul, & quidem æquales, inſuper Epiſcopos eoſdem qui presbyteri, fuiſſe concedere adverſarii nolunt. Confer Salmaſii apparatum ad lib. de primatu Papæ. Eliminari à quibuſdam Petrum è numero Rom. Epiſcoporum hinc ſucceſſionem ita *Succeſſio in Cathedra Petri. Plura ad an.384 §. 3. alibi.*

a) De quo Illyricus Catal. Teſt. Verit. T.1. à p.27. ad 46. P. Molinæ oper. T.5 part.2 p III° Fulmen ˙orut., à p.304. in pr.314. Gomarus & omnes omnino noſtrates, qui Papatum oppugnârunt. (b) Conſ. Illyr. à p.46. (c) docet Blondel. de Epiſc. praſ. p.54. (d) à §.35 Spond. à §.14 (e) de format. Monarchia Pap. p.20. à §.7.

Ann 69. Ita texunt, ut initium à Petro non faciant: ab aliis ſtrictiori ſignificatione Epiſcopum, ſed extraordinarium dici, ſuprà jam percepimus, unde quàm Petro tam Paulo & denominationem, & ſucceſſionem tribuunt. (*f*) Petro quis immediatè ſucceſſerit etiam apud adverſſ. eſt quàm incompertiſſimum, alii Clementem proximè inſequutum ajunt, Linum alii, & Lino vel Clementem, vel Cletum: Clementi alii tertium, alii quartum locum poſt Petrum tribuunt. Cletum & Anacletum eundem alii faciunt (*g*) quod quidem non aliunde accidit, quàm quia commune erat cum Paſtoribus, Epiſcoporum nomen, pluréſque Epiſcopi eodem tempore uno in loco fuerant. De hac contentione Platinam, Sabellicum, Luitprandum, Pontificale, & cœteros, qui Pontificum vitas deſcripsêre conſule. Qualis ergo ſucceſſio in hac Sede detur, in ipſo limine claret. Rectè Wit. *(h) Vivo Petro Romana Eccleſia proprios paſtores & Epiſcopos habuit.* Linum boni authores illius Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe ſcribunt: at ille mortuus eſt ante Petrum. Et Paulus cum ſcripſit ad Romanos, fuiſſe ibi multos paſtores innuit. Clemens P. l. 1. Recogn. & Dorotheus in ſynopſi, Barnabam primum Evangelium Chriſti Romæ prædicâſſe volunt. Ergo ibi ante omnes ipſe Epiſcopus quoque fuit, & fundator illius Eccleſiæ. Ita Baronius *§. 35.* fatetur, Linum & Cletum ab aliquibus inter Rom. Pontifices non nůmeratos, quia Chorepiſcopi tantùm fuerint, & vivente adhuc Petro quia hunc Univerſalis Eccleſiæ negocia Româ evocârint, ordinati fuerint Coadjutores Epiſcopi, qui ambo ſimul, loco ipſius Petri, obirent Eccleſiaſticas functiones, & Linum quidem ſub Nerone martyrio fuiſſe ſublatum. At Damaſo, Metaphraſtæ & cœteris, Martyrologium & Breviarium Rom. Irenæus, Tertull. & alii contradicunt: Nihil Damaſus de Chorepiſcopis, tum in rerum natura nondum exiſtentibus, nihil de Petri Româ abſentia, ſed apertè ſic habet: *Ordinavit* (Petrus) *duos Epiſcopos, Linum & Cletum, qui præſentialiter omne miniſterium ſacerdotale in Urbe Roma populo, vel ad ſe venientibus exhiberent. B. autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens vacabat.* Et infrà: *Petrus B. Clementem Epiſcopum conſecravit, cui Cathedram, vel Eccleſiam omnem diſponendam commiſit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita &c.* vid. Clementis Epiſt. 1. ad Jacobum. Aliam ἐκφυγὴν quærit Caſalius c. 82. i. *Creavit* (Petrus Romæ) *Presbyteros aliquos, qui vacarent Sacramentorum adminiſtrationi: alios Diaconos* (juxta VII. Curatores aut Capita Regionum Urbis, civilia tractantia) *qui curam haberent pauperum, & ut adſiſterent presbyteris, tempore ſacrificiorum.* Tales presbyteros fuiſſe vult Linum, Cletum, Clementem, Anacletum, Marcum Evangeliſtam, & alios, qui Pontificatûs munia, coadjutores & conſiliarii fuêre. At hi presbyteri qui alii quàm communes & æquales Epiſcopi una in urbe? Addit: *Licèt hi nomen Cardinalium, tunc inſuetum,*

(f) vid. de Dom. l. 2. c. 1. §. 14. Cham. T. 2. l. 13. c. 4 §. 11. ſeq. Symph. Polani p. 459. f. (g). vid. Bellar. l. 2. de Rom. Pont. c. 5. (h) de P. q. 3. c. 3. p. 362.

Digitized by Google

tum, non habuerint, munus tamen & officium, quod nunc Cardinales exercent, proculdubio præſtiterunt. At nos minimè ita ſentimus. Ann.69.

§. 18.) Itaque de conſenſu ac diſſenſu veterum & recentium circa hanc Succeſſionem nunc exactiùs paulò agamus. Ut autem pleraque ſub primo obtutu habeamus, divortia ſententiarum ex Blondelli Pſeudo-Iſidoro (*i*) huc exſcribere haut gravabimur:

Sententia Ignatii Epiſt. ad Mariam Caſſob. Iren. l. 3. Euſ. l. 3. c. 13. Niceph. Conſtantinop. & Niceph. Calliſt. l. 3. c. 2. Ivonis part. 5. c. 237.	Sententia Conſtitut. l. 7. c. 49. Optat. l. 2. adv. Parmen. Aug. Epiſt. 165.	Sententia Epiph. hæreſ. 27. Herman. contr. in Chron.	Sententia Tertull. lib. 3. carm. adv Marc. Hier. in Catal.	Tertull. de præſcr. cap. 32. Encher. Ep. ad Valeria. Pſeudo-Iſid. ep. lib. Pontif. in Petro. Videntur Clementem ſecundum à Petro collocare.
Petrus & Paulus. Linus. Anacletus. Clemens. Evariſtus. Alexander. Sixtus. Teleſphorus. Hyginus. Pius. Anicetus. Soter. Eleutherus.	Petrus, Paulus. Linus à Paulo ordinatus. Clemens à Petro ordinatus. Anacletus. Evariſtus. Alexander. hunc omittit Optatus. Sixtus. Teleſphorus. Hyginus. Anicetus. Pius. Soter. Eleutherus.	Petrus & Paulus. Linus. Cletus. Clemens. Evariſtus. Alexander. Xyſtus. Teleſphorus. Evariſtus. hunc omittit Hermannus. Hyginus. Pius. Anicetus.	Petrus. Linus. Cletus. Clemens. Anacletus. hunc omittit Hermannus contractus. Evariſtus. Alexander. Sixtus. Teleſphorus &c.	

Plura in hanc rem vide apud laudatum Blondell. tract. de Epiſc. præf. p. 25. m. & 28. m. ad 30. In ipſo tract. pag. 9. & 524. collat. cum Hammond. de Epiſc. diſſert. 5. c. 1. à *§.* 5. alii.

§. 19.) Primum à Petro Baronius (*k*) locum dat Lino. Coſterus eundem ad an. 57. collocat, qui juxta ipſum ſedit an. 11. m. 3. d. 12. & martyr factus vivente adhuc Petro. Petri autem coadjutorem fuiſſe volunt. Linum ſucceſſiſſe Petro Gaulterius ex Irenæo, Euſeb. Epiph. Hier. Optato, Auguſt. demonſtrare annititur. Damaſus in Pontificali in Petro ait, Linum ſediſſe uſque ad Capitonem & Rufum Coſſ. qui biennio ante Petri & Pauli

Nnn mar-

i) pag. 41. (*k*) § 35. *Spond.* § 16.

Digitized by Google

Ann 69. martyrium fuerunt, juxta Caſſiodorum: id quod de Damaſo impudenter negat Forerus. (l) Ipſe Petrus apud Clementem ſic loquitur: *Clemens verò poſt mortem Lini ſecundus à me Petro ordinatus eſt.* Quomodo ergo defendi poteſt, quod Epiphanius, Iren. Optat. Aug. alii, Linum Petri ſucceſſorem faciant: ac eundem Euſebius annis XI. Romæ ſediſſe poſt Petri mortem vult? Bellarmino his aſſenſum præbenti Turrianus contradicit, quando Linum ante Petrum mortuum ex Sophronio Hieroſ. Mariano Scoto & aliis contendit, errâſſeque Patres, qui Linum Petro proximum fuiſſe dicunt, quanquam niſi proximum locum habuit, nullum habuit. Quid verò? Num alius Papa fuit præter Petrum, eodem tempore, etiam illo adhuc vivo? Ita, inquit Turrianus, & Petrus & hic inſimul Papa fuit, Petrus Papa principalis, Linus minùs principalis. Non ergo Petrus, ſed Linus Romanus Epiſcopus fuit, quod etiam legitur in rudimento novitiorum, Chronico admodum vetuſto. Sic Rufin. præf. lib. Clementis Recognit. ad Gaudent. Linus fuit Epiſcopus Romæ vivente adhuc Petro. Similiter Sabellicus (*m*) ſed jam quid de Lini libro fiet, qui eſt de Petri & Pauli morte conſcriptus? Onuphrius ait, Linum ſucceſſiſſe Petro, ſed menſe altero poſt Petrum cæſum. Alii plerique à Petri morte Linum adhuc vixiſſe volunt, Petrum ſæpius Româ abſentem, ut variis in locis conſtitueret Eccleſias, Linum & Cletum aſſumpſiſſe, qui epiſcopalia munia obirent, & ita quidem, ut non fuerint conſtituti Romanæ Sedis Epiſcopi, ſed tantummodo Coadjutores, ac quòd nonniſi ſederint, dum Petrus vixit, ipſo Baronio (*n*) fatente. Ita Marianus Scotus Linum Chorepiſcopum fuiſſe ſub Petro dicit, at eundem ſupervixiſſe negat. Quî ergo recenſetur Linus in Catalogo, ſi verus Papa non fuit? Eutychius: (*o*) *Erat poſt Petrum* (Crucifixum) *Linus Patriarcha Romæ, qua functus dignitate XII. annos obiit. Et hic primus erat Patriarcha Rom.* Ergo hic Patriarcha Alex. non credidit, Patriarcham (multò minus Caput Eccleſiæ) Romæ fuiſſe Petrum.

§. 20.) Baronius (*p*) Damaſi ſententiæ ſe opponens, in ejus Pontificale invehitur, ac à diverſis auctoribus collectum dicit, erroreſque illius agnoſcit. Gratianus c.8.q.1.c. ſi Petrus. Affirmat ex Epiſt. Joh. III. Papæ, Petrum morte ingruente Clementem ſibi ſucceſſorem elegiſſe, Clementem verò cùm videret, quòd eſſet pernicioſum exemplum (en Petri factum!) ſi quis eligeret ſucceſſorem ſuum, renunciâſſe Papatui, & tunc electum fuiſſe Linum, eo mortuo, electum fuiſſe Cletum, quo defuncto denuò Clem. electum (à quo?) atq; hinc fieri, quòd Petro alii Linum, alii Clementem proximè ſucceſſiſſe dicant: Conf. Bar. § 43. An non verò ex actibus Papalib. ſcire hoc poterant, & ex ipſa electione? Sed autores ajunt (*q*) Apoſt. illam Petri electionem abrogâſſe, & Clementem ab illo electum abdicâſſe, ejúſque loco Linum elegiſſe, & poſtea Cletum, quarto autem loco Clementem. Ergo ita major quàm

l) Contra Pet. Molinæ. T.2.p.100. (m) ennead.7.l.2. (n) §.43. Sp. §.16. (o) p.336. (p) §. 35. (q, . P. ak. de Conc. contr. 3. q. 5. p. 194.

Digitized by Google

quàm Petri, Apoſtolorum fuit autoritas. Ergo Petrus Juris Canonici peritus non fuit. De hoc loco Conſtit. Apoſt. l.7.c.47. ita Petrus loquitur: *Linus Claudiæ filius, Eccleſiæ Rom. Epiſcopus primus à Paulo ordinatus, poſt mortem verò Lini Clemens, quem ego Petrus ſecundum ordinavi.* Petro mortuo primum ſucceſſiſſe Linum teſtatur Martyrologium & Breviarium Rom. Contrà illum non fuiſſe à Petri morte Epiſcopum Rom. ait Catalogus Rom. Epiſcoporum inſertus Juri Canonico edit. Lugd. in 4. de anno 1591. in quo notatur: Linum, vivo Petro, anno Chriſti 57. Eccleſiæ Rom. præfectum. Leo II. in decretali ſic habet: *Si autem Petrus adjutores ſibi accerſivit Linum & Cletum, non tamen Pontificii poteſtatem* (munus ſeu axioma Pontificale) *aut ſolvendi vel ligandi normam eis tradidit, ſed Clementi ſucceſſori ſuo, qui Sedem Apoſt. poſt eum, & poteſtatem Pontificalem, tradente ſibi Petro Apoſtolo promeruit: Linus verò & Cletus miniſtrabant exteriora: princeps autem Apoſtolorum Petrus verbo & orationi inſiſtebat. Linum namque & Cletum nihil unquam legimus ex Pontificali miniſterio poteſtatéve egiſſe: ſed quantum eis à B. Petro præcipiebatur, tantum ſolummodo agebant.* His ſubdit Marianus Scotus: *Clemens ergo primus poſt Petrum Rom. Eccleſiam tenuit, vel cum eo Linus & Cletus, ſicut cum Petro fuerunt.* Quo igitur jure Linus & Cletus Pontificum Summorum inſerantur Catalogo habes: quàm certa ſit Paparum Succeſſio ſtatim in principio intelligis. Fac Clementem ſucceſſiſſe Petro, at non in Apoſtolatum, quia in Romanæ h. e. particularis Eccleſiæ regimine, adeóque intra limites ſuos ſe continuit: imò ex Eccleſiæ adprobatione & calculo, non autem unius Petri judicio & voluntate electum Clementem, ex hypotheſi ſua veteres affirmâſſe vide apud Blondell. de Epiſcop. p.524. ſeq. & 552. ad N.422. Penes Eccleſiam ergo claves ſunt, quandoquidem Eccleſia, Petro mortuo, ſucceſſorem eligere eíque committere claves poteſt. (r) Ergo Papa Eccleſiæ erit Miniſter & ſervus, illiúsq; nomine agit. Ann. 69. *Vid. §. 26.*

§. 21.) Euſeb. hiſt. l.3. cap.2. *Poſt Petri & Pauli martyrium, primus Rom. Eccleſiæ Epiſcopatum Linus ſortitò capit* (κληρῦται τὴν ἐπισκοπήν) quòd ſi ergo Petrus primus fuit, quia ante Linum nominatur, ergo & Paulus idem jus obtinebit. In eundem ſenſum cap.16. Clemens Rom. adhuc gubernabat Eccleſiam, qui tertius ſedem obtinebat inter eos, qui poſt *Paulum & Petrum Romæ Epiſcopi fuerunt. Linus primus fuerat, Anacletus ſecundus.* Et l.4.c.1. *Eodem tempore, poſtquam ſeptimum annum complêſſet Evariſtus, quinto gradu ſucceſſionem à Petro & Paulo deducens, Epiſcopatum ſuſcepit.* Et c.5. *Septimus ab Apoſtolis ſucceſſit Teleſphorus.* Tam ergo Petrum, quàm Paulum ab ordinario Epiſcopatu excipit Euſebius, ac Linum primum facit, ſecundum autem Anacletum, ubi etiam cum Irenæo & Optato (s) Anacletum cum Cleto confundit, quaſi unus idémque eſſet. Vide eundem in Chron. ad an.44. & 69. & 81.

Nnn 2 Epi-

r) *Iuxta Toſtatum apud Pajonum de præjudicatis part.3 c.9.p.217.* (s) *l.2. cont. Parmen.*

Digitized by Google

Ann.69. Epiphanius hær.27. *Romæ fuerunt primi Petrus & Paulus Apoſtoli, iidem & Epiſcopi, poſt hos Linus, deinde Cletus, deinde Clemens.* Ergo Paulus tantus quantus Petrus, Cletus tantus quantus Clemens. Idem ib: *Nemo miretur quòd ante Clementem alii Epiſcopatum acceperint* (Romæ) *ab Apoſtolis, licèt hic coætaneus Petri & Pauli fuerit.* Atque ibidem hiſtoriam de ſucceſſoribus dubiam vocat: quòd ſi verò Caput Eccleſiæ Univerſalis Epiſcopus Rom. habitus fuiſſet, ac unus ſaltem eodem tempore Epiſcopus Romæ extitiſſet, ordo ſanè ſucceſſionis tam dubius non manſiſſet.

Irenæus l.3.adv. hær.c.3. refert, Linum non à ſolo Petro, ſed etiam à Paulo Epiſcopum conſtitutum; at Linus Petri ſucceſſor eſſe non potuit, quia Pontificali, Surio & aliis teſtibus, uno anno ante mortem Petri martyr factus. Præterea neque Irenæus, ut modò Euſebius, Petrum in Epiſcoporum numero comprehendit, ſucceſſionem enim recenſens ita loquitur: *Petrus & Paulus, Linus, Anacletus, Clemens, Evariſtus, Alexander, Sixtus, Teleſphorus, Hyginus, Pius, Anicetus, Soter, Eleutherius.* In ea nomenclatura ſi perſonas numeres, fient à Petro ad Clementem quatuor, ad Eleutherium tredecim, computatis extremis. Atqui in his Irenæus Epiſcopos numerat duntaxat à Petro ad Clem. tres: ad Eleutherium XII.

Adhæc dum Irenæus ut & Euſeb. hiſt. l.5.c.6. dicunt: *Fundantes & inſtruentes B. Apoſtoli Eccleſiam, Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt*; clarè Petri & Pauli functionem ab Epiſcopatu Lini ita diſtinguunt, ut illi quidem fundamenta jecerint Eccleſiæ illius, ſicut & aliarum plurimarum, Epiſcopatum verò Lino commiſerint.

§. 22.) Hos imitatur Rufinus præfat. ad libros recognit: *Linus*, inquit *& Cletus fuerunt quidem ante Clementem Epiſcopi in urbe Roma, ſed ſuperſtite Petro, videl. ut illi Epiſcopatûs curam gererent, ipſe verò Apoſtolatûs impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Cæſaream feciſſe: ubi quum ipſe eſſet præſens, Zachæum tamen à ſe ordinatum habebat Epiſcopum.* Ergo ſimul Epiſcopi Romæ, vivente adhuc Petro. Ne verò quis uni Petro ſummam Sedis Rom. poteſtatem tribui exiſtimet, communi veterum ſtylo Prudentius in hymn. de S. Laurentio id declarat, dum ait, Romæ jam regnant duo Apoſtolorum principes, utrunque ergo Apoſtolum & principes, & reges agnoſcit.

Secundus à morte Petri, ſeu proximus à Lino Epiſcopus Rom. Cletus perhibetur, etiam à Baronio. At Irenæus, Euſeb. Optat. & Auguſt. nullam faciunt Cleti mentionem, ut nec Ignatius. Pontificale Damaſi dicit de Cleto, eum fuiſſe temporibus Veſpaſiani & Titi, à conſulatu Veſpaſiani ſeptimo, & Domitiani quinto, uſque ad Domitianum nono & Rufum Conſules: mox verò de Clemente, quem Cleti ſucceſſorem facit: *Clemens*, inquit, *ſedit annos novem. Fuit autem temporibus Galbæ & Veſpaſiani, à conſulatu Trachali &*

Italici

Digitized by Google

Italici, uſque ad Veſpaſ. IX. & Titum Coſſ. quæ planè ἀσύστατα. Eutychius Linum primum numerat, ac XII. annos ejus Sedi aſſignat, cujus initium ad 2. annum Caji. Poſt hunc Anacletum ponit, quem ipſe Dacletium nominat (omiſſo penitus Cleto) eique duos annos tribuit, cujus initium anno. 3. Veſpaſiani. Poſtponit Clementem, cui 9. annos tribuit, quorum primus anno 5. Veſpaſiani. Ipſe Clemens imediatum ſe ſucceſſorem Petri dicit, quando Epiſt. ad Jacobum ait, Soli ſibi à Petro traditam eſſe docendi Cathedram. Contrà Ignat. Epiſt. ad Mariam Caſſoboleten ſcribit, Clementem ſucceſſiſſe Anacleto. At verò in re tam dubia & incerta de Cleto, Pontificii pro interceſſore coram Deo, eundem in ſacro ſuo Catalogo Miſſali ponere non verentur. Ann. 69.

§. 23.) Multi Clementem immediatè poſt Petrum collocant: Æquè multi Clementem poſt Cletum ponunt, quem nonnulli Anacletum etiam vocant. De utroque Gaulterius in Tabb. Cletus ſeu Anacletus paſſus anno 93. quartus Clemens, vel à Cleto, vel ab ipſo Petro ordinatus, priùs coadjutor Pauli: Philipp. 4. 3. ſedit an. 9. m. 6. & aliquot dies: Aquæ immerſus ſuffocatus in exilio 23. Nov. 102. Hunc diſſenſum ita Bellarminus dirimit, ut dicat, Petrum imminente morte feciſſe Clementem Epiſcopum, & ei ſedem Epiſcopalem commiſiſſe: id verò Clementem Petro mortuo recuſâſſe, quandiu Linus & Cletus vixerunt, qui Petro adjutores fuerant in officio Epiſcopali: & ſic Petro Linum, Lino Cletum, Cleto Clementem ſucceſſiſſe. Reſp. At quæ iſthæc humilitas Clementis fuit, quam Bellarminus prætendit, qui munus impoſitum ſubterfugit & recuſavit Petro mortuo, non autem vivo, quando alium ſubſtituere potuiſſet? Vel aliterne hi duo coadjutores Petro fuerunt, quàm ipſe Clemens? Num Epiſcopi aut Collegæ? tum non unus tantùm erat Papa & Epiſcopus Rom. Eccleſiæ, Petrus etiam non Clementi, ſed his Sedem committere debuiſſet.

Tertull. (*t*) ſic Clementem à Petro immediatè dicit ordinatum, ut Petrum non faciat Epiſcopum Rom. ſed tantùm primi Epiſcopi authorem & anteceſſorem: ſicut etiam apertè in carm. contra Marc. l. 3. unde ibi Alex. numero VI. & Hyginum decimum vocat, ubi tamen Clementi Linum, Cletum & Anacletum præmittit. Sic ab eodem Petrus omittitur apud Bar. §. 42. ubi Clementem Rom. Sedis tertium Antiſtitem nominat. Coſterus ad an. 68. *S. Clemens*, inquit, *martyr, poſt mortem Petri Apoſtoli primus: ſedit an. 9. d. 26. Poſt hunc Cletum ponit, Anacletum &c.* Clementi verò Linum præmittit, de quo ita ad an. 57. *Linus martyr, vivente adhuc Petro, ſedit an. 11. m. 3. d. 12.* Ergo duo ſanè eodem tempore Papæ fuere Petrus & Linus, ut de Paulo nihil dicamus, quem æquè ac Petrum ipſum antiquitas admiſit, id quod author libri de æqualitate Petri & Pauli demonſtrat. Imò quatuor uno tempore ſediſſe neceſſe eſt, quia, ut hactenus vidimus, Cletum Lino quoque adjungunt.

t) De præſcr. cap. 32.

Digitized by Google

Ann.69. §.24.) Poſt Clementem Anacletum ponunt. Optat. Milev.l.2.cont. Parm. At quia cum Cleto alii confundunt, hinc quidam Anacletum poſt Linum collocant, utpote Euſeb. Iren. alii. Anacletum omittunt Tert. Epiph. Hier. Martyrol. Breviar. quintus à morte Petri numeratur Evariſtus à Tertull.l.3. car. contra Marc. At verò Iren.l.3. adv. hær.c.3. & Euſeb. hiſt.l.5. c.6. Epiph.l.2. hær.27. faciunt eum ſucceſſorem Clementis: contrà Optat. Milevit. l. 2. Aug. epiſt.165. Pontificale &c. Anacleti ſucceſſorem conſtituunt. Bellarminus duos nobis Anacletos edit, unum Romanorum Emiliani filium, alterum Athenienſem Antiochi filium; priorem vult fuiſſe ante Clementem, poſteriorem poſt Clementem. Sic ergo omnia antiquitatis teſtimonia uno ictu dejicit & convellit. Huc facit, quod Baronius §.43. agnoſcit: *Si autem*, inquit, *in ordine & tempore primorum Rom. Pontificum quempiam errare contigerit, in multos alios errores ferri omnino cogetur.* Imò ſanè ſublato fundamento, ædificium ſuperſtrui nequit. Quid autem demum de ſubſequentium, inpr. ſchiſmaticorum ſucceſſione dixeris? Oppidò rectè Marcſius: *Quamvis ſucceſſio Eccleſiaſtica cœperit ab antiquitate deſcribi per ſeriem Epiſcoporum, tamen inde patet, hunc ordinem demum poſt tempora Apoſtolorum incepiſſe, quod in primis Epiſcopis poſt Apoſtolos aſſignandis, etiam quoad Eccleſias propriè dictas Apoſtolicas, nihil certi antiquitas habuerit: ut Rom. Eccleſiæ exemplo liquet, cujus difficultatis non alia reddi poteſt ratio, quàm quòd ſtatim poſt Apoſtolos, illa ὑπεροχὴ unius non obtinuerit in Eccleſiis, ſed earum regimen fuerit in communi penes plures presbyteros.*

§.25.) Nec pejus Reggius (u) *prodigioſa illa varietas in nominando Petri ſucceſſore in Epiſcopatu Rom. nulla ratione conciliari poterit, niſi concedatur plures Epiſcopos ſimul ſediſſe, ac pari authoritate Eccleſiam gubernâſſe. Smyrnenſi Eccleſiæ præfuit Polycarpus, Ignatio, Irenæo, Euſebio teſtibus: at Clemens conſtit. Apoſt. l.7.cap.47. Ariſtonem primum fuiſſe ibidem Epiſcopum, ejúſque ſucceſſorem Strateam, iſtíque tertium ſucceſſiſſe Epiſcopum alterum Ariſtonem. Et Suidas in voce Polycarpus, Bucolum primum fuiſſe Smyrn. Eccleſiæ Epiſcopum.* Et talia infinita exempla alia. Sic credi omnino par eſt, plures poſt Apoſtolos, imò Apoſtolorum etiam tempore, tanquam compresbyteros Romanam rexiſſe Eccleſiam. Fusè hoc tractat M. Ant. de Dom.l.2.c.3. à §.55. uſque ad f. cap. ad Baronii §.39. & 43. Ita de Epiſcopis & presbyteris, promíſque Collegiis Blondell. de Epiſc. præf. pag.33. ad 36. ubi inter alia, ea Atticorum ἀρχόντων ordini reſpondiſſe docet, quos etſi numero novem, & poteſtate pares quotannis crearint Athenienſes, non omnium promiſcuè, ſed unius inter Collegas primi nomen anno, quo Magiſtratu fungebantur univerſi, adſcripſerunt; nec illam primorum per ſingulos annos ἀρχόντων ſeriem eo animo deduxerunt, ut ordine ſequentibus quicquam decederet, ſed ut compendioſior, ac minus impedita eſſet temporum enumeratio. Obj. Eo ipſo

u) *Præf. de ſtatu Angl. Eccl. col.52.*

Digitized by Google

ipſo, quia in Epiſcoporum ſerie atque ſucceſſione unus ſaltem nominatur, Ann. 69.
nonniſi unum fuiſſe credi par eſt. Reſp. Ordinariè & ut plurimùm veteres Scriptores unius tantùm Epiſcopi mentionem feciſſe, partim quia illis propoſitum fuit nonniſi temporum rationem edocere, quod aſſecuti fuerant nominatione unius, qui propter doctrinam, aut virtutum ornamenta, merita, ætatem, rerúmve experientiam celebris eſſet: partim verò, quia ad ſui ſeculi conſuetudinem, quando unius προστασία prævaluit, ſcribendi rationem mutuabantur: conf. 1. Tim. 1. 4. Tit. 3. 9. Romanorum autem Epiſcoporum ſeries nihil omnino infert, quoniam non convenit, & pro arbitrio cujuſque formata, nec quidquam ſupra alias Eccleſias poteſtatis continet, quandoquidem etiam aliorum Epiſcoporum Catalogi proſtant: atque in aliis quoque Eccleſiis Cathedræ ſunt Apoſtolicæ, & ſucceſſionem enumerant. Ita Tertull. de præſcr. cap. 36. *Percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ nunc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur.* Euſeb. l. 1. c. 1. &c. Cham. T. 2. l. 11. c. 20. §. 20. & l. 13. c. 4. §. 11. & 22. Conſtituerunt ergo alii Apoſtoli præter Petrum, & Eccleſias & Cathedras, atque eas quidem etiam illuſtres. Imò & principes h. e. primi illarum Sedium ſucceſſores dicti. Hinc Friſing. (x) *Babylas Eccleſiæ* (Antiochenæ) *ſuſcepit principatum.* Obj. Solus Petrus habuit ſucceſſionem in Eccleſia Univerſali. Reſp. Neg. quia ipſis fatentibus adverſariis omnes Apoſtoli plenitudinem habuerunt poteſtatis: ita ſimiliter primariam, non delegatam habuerunt poteſtatem. Probent cœteros Apoſtolos Petro fuiſſe ſubditos vel ab eo dependiſſe: demonſtrent aliter Romanum Epiſcopum Petro, quàm alios cœteris ſuccedere Apoſtolis.

§. 26.) Conſenſu ac ſuffragio populi, ut in aliis Eccleſiis, ita & Romæ Epiſcopus eligi ſolitus; at verò quis credat populum Rom. eam poteſtatem habuiſſe, ut Caput & Monarcham univerſalis totius mundi Eccleſiæ eligere & conſtituere poſſet, ſine conſenſu aliarum Eccleſiarum ampliorum & antiquiorum Romanâ? Inde Rouſſel. (y) *Nullo momento fuit Clementis per Petrum facta ordinatio & inſtitutio, ne apud poſteros pernitioſi eſſet exempli: hinc Linus electione Cleri, & approbatione ſeu conſenſu plebis promotus, quam eligendi formam in cœteris conſtituendis Epiſcopis obſervandam eſſe voluerunt primitivæ Eccleſiæ Doctores. At forte Cletus electus: cujuſmodi actum eſt, cùm ſubrogatus eſt Matthias in locum Judæ. Sed poſtea invaluiſſe ut plebs cum Clero interveniret electioni tanti Pontificis, probant, quæ de Fabiano narrantur: ac de Cornelio refert Cyprianus: noviſſimè Onuphrius in Chronico Cletum ſubrogatum eſſe presbyterorum omnium, & reliquorum Cleri ordinum, plebíſque ſuffragiis.* (z) Ex tanta verò Epiſcoporum antiquitate triumphant Epiſcopales, & hanc dignitatem ex ſucceſſione, quæ inde ab Apoſtolis originem ducit, probare conantur. Reſp. Imò non unum, ſed plures una in Eccleſia fuiſſe Epi- Vid. §. 20. f.

(x) l. 3. c. 33. (y) *hiſt. juriſdict. Pont. l. 2. c. 9. §. 1. 2.* (z) *Confer de Dom. T. 1. in append. ad l. 4. de Cardinalium creat. §. 16.*

Digitized by Google

Ann.69. ſe Epiſcopos hactenus patuit. Antiquus in Eccleſia Epiſcopalis ordo, non tamen jure divino, neque Apoſtolico inſtitutus.

Neron. perſecutio recrudeſcit. §. 27.) Recruduiſſe hoc anno Neronis perſecutionem Bar. (*a*) ait, ac Veſpaſiani operâ totam Galilæam, occiſis Judæis pluſquam 100000. abductis verò, aut venditis 40000. & capto Joſepho debellâſſe: Zelotarum inſuper factionem ortam. Extinctos itaque vel hoc anno, vel circiter, varios volunt fideles. Ita Oroſ. l.7.c.8. Petro in urbe interfecto, & Chriſtianis pœnarum diverſitate laniatis, toto ſe orbe ſolverunt. Quodnam ergo Romæ Papale Imperium & ſedes? De *Nicomede* nobili Romano item presbytero & Petri diſcipulo Bar. §.33. item Martyrol. ad 15. Sept. Ado & Hoſpin. ad 13. Junii, cujus exemplo fideles tum non habuiſſe templa Blondell. de Epiſc. pag. 238. m. probat.

De Herodione Bar. §.44. Martyrol. ad 8. Apr.

De Torpeto §.44. Hoſpin. & Mart. ad 17. Maji. Hunc cum *Evello* Aulicum Neronis fuiſſe volunt, de quibus Paulus ad Philipp. 4. 22. vid. Martyrol. ad 11. Maji.

De *Baſiliſſa* & *Anaſtaſia* Bar. §.44. Mertyrol. ad 15. Apr.

De *Plautilla* Bar. §. 10. Martyrol. ad 20. Maji.

De *Nazario* & *Celſo* Martyrol. ad 28. Julii & 4. Apr. Daillæ. de ador. l. 4. c. 16. i. Gallia Chriſt. T. 3. p. 785. Profectò eò inducor ut ſuſpicer Nazarium eundem eſſe, qui aliâs dicitur Lazarus ſeu Eleazarus, Maſſilienſium Apoſtolus: vid. an. 44. §. 35. & an. 55. §. 2. Niceæ Apoſtolus Nazarius perhibetur, quæ Maſſilienſium colonia. In eadem Gallia Chriſt. T. 2. p. 594. *Genevæ Nazarii prædicatione converſus fuit S. Celſus, adhuc juvenis poſtea Nazarii in Martyrio ſocii.*

De *Lucina* Petri diſcipula & *Perpetuo* Lucinæ filio Bar. §. 45. martyrol. 4. Aug. Non dubito quin cum alia Lucina confundatur, de qua Spond. ad an. 302. & 309. item alia, de qua idem ad an. 255. & 286. Conf. Hoſp. ad 17. Oct.

Quòd ſi Apoſtolorum, primorum item Romanæ Sedis, aliarúmque ſucceſſorum hiſtoria dubia ſit & intricata, quantò magis aliorum primæ Eccleſiæ martyrum. Et tamen quia ſæpiùs illorum incidit mentio, urgéntque talia adverſarii, aliquatenus indigitanda exiſtimavi, judicium & fidem omnem lectori relinquens.

a) *à* §.44. *Spond. à* §. 17.

JESU

Ann.70.

JESU CHRISTI *Annus* 70.
NERONIS *Imp. Annus* 14.

§.1.) Lini an.1.Coſſ. C. Silius Italicus & Galerius Trachalus Turpilianus: hos Calviſius ad an.68. reponit. Horum prior inſignis ille Poëta, qui bellum Punicum deſcripſit. Nero mortem ſibi tandem conſciſcit: ab aliis tamen etiam poſt mortem habitus Antichriſtus, quaſi non eſſet mortuus, ſeu quòd in vitam rediturus. Plerique habent de fœdis & ſceleſtis ejus facinoribus, utpote Oroſ. l.7.c.7. alii. Quòd verò Antichriſtus creditus vide Friſing. l.3.c.17. Willet. de Antichr. p.68. Joh. Nicolai de eodem c.16. demonſtr.1. p.248. Ergo fideles olim crediderunt Romæ Antichriſtum appariturum ibique ſeſſurum. Idem c.1. i. ex Sulpitii l.2. & Aug.l.20. de C.D. c.16. ob perſecutiones propter fidem, quarum initium Nero fecit, veteres hoc credidiſſe demonſtrat. Familia Cæſarum extincta fuit in Nerone, & ab eo tempore Imperium factum fuit electivum, ſic ut electio fuerit penes exercitum, licèt non conſtans ſit regula. Aliàs morem hunc ſub Pertinace increviſſe Zoſimus l.1. teſtatur: Eutr. l.7. Oroſ. l.7. c.8. Aurel. in Victore. Sueton. in Vitellio c.15. in Veſp.c.6. *Neronis interitus.*

Ad hunc an. Friſius in Biblioth. *Bundivicam*, heroici ſpiritûs fœminam Britannicam refert, quæ ſcripſit ad urbium & provinciarum municipes pro excutiendo Romanorum jugo, epiſtolas plures ac doctas, & alia. Et ſanè Neronis deſperatiſſimi periodus fatalis facilè tale quid conceſſerit.

De *Donatiano* Martyre Epiſcopo Catalauno Martyrol. ad 7.Aug. déque ejus ſucceſſore Domitiano ad 9.Aug.

Paulinus Lucæ in Tuſcia Epiſcopus à Nerone circa hoc tempus ſublatus à martyrol. Rom. ad d.12. Julii perhibetur.

JESU CHRISTI *Annus* 71.

Ann.71.

GALBA
OTHO } *Impp.*
VITELLIUS

§.1.) Lini an.2.Coſſ. Servius Sulpitius Galba Aug. & T. Vinius Rufinus. Quemadmodum Nero falsò Antichriſtus putatus, ita Veſpaſiano Chriſti tributa miracula atque vaticinia de illo edita (a) ubi inpr. memorabi-

a) Bar.§.7 Spond.§.5.

Ann.71. le, quòd Baronius (*b*) Diabolo ac Gentilium Diis miraculorum quoque imitationem adſcribit, unde fit, ut non ex miraculis Eccleſiam, ſed ex Eccleſia miracula cognoſcere poſſimus.

An Evodio Ignatius ſucceſſerit: §.2.) Evodio Antiocheno Epiſcopo Ignatium ſubrogatum prætendit Baronius (*c*) cùm ſanè uterque ſimul Epiſcopatum geſſerit, unde ipſe Baronius fateri cogitur Ignatium cum Evodio aliquando collegam ſediſſe. De Evodio ipſe Ignatius Epiſt. 12. ad Antioch. *Mementote Evodii B. Paſtoris veſtri, qui primus poſt Apoſtolos gubernacula Eccleſiæ veſtræ ſortitus eſt &c.* Eundem Euſebius in Chron. Apoſtolorum ſucceſſorem facit (*d*) plura Baron. ad 1. Febr. in Ignatio. Fuſè inpr. Blond. de Ep. præf. à p. 20. ubi p. 22. illorum prætextui occurrit, qui dicunt, ob ſchiſma Antiochenæ Eccleſiæ exortum, duos fuiſſe conſtitutos Epiſcopos. At non inter fideles exortum Lucas Act. 15. docet, ſed στάσιν καὶ συζήτησιν οὐκ ὀλίγην Antiochiæ factam fidelium non tam inter ſe, quàm πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας κατελθόντας v. 2. nec ob turbonum illorum inſanos motus Eccleſia proprie ſciſſa eſt, ſed unà ſemper ſedata ſtatim ſeditione manſit. Vel utrum ex duobus hiſce ſchiſmaticorum Epiſcopum fuiſſe dixerit quis? Quare figmentum Annaliſtæ explodendum, compoſita Antiochena diſſenſione Ignatium ceſſiſſe Evodio, eóque defuncto iterum ſediſſe. De Evodio Martyrol. Rom. item Adonis, aliorum ad 6. Maji; Menol. Gr. ad 7. Sept. Epiſtolam Evodii jure rejicimus, quia ſerò cognitus liber, & illam omnium penè poſtremi Euthymius & Nicephorus ſoli, quod ſciamus, legerunt, tum etiam, quia abſurda continet, utpote Chriſtum cœnam in domo Johannis Apoſtoli celebrâſſe, contra Evangeliſtarum fidem. Inſcribitur illa Epiſtola φῶς i. e. Lumen: Lambec. B. T. 3. p. 52.

b) §. 9. *Sp.* §. 6. (*c*) §. 11. *ſeq.* (*d*) *Bar. an.* 39. §. 18.

Ann.72.

JESU CHRISTI *Annus* 72.
VESPASIANI *Imperatoris Annus* 1.

Excidium Hieroſ. §. 1.) Lini an. 3. Coſſ. Veſpaſianus & Titus Veſpaſianus. Veſpaſianus filium ſuum ad Hieroſolymas obſidendas mittit, quas eodem anno & occupat, & una cum gente vaſtat ac delet. De exciſione hac quoniam intactum nihil reliquerunt & veteres & recentes, non eſt ut fuſè illud proſequamur. Rectè hìc obſervant docti, Templum Hieroſ. nunquam eſſe re ædificandum: id enim Chriſtus docet Matth. 23. 38. c. 24. 2. Luc. 19. 44. & inſinuat Daniel c. 4. 27. ita ut Antichriſtus in eo, ceu æternæ deſolationi addicto, ſedere non poſſit. Hinc Galatinus (*a*) variis ex traditione Judaica deſumtis

a) *l.* 5. *de arcanis veritatis Cabal. c.* 10.

ſumtis argumentis probat, tertium non futurum Hieroſ. Templum; quod Ann. 72.
poſt illum & Villalpandum colligit etiam Cornelius à Lapide ex Jerem. 7. 4. Quare Templum Dei, in quo ſedet Antichriſtus, Eccleſia eſt. Confer Apoc. 6. 12--14. Templum Hieroſ. cum Levitico cultu ampliùs non reædificandum Baronius §. 28. luculentiſſimis rationibus probat, parùm memor eorum, quæ Bellarminus, ejúſque ſequaces ſomniant. Quamvis autem, quo tempore Paulus illud vaticinium præſcripſit, minus frequens eſſet nomen templi, pro Eccleſia, cùm nonniſi in privatis ædibus, vel etiam in cryptis haberentur ſynaxes; non tamen planè inſolens erat, vox iſta Chriſtianorum auribus hoc ſignificatu: vid. 2 Cor. 6. 16. Apoc. 3. 12. & 11. 1. Tum ita inſtituti erant primi illi Chriſtiani, ut Jeroſolymitani templi typo Chriſti Eccleſiam adumbrari minimè ignorarent. Non minùs in ſecundi hujus Templi deſtructione certiſſimum adventûs Meſſiæ teſtimonium habemus, quidpe ſub ſecundo Templo naſciturum, adeóque ſecundum hoc non quidem ſtructurâ, ſed gloriâ Meſſiæ prius longè ſuperaturum Hagg. 2. v. 7--10 prædictum. Somnium ergo, imò malitia Judæorum objicientium, Chriſtum non ſub ſecundo, ſed ſub tertio Templo natum, quia Herodes R. funditus ſecundum ſubverterit, tertium de novo extruxerit. Atqui Herodes non novum Templum ædificâſſe, ſed vetus ſeu ſecundum illud renovâſſe, ampliâſſe & emendaſſe ab ipſis etiam Judæis hactenus perhibitus: vid. Joſeph. Ant. l. 15. c. 14. Unde apud Haggæum Templum iſthoc הָאַחֲרוֹן ultimum vocatur. Tradunt quidem Rabbini tertium aliquod Templum futurum, diebus ſcil. Meſſiæ, unde ita docent היכל שלישי יעמוד עד עולם *Tertium Templum permanebit in æternum*: quare illud ſpirituale eſt, ſicut Ezechielis & Johannis in Apocalypſi. Prolixè de his Conſtant. Lempereur in Codice Middoth præfat. Atque hinc omnino factum, ut Juliani conatus irriti divinitus facti, quando Judæi hujus conceſſione Templum Hieroſ. de novo extruere tentârunt: de quo Bar. ad an. 363.

§. 2.) De excidio Hieroſ. non tantùm Joſephum antiquitatum auctorem, ſed & alterum Joſephum Ben Gorion, qui aliâs Joſippus Gorionis, prioris Joſephi coætaneum ſcripſiſſe ferunt. Unum eundémque utriuſque ſcripti auctorem Munſterus præfat. in Joſephum Baſil. 1541. impreſſum facit: at rectè negant alii, quos inter Baronius §. 27. Ribera comment. in Obad. num. 110. Poſſevinus in appar. ſacro verbo Hegeſippus: Maldon. comment. in Matth. Cumprimis Joh. Reynold in prælect. de Apocr. Scalig. in Elench. Trihær. Serarii cap. 4. & 5. Ita ut malè Romanenſes eum teſtem in rebus ſuis nonnunquam adducant. (*b*) Pulchrè de hoc Alſtedius (*c*) Joſephum Judæum, qui res Judæorum pertexuit, Græcè habemus. Joſippus Gorionis, quem Judæi Hebraicè habent, à Rabbinis tempore Karoli M. conſutus, eſt oceanus fabularum Judaicarum. Cœterùm à prioris Templi deſolatione

Duo Ioſephi.

De priori vid. an. 96.

 annum

b) *Cocus p. 90. ſeq.* (*c*) *Chron. c. 47.*

Ann 72. annum eſſe 676. à condito templo ſecundo ſub Dario an. 589. complet. 590. inchoatum notant. Cauſam tantorum motuum Oroſius l.7.c.9. aperit: quibuſdam inquit, in Carmelo monte ſeducti (Judæi) ſortibus, quæ portenderent exortos à Judæa duces rerum potituros, prædictúmque ad ſe trahentes in rebellionem exarſerunt. Extinctíſque Romanis præſidiis, legatum quoque Syriæ ſuppetias ferentem, raptâ aquilâ & cæſis copiis fugaverunt. Hinc ergo Veſpaſianus à Nerone miſſus Titum filium ſuum inter legatos habuit. Multis autem in Judæa oppidis captis, Judæos in urbem Hieroſolymam, præcipuè ob diem feſtum congregatos, obſidione clauſit: confer Exod. 34.24.

Veſpaſianus fit Imp.

Sublato interea Neroni Veſpaſianus ſucceſſit, qui proinde Romam profectus obſidionem Tito F. reliquit. Fame & gladio periiſſe dicunt 1100000. & 100000. divendita. Atque adeò politiam Judaicam planè deſiiſſe, ſceptrúmque penitus ablatum Joſeph. l.7. de bello Jud. cap. 26. al. 27. teſtatur: *Eodem*, inquit, *tempore Cæſar ad Liberium Maximum (*procuratorem*) ſcripſit, ut omnem terram venderet Judæorum: nec enim civitatem in ea condidit, proprium ſervans ſibi eorum agrum. Solis autem DCCC. militibus illic relictis locum dedit, quem incolerent, qui vocatur Ammaus: diſtat autem Hieroſolymis XXX. ſtadiis. Stipendium verò, ubicunque degerent, Judæis indixit, binasque drachmas ſingulis annis deferre in Capitolium juſſit, ita ut antehac Hieroſolymorum templo penderant.* Sic Domitianum omnem ſtirpem Davidis reliquam interfeciſſe Euſeb. hiſt. l.3.c.19. ait. Vult Torniellus pro obtinendis ſpoliis Hieroſ. ablatam inter alia Arcam fœderis, at negamus illam in Templo ſecundo adhuc extitiſſe. Certè libri Macchabæorum, ubi deſcribunt Templi ſecundi utenſilia, nominant quidem altare obauratum, candelabrum, menſam propoſitionis: 1. Macchab. 1.23. ſed de Arca nihil memorant. Conf. Joſ. l.6. de bello Jud. c.6. (*d*)

d) Kipping. polit. l.2 c.10.§.3.

Ann. 73.

JESU CHRISTI *Annus* 73.

VESPASIANI *Imp. Annus* 2.

Varia Judæorum mala.

Lini an.4. Coſſ. Veſpaſianus Aug. ſecundò, & M. Coccejus Nerva. Romæ de Judæis ab utroque Veſpaſiano triumphatum, Janus VI. clauſus, in Davidis poſteros diligenter inquiſitum, ſimul quoque in Ægypto in Judæos rebellantes ſævitum, ac Oniæ Templum Imperatoris mandato deletum, vel certè clauſum fuit. Quidpe Onias, filius Oniæ, Summi Pontificis, qui interfectus fuerat, cùm videret ſe excludi à Sacerdotio, in Ægyptum ad Ptolomæum fugit, ubi pòſt impetravit in præfectura Heliopolitana, ut Templum, ad imitationem Hieroſolymitani, ædificaret: ibi itaque extructo Templo, juge

jugeſacrificium inſtituit, & ſacerdotum familias ad obeunda ſacrificia, & alia miniſteria templi diſtribuit: Joſ. l. 13. c. 4. factum circa an. 150. ante natum Chriſtum. Ne verò vel umbra alicujus prætextûs ſupereſſet Judæis, etiam hoc inacceſſum fieri Templum Deus juſſit. In memoriam captæ urbis percuſſi multi nummi, in quibus Judææ captivæ typus, humi deſidentis ad trophæum, cum inſcriptione JUDÆA CAPTA. Hoc ipſo anno Pater & Filius magnâ gloriâ triumphârunt Cal. Jul. de quo Bar. Memorabile quod ſcribit Philoſtratus de vita Apollonii, cùm Titum ob victoriam Judaicam finitimæ gentes coronare vellent, reſtitiſſe; non enim ſe eſſe tantorum operum auctorem, ſed DEUM Judæis iratum. Ann. 73.

JESU CHRISTI *Annus* 74. Ann. 74.

VESPASIANI *Imp. Annus* 3.

§. 1.) Lini an. 5. Coſſ. Veſpaſianus Aug. tertiùm, & Tit. Veſpaſianus Cæſ. ſecundùm. Hos ad an. 72. Calviſius ita ponit: Imp. Veſpaſ. IV. & Tit. Veſpaſ. II. Plures ex Judaiſmo ſectas apud Chriſtianos ortas Annaliſta hoc anno monet. *Sectæ variæ.*

De Nazaræis ſuprà ad an. 35. §. 9. & 51. §. 4. Legem & Prophetas recipiunt, juſtificationem Legis operibus tribuunt: Crines nutrientes omnem virtutem juſtitiæ in eo putant conſiſtere. *Nazaræi.*

Ebionitæ ab Ebione: Ebion autem i. q. pauper, H. אביון, non abſque omine, ſicut hodie Mendicantes Monachi, aut paupertatem voluntariam prætendentes. Pſeudoclemens ſuo tempore exortos dicit: (*a*) poſt Hieroſ. excidium id explicat Baronius §. 6. Ebion eadem quæ præceptor Cerinthus docuit, præterea ſolo Evangelio Matthæi uſus, Paulúmq; Apoſtolum, tanquam Apoſtatam Legis rejecit. Chriſtum ex viro & muliere purum hominem natũ aſſeruit, contra quem Johañes Evangelium ſuum ſcripſit, ut refert Epiph. hær. 51. contra Alog. & Hier. in catal. de Johanne. Hueto in Orig. T. 2. p. 74. duplices ſunt Ebionitæ 1. Chriſtum ex Maria & Joſepho genitum. 2. Conceptum quidem ex Spiritu S. minimè tamen eſſe æternum, ſive ab æterno nullo modo extitiſſe. Contra hanc hæreſin ſcripſit dictus Epiphanius hær. 30. Iren. l. 1. c. 26. Aug. c. 10. Forbeſ. Inſtr. l. 1. c. 2. §. 3. Præter opum contemptum à carnibus ſe abſtinuerunt. Notantur inſuper ab Epiphanio quòd utranque S. Cœnæ materiam perverterint, ſeu quòd adhibuerint panem azymum & ſolam aquam. (*b*) Ebionem multa ſuppoſuiſſe ſcripta dicit Bar. præf. *Ebionitæ.*

Ooo 3 in

a) Conſtit. l. 6. c. 6. (b) vid. Bonam l. 1. c. 23. §. 5.

Ann 74. in Martyrol. c. 2. utpote Acta Apoſtolorum, Pauli Acta ſeu Circuitus, Circuitus Petri. *(c)*

Menandriani. *Menandriani* à Menandro, diſcipulo & ſucceſſore Simonis Magi, genere ut ille Samaritanus. Ab Angelis factum mundum voluit: Angelos magica arte vinci poſſe. Chriſtum verum eſſe hominem negavit, ſe autem mundi Salvatorem deſtinatum aſſeruit, ex olympo ad hominum ſalutem demiſſum. De hoc Ignat. Ep. ad Trall. *Fugite Menandrum, & totam collectionem malignitatis ejus.* Hunc ſectati inter alios Baſilides & Saturninus.

Martialis ob. t. vid. an. 44 § 37. 41 42 & an. 46. § 4. §. 2.) Hoc anno ſublatum *Martialem* Gallorum Apoſtolum perhibet Bar. *(d)* Ei datum à Petro baculum volunt, cujus vi mortuum ſuſcitârit: itemque primum in univerſa Gallia dicâſſe Templum in honorem B. Stephani Protomartyris, dirutis quæ eò loci pridem Gentilitas coluerat ſimulachris: parvam hodie Eccleſiam Burdigalæ id eſſe templum volunt, atq; ibid. etiam in Eccleſia S. Severini illum Petri baculum oſtentant, quem tamen Innoc. III. aliis adſcribit, dum ait, *Romanum Pontificem virga paſtorali non uti, eò quòd Petrus Apoſtolus baculum ſuum miſiſſet Euchario primo Epiſcopo Treverorum, quem unà cum Valerio & Materno ad prædicandum Evangelium genti Teutonicæ deſtinâſſet: (e) cui ſucceſſit Maternus, qui per baculum S. Petri de morte fuerat ſuſcitatus, quem baculum uſque hodie* (inquit Innocentius) *magna veneratione Treverenſis ſervat Eccleſia.* Ad hæc verò notæ Spondani, vel editoris: *Gaudeat utraque Eccleſia ſua traditione, quam non eſt dubitandum, pium aliquod habere fundamentum, etſi non uſq; quaque notum.* Ita ſanè ars deluditur arte, & patrocinium, mendaciis quæritur. At quid Colonienſes ad hæc, quos eundem ſibi tribuere baculum audio? Qua verò intentione ipſi Papam paſtorali virga privent, ipſi viderint.

Maternus. De Materno Hoſpin. ad 18. Julii: unum ex LXX. diſcipulis faciunt & primum Leodienſium Epiſcopum Gall Chriſt. T. 2. p. 639. ſecundus habetur loci Epiſcopus S. Navitus. 3. S. Marcellus. 4 Metropolus. 5. Severinus. 6. Florentius. 7. Martinus &c. abſque tamen fide dignis inſtrumentis, ſineque chroniſmo ad decimum uſque h. e. annum ferè 346. quô S. Servatium adſcribunt. Rupertus offic. l. 1. c. 27. refert Treveris ſervari pallium S. Materni, quem Petrus Apoſtolus, Epiſcopum ordinârit. Unde Caſalius uſum Pallii à primordiis Eccleſiæ obſervatum fuiſſe *(f)* contendit. At Eucherium primum faciunt Trever. Epiſcopum, de quo Greg. Turon. Videtur autem obſcura inquit Gallia Chriſt. T. 1. 715. vel parva omninò in diptychis fieri mentio Epiſcoporum Trevirenſium.

§. 3.) De Martiali Gallia Chriſt. T. 2. p. 630. Unus ex diſcipulis Chriſti opinione vulgari creditur, in elenchis & martyrologiis Eccleſiæ Lemovic. quod etiam contendit Baronius: at Greg. Tur. l. 1. c. 28. teſtatur miſſum fuiſſe in Gallias ſub Decio, quod aliqui magis veritati conſentaneum exiſtimant.

(c) Conf. Bar. an. 41. § 10. & 44. §. 42. & 51. § 52. 53. & 102. §. 21. ſeq. (d) §. 15. Spond. §. 7. (e) vid. an 44. 39. (f) c. 35 p. 159.

mant. De hoc ſpeciatim Cordeſius ſcripſit, quod Franc. Boſquetus Latinè vertit. vid. diſſert. de Martiali apud Boſquet. part. 2. hiſt. Gall. Eccl. ubi autorem fabulæ in ſcenam producit, Abbatem quendam Lemovicenſem, qui vixerit circa an. 1024. & cum toto ſuorum Monachorum grege talia obtrudere cœperit. Huic quidem rei, inquit ille, ſano judicio & conſtanti animo Galli primùm Epiſcopi reſtitêre. At ubi, ſic pergit, Eccleſiæ Gallicanæ parentibus, ſanctiſſimis fidei præconibus, detractis his ſpoliis injuriam fieri mentibus ingenuis & probis perſuaſum eſt: paulatim error communi conſenſu conſurgere, tandem antiquitate ſua contra veritatem præſcribere (cœpit.) His ſubjicit Uſſerius (*g*) Hæc in primi Eccleſiæ Gallicanæ hiſtoriarum libri editione prima (ſecunda enim tantam παρέγνοιαν ferre non potuit) Boſquelus. (*h*) Secundus Lemovic. Epiſcopus Aurelianus recenſetur, ſine tamen anno: tertius Emitius: quartus Atticus, ad an. 301. Ut autem futilia, quæ de Martiali Legendæ referunt, ita ejuſdem farinæ, quando apud Lipomannum & Surium Aurelianus invocat Martialem his verbis: *Adſit nobis ille de cœleſtibus, ut orationibus ejus muniti, mereamur hæreditatis æternæ participes aſciſci in regnum Dei.*

Ann. 74. vid. au. 46. §. 4.

§. 4.) Nec melioris commatis binæ Martialis Epiſtolæ, falsò etiam Polycarpo tributæ: harum una ad Burdegalenſes eſt, altera ad Tholoſanos. Eas videbis in Biblioth. Patrum edit. Baſil. præf. p. 12. & in opere p. 7. ſeqq. In edit. Pariſ. ind. p. 68. f. Neque placent quibuſd. Pontiff. tanquam pretioſa quædam κειμήλια primæ antiquitatis; uti Caſalio c. 81. p. 331. eas reſpuit Bellarminus de Script. Eccl. variis argumentis, quòd in iis citetur S. Scriptura juxta verſionem Hieronymi: quòd earum ſcriptor mentiatur, ſe vixiſſe tempore Chriſti, ſéque dicat adfuiſſe cæteris diſcipulis, cùm Judas oſculo Dominum prodidit, licèt hiſtoria vangelica ſolos Apoſtolos Chriſto adfuiſſe in ultima cœna luculenter teſtetur. Item dicit neſcio quem Stephanum Regem Galliæ à ſe baptizatum, & conſequenter templa idolorum ſubverſa, & Eccleſias ædificatas &c. Ait inſuper, cùm altaria dæmonum deſtruerentur, aram ignoti Dei reſervatam, & dedicatam in nomine Dei & Stephani. Valeriam ſponſam Regis, prædicatione Martialis motam, voviſſe virginitatem mentis & corporis, & ideo decollatam: ſic Tholoſanus princeps eadem virtute copulam carnalium nuptiarum devitâſſe fertur &c. utut verò aliqui ex Romanenſibus tum ipſum Martialem, tum Epiſtolas illius extollant, præter noſtros tamen, utpote Rivetum, Cocum &c. etiam defæcatiores Latini ab his abeunt. Sic ipſe ſe Baronius manifeſtè prodit, quando ad 30. Junii Martyrologii ait: *De duabus Martialis Epiſtolis, nuper inventis, egimus in annalibus.* Et tamen in annalibus §. 15. hoc nonniſi de illo habet: *Leguntur Martialis*

Martialis Epiſtolæ.

g) Præfat. in Antiq. Brit. (h) Confer Dallæ. de Patr. p. 31. ubi quoque Launojum diſcuſſ. reſp. c. 3. p. 39. & c. 5. 3, 2. adducit.

Ann 74. *tialis nomine duæ ſcripta Epiſtolæ, quarum altera eſt ad Burdegal. altera verò ad Lemovic. & Tholoſanos conſcripta. Sed de his aliàs.* At ubi? mi Baroni!

§. 5.) De vita Martialis nihil habet Bellarminus l. de Script. Eccl. At conſimili fraude & impoſtura ab Aureliano Lemovic. Epiſcopo, olim beneficio Martialis a Mortuis excitato, deſcripta quam hoc anno Bar. §. 15. allegat, quæ tamen hiſtoria tum in calculo, tum in rebus ipſis mendaciſſima, ſicut Joh. Heſſels de Lovanio inſignis Theologiæ publicus profeſſor in cenſura de quibuſdam Sanctorum hiſtoriis c. 6. menſe Junio ad finem Martyrologii Uſuardi editi per Molanum: 1568. liberè fatetur. (i) Inde tamen quoſdam Pontificios objectare nobis non pudet, Principem Lemovicenſium, nudis pedibus ac cilicio indutum proſtraviſſe ſe ad pedes Apoſtolorum, ut & alios ſpiritu maligno obſeſſos &c. (k) ad quæ copiosè Blondellus de prim. à p. 1144. ubi inter alia hanc citandi & agendi rationem certum malæ cauſæ indicium jure explicat. Idem tractatu de Epiſcopis, de plebis jure veteri in electionibus Clericorum agens hæc ex Auſonii vita habet: *Anno circiter 270. videns non eſſe bonum fideles Ecoliſmenſes ſine paſtore manere, ad inſtantiam eorum B. Auſonium eis præfeciſſe Epiſcopum, eique commendatâ Chriſti Eccleſiâ in propria reverſus dicitur Martialis Lemovicenſis.* Num ergo Martialis Apoſtolorum tempore vixit? Eidem Martiali feſtum decernitur anno demum 1343. de quo ib. §. 26.

i) Confer Cocum à p. 107. (k) vid. Arnd. ant. p. 566.

Ann 75.

JESU CHRISTI *Annus* 75.
VESPASIANI *Imp. Annus* 4.

§. 1.) Lini an. 6. Coſſ. dubii ſunt hoc anno. Baronio Veſpaſ. Aug. IV. & Valerius Meſſalinus. De quibus Calviſius ad an. 73. Fl. Domitianus Cæſar II. & M. Valerius Meſſalinus. *Apollinarem* Antiochenum, qui priùs à Petro Ravennam Apoſtolus perhibetur miſſus, uti ſuprà ad an. 44. §. 36. & 39. notatum, hoc anno ab Ethnicis interfectum dicit Baronius. (a) Ejus memoria ad 23. Julii celebris: de quo inpr. Ado. Miſſus Ravennam, ſecundùm Bar. anno 46. deletus juxta Ughellum (b) anno 74. Secundum Epiſc. facit S. Aderitium, jugulatum anno 100. Tertius ipſi eſt S. Eleocadius, ac XII. annis illam rexiſſe Eccleſiam ait. Quartus S. Martianus, ad an. 127. *vid. an. 140.*

Eleucadius Platonicus Philoſophus ab Apollinari converſus (c) Ravennatenſis Epiſcopus & Confeſſor: 14. Febr. ejus extat memoria.

Ughellus (d) *Narnum* primum Bergomenſem Epiſc. à Barnaba ordinatum hoc anno ſuccubuiſſe dicit d. 27. Aug. Huic ſucceſſorem dat S. Viatorem de-

a) §. 5 Spond. §. 3. (b) Italiæ S. T. 2. p. 327. (c) Bar. §. 5. (d) Italiæ S. T. 4. p. 587.

defunctum anno 78. d. 14. Dec. de tertio autem non convenit. At omnia ſi- Ann. 75.
ne tabulis.

Idem Ughellus (e) *S. Martianum* primum ponit Derthonenſem Epiſcopum, qui adminiſtrârit Eccleſiam plus minus annis 45. Secundum dat nobis S. Aribertum ad an. 128. qui ſederit an. 25. mortuus d. 5. Maii.

§. 2.) Dum autem Baronius (*f*) docet, Philoſophos Gentiles, ad Apoſtolorum, virorúmque Apoſtolicorum imitationem, orbem terrarum obiiſſe, ut adverſus invaleſcentem Chriſtianiſmum Ethnicas ſuperſtitiones aſſererent: id cum κακοζηλίᾳ, quâ maleferiati aguntur, Jeſuitarum, cœterorúmque Pontificorum Emiſſariorum rectè conferimus: vide Matth. 23. 15.

e) ib. p. 849. (f) §. 6.

JESU CHRISTI *Annus* 76. Ann. 76.
VESPASIANI *Imp. Annus* 5.

Lini an 7. Coſſ. Veſp. Aug. V. Titus Cæſ. III.

JESU CHRISTI *Annus* 77. Ann. 77.
VESPAS. *Imp. Annus* 6.

Lini an. 8. Coſſ. Veſpaſ. VI. Titus IV.

JESU CHRISTI *Annus* 78. Ann. 78.
VESPAS. *Imp. Annus* 7.

Lini an. 9. Coſſ. Veſpaſ. VII. Titus V.

JESU CHRISTI *Annus* 79. Ann. 79.
VESPAS. *Annus* 8.

Lini an. 10. Coſſ. Veſpaſ. IIX. & Domitianus I.

JESU CHRISTI *Annus* 80. Ann. 80.
VESPASIANI *Imp. Annus* 11.

§. 1.) Lini an. 11. Coſſ. Commodus & Priſcus. Hos Calviſius ad an. 78. ita reddit: L. Cejonius Commodus Verus, & C. Cornelius Priſcus. Circa

Ann 80. ſucceſſores primos Romanæ Sedis, quàm intolerabilis & intricata ratio ſit, ſuprà ad an. 69. vidimus: ita non minùs de martyrio Lini, & ſedis tempore fatetur Baronius (a) diverſa à diverſis ſcribi, nec quicquam certi haberi, quod omni ex parte ſubſiſtat. Et talia tamen pro compertiſſimis venditare non verentur. Fuit autem Linus natione Tuſcus Volaterranus, filius Herculeani. Ejus natalis d. 23. Sept. celebratur, ad quem diem Breviarium Rom. lectione quarta ſic refert: *Huic Pontifici caput amputatum eſt ob conſtantiam Chriſtianæ fidei, juſſu Saturnini impii & ingratiſſimi conſulis, cujus filiam à Dæmonum vexatione liberaverat.* Ideo anno Chriſti 81. artis magicæ etiam accuſatum Nauclerus dicit. Sediſſe vult Staravolſcius an. 11. m. 3. quibus Carranza ex Pontificali addit d. 12. Platina hoc loco diſcordantes ſententias non diffitetur. Non ſub Veſpaſiano, ſed evoluto anno Titi ſecundo paſſum eſſe Euſebius vult. Sepultus fertur juxta corpus B. Petri in Vaticano 9. Cal. Oct. At quod de Petri & Pauli ſepultura nuper diximus, huc meritò quoque applicamus. Appoſitè hoc loco Blondellus: (b) *Fuêre autem (quandiu Romana res ſub Gentilibus ſtetit) extra urbes cœmiteria omnia, verbi gratiâ, trans Tiberim in Vaticano monte, ubi Petri, Lini, aliorúmque reliquiæ jacuiſſe creduntur; Alexandri ad Nymphas &c.* Confer Hoſpin. de Templ. p. 452. m. ex Agrippin. Synodo.

Lini mors.

§. 2.) Linus ordinationes duas feciſſe fingitur, quibus creârit Epiſcopos XV. presbyteros XIIX. Sed ubi Diaconi? Non obmittendum hoc loco, quod Spondanus §. 3. ex Baronii anno 154. §. 2. occaſione Lini, & ſubſequentium Epiſcoporum Rom. annotat, ab illis ordinatos non ſolùm, qui Eccleſiæ Rom. uſui eſſent, ſed etiam Epiſcopos, qui in diverſas orbis provincias mitterentur: unde illud axioma deducit: *Ex his*, inquit, *ſatis perſpicuum redditur, fuiſſe muneris Rom. Pontificum, non ſolùm urbis, ſed & orbis totius Eccleſiæ conſulere.* Reſp. At tum temporis Epiſcopi iidem qui presbyteri. 2. Et Apoſtoli, & Apoſtolici viri aliò ad prædicandum miſêre, & quidem Apoſtolicâ h. e. ſuprema auctoritate. 3. In Eccleſiis conſtitutis ſingulis, Miniſtri per χειροτονίαν electi. 4. Stolidum eſt, & extra omnem hiſtoriam, dicere in toto terrarum orbe intra XI. annos non plures electos Epiſcopos & presbyteros; imò hoc ipſo probamus, Univerſalem non fuiſſe Epiſcopum Rom. ſed Romæ in vicinitate proxima dictum numerum fuiſſe ordinatum. 5. Damaſi Pontificale, aliáque conſimilia furfura ementita, nullam penitus fidem merentur. Circiter 57. vel 58. Epiſtolæ Decretales attribuuntur Epiſcopis Rom. trium priorum ſeculorum, omnes ſub certis conſulibus datæ, quarum tamen tempus, exceptis 5. aut. 6. penitus non congruit, vel quia ejuſmodi conſules in rerum natura non fuerunt, vel quia alio tempore eam dignitatem adminiſtrârunt: unde Bar. ad an. 69. §. 35.-38. & hoc anno §. 3. dicit, Collectorem ſeu conſarcinatorem harum Epiſtolarum Pontificale Da-

maſi

(a) §. 1. (b) de Epiſc. p. 245.

maſi ſecutum, quod quidem erroribus ejuſmodi hiſtoricis ſcatet. De Pontificali autem iſthoc ſuo loco videbis. Num verò Collectoris eſt, nomine auctorum ejuſmodi ſcripta ſigillis talibus munire? Adde quòd ſeriùs iſtud Pontificale lucem vidit. Neque ſolùm in externis iſtis malam fidem Decretales produnt, ſed in rebus etiam ipſis, quas tractant. Ann. 80.

§. 3.) Eidem Lino decretum aſſignant, *Ne qua Mulier, niſi velato capite, Eccleſiam introëat, ídque ex præcepto Petri*. Reſp. Vetuſtior hæc lex, quàm ut ulli Apoſtolo adſcribi debeat, quòd ſi cui ex Apoſtolis tribuenda, non Petro, multò minus Lino, ſed Paulo 1. Cor. 11. 5. & 9. adſcribenda foret. Alii hanc conſtitutionem reddunt: *Vetuit, ne mulieres ingrederentur Templum, abſque velamine linteo.* At ubi tunc Chriſtianorum Templa? nî per Eccleſiam aut templum quemvis congregationis locum intelligere malis. Nec quidquam Paulus de velamine linteo, ſed de velando capite. Quærat meritò quis, num Linus XI. annorum ſpatio, temporibus tam duris & acerbis, Sede ſua dignam conſtitutionem fecerit, & quidem nonniſi unam, de velando mulierum capite.

De reliquis ſcriptis Lino affictis Bar. §. 4. Ei tribuitur hiſtoria de altercatione Petri cum Simone Mago, ſed nunc deperdita. Acta verò paſſionis Petri & Pauli multis eſſe referta erroribus ſuperiùs eſt comprobatum. At ſi Linus, juxta plurium ſententiam, ante Petrum occubuit, de Petri exitu ſcribere non potuit. Sed bene eſt, quòd illa altercatio ampliùs in rerum natura non exiſtat, neque enim unquam extitit. Libellus de paſſione utriuſque Apoſtoli Agrippam urbis præfectum habet: at id nominis fuiſſe urbis præfecto tum temporis, nullo conſtare poteſt argumento. Eum Baronius & Bellarminus rejiciunt meritò. Et ſanè quod refert Pſeudo-Linus, uxorem Albini caſtitatis ſtudio repudiaſſe ſui viri thorum ipſo invito, reclamante Petri & Pauli doctrinâ, eſt longè alienum à vero. Idem narrat Neronem ægrè tuliſſe Petri martyrium, ideo etiam Tomo VII. Biblioth. Patr. hi duo libelli ψευδεπίγραφοι dicuntur. Vide ejuſdem ind. p. 66. Et ſuprà ad an. 69. §. 4.

§. 4.) Lino Cletus Romanus, patre Æmiliano, ſucceſſit, anno 77. juxta Pontificale: de quo tamen pluribus ad an. 69. actum? Hujus Cleti neque Irenæus, neque Hieron. neque Optatus Milevit. neque Marianus meminerunt, ac inſuper Damaſi narratio implicata eſt tota. *Cletus ſuccedit Lino.*

Ann.81. JESU CHRISTI *Annus* 81.

VESPASIANI *Imperatoris Annus* 10.

Veſpaſiano Titus in Imperio ſuccedit. Cleti an.1.Coſſ. Veſpaſ.IX. & Titus VII. Imperator hoc anno ventris profluvio, anno ferè 70. extinctus, cujus virtutes alii plerique deſcripsère: ei Titus filius, qui & Veſpaſianus dictus, non minùs ſapiens, juſtus & imperio utilis, cumpr. humanus & beneficus ſucceſſit.

Eodem anno monſtroſa flammarum eruptio accidit ex Veſuvio, de qua Suetonius & Dio in Tito: item Plinius Junior in Epiſt. ad Tac.

Ann.82. JESU CHRISTI *Annus* 82.

TITI *Imperatoris Annus* 1.

§.1.) Cletian.2. Coſſ. Titus Aug.IIX. & Domitianus Cæſar VII. Ut Veſuvius mons ſuperiore anno exarſit, atque ingentia damna intulit, ita hoc anno tridui incendium Romæ, Jovis Capitolini Templum, Pantheon, aliáque innumera quà publica, quà privata abſumpſit ædificia, ut Dio & Suet. in Tito habent, unde tam Gentiles, quàm Chriſtiani mundi finem, ſeu conflagrationem adeſſe exiſtimârunt. *Incendium Romæ.*

Britannia. §.2.) Britanniam jam à ſe perdomitam relinquens Agricola, ut habet in vita illius Tacitus, ſucceſſori ſuo provinciam quietam tutámque tradidit: quam tamen ſtatim miſſam, ſive amiſſam fuiſſe, idem in hiſtoriarum ſuarum exordio narrat. Domitiani utique ignavia: cujus tempore dominatum in Britannia tenuit Arviragus. (*a*) Arviragum hunc Tegenum quoque dictum volunt, Tacito Praſutagus Icenorum Rex: de quo Spelman. (*b*) & Geſnerus (*c*) ubi ſcripſiſſe fertur ſuper Genniſſæ connubio lib.1. Epiſtolas multas ad proceres, ad Regem Caratacum epiſtolas plures doctiſſimas: quem claruiſſe ſtatuit anno 74.

a) Uſſer. antiq. Br. p. 1074. *&* 583. *conſ. p.*1024.1042. *&* 584. (*b*) *de Conc. p.* 36. (*c*) *in Bibl. p.* 19.

Ann.83. JESU CHRISTI *Annus* 83.

TITI *Imp. Annus* 2.

Titi mors. Succedit Domit. Cleti an.3.Coſſ. Flavius & Pollio, Flavii tamen loco alii Sextum Annium Silvanum habent. Titus amor & deliciæ humani generis, non ſine ſuſpicione veneni, à Domitiano ejus Germano & ſucceſſore porrecti, obiit:

d.13.

d.13.Sept. æt.42. imperii an.2.m.2.d.20. Græci nonnulli volunt, ſpirantem adhuc Titum à fratre in arcam ligneam nivis plenam, per cauſam faciendæ medicinæ, conjectum ibíque extinctum. Judæi muſcam in ejus cerebrum ingreſſam perhibent, unde contabuerit. De adoleſcentiæ vita variant ſcriptores. Illum Judæi tam vetuſtiores, quàm recentiores Idumæum, impium, filium impii, nepotem Eſavi faciunt. (Rupert. hiſt. Univ. in nomine.) Ann.83.

JESU CHRISTI *Annus* 84. Ann.84.

DOMITIANI *Imperatoris Annus* 1.

Cleti an.4. Coſſ. Domit. IIX. & Flavius Sabinus. Romæ Joſephus hiſtoricus Veſpaſiani, Titi atque Domitiani officia atque beneficia eſt expertus, eáque commoditate uſus ad hiſtoriam ſcribendam ſe accinxit. (*a*)

a) Confer Buchholz. ad an.95.

JESU CHRISTI *Annus* 85. Ann.85.

DOMITIANI *Imp. Annus* 2.

Cleti an.5. Coſſ. Domitianus Aug. IX. & Virginius Rufus. Hoc tempore Imperator humanitatem exuere, etiam in cives, cumprimis quoque in Philoſophos debacchari occœpit.

JESU CHRISTI *Annus* 86. Ann.86.

DOMITIANI *Imp. Annus* 3.

Cleti an.6. Coſſ. Domitianus X. & Junius Sabinus.

JESU CHRISTI *Annus* 87. Ann.87.

DOMITIANI *Imp. Annus* 4.

§.1.) Cleti an.7. Coſſ. Domitianus Aug. XI. & Aurelius Fulvius. Ad hunc an. Euſeb. (*a*) quarto anno Domitiani, Anianus, qui primus (poſt Marcum) Eccleſiæ Alexand. præfuit, cùm annos 22. in eo munere compleviſſet, exiit *Anianus moritur.*

a) In Chron. item hiſt. l.3.c.12.

Ann.87. exiit è vita: in cujus locum ſuffectus eſt Abilius. De eodem Eutychius Patriarcha Alex. (*b*) ubi Anianus vocatur Ananias: & Abilius Philetius, quem 13. annos ſediſſe, atque anno 98. mortuum docet: (*c*) Hunc Abilium Bucholzerus ad an.86. collocat: at Anianum ad 85. Calviſius. Ejus memoria in Martyrol. Rom. ad 25. Apr. celebris. Vide Hier. de Script. Eccleſ. in Marco. Euſeb.l.2.c.23. Niceph. hiſt.l.3.c.2. Alius fuit Anianus Aurel. Epiſc. iterum alius Meldenſis. Appoſitè monet heic Blondel. (*d*) *Cùm in manu exaratis Codd. ß. & μ. eadem ferè figurâ pingere mos fuerit, ex ἀβιλίῳ Melium Latinus Legendarius fecit: quem Conſtitutionum ſuppoſitor lib.7.c.47. non à Marco, ſed à Luca ordinatum finxit.*

De Epiſcopatu hujus Eccleſiæ, ut & presbyterio jam antè an.45.§.24. & an.64.§.2. actum. De eodem negocio modò laudatus Blondellus l. cit. in Anonymum vitæ Marci ſcriptorem, ex cujus lacunis Simeon Metaphraſtes ſua quoque imbibit, prolixè & meritò invehitur, docétque malè Epiſcopum à presbyteris diſtingui, quia longè pòſt Epiſcopatus à presbyteratu diſtinctus fuerit, neque eligebantur initio Epiſcopi, ſed ſenioribus h. e. priùs, ſeu ante alios vocatis & ordinatis præſidendi honos deferebatur: cætera æquales omnes Eccleſiæ Miniſtri erant.

b) p.335. (c) p.344 (d) tr. de Epiſc. præf. p.19.

Ann.88.

JESU CHRISTI *Annus* 88.
DOMITIANI *Imp. Annus* 5.

Agones Capitolini. Cleti an. 8. Coſſ. Domitianus Aug. XII. & Corn. Dolabella Imperator Agones Capitolinos, & ſupputationem juxta illos inſtituit, ubi inſtar Olympiadum, Agon unuſquiſque quadriennium complexus. Meminerunt Suetonius, Clem. Alex. Cenſorinus, & antiqua Domitiani numiſmata. In hunc ipſum ergo finem Imperator Capitolium, quod Imperante Tito, combuſtum erat, inſtauravit atque inauravit, inſumtis duodecim talentorum millibus, ferè XII. millionibus. Attamen ædes Domitiani fuiſſe multò ſplendidiores Plut. in popl. ait. Interea hoc & ſeqq. annis eò veſaniæ procedit, ut Deum & Dominum ſe vocari, & ubique ſcribi voluerit, atque Deæ Virginis Palladis filium haberi. (*a*) Eutropius, Jornandes & Caſſiodorus volunt Domitianum primum divinos ſibi honores aſciviſſe. At Auguſtum ejuſmodi honoribus affectum Kortholt (*b*) ſcribit. Secuti C. Caligula, Vitellius, alii. Item Domitianus graviter in ſuos Romanos, in Senatores etiam ſævit: Euſeb.l.3.c.17. *Domitianus Deus vult coli.*

Circa hoc tempus Viatorem Epiſcopum & Confeſſorem Bergomenſem floruiſſe Baronius ad 15.Dec. Martyrologii refert.

JESU

a) vid. Martial. 8 libro: Stat. l.4. Otto Friſing. l.3.c.20. (b) de perſecut. p.161.

JESU CHRISTI *Annus* 89. Ann.89.

DOMITIANI *Imp. Annus* 6.

Cleti an.9.Coſſ.Domitianus Aug.XIII. & Voluſius Saturninus.

JESU CHRISTI *Annus* 90. Ann.90.

DOMITIANI *Imp. Annus* 7.

Cleti an. 10. Coſſ. Domitia. XIV. & Minutius Rufus.

JESU CHRITI *Annus* 91. Ann.91.

DOMITIANI *Imp. Annus* 8.

Cleti an. 11. Coſſ. Aurelius Fulvius & Sempronius Atracinus.

JESU CHRISTI *Annus* 92. Ann.92.

DOMITIANI *Imp. Annus* 9.

Secunda perſecutio. *Iohannes oleo ferventi immittitur.*

§.1.) Cleti an.12.Coſſ. Domitia. Aug.XV. & Nerva Coccejus II. Secunda perſecutio à Domitiano excitata, quâ Judæos primùm, eorùmque occaſione in Chriſtianos, multiplici crudelitate ſævitum in omnibus Imperii locis: hanc aliqui ad an.90. al. ad 91. al. ad 93. al. ad 96. ponunt: perinde tamen eſt, ſiquidem vel ejus exordium, quando nondum ad gladium, vel nondum in ſpecie ad Chriſtianos progreſſa eſt, vel vigor ipſius, vel remiſſio ſpectatur. (*a*) Hoc anno, juxta Bar. (Calviſio anno 90.) Johannes Evangeliſta, qui Aſianas Eccleſias Epheſi degens curabat, Romam ad Domitianum reus impietatis à Proconſule Aſiæ vinctus mittitur: ubi ſecundùm Tertullianum, Hier. Orig. in oleum igneum demerſus, ſalvus ex eo evaſit (vid. Hoſpin. & Martyrol. R. ad 6. Maji) nihilominus in Pathmum inſulam relegatur. De his geſtis mendaciſſimum ſcriptum Prochori nomine circumfertur. (*b*) Ergo Johannes non Epheſinus fuit Epiſcopus, propriè ſic dictus, ſed more cœterorum Apoſtolorum, aliarum quoque Eccleſiarum, adeóque generalis inſpector & doctor. Quare Eutychius (*c*) *fuit tum* (in perſecutione Domitiana) *in Neſo, qui, hoc audito, metuens Epheſum fugit.* Ergo Petrus, vel Linus, vel Cletus

a) vid. Kortholt à p.44. Lipſtorp. in Monarch. Pap. c.4. à p.25. (b) vid. Bellar. de Script. Eccl. p.36. & Gerh. à p.8. Lambec. T.4. p.251. (c) p.347.

Ann.92. Cletus non omnes Eccleſias rexerunt: quin Timotheus à Paulo Epheſinus creatus Epiſcopus à Bar. ad an.97. §.3. dicitur.

Idem in Pathmum relegatur. §.2.) Johannes in Inſulam Pathmum, quæ una ex Sporadibus, ad effodienda metalla miſſus, ut Victorino atque Primaſio in Apoc. placet: ſine dubio ad Pietatem ejuſdem Inſulæ incolas inſtituit, unde divinam ſuam Apocalypſin ibi exaravit: cap.1.v.9. Tandem ſub Nerva Epheſum rediit, Eccleſiaſque reparavit. In eandem inſulam Timotheus quoque relegatus, ibique lapidibus obrutus fertur. At Epheſi, cùm Dianæ immolantes argueret, lapidatum Martyrol. ad 24. Jan. dicit. Annon verò eadem ratione Petrus æquè ac Johannes, ante vitæ finem Romam perduci, ibíque pati potuit? vel acceſſitne ſive Paulo, ſive Johanni quidquam, quod Romæ fuêre, ibíque veritati teſtimonium perhibuêre?

Ann.93.

JESU CHRISTI *Annus* 93.
DOMITIANI *Imp. Annus* 10.

Cleti mors. §.1.) Clementis annus 1. Coſſ. Ulpius Trajanus, & Acilius Glabrio. Cletus in Martyrol. R. d 26. Apr. martyrio coronatur, ubi ſecundus poſt Petrum rexiſſe Eccleſiam perhibetur. De illo ad an.67. fusè egimus. Liberaliter ad dictam diem Baronius: *Beda,* inquit, *hoc die de Anacleto* (agit:) *de Cleto autem 3. Non. Maji.* De utroque *ob nominis ſimilitudinem magnam tum apud Lat. tum apud Gr. factam confuſionem agnoſcit. S. Ignatius Ep. ad Mariam Caſſob. pro Cleto habet Anacletum. Id ipſum S. Irenæus feciſſe videtur adv. hær. l. 3. c. 3. Euſ. in Chron. & hiſt. l 3. c. 12. Niceph. hiſt. l. 3. c 2. & Niceph. Epiſc. in Chron. Ex Lat. Optat. Milevit. l. 2. contra Parmen. Aug. Ep. 165. putantes, credo, Cletum eundem cum Anacleto, illum prætericrunt: contrà autem plerique, qui noverunt Cletum, neſciverunt Anacletum, ut inter alios S. Epiphanius, in panario hær. 27.* Hæc & plura adhuc Cardinalis. Confer Ant. de Dom. l. 2. c. 3. §. 63. At verò quomodo hac ratione Chroniſmus inſtituetur? Quænam hinc certa ſucceſſio? Cletum Marianus Scotus ad 9. Kal. Oct. ponit, atque ſub Capitone & Rufo paſſum ait. Sedit juxta Bar. an. 12. m. 7. d. 2. ex calculo Starav. an. 12. m. 1. quibus Carranza dies 12. at Damaſus d. 11. addit, ac fuiſſe dicit temporibus Veſpaſiani & Titi, à conſulatu Veſpaſ. VII. & Domitia. V. uſque ad Domitia. IX. & Rufum Coſſ. At tu hæc Concilia cum Cuſpiniano, vel aliis, ſi poſſis. Sepultus juxta corpus B. Petri in Vaticano 6. Kal. Majas. Et ceſſavit Epiſcopatus d. 20. Ergo tandiu ſine Capite fuit Eccleſia. Ex præcepto Petri XV. presbyteros in urbe Roma ordinâſſe ait Starav. at XXV. habent Damaſus, Baronius &c. Sicut fingunt Clementem Cathedram Epiſcopalem conſtituiſſe Romæ, tanquam in loco emi-

eminentiori, & urbis regiones in Eccleſias diſtribuiſſe, quum vix domuncu- Ann.93.
lam inter graviſſimos tyrannos tuto poſſederint.

§.2.) Eodem omnino errore tenetur Polydorus Vergilius: (a) *Sacro*, inquit ille, *martyrum cruore maduit inpr. Romana tellus, refertáque eſt divorum Reliquiis, quæ brevi poſt tempore undique à noſtris conquiſitæ, eò deportatæ ſunt. Quæ res à principio naſcentis religionis, cumpr. Cleto atque Anacleto Pontifici-* Vid. an.
bus curæ fuit, hic enim ſeorſum à profana plebe, loca ubi martyres ſepelirentur, 98. 2.
aſſignavit: ille vero notavit crimine ſacrilegii, ſi quis impediſſet (en halcyonia!) *quo minus Apoſtolorum ſepulchra inviſerentur.* Cletum tot Romæ presbyteros ordinâſſe licet fingas, tot tamen titulos jam Romæ fuiſſe non ſequitur, cùm plures unà presbyteros in titulorum ſingulorum curam incumbere ſolitos fuiſſe, ex Conciliorum in urbe per tempora diverſa habitorum ſubſcriptionibus pleniſſimè conſtet: de quo videſis Blondell. de Epiſc. p. 224. Ita non negamus Martyria h. e. Martyrum μνημεῖα ſeu ſepulchra tum Romæ fuiſſe, tum alibi, non autem ſplendida, publica & cuivis cognita, multò minùs Templa, ſed deinceps demum converſa in illa. Ecquot verò cadavera Sanctorum penitus conſumpta, abjecta, diſperſa, vel furtim ſepulta putas? Quis verò in tanta miſeria titulos Romæ inſtitui, ordinari & obſervari accuratè potuiſſe credat? Titulus autem i. q. παροικία, parœcia, cui vel unus, vel plures presbyteri ſuffecti. Idem ergo quod Eccleſia, vel parœcia. Ita Innoc. I. ad Decen. Eugubin. De fermento, quod die Dominica per Titulos mittimus i. e. per parœcias. Contrà Diœceſis eſt diſtrictus, quæ ex multis parœciis conſtat.

De eodem Cleto iterum Vergilius: (b) *Salutem & Apoſtolicam benedictionem præfationis loco* (in literis) *poſuiſſe primus dicitur.* Reſp. Nullo vetuſtatis teſtimonio id demonſtratur, imò ne quidem inter ψευδεπιγράφους epiſtolas priſcorum urbis Epiſcoporum. Quid tum Petro, tum Judaicæ antiquitati Baronius tribuat vide illum ad an. 45. §. 27. ſeq. Communis hæc eſt formula, aliis etiam uſitata, neque tamen cœteros obligans.

§. 3.) Clemens, quem vulgò Chorepiſcopum vocant, natione Roma- *Clemens*
nus, de regione Cœlio monte, ex Patre Fauſtino, Cleto ſuccedit: ubi Euſ. l. *ſuccedit.*
3. c. 12. annum Domitiani 12. ponit. In margine ad Pontificale annus 69. De primis Petri ſucceſſoribus copiosè ad an. 69. videbis: confer Magdb. cent. 1. Blondel. in Pſeudo-Iſid. p. 40. ſeq. & tract. de Epiſc. p. 9. Rem perplexam lectoris arbitrio permittit Carranza p. 39. edit. Rothomag. in Clemente: & p. 17. edit. Duac. Clemens primus Papa R. judicio Alberti Stadenſis in Chron. f. 23. qui Romanæ Eccleſiæ & Epiſcopus & martyr præfuit, ubi diſcutit diſcrepantes de Petri ſucceſſoribus ſententias. Ita Beda hiſt. Eccl. l. 2. c. 4. Petrus Clementem ſibi adjutorem evangelizandi, ſimul & ſucceſſorem conſecrâſſe perhibetur.

(a) *Inv. l. 8. c. 1.* (b) *c. 2. l. 8.*

Ann. 93. 4. §.) De Domitiana perſecutione ita Eutychius (c) *Magnam Domitianus in Judæos crudelitatem exercuit, adeò ut ejus tempore nullus appareret Judæus. Quin & in animo habuit Reges, eorúmque filios è medio tollere, ut non eſſet in terra præter ipſum, Rex. Nepotes ergo etiam Regum ſuſtulit, multóſque Reges interfecit. Cúmque nunciatum ipſi eſſet, aſſerere Chriſtianos Chriſtum Regem ſuum eſſe, regnúmque ipſius æternum, eſſéque ipſos exercitum copioſum, vehementer irâ excanduit, juſſitque è medio illos tolli, nec ullum in regno ipſius relinqui. Tandem poſtquam ex vinctis cognoviſſet, Regnum Chriſti cœleſte eſſe, non terrenum, ipsúmque ultimis temporibus cum gloria magna & ſplendore venturum ad judicandum vivos & mortuos, ac unumquenque juxta opera ſua remuneraturum, perterritum liberos eos dimiſiſſe, nec non honore eos affeciſſe Chriſtianos.* Id verò ita reddunt alii: Conquiri juſſit, qui de genere Davidis eſſent ſuperſtites eóſque interfici. Cúmque inter alios conſanguinei Chriſti quidam ad illum fuiſſent adducti, cognita eorum paupertate, & quòd duriſſimo manuum labore victum quærerent, præterea cum ex ipſis audiviſſet, Chriſti Regnum ſpirituale, non terrenum eſſe, liberos dimiſit, & edicto promulgato perſecutionem ſuſpendit, ſeu potiùs ad tempus remiſit, vel propitior ſaltem erga eam Eccleſiam fuit, quæ in Judæa extitit. *(d)*

§. 5.) De Antipa Pergamenſi doctore, cujus mentio Apoc. 2. 13. Martyrol. 11. Apr. ſub hoc Imp. in bovem æneum candentem conjectus: vid. Bar. annal. §. 9. De eodem Metaphraſtes, Lipom. & Surius. Ejus ſucceſſorem anonymum quendam faciunt de quo eodem Apoc. loco, qui quòd in tormentis fidem tenuit laudatur.

c) p. 344 f. (d) vid. Niceph. l. 3. c. 1. Euſ. l. 3. c. 7. & 20. Cedr. Tert. Vincent. l. 10. c. 15. Naucl. part. 2 gen. 3.

Ann. 94.

JESU CHRISTI *Annus* 94.
DOMITIANI *Imp. Annus* 11.

Clementis an. 2. Coſſ. Domitia. Aug. XVI. malè Baronio XVII. & Voluſius Saturninus.

Ann. 95.

JESU CHRISTI *Annus* 95.
DOMITIANI *Imp. Annus* 12.

Clementis Epiſt. ad Corinthios.

§. 1.) Clementis an. 3. Coſſ. Sextus Pompejus Collega & Cornelius Priſcus. Exteras etiam rexiſſe Eccleſias Clementem à §. 1. probat, quòd ad

Corin-

Corinthiorum Eccleſiam, diro ſchiſmate laborantem ſcripſerit, & ad mutuam concordiam ineundam conſervandámque adducere conatus ſit. Eam ab Euſebio l. 3. c. 12. mihi 16. *μεγάλην καὶ θαυμασίαν ἐπιστολὴν, magnam & admirabilem* epiſtolam: ab Irenæo l. 3. c. 3. *ἱκανωτάτην γραφὴν potentiſſimas literas:* ab Hier. in Catal. *valde utilem* vocari: & iterum ab Euſ. l. 4. c. 22. m. 23. commendari, & ceu Apoſtolicam legi in Eccleſiis ſolitam, atque ex eadem ab Hier. in comment. in Eſa. 52. quædam citari, ut & à Clem. Alex. l. 4. 6. 7. Strom. jactitant. Reſp. 1. Multa, quæ non canonica, in Eccleſia olim lecta: ita non tantùm Pſalmi & hymni decantati, ſed & Apocryphi libri lecti. Hinc 59. can. Conc. Laod. qui in Cod. Canonum Eccleſiæ univerſæ eſt 163. *Non oportet privatos Pſalmos in Eccleſia legere, aut libros non canonicos, ſed ſolos Canonicos V. & N. T.* ad quæ Juſtellus: *(a) Semel ſcriptis aliis, quàm ſacris, in Eccleſia receptis, multa ſimul lapſu temporis vitioſa, tum ab hæreticis depravata, & falsò conficta irrepsêre, ut nôrunt periti hiſtoria Eccleſiaſtica. Hujusmodi ergo ſcripta prohibet hic canon.* &c. 2. Perquam uſitatum olim, ut Eccleſiæ inter ſe communicarent, fraternè ſeinvicem adhortarentur &c. Binæ ad Corinthios à Clemente miſſæ feruntur, verùm hanc nonniſi admittimus & probamus, quâ Chriſtianæ *συμπαθείας* affectum teſtatur, & ad pacem hortatur. *(b)* Unam Clementis Epiſtolam publicè in Eccleſiis lectam Euſebius teſtatur: diu autem ante quintum ſeculum omnes Eccleſiæ illius ſuperſederant: Bevereg. notis in Pandect. p. 6. a. Non gratis autem lecta, ſcil. ut à ſchiſmate ſtudioſiùs ſibi caverent. Altera Clementis epiſt. ipſis etiam Euſebii & Hier. temporibus reprobata fuit: Euſ. l. 3. c. 38. Hier. in Catal. Itaque hoc ipſo argumento, quando in canonibus Apoſt. canone 85. hæc altera epiſtola Canonicis accenſetur, uti & Macchab. libri, contrà Epiſtola Judæ & Apoc. Joh. omittuntur, contendit Beveregius ante 5. ſeculum ſcriptos Apoſt. canones, nimirum eo tempore, quo Canonici libri ab Eccleſia nondum determinati, ſed à nonnullis Eccl. plures ab aliis pauciores ſub iſto nomine recepti eſſent. Reſp. Quandocunque tandem ſcripti illi canones, ex hoc ipſo tamen adparet, canonicos non eſſe, quia errârunt in canone deſignando. Adi eundem Bevereg. in can. 85. Apoſt. Ita Ignatius *ἀγαπητικῶς* ad plures ſcripſit Eccleſias, & Cyprianus ad ipſam quoque Romanam l. 3. ep. 5. 13. 21. quos tamen non ideo dixeris Eccleſiæ Monarchas aut Univerſales. Hanc epiſtolam Patricius Junius ex Bibliotheca Regis Angliæ, ad quem tranſmiſſa fuerat à Cyrillo Patriarcha Conſtantinop. Græcam edidit & Latinitate donavit an. 1633. quæ indicia canitiei venerandæ certiſſima habet, & ſtylum Apoſtolicum, unde ſæpe ab antiquis citata reperitur. 4. In omnibus genuinis veterum Epiſcoporum Rom. Epiſtolis non ſublimior titulus, quàm Epiſcoporum urbis Romæ reperitur.

Ann. 95.

De aliis ejus ſuppoſititiis vid. an. 102.

§. 2.) Neque unius Clementis, ſed totius corporis Eccleſiaſtici Romani,

(a) p. 90. (b) Rivet. Crit. S. l. 1. c. 8. Hammond. de Epiſc. diſſert. 2. c. 7. §. 6. item diſſert. 5. c. 1. 2. 3.

Ann. 95. ni, à Capite dignitate non diſtincti, dicenda hæc Epiſtola, cujus hæc ſalutatio: *Dei Eccleſia, quæ Romæ diverſatur, Eccleſiæ Dei, quæ Corinthi habitat.* Nulla hîc peculiaris vel ſcribentis mentio, vel Cleri Rom. prærogativa, vel Corinthiaci Presbyterii à plebe diſcretio adparet, ita ut clariſſimum, Eccleſias tunc temporis communi Præpoſitorum conſilio gubernatas, non unius regiminis, à cujus nutu penderent omnes, ſubjacuiſſe: integri ergo presbyterii, imò totius Eccleſiæ ſententia attendebatur. (*c*) Hoc loco Hamm. (*d*) monet, tum per Rom. tum per Corinthiacam Eccleſiam univerſum territorium, ſeu ſuburbicariam regionem intelligi. Reſp. At ne hoc modo Epiſcopalis dignitatis vel umbra apparet. Rectè de Dominis: (*e*) *Quid in hac* (epiſtola) *docuit* (Clemens?) *Num ut primus magiſter ſua authoritate aliquid definiebat, & Corinthiis, diſſenſione inter ſe diſſectis præſcribebat? Minimè verò, ſed quæ didicerat ab Apoſtolis, ea tradebat: Clemens enim, qui, ut ſcribit Irenæus l. 3. c. 3, vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cùm adhuc intonantem prædicationem Apoſtolorum ante oculos haberet, ſcripſit potentiſſimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab Apoſtolis receperant traditionem. Non minori cum authoritate poſtea Dionyſius Corinthiorum jam perfectè credentium Epiſcopus* (teſte Euſ. l. 4. c. 22.) *plures alias Eccleſias ſuis literis inſtruebat & confirmabat. Idem fecerunt & ſcriptis & linguâ multi alii Epiſcopi, curam univerſalem totius univerſalis Eccleſiæ gerentes.* Nec alia fuit cum Encyclicis, ſeu communibus literis ratio.

§. 3.) Pergit Clemens: *Per regiones igitur & urbes prædicantes primitias ſuas, quas ſpiritu probaverant, credituris Epiſcopos & Diaconos conſtituerunt; nec id novè, à multis enim temporibus de Epiſcopis & Diaconis ſcriptum. Sic enim alicubi dicit Scriptura: Eorum Epiſcopos in juſtitia conſtituam, & Diaconos in fide.* (Eſaj. 60. 17.) Ad quæ Blondellus: (*f*) Epiſcopos tum adhuc conſtitutos non tantùm in amplis urbibus, ſed æquè in vicis & modicis civitatibus, nec minorem horum rationem habitam, quàm urbanorum. 2. Eadem ratione nullam adhuc Epiſcoporum, etiam quorumcunque, ſubjectionem fuiſſe. 3. Binos nonniſi Cleri gradus, etiam ab Apoſtolorum diſcipulis fuiſſe agnitos, nec ullum Moſaicæ Synagogæ typum obſervatum. (*g*) Iterum Clemens: *Apoſtoli etiam noſtri per Dom. noſtrum Jeſum Chriſtum cognoverunt futuram de Epiſcopatûs nomine contentionem: hanc igitur ob cauſam cùm perfectam prænotionem accepiſſent, prædictos conſtituerunt.* Ergo Apoſtoli, quibus Eccleſiæ pax curæ fuerat, hoc operam dederunt, ut Eccleſiæ cura penes Epiſcopos & Diaconos eſſet. *Ab ipſis igitur*, ſequitur in Clemente, *vel* (intermedio tempore) *ab aliis viris celebribus, acceptante ſimul univerſa Eccleſia, conſtitutos, quique inculpatè cum humilitate, quietè, ac ſine ſorde ovili Chriſti miniſtraverint, & longo tempore ac omnibus teſtimonium reporta-*

(*c*) *Sneur ad an 282.* (*d*) *de Epiſc. diſſert. 3. c. 8. §. 13.* (*e*) *l. 7. c. 5. §. 10.* (*f*) *de Epiſc. p. 19. obſerv. 1.* (*g*) *vid. Arnd. ant. l. de Epiſc. §. 82.*

portaverint, hos non juſtè miniſterio deturbari putamus. Non enim leve pecca- Ann.95.
tum noſtrum fuerit, ſi eos, qui inculpatè, ſanctéque dona obtulerunt, Epiſcopatu dejecerimus. Beati prius emenſi viam presbyteri, qui fructuoſam perfectámque diſſolutionem ſunt conſecuti; non enim verentur, ne quis eos de fundato ipſis loco transferat; nonnullos enim rectè converſantes ex adminiſtratione inculpatè ab ipſis honorata transduxiſſe vos videmus.

Hìc rurſus, ſubjicit Blond. (*h*) plura ſimul inculcat Clemens. 1. Eccleſiaſtici formam regiminis nuſquam ab Apoſtolis immutatam. 2. Toto eorum tempore, imò (poſtquam conſummati ſunt) *intermedio*, ſub eorum diſcipulis Eccleſiæ cujuſque regimen penes *Epiſcopos & Diaconos* in commune fuiſſe. 3. *Epiſcopos & Diaconos* ab Apoſtolis, Apoſtolicíſque viris nunquam, niſi *tota acceptante Eccleſia conſtitutos*. 4. *Epiſcopos* qui fraternitati per ſingulos urbes præfecti ſunt unà plures fuiſſe. 5. *Epiſcopos* illos *presbyteros* fuiſſe. 6. *Presbyteros* quoque *dona obtuliſſe, Epiſcopatu functos*, adeóque veri nominis *Epiſcopos* fuiſſe. 7. *Presbyteros* eodem *miniſterio ritè functos*, nequaquam *deturbandos* fuiſſe. 8. Corinthios hoc nomine violatæ fraternitatis reos, quòd *aliquos ex adminiſtratione transduxiſſent*. Quare non bene huc applicat Bevereg. l. c. p. 14. a. Clementis argumentum à V. T. ſcil. à Summo ſacerdote, ſacerdotibus & Levitis deductum, quia non gradus illos reducere in N. T. vult, ſed commendare concordiam.

§. 4.) Inſtat Clemens: *Turpe eſt, dilecti, imò valde turpe, & converſatione quæ in Chriſto eſt, indignum, audire firmiſſimam antiquamq́; Corinthiorum Eccleſiam propter unum aut alterum adverſus presbyteros ſeditionem concitare.* Blondellus: Hinc habemus. 1. Corinthios, ob paucorum ambitum ſeditione vexatos. 2. Eorum Eccleſiam anno Dom. 49. fundatam, 25. circiter poſt annos *antiquam* dici. 3. Seditione à turbonibus paucis non adverſus ſingularem incognitum tunc temporis *Epiſcopum*, ſed adverſus *presbyteros*, quos *Epiſcopatu functos* dixerat, concitatam. 4. *Presbyterorum in commune miniſtrantium* regimini ſubditam fraternitatem fuiſſe.

Subjungit Clemens: *Quis igitur inter vos generoſus? Quis facilè ad miſericordiam movetur? Quis charitate confidentior factus? dicat, ſi propter me ſeditio, & contentio, & ſchiſmata concitantur, ſecedo ab eo quocunque vultis, quæque à multitudine præſcripta fuerint, facio; ovile ſolum Chriſti cum conſtitutis presbyteris pace fruatur.* Notat Blond. 1. Fideles etiam de *Epiſcopatu* ſive *presbyterio* contendentes, non ab *Epiſcopi* ſingularis καὶ ὑπερέχοντος nutu, ſed à *multitudinis præceptis* pependiſſe. 2. *Ovile Chriſti* non ſingularem *Epiſcopum* ἰδίως, ſed *presbyteros* κοινῶς præfectos fuiſſe.

Concludit tandem vir Dei: *Vos igitur, qui ſeditionis fundamentum jeciſtis, ſubditi eſtote presbyteris, & ad pœnitentiam erudimini.*

Alia inſuper in hac inſigni Epiſtola obſervanda. 1. Clementem omnes

h) pag. 11.

Ann. 95. ſuas preces atque ſuſpiria, more veteris Eccleſiæ, ad unum ſolum Deum dirigere: utpote pro exemplo: *Magnificæ & glorioſæ Dei voluntati obſequamur, & ſupplices facti miſericordiæ & benignitati ejus advolvamur ei & ad miſerationes ejus convertamur.* p. (*i*)

Eadem epiſtola oblationes commendat eorum, qui in cœtu ſacro conveniebant, unde ſynaxes inſtituebantur, Miniſtrantes & pauperes alebantur. Ita ut hic uſus antiquiſſimus meritò dicendus. (*k*)

§.5.) *Taurini* Ebroicenſis in Gallia Epiſcopi, à Clemente P. miſſi & ordinati memoria agitur 11. Aug. de quo etiam Bar. Annal. *§.7.* Rectè tamen Sanmartani Gall. S. T. 2. p. 571. monent, cœteros prodere à Sixto R. P. ad an. 260. Taurinum illam rexiſſe Eccleſiam. Vide Ordericum l. 5. Succeſſor fuit proximus S. Gaudus, cui anni non adſcribuntur. Tertius Mauruſius, qui anno 511. Concilio Aurel. I. ſubſcripſit.

Ughellus (*l*) S. Marcum primum Atinenſium Epiſc. à Petro miſſum 4. Kal. Maji animam exhalâſſe ſcribit. Ei ad eundem an. ſucceſſorem dat S. Fulgentium, quem defunctum ait an. 109.

i] plura Dallæ de adorat, l. 3. c. 8. p. 382. [k] Larroq. de Euch. part. 1. p. 52. [l] Italia S. T. 6. p. 512.

Ann. 96.

JESU CHRISTI *Annus* 96.

DOMITIA. *Imp. Annus* 14.

Joſephus hiſtor.

§. 1.) Clementis an. 4. Coſſ. L. Nonius Aſprenas, & M. Arricinus Clemens. Joſephus opus de antiquitatibus inde à condito orbe ad XII. Neronis annum perduxit, ut ibidem in fine habet, ubi addit: *Quòd ſi Deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus, & quæ nobis in præſentem usque diem evenerunt, quæ incidit in 13. annum principatûs Domitiani Cæſ. ætatis verò meæ 56.* Cognitu neceſſaria in vita ſua complexus eſt. Capitur à Romanis in bello Judaico an. 67. ac tum Veſpaſiano, tum Tito imperium prædicit, unde mitiùs tractatur: de bello Jud. l. 3. c. 26. 27. tandem anno 69. al. 68. eum Veſpaſianus à vinculis ſolvit & libertate donat: l. 4. c. 39. Eum ſugillat Baronius ad an. 34. *§.* 227. Honorificum de Chriſto teſtimonium ex antiq. l. 18. cap. 4. alii commendant, utpote Uſſerius, Hornejus, Reineſius, Caſaubonus, Voſſius, Poſſevinus, Mornæus, Bellarminus, qui l. de Script. Eccleſ. contra Judæos illud defendit, aitque etiamſi illud teſtimonium in Joſepho, quo Judæi utuntur non extet, tamen in verò Joſepho extare, cujus loco Judæi Joſephum filium Gorionis habeant, non autem noſtrum, qui filius fuerit Mattatiæ: de quo ad an. 72. jam monuimus. Fulcit inſuper Bellarminus hoc de Chri-

Digitized by Google

Chriſto teſtimonium Euſebii atque Hieronymi auctoritate. Aliter verò ju- Ann 97.
dicant alii, eſſe ſcil. gloſſema Chriſtiani alicujus Relectoris proximis Apoſtolico ævo annis ad marginem fortè exaratum, demum cum ſucceſſu temporis intra contextum receptum: hos inter Lud. Capellus, Oſiander, Tanaq. Faber: quò etiam inclinat Kipping. polit. l. 2. c. 3. §. 6. quia nullus Judæus credidit Jeſum Nazaræum à mortuis reſurrexiſſe. Joſephus autem nunquam Chriſto nomen dedit. Ita Juſtinus, Clemens Alex. Orig. Tertull. prætereunt hoc dictum ſilentio, ubi adverſus Judæos rationibus & teſtimoniis diligenter rem gerunt. Adde quod Chriſtianorum nomen, quo utitur, primis temporibus inuſitatum fuerit, dicti quidpe τῶν Ναζωραίων αἵρεσις: Act. 24. 5. Conſule Epiſtolas Philologicas ex recenſione Arnoldi 12. Norinb. 1661.

§. 2.) Sic iſte Antiq. l. 3. c. 4. Decalogi præcepta dividit, ut ſecundum de nullius animalis ſimulachro adorando faciat: nonum de non ponendo falſo teſtimonio: decimum, de alieno non concupiſcendo. Hunc Philo Judæus, Origenes, Clemens Alex. Athanaſ. Greg. Naz. Heſychius, Niceph. Xantopulus, Hier. Ambr. Auguſt. alii ſequuntur.

Idem Joſeph. l. 18. c. 4. refert, Judæos imagines Cæſaris, quas Pilatus in S. Civitatem intulerat, ferre noluiſſe, hoc Argumento: εἰκόνων ποίησιν ἀπαγορεύοντος ἡμῖν τοῦ νόμου, eò quòd facturam imaginum lex nobis prohibet. Porrò de Joſephi ſcriptis vid. Lambec. B. T. 3. p. 236.

JESU CHRISTI *Annus* 97.
DOMITIANI *Imp. Annus* 14.

§. 1.) Clementis an. 5. Coſſ. Domitia. Aug. XVII. & Titus Flavius *Apocal.*
Clemens. Scriptionem Apocalypſeos Johannis Baronius huic anno aſ- *Ioh.*
ſignat. Ultimus autem N. T. liber eſt, non dignitate, quandoquidem divinæ originis, par reliquis ſcriptis Canonicis, ſed partim ordine collocationis, quod poſtremo loco diſponitur in Codice N. T. partim etiam tempore, partim uſu: tempore, quia poſtremò hic liber ſcriptus, non tantùm poſt Evangelium Epiſtolàſque Johannis, quod ipſe non obſcurè teſtatur, cùm inquit, ſe teſtatum eſſe de λόγῳ, ſive de ſermone Dei, utut Baronius tum Evangelium, tum Epiſtolas Johannis ad annum 99. collocet: verùm etiam poſt omnes libros N. T. Uſu etiam poſtremus eſt, quia inter alia hoc fine ſcriptus, ut eſſet velut ſignaculum totius Canonis, non tantùm N. ſed etiam V. T. vid. c. 22. v. 18. 19. Propheticus autem eſt, qui fata pingit Eccleſiæ, & quæ ei obventura ſint ad finem uſque ſeculi. Multa habet ex Ezechiele, Dan. Zacharia & aliis Prophetis. Hæc eſt divina providentia, quo fidelis ſibi caveat prudendentiùs & Deum oret ardentiùs. Calumnias ob hanc ſcriptam Apocalypſin

à Cerin-

Digitized by Google

Ann 97. à Cerintho paſſus, unde & ille ſibi Angelicas revelationes tribuit h. e. ſomnia finxit. (*a*) Ita Elceſaitæ: Bar. an. 105. §. 2. Montanus: idem an. 262. §. 13. Valentiniani: an 353. §. 8. Verùm quid ſequioribus temporibus in Eccleſia non prætendebatur, unde cultus Sanctorum, translationes &c. quibus Legendæ ſcatent. Alogiani apud Epiph. Apocalypſin quoque Johannis tanquam opus Cerinthi rejiciebant: at crediderim non hanc Johannis revelationem, ſed Cerinthi ſomnia rejeciſſe, quia ipſe Cerinthus Johannis ſcriptum rejecit vel dicamus furtim & malitioſè aliqua ex Johannis Apoc. ſumpſiſſe. Chronologia Sax. apud Bedam anno 48. in Pathmo ſcriptam vult.

§. 2.) De Apocalypſi veterum nonnullos dubitâſſe certum, quod obſcurior illis temporibus eſſet, & rerum in illa prædictarum executio remotior. Euſeb. l. 3. c. 39. poſtquam duos Epheſi Johannes fuiſſe ex Papia probavit, addit: veriſimile alterum, niſi quis primum malit, Apocalypſin illam vidiſſe, quæ ſub nomine Johannis circumfertur. Tu confer Joh. 21. 24. & 1. Joh. 1. 1. Eandem rejecit Dionyſius Alex. cujus tamen argumenta tantum momentum non habent. De voluptuoſo Chriſti regno in terra per 1000. annos duraturo malè Cerinthus ex hoc libro argumentatus. Stylum & cœtera quod ſpectat, alii jam abundè reſponderunt & ſatisfecerunt. (*b*) Antiquiſſimi de ſcripti authentia non dubitârunt, quales Juſtinus, Tertullianus, Irenæus, Apollonius, Theophilus Antioch. Orig. in Pſal. 1. Hier. in prol. Eos qui negârunt Beza in proleg. in Apoc. recenſet, quibus alios nos plures & vetuſtiores opponimus. Non autem impedit, quòd nomen ſuum in Apocalypſi inculcet, non item in Evangelio, quia aliud eſt ſcribere hiſtoriam, aliud Prophetiam. Ibi non opus eſt inculcatione nominis authoris, quia authoritas hiſtoriæ non pendet ab authore, ſed à rebus. At in Prophetia ſcribenda eſt opus. Non modò gravitatem Apoſtolicam & Propheticam habet, ſed hodierno inpr. die prædictiones ſuas eventibus & completionibus comprobat.

Non ſine cauſa verò *Theologus* dicitur Johannes, quia ubique, apertè & inſigniter præ cœteris, de λόγῳ Filio Dei, ſeu æterna Chriſti Deitate luculenterque ſcripſit. Hinc θεολογία & οἰκονομία opponuntur apud Baſilium & alios, quorum illud Deitatem, hoc incarnationem Chriſti denotat. Ita θεολογεῖν notat etiam de Deo diſputare: & θεολογία, ſcientia qua credimus & profitemur eſſe Deum. Inde Θεολογεῖν τὸν χριστὸν, qui Deitatem Chriſti aſſerit. Sic Θεόλογος, SS. Trinitatis aſſertor & propugnator. Quòd autem ſtylus diverſus à ſtylo Evangelii & Epiſtolarum, factum quia hoc poſtulabat argumentum ab illis diverſum, ac ſimpliciter dictata à Chriſto ſcripſit. Calvinus, qui commentarios ſcripſit in univerſam penè Scripturam, hunc librum reliquit intactum: & ſi quem naſutulum aliquando volebat notare, dicebat, ab illo expectan-

a) vid Bar. §. 13. (b) vid. Wigand. Syntagm. pert. 2. pag. 395. Bellarm. l. 1. de Verbo Dei cap. 18 19.

Digitized by Google

expectandum eſſe commentarium in Apocalypſin. Porrò Manichæi apud Philaſtrium jactabant Johannis actus, ſicut Petri & Pauli, in quibus varia eorum referantur miracula. Quin à nonnullis etiam Latinis liber venditatur Johannis Apoſtoli de tranſitu & aſſumtione Mariæ, quem Sixtus Sen. ipſe lib. 2. inter alia ex Aug. ſer. 35. de ſanctis, convincit. Ann. 97.

§. 3.) Alii maximè in enodandis VII. ſigillis: Apoc. 6. VII. tubis: c. 8. 9. 11. & VII. Phialis: c. 16. deſudant: alii juxta VII. Viſiones totum librum diſtribuunt hunc in modum. I. Magnifica deſcriptio Chriſti Regis eſt & Sacerdotis Eccleſiæ ſuæ, ambulantis inter VII. candelabra, & Johannem mandatis inſtruentis, ad VII. Aſiæ Eccleſias: cap. 1--13. II. de Majeſtate Dei ſidentis in throno, de agno ſtante in throno, de libro VII. ſigillis clauſo & aperto per agnum quibus inſinuatur ſtatus Eccleſiæ N. T. cap. 4--6. filii inſuper Dei ex omnibus nationibus obſignantur: c. 7. III. Septimum ſigillum ſub ſe complectitur viſionem tertiam ſeptem tubarum, quâ ſimiliter certa Eccleſiæ periodus & conditio depingitur; ubi notandum, quòd ſeptima tuba clanget demum ſub finem mundi: c. 8--10. IV. Viſio eſt explicatio ſigillorum & tubarum, eſtque (1) dimenſio templi, & excitatio duorum teſtium. (2) certamen mulieris & draconis: (3) de duabus beſtiis infeſtantibus Sanctos: c. 12--14. V. de ſeptem Phialis noviſſimarum plagarum: c. 15. 16. VI. de judicio magnæ meretricis, ruinæ Babylonis, projectione Beſtiæ & Pſeudo-Prophetarum, cum utriuſque aſſeclis, in ſtagnum ignis & ſulphuris: cap. 17--19. VII. viſio de ligato & per M. annos ſolvendo Diabolo, de ultimo judicio, de vita & morte æterna. Quanquam verò Johannes hanc Apocalypſin ſuam, ut & reliqua, diu poſt Petri mortem ſcripſit, nullibi tamen vel VII. Aſiaticas, vel reliquas etiam Eccleſias, de privilegio Eccleſiæ Rom. vel ejus Epiſcopi, quidquam monuit.

§. 4.) Aliàs juxta ætates Eccleſiæ numerant alii, quarum alii plures, pauciores alii ponere ſolent. 1. Ætas primum ſeculum complectitur, quo facies Eccleſiæ purior fuerat in doctrina, vita & ceremoniarum ſimplicitate, majeſtas item Spiritûs Apoſt. in miraculis ſplendidè luxerat: cui typus Apoc. 12. 1. convenit. 2. Ætas duo ſequentia ſecula uſque ad Conſtant. M. comprehendit, in quam ſanguinariæ illæ & immaniſſimæ Imperatorum Rom. perſecutiones inciderunt. 3. Ad an. Chriſti DC. Eccleſiæ φωστήρων Græcorum & Latinorum feraciſſima: quâ etiam invaluerunt immoderatæ Scripturarum allegoriæ: Monachorum luſtra; Monialium clauſtra meritoria: cœlibatus: iconolatria: purgatorii ſemina: reliquiarum in templis & altaribus aſſervatio; S. defunctorum invocatio: ſacrificium Miſſaticum pro peccatis vivorum & mortuorum: Rom. Pontificis hierarchia &c. 4. Longè deterior ad an. DCCC. ubi Sedes Imperialis in orientem translata, Roma à Gothis, Vandalis, Hunis devaſtata, Exarchatum Ravennenſem Papæ ad ſe rapere cœperunt, utriuſque gladii poteſtatem invaſerunt; imaginum cultum contra orientales ſtabiliverunt,

Ann. 97. liverunt, docendi munus apud Epiſcopos obſolevit &c. 5. Ad an. MCC. ubi plurimi veritatis teſtes. 6. Non pauca divinæ benedictionis documenta occurrunt, inpr. circa Waldenſium prædicationem, Scholæ & Academiæ erectæ & correctæ &c.

§. 5.) Quamvis autem viſiones Johanni per involucra obtigerunt, tamen non tantùm illi revelata fuerunt, ſed & detecto Antichriſto Romano per eventum quotidianum intellectu facilis facta eſt hæc Prophetia & clarior adhuc quotidie fit, unde hæc Johannis Apocalypſis perquam ingrata adverſariis, quandoquidem vivis coloribus Antichriſtum depingit. Hinc ipſemet Bellar. l. 3. de R. Pont. c. 13. & l. 2. c. 2. Romam Sodomam vocari agnoſcit, at Gentilem intelligi vult, non Chriſtianam: nos non de rebus præſentibus ſed futuris ſermonem eſſe apud Johannem reſpondemus. Bellarmino Riberam Jeſuitam in Apoc. 17. N. 20. alios adde: ita ut juſtè mireris Baronium oblata tanta occaſione nihil omnino de hac materia tractare, cùm aliàs arripere quodvis facilè ſoleat. Ex noſtris Graſeti Plagam Regiam item Burmannum in Synopſi l. 8. à c. 18. alios quoſvis viſe.

§. 6.) Apoc. 2. & 3. urgent hierarchici ad Epiſcopatum commendandum, per Angelum non Eccleſiam, ſed cujuſque Eccleſiæ Epiſcopum intelligi, unde non Angelum Eccleſiam, ſed Angelum Eccleſiæ dici: idque non veteribus tantùm, ſed & neotericis, fatentibus doctoribus. (c) Imò non merè Epiſcopos, ſed & Metropolitas intelligi ſeu Archiepiſcopos, i. e. Principalium urbium ἐξάρχους, ad quos provinciæ integræ pertinuerint. (d) Reſp. Etſi per Angelum non totus grex, tamen gregis illius omnes Paſtores, ſeu Epiſcopi intelliguntur, ſiquidem certum plures uno tum temporis fuiſſe Eccleſiarum illarum Paſtores & Epiſcopos, id quod ſuprà argumentis evicimus: proinde in ſingulis Eccleſiis quemvis paſtorem ſingulariter alloquitur, ac ſimul omnes comprehendit: conf. c. 2, 8. & 24. Ut non in corpore, ita nec in provincia tota ordinem tollimus: at non Monarchicam, ſed Ariſtocraticam rationem ſtatuimus, longiſſiméque Eccleſiaſticam à politica, ſeu à Papiſtica gubernatione & præeminentiâ differre aimus.

Conf. an. 68 §. 9. Apoc. 2. v. 6. & 15. Nicolaitarum colluvies Chriſtianiſmi tollebat ſanctitatem. Nicolaitas hoc tempore errores ſuos diſſeminâſſe, pluréſque ſeduxiſſe hinc non malè conjiciunt. (e)

§. 7.) Apoc. 3. 7. Chriſtus dicitur habere clavem Davidis: conf. c. 19. 15. inpr. 11. 15. Ita ſumma Chriſti & incommunicabilis poteſtas intelligitur. Obj. Non alius ſenſus in clavibus Petro Matth. 16. commiſſis. Reſp. At hanc clavem, de qua Johannes, ſolus Chriſtus non Papa, aut alius habere dicitur: conf. Matth. 28. 18. quâ in politicis & Eccleſ. mundo univerſo præeſt. Neque

c) de Dom. l. 2. c. 3. §. 12. Hammond. differt. 4. c. 4. (d) idem c. 5. contendit (e) vid. Roſſ. de hæreſ.

Digitized by Google

que claves ſupremæ poteſtatis, ſed Miniſterii; neque ſoli Petro, ſed cunctis Apoſtolis, imò Eccleſiæ à Chriſto datæ. Ann. 97.

Apoc. 6. 9. Animæ interfectorum ſub altari viſæ: quibus v. 11. datæ ſtolæ albæ ſunt. Reſp. Non intelliguntur Reliquiæ ſub altaribus Papiſticis, ſed verè Sanctorum Martyrum animæ, cœleſti gaudio fruentes, quæ licèt ſpiritus inviſibiles ſint, nec cerni & veſtiri poſſint, tamen mentis viſu, non corporis intelliguntur. In ſpiritu enim hæc viſa. Malè ergo pro Reliquiis ſub altaribus ſuis Latini argumentantur. (*f*) Ita v. 10. orant animæ occiſorum pro vindicta contra occiſores: quod non ex pravo vindictæ affectu fit, ſed ſtudio gloriæ Dei, quia cupiunt ut nihil impietatis & crudelitatis inultum maneat.

Cap. 7. Non numeratur tribus Dan inter reliquas. Ergo ex ea naſcetur Antichriſtus. Reſp. Bellarminus negat conſtare, quur omittatur: & docet ſimili, quia omittitur etiam Ephraim. (*g*)

Apoc. 9. 12. ὁ Ἀπολλύων, H. אבדון. Activè intelligi poteſt & paſſivè, perdens & perditus: quia ipſe damnatus, & alios in idem perditionis barathrum ſecum abducit.

Cap. 9. 1--12. Papatus Rom. deſcribitur: ita c. 13. & 14. & 17. & 18. (*h*)

Cap. 8. 12. c. 9. 2. c. 12. 14. c. 13. 8. 16. Ergo Eccleſia militans viſibilis ſemper non eſt: conf. 1. Reg. 19. 18. 2. Chron. 15. 3. Matth. 24. 29. ita ut membra illius interdum communione interna & mentali cum omnibus piis & credentibus ubicunque illi ſint & lateant, acquieſcere debeant. Apoc. 13. v. 7. apertum bellum beſtia gerit adv. Sanctos, eóſque vincit.

§. 8.) Auctor Apoc. Reſeratæ compendium vocat totius hujus libri caput undecimum.

Apoc. 11. 1. *Surge & metire Templum.* Templum Dei Thomas Eccleſiam interpretatur. At in hoc ſedebit Antichriſtus: 2. Theſſ. 2. 4.

V. 2. 3. Malè hoc loco certum Antichriſti tempus definiunt, ubi incertum & indefinitum intelligendum: conf. c. 12. 14. c. 13. 5. Dan. 7. 25. c. 12. 7. Unde jam inde ab Apoſtolorum temporibus hoc myſterium operari cœpit. (*i*)

V. 3. Non rectè per duos teſtes Henochum & Heliam intelligunt: quia nullum nomen exprimitur: nec ullæ circumſtantiæ hoc evincunt. Henoch translatus ne videret mortem: Heb. 11. 5. atque à Johanne duo hi teſtes occidendi dicuntur. Hugo Grotius in hunc locum duo Chriſtianorum genera, ex Judæis & Gentibus converſa explicat. Alii aliter adi Cham. T. 2. l. 17. c. 5. §. 15. Wit. de P. q. 5. c. 2. Sic non meliùs Romanenſes v. 8. urbem magnam, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi & Dominus

 cruci

f) *Dalla. de ador. l. 4 c. 9.* (*g*) *vid. VVitak. adv. Sanderum. T. 2 p. 764. Cham. T. 2. l. 17. c. 9* §. 14 *VVillet. de Antich. p. 69.* (*h*) *conf. VVillet. p. 158. 180. alios* (*i*) *vid. Cham. T. 2. l. 17. c. 7.* § 9. *VVit. de P. q. 5. c. 2. VVillet. à p. 18.*

Ann. 97. cruci affixus eſt, Hieroſolymam interpretantur, quia hæc ſpiritualiter accipienda, unde Hieroſolyma Ægyptus propriè dici nequit, neque Sodoma. Certè Romæ maximè Dominus ſpiritualiter in doctrina & vita crucifigitur.

Apoc. 12. 2. Per mulierem Latini malè B. Virginem intelligunt, per partum verò ipſum Chriſtum. Reſp. At rectè Haymo Virginem hîc gerere figuram Eccleſiæ. Sponſa Chriſti eſt Eccleſia, caſta illa & immaculata, quæ filios parit Domino ſuo c. 21. v. 9. dicitur γυνὴ ἀρνίυ, ſponſa agni, non ergo Papę.

V. 3. ſeq. Immanis Antichriſti crudelitas & ſævities deſcribitur. Duplex autem intelligitur perſecutio, corporalis & ſpiritualis: conf. Apoc. 16. 13. c. 19. 20. ubi ergo viſibilis & triumphans Chriſti Eccleſia?

V. 6. & 14. conf. c. 11. v. 2. Dan. 7. 12. de duratione Antichriſti. Reſp. Numerus ille incertus & indefinitus eſt, nec literaliter ſed myſticè intelligendus, ingenteſque temporis anguſtias denotat. Adiſis Willet. de Antichr. à p. 23. & 31.

§. 9.) Apoc. 13. duas beſtias aſcendentes vidit, unam è mari v. 1. alteram è terra v. 11. quarum illa typus erat Romani Imperii, quale fuit ante tempora Conſtantini ſub Ethnicis Impp. iſta verò poſterior, quæ habet cornua duo ſimilia agni, & loquitur ſicut Draco, Romanum Antichriſtum deſignat: atque ita v. 3. & 12. beſtia prior h. e. Imperium Romanum à plaga lethali ſanabitur per beſtiam alteram i. e. per P. R. Verſ. 11. ſeq. Papa nunc Imperator eſt: ille enim & urbem, & multas provincias habet, & poteſtatem longè majorem, quàm ullus unquam Imperator, nec potentior tantùm, verùm etiam locupletior quovis Imperatore. V. 13. & 15. de Miraculis Antichriſti, quæ cumpr. hodie contra orthodoxam veritatem crepant. (k)

Apoc. 13. 13. per ignem Antichriſti Spiritus S. ejuſque dona intelligi poſſunt, quæ in conſecrationibus & abſolutionibus largiri ſe hominibus dictitat: vel certè devotiones, diræ, imprecationes & anathemata quæ fulminis inſtar evomit & emittit. Vel ſimpliciter ejus miracula grandia indigitantur, quæ revera talia non ſunt, ſed faſcina & illuſiones: Matth. 24. 24. quibus tamen mundum vehementiſſimè ſeducit. Emere & vendere prohibentur fideles. Teſtis Greg. VII. qui author Guilielmo Conqueſtori fuit, ne aliquem in ſua poteſtate aliquid emere & vendere permitteret, quem Apoſtolicæ Sedi inobedientem deprehenderet. Apud Berthold. in append. ad Herm. Contr. an. 1084. Alex. III. in Synodo Turon. contra inobedd. idem decrevit, apud Guil. Neubrig. rer. Angl. l. 2. c. 15. item in Concilio Later. contra Albing. habito. Decret. Greg. lib. 5. t. 7. c. 8. Martinus V. in Bulla damnationis errorum Wicleffi & Huſſi anexa ex actis Concilii Conſtantienſis. Talis fuit Bulla Pauli III. adv. Henr. IIX. Angl. R. &c.

Verſ. 17. 18. de charactere & nomine beſtiæ & veteres & recentiores multa. Nos verò ἐπέχομεν, ad alios tractatores lectorem remittentes. Conſule

k) *vid. Cham. T. 2. Whitak. Prideaux. Willet.*

ſule Cham. T.2.l.17.c.1.§.25.&c.8.§.3.4. Simiam Chriſti agit Antichriſtus: vid. Apoc.7.v.3.4. olim milites & mancipia ſtigmatis impreſſione notabantur, unde inſcripti & literati dicti. At vix character Viſibilis hoc loco intelligendus: unde Latini etiam profeſſionem illiciti cultûs intelligunt, vel vitæ & doctrinæ Antichriſti conformitas innuitur. Signo crucis dignoſci hodie volunt: ita Chriſtianus illis nunquam eſſe poteſt, qui confirmatione Epiſcopali non fuerit Chriſmatus; ut de Sacramento ordinis nihil dicamus, quod character indelebilis vocatur, quando per unctionem in capite & manu dextra ordinantur. Certè myſterium eſt Antichriſtianiſmus Apoc.17.5.9.c.18.2. Negandum tamen non eſt, tum alibi, tum ubique per Apocalypſin, Antichriſtum vivis quaſi coloribus eſſe depictum & expreſſum, prout varii iſthoc præclarè demonſtrârunt & vivis quaſi coloribus Antichriſtum depinxerunt: ita ſeptem habemus montes: c.17.9. decem cornua: v.3. magnam ejus pompam, ſplendorem, luxum & divitias: v.4. unde mercatores & negociatores ditati, ob religionem valde quæſtuoſam. Peculiariter de numero beſtiæ Potterus Anglus eruditè âgit: impreſſ. Baſ.8.1656. Turretin. in Antichriſto demonſtrato diſput.VII. 2 th.30. Ann.97.

§.10.) Apoc.14. Sol juſtitiæ luce nova tenebras diſcutit, & ſpiritualis libertatis ſolenne velut edictum cœlitus promulgat, ut ab omnibus intelligatur. Ideo non ſubmiſſa, ſed clara & alta voce Angelicarum tubarum ſonitu, qui homines à veterno peccati, & vino ſcortationis Babylonicæ ſepultos excitaret, denunciari hoc voluit. V.6. per Angelum Evangelium æternum, antea ſepultum incolis terræ afferentem, eos intelligunt, quos Deus, poſt Chriſti revelationem ſubinde excitavit, ut ex Catalogo teſtium veritatis patet, quos inter fuere Waldenſes & Albingenſes circa an. 1170. Wicleſitæ circa an.1360. Huſſitæ circa initium XV. ſeculi. Secundus Angelus & Tertius introducuntur v.8.&9. Caſum Babylonis deſcribentes, & pœnas denuntiantes ejus cultoribus, quod tempore Reformationis in Luthero, Zuinglio, Oecolampadio, Bucero, Calvino, & ſimilibus impletum. Caſus ergo hîc Babylonis depingitur, ſed non omnimodus: illum autem ulterius perſequitur c.18. & clariùs, ubi non inchoatus tantùm refertur, ſed & conſummatus v.2. & 3. unde omnes pios ad ſeceſſionem hortatur: v.4.5. Confer c.17.9. & v.16. De beſtiæ igitur interitu quæritur, num futurus ſit ante noviſſimum diem: item an Chriſtus in his terris ante ultimum judicium ſit cum martyribus excitatis per mille an. regnaturus: Ap.20.c.13.v.10.c.19.2. Ita multa Judæi de reſtaurando Iſraëlis regno ex Deut.30.5. Eſaj.2.2.c.11.12.v.33.1.c.62.5.c.65.2. Dan.2.44. Verùm libentius nos intra ſilentii metas nos continemus, adque alios longè perſpicaciores relegamus lectorem curioſum: vide Prid. Witak. Danæ. de P. Burman. ſyn.l.8.c.20. à §.5. De regno Meſſiæ adi Judaiſmum Mulleri atque alios.

Digitized by Google

Ann. 97. Cap. 16. v. 13. Spiritus impuri ſimiles ranis, ex ore Draconis, & ex ore Beſtiæ, & ex ore Pſeudo-Prophetæ, ſunt illi ipſi, quos Clericos vulgò vocant.

Cap. 17. v. 1. ſeq. de Meretrice ejuſque lenociniis agitur (*l*) v. 4. ejus hypocriſis & fraus notatur; unde Vicarium Chriſti, Servum Servorum, caput Eccleſiæ, Oecumenicum, ſumma poteſtate à Deo inſtructum ſe vocat: cujus tamen fronti v. 5. inſcriptum *μυστήριον τῆς ἀνομίας*; unde *πλάνης*, *ἀντικείμενος*, Antichriſtus, impoſtor & ſeductor dictus: *Ψευδόλογος ἐν ὑποκρίσει*: 1. Tim. 4. 1. qui callida pietatis ſimulatione & Chriſtianiſmi profeſſione facilè homines ſeducit, ad ſe allicit, & à Chriſto abducit. Apoc. 17. v. 3. 9. ſedet meretrix ſuper VII. montes: v. 18. regna tenet in reges terræ. Unde agnoſcit Bellarminus Romam intelligi, ideo Ethnicam is ſubſtituit. Verùm à beſtia accepturi regnum v. 12. dicuntur: (*m*) & beſtiæ poteſtas quadantenus ab Antichriſto reſtituenda: v. 8.

§. 11.) Apoc. 18. 4. Exi popule mi. Ergo ſeparare ſe i. e. ſchiſma facere licet, imò jubemur, nim. propter hæreſin, idololatriam & tyrannidem hujus Eccleſiæ larvatæ. De Romæ caſu vide Viegam in 18. Apoc. Riberam in 14. Apoc. Corn. à Lapide ib. Bern. de Monte, alios.

Apoc. 20. de Gog & Magog. vide Hier. T. 2. p. 241. & p. 60. T. 6. p. 28. & 45. Cham. T. 2. l. 17. c. 13. §. 14. Prideaux. Muller. in Judaiſmo de regno Meſſiæ cap. 22. §. 13. Menaſſe ben Jſraël l. 5. c. 5. de reſurrect. Joh. Faulhaberi Magiam. alios.

Cap. 20. v. 2. Ligatio illa Diaboli quando facta, quando finita: vide Uſſerium in graviſſ. quæſt. c. 1. & paſſim. Solutio quando: ib. c. 6.

Cap. 21. v. 12. Cœleſtis Hieroſolyma XII. columnis fundata dicitur h. e. XII. Apoſtolis: ubi non aliqua columna memoratur cœteris firmior & ſtabilior, ſed omnes pares & æquales eſſe ſignificantur. Eadem ratio cum portis & fundamentis. Hinc libertas Gall. (*n*) Non ſoli Petro, ſed toti Eccleſiæ datum iſthoc privilegium colligit.

V. 18. Obteſtatio Spiritûs S. ac totius Codicis Scripturæ S. clauſula & obligatio: confer Malach. 4. 4. unde Teſtamentum & Fœdus h. e. æterna & immota Dei voluntas vocatur.

l) VVillet. à p. 164. (m) Burm. Syn. l. 8. c. 18. §. 25. (n) T. 1. 252.

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 98.
DOMITIANI *Imp.* *Annus* 15.

§.1.) Clementis P. an. 6. Coſſ. Fulvius Valens & Antiſtius Vetus. *Fl. Clemens.* Flavius Clemens vix perfunctus munere conſulatûs, à Domitiano ob fidem Chriſtianam ſublatus, ejúſque ex ſorore neptis Flavia Domitilla eandem *Fl. Domitilla.* ob cauſam in exilium ad inſulam Pontiam miſſa cum pluribus aliis, ubi diu vixit, ut ait Martyrol. ad 7. Maji, tandem Terracinam deducta, ubi ob plantatum Evangelium, juſſu judicis, cum Euphroſina & Theodora combuſta in cubiculo. (a) Hanc virginem à Clemente P. ſacro velamine conſecratam idem Martyrologium, ſine teſtibus tamen, ait: quare meritò ad Legendarum fabulas rejicimus: adde quòd, juxta ipſos Papiſtas, Clementis Papæ, cum Clementis conſulis hiſtoria confuſa, unde nihil de eo vel in Martyrologio, vel in Eccleſ. hiſtoria, ubi tamen Clemens P. VII. Notariis, qui hodie Protonotarii, VII. Romanæ urbis regiones aſſignâſſe perhibetur, qui res martyrum geſtas ſcriberent: (b) *ab hac tamen opinione*, ait Polyd. (c) *ſunt, qui diſſentiant, ego Clementi malim aſſignare, ſed illud poſtea Antherus ſtabilius reddidit, quod fortè ſucceſſorum incuriâ intermiſſum, à Julio poſtremò fuit renovatum.* Præterea (ut idem ait l.8.c.2.) *ab initio fuere ſcribæ, qui literas ſcriberent Apoſtolicas, parvo, vel nullo petito pretio, quorum collegium deinde & ſtipendium Joh. XXII. diſtinxit & locupletavit.* Verùm in ſeqq. de hiſce. Quid autem Legendiſtæ nobis reliquerint, ex ipſis adverſariis emunctiorum narium viri loquantur, ex quibus Launæum Gallum Pariſinum inſignem doctorem etiam puto.

§.2.) Baronius præfat. in Martyrol. c. 1. hujus Clementis inſtitutum commendat, at unde tandem? Nonniſi ex Pſeudo Damaſo, quem ille meritò toties ſugillat. *Perſeverâſſe diutius*, pergit Annaliſta, *ut in Rom. Eccleſia nonniſi VII. Diaconi ordinarentur, auctor eſt Soz. hiſt. l. 7. c. 19. Hic ergo VII. cùm diviſæ dicantur à Fabiano P. regiones urbis; quatuordecim illas in ſeptem fuiſſe conflatas, fatendum neceſſariò videtur.* (ita ſanè nihil firmi) *Porrò ſicut VII. erant Diaconi, ſic & totidem Subdiaconi, & his par numerus Notariorum, qui iiſdem Subdiaconis & Diaconis ſubjecti erant.* At verò Diaconorum munus hoc primitus fuiſſe negamus, de Subdiaconis autem penitus S. Codex ſilet. Quid circa ſepulturam martyrum, ac presbyterorum ordinationem, locorúmque ſacrorum privilegium & viſitationem, Cleto & Anacleto tribuant vid. an. 93. §. 2. Prætereunda autem non ſunt Baronii verba, quæ præf. in

a) *Bar. ad an.* 100. §. 12, *Korthol. de perſecut. p.* 551 (b) *Caſalius de rit. vet. c.* 70. *p.* 286. (c) *inv. l.* 4. *c.* 11.

Digitized by Google

Ann 98. in Martyrol. cap. 8. (d) habet: *Etſi Protonotariorum* (priorum, qui ſub Clemente & ſeq. vixerunt) *exciderint commentarii; nomina ſaltem martyrum, quæ in Rom. Martyrologio habemus recenſita reperiuntur, integra remanſiſſe nemo negârit.* At negamus nos, mi Baroni, cum pluribus veſtris. Vel Legendiſtarum & Martyrologiorum nonniſi collatio inſtituatur. (e) Neque hac in parte vel Orientales, vel alii Latinam Eccleſiam curârunt: imò ipſa Latina, vel Occidentalis Eccleſia differebat. Unde multorum hodie pudet ipſos Latiniſſimos. Neque vitio mihi verti debere exiſtimo, quod ex Martyrologio Rom. nomina Sanctorum juxta ſeriem temporum refero, quoniam id ex adverſariorum hypotheſi à me factum Lector benignus facilè conjiciet. Porrò de Notariis vide Montacutium in præfat. apparatûs ad origines Eccleſ. §. 12. & 13.

Vid. an. 55. §. 4. §. 3.) Ex pluribus teſtibus unum ſaltem Hiſpanum Epiſcopum, inter doctiores neutiquam poſtremum, Melchiorem Canum audiant, qui (f) ita liberè profitetur: *Dolenter hoc loco potiùs, quàm contumelioſè, multò à Laërtio ſeveriùs vitas Philoſophorum ſcriptas, quàm à Chriſtianis vitas Sanctorum longéque incorruptiùs & integriùs Suetonium res Cæſarum expoſuiſſe &c. noſtri autem plerique vel affectibus inſerviunt, vel de induſtria quoque ita multa confingunt, ut eorum me nimirum non ſolùm pudeat, ſed etiam tædeat &c. Juſtiſſima eſt Lud. Vivis (de tradendis diſc. l. 5.) querela de hiſtoriis quibusdam in Eccleſiâ confictis. Prudenter ſanè ac graviter eos arguit, qui pietatis loco duxerint mendacia pro religione fingere &c. quamobrem qui falſis ac mendacibus ſcriptis mentes mortalium concitare ad divorum cultum voluere &c.* Finge tandem, nomina divorum, quæ in Romano occurrunt Martyrologio, integra remanſiſſe, ut quidem Baronius confidentiùs ſcribit, unde ergo tam ampla, tam copioſa, tam diverſa & toto cœlo diſcrepantia Legendarum commentaria? unde tam prolixæ commendationes? unde Breviarii correctio & Martyrologiorum? unde tot ſomnia & figmenta de primis Eccleſiarum & Sedium fundatoribus? unde tam miſeri Parachroniſmi? De hoc Caſaubonus (g) *Baronii de actis Martyrum & Martyrologiis magnâ licentiâ ſæpe depravatis querimonias in primo Tomo, & ferè in ſingulis legere eſt graviſſimas &c.* Inprimis quoque in notis Baronii ad Martyrologium Rom. ſimilia obvia habebis. Neque unquam admitti excuſatio poteſt, quam aliquando præſens à præſente, viro cœteroquin non indocto, Sacerdote Italo audivi: *Non rem ipſam, ſed zelum, intentionem, religionem & devotionem plebis hac in parte errantis, ſpectandam eſſe.* Ecquæ enim tandem ſuperſtitio atque idololatria excuſationem & prætextum non admitteret? Quid pro divorum reliquiis ſupponere non liceret? ſibi ergo fraudes ejuſmodi ſanctas habeant: quoniam certum, firmum, immotum fidei, religionis & cultus objectum Deus in Verbo ſuo requirit.

§. 4.) Do-

(d) p. 14. (e) vid. Hoſpin. de feſtis Chriſt. c. 6. f. (f) locor. Theol. l. 11. de humana hiſt. auctoritate c. 6. (g) in Bar. proleg. p. 49.

Digitized by Google

§.4.) Domitianus Imperator die ab Aſtrologo prædicta, occiſus ſeu confoſſus eſt à Parthenio & Stephano cubiculariis, anno ætatis 45. lætante Senatu, utut enim initio ſatis tolerabilis & modeſtus fuerit, mox tamen omni honeſtate exuta Dominus ac Deus dici voluit, crudelitate autem ipſum Neronem ſuperavit, ut & rapacitate. Somnium proprium narrat Baronius §.9. quando occaſione hujus cædis apud Juvenalem per cerdones Chriſtianos intelligi putat. Huic Nerva Coccejus ſucceſſit, princeps nomine & mente parens, à vidua Domitiani ad imperium vocatus, à Senatu gratanter acceptus eſt, ſtatuas anteceſſoris ſuſtulit, reos Chriſtianiſmi abſolvit, exules revocavit, ut & gravia Judæorum tributa, qua occaſione Johannes Epheſum rediit. Hunc Imperatorem Eutychius *(h)* Baraſtium etiam vocat. Num is primus ex advenis factus Imperator vid. Rupert. hiſt. Univ. p. 302. Ann. 98. *Domitiani mors.* *Nerva Coccejus ſucceſſor.*

§.5.) Fumos vendit & fabulas Baronius *(i)* quando *Dionyſium Areopagitam* Romam Athenis hoc anno deducit, & inde à Clemente Pariſios amandatum affirmat, ſine tamen ullo teſtimonio, non ſecus atque ad an. 97. §. 15. dicit: *Dionyſius Johannem ab exilio reverſum conveniſſe putandus eſt.* Atqui nos non putare, ſed certi quid ſcire cupimus. Hactenus ſe Dionyſium in Oriente continuiſſe, conſentire omnes dicit: neque ſufficiens abitûs ratio, quòd vivente adhuc Dionyſio alii fuerint Athenienſibus Epiſcopi, utpote Publius: *(k)* Quadratus *(l)* & fortè, inquit Bar. ante hos Narciſſus *(m)* quare enim proprium gregem deſeruiſſet, alium longinquum & incertum quæſiturus: nî plures Epiſcopos h. e. Paſtores Athenienſium ſtatueris? Nec alium in finem tranſitum illi per Romam adſcribit, quàm ut mittendi poteſtatem ſoli illi Sedi afferat. Atqui non neceſſe fuiſſet, à Clemente Romano eum neceſſariò mitti, quandoquidem Baronio fatente, à Polycarpo plures ex Aſia in Gallias ad Evangelium propagandum miſſi fuerunt. Ita ut fruſtrà aliter Baronius putet. Aliter longè Gregorius Turon *(n)* de Dionyſio loquitur, qui Evangelium Pariſiis ſub Decio circa an. 250. annunciavit. Certè prior ille Dionyſius in Galliis nunquam fuit, nec Religio Chriſtiana ante Marcum Aurelium circa an. Dom. 162. teſte Sulpitio Severo l. 2. illis illata fuit: de quo tamen aliàs prolixiùs. Haut igitur rectè illius corpus ſeu reliquiæ ibidem adorantur, contra expreſſum Leonis IX. edictum, de quo Bar. ad an. 1052. adeóque meritò errorem vocat Franc. Boſquetus Narbon. in Gallia prætor, in Eccleſiæ Gallic. hiſtoria, edit. primæ, quod malè deinceps omiſſum in edit. ſecunda. Verba proinde ſunt, quæ de Emiſſariis Romanis indefinienter prætendunt. de Quadrato vid. Hoſp. ad 25. Maj. alios. *Vid. an. 109. §. 12. Dionyſ. Areop.* *Plura an. 109.*

§.6.) Eadem omnino ratio, quando Bar. §. 11. & Martyrol. Rom. ad 30. Apr. dicunt *B. Eutropium* antè à Clemente Epiſcopum conſecratum & ad Santonas miſſum, ſub Domitiano ſuccubuiſſe: vid. Hoſpin. ad dictam diem. *Vid. an. 46. §. 5.*

Ceraunus Carnoti: d. 28. Maji. Bar. §. 11.

Sſſ *Nicaſius*

h) *pag.* 348. *(i)* §. 22. *Spond.* §. 8. *(k)* *Euſ. hiſt. l.* 4. *c.* 22. *(l)* *Hier. in voce* *(m)* *Hippolytus de* LXXII. *diſcip.* *(n)* *l.* 1. *c.* 30.

Ann.98. *Nicaſius* Rothomag. Epiſc. 11. Oct. Bar. §. 11. unà cum *Quirino* presbytero & *Scuviculo* Diacono truncatur. At ab Uſuardo Nicaſius nonniſi presbyter vocatur, ac ſub Veſcennino præſide paſſus dicitur. Ita ſucceſſor S. Mellonus, Mallonus, Mello, quem à Stephano ordinatum volunt, qui ſedit demum ab anno 257. Tertius Avilianus qui Concilio Arelat. anno 314. interfuit (o)

Lucianus Dionyſii Areop. comes, & cum eo *Maximianus* & *Lucianus*: 8. Jan. Baron. §. 11. iſdem ad an. 95. §. 7. quem Lucianum primum Bellovac. Epiſc. faciunt: (p) Hunc & alios à Clemente P. in Gallias & aliò dimiſſos contendit Baronius, abſque tamen fundamento ſinéque tabulis juſtis. Ita autem recenſentur Bellovacenſes Epiſcopi nudè, abſque annorum aſſignatione. 1. Lucianus. 2. Talaſius. 3. Victor. 4. Chanarus. 5. Numitius. 6. Licerius &c. quid meliùs & certiùs!

Romulus Feſulanus in Tuſcia Epiſc. 6. Julii. Bar. §. 11.

Aderitus Ravennæ Ep. circa eadem tempora: 27. Sept.

vid. an. 33. §. 34. & 36. *Ampliatus, Urbanus, Narciſſus,* quorum Paulus Rom. 16. meminit, 31. Oct. Bar. §. 23.

Sebaſtiana, Heracleæ in Thracia: 16. Sept. Confer Hoſpin. de Templ. pag. 126.

o) Gall. Chriſt. T. 1. p. 559. (p) Gallia Chriſt. T. 2. 371.

Ann.99.

JESU CHRISTI *Annus* 99.

NERVÆ *Imp. Annus* 1.

Johannis Evangelium. §. 1.) Clementis an. 7. Coſſ. Nerva Aug. III. & Virginius Rufus. Alii in Pathmo B. Johannem ſcripſiſſe Evangelium ſuum, ac poſtea Epheſi edidiſſe; alii ab exilio reducem demum id exarâſſe volunt. (a) Poſtremus autem Evangeliſtarum ſcripſit, & ea quidem, quæ cœteri omiſere. Controverſiæ illæ à Cerintho, Ebione, & ab aliis divinitatis Chriſti hoſtibus motæ, non ad Clementem Rom. ſed ad Johannem, tanquam ad totius Aſiæ, imò ad poſtremum ex Apoſtolis vigilem & inſpectorem examinandæ & dijudicandæ delatæ feruntur, non tantùm ab Epiſcopis Aſiæ, verùm etiam multorum fidelium, & totius Eccleſiæ legationibus, teſte Hier. quâ occaſione Johannes, ſicut Euſebius ſcribit l. 3. c. 24. (b) trium Evangeliſtarum ſcripta probavit. Quia verò hæc quæſtio magnis tumultibus agitabatur, an omnia, quæ Dominus feciſſet & docuiſſet, quæque Apoſtoli de ipſius geſtis tradidiſſent, comprehenſa eſſent in ſcriptis trium Evangeliſtarum, an verò plura eſſent tradita,

a) vid. Dalla. de Pſeudepig. l. 1. c. 14. p. 168. (b) Confer Epiph. hær. l. 2. c. 51.

tradita, quàm ſcripta, ideo Johannes ea, quæ præter illorum narrationes & facta ſciebat tradita, conſcripta ſuæ hiſtoriæ adjecit. Quod eò planè nobis faciet, ut veram & perfectam eſſe hiſtoriam de Jeſu Chriſto, Filio Dei credamus, & ut credentes hæc vitam per nomen ejus habeamus: Joh.20.31. Igitur Evangelium ſuum ſcripſit contra Cerinthum & Ebionem, & ideo vehementius urſit ea, quæ ad divinitatem Chriſti probandam facerent. Quin traditum fuit olim, illud ipſum Evangelii initium, *In principio erat Verbum*, fuiſſe illi dictatum divinitus, multis audientibus. Hiſtoriam autem pro ordine ac ſerie quatuor Paſchatum Chriſti perſequitur. I. Eorum, quæ in miniſterio Chriſti, & ſub primum Paſcha, ac paulò pòſt acciderunt: cap.1..4. II. Narratio eſt Paſchatis ſecundi c. 5. ubi etſi infinitè feſtum deſcribitur, oſtendunt illud per ſynecd. generis pro ſpecie feſtum Paſchatis intelligendum. III. Paſcha III. & quæ illud ſecuta, ſive ad conciones, ſive ad miracula Chriſti pertinentia: ad c.13. IV. preces Chriſti, paſſio & reſurrectio. Ann. 99.

§.2.) Sicuti Johannes in ſuo Evangelio calamum contra hæreticos ſtrinxit, ita non minùs in Epiſtolis ſuis contra Ebionem & alios congerrones ſcripſit, negantes Verbi Dei ἐνανθρώπησιν, ac dicentes Chriſtum nonniſi per phantaſiam apparuiſſe, quo quidem Diabolus totam Chriſti paſſionem inutilem reddere ſategit. Non tantùm verò primam Epiſtolam, ſed & duas ſequentes ejus Germanas eſſe, verba, character, ſtylus, ſententiæ convincunt. Partes primæ Epiſtolæ duæ conſtituuntur. 1. de fide Chriſti, quæ Antitheſi doctrinæ Antichriſti, & corruptelarum illius illuſtratur. 2. inſtitutio de pietate, ac nominatim de charitate erga proximum, cui illuſtrationis causâ opponit partim dilectionem mundi, partim verò odium proximi. Atque hæ partes promiſcuè & alternatim, methodo arbitraria pertractantur, ut nullis artis limitibus diſtingui queant. Una ex Catholicis & Encyclicis eſt, proinde non ad Parthos ſolos, ſed ad omnes, unde liquet, non unius loci, ſed generalem doctórem & Apoſtolum Johannem fuiſſe. Quanquam autem Johannes poſtremus omnium univerſam Chriſti Eccleſiam voce & ſcripto inſtituit, nullibi tamen mentionem primatûs ſeu Vicarii Chriſti facit, id quod ſanè non neglexiſſet, quin Epiſt.3.v.9. facinus Diotrephis tangit, quòd primatum ambivit. Annon verò commoda & neceſſaria de his monendi occaſio fuiſſet? *Epiſt. de Johannis.* *1 Epiſt.*

§.3.) 1.Joh.2.18. *Etiam nunc Antichriſti multi eſſe cœperunt.* coll. cum c.4.3. Et plures ſunt Antichriſti, ut etiam Diaboli, & tamen unus aliquis dux & anteſignanus. Præterea citò id opus operari cœpit, eique anteceſſores manus auxiliatrices porrexere: conf. 2.Theſſ.2.7. Monendi ergo diligenter electi. Vel directè, vel indirectè Chriſti adventus in carnem negatur: eo ipſo autem dum plenariam Chriſti ſatisfactionem, ac paſſionem ſemel in cruce peractam negat Papa R. ejus item mediationem atque regimen, Chriſtum negat, ejus eſt Ἀντίχριστος καὶ Ἀντικείμενος: vid. 2.Joh.7.

Ann. 99. A falſa ergo doctrina Johannes Antichriſtum deſcribit: conf. c.2.22. quem locum copioſè explicat Illyricus contra primatum P. à p.145. Hammond. de Epiſc. diſſert. 1.c.10. Willet. à pag.91. Witak. & Cham. Tilen. diſp. part. 2.diſp.3. §.31. Ergo Antichriſtus non erit una numero perſona, ſed ſeries quædam plurium hominum, ſibi ordine ſuccedentium, quia jam ab Apoſtolorum tempore operatus 1.Joh.4.3. 2.Theſſ.2.8.

1.Joh.4.1. *Ne cuivis ſpiritui credite, ſed probate ſpiritus an ex Deo ſint.* Ergo judicium ac diſcretio, ſeu examen doctrinæ cœtui permittitur. Malè proin Pontifex ſe unum ſpirituum ac controverſiarum judicem dictitat. Scilicet omnia Eccleſiæ membra ad defenſionem veræ fidei obligantur, pro ratione nimirum vocationis ſuæ atque donorum; hinc audire jubentur & ſequi vocem Chriſti, omnia dijudicare, cavere ſibi à Pſeudoprophetis &c. quidni ergo in Conciliis non audire tantùm, ſed & decidere, ſeu ferre ſententiam queant? Pulchrè in hanc ſententiam Blondellus (c) *ut non omnes Clerici periti, ita nec populares omnes imperiti, ſiquidem gregi Conſtantinopolitano, aliiſque poſtea multis, de paſcuis judicare datum, (d) ſi de paſcuis, quidni de paſtorale munus affectantibus, vi præſentis loci.* vid. Matth.7.15. 1.Theſſ.5.21. Notam addit Johannes, quâ diſcerni poſſunt ſpiritus, horùmque miracula unicè ex Verbo Dei æſtimanda.

2. Joh. Epiſt. § 4.) In ſecunda ſua Epiſtola Johannes præſtantem virtute fœminam commendat, & tum ipſam, tum liberos ipſius in fide & charitate confirmat, ſimul etiam de cavendo Antichriſto & ejus conjuratione monet. Tantum verò abeſt, ut Presbyteri titulus, quem in 2. & 3. ſibi ſumit Johannes, utrique Epiſtolæ quidquam deroget, ut tum auctoritatem illarum, tum ſcriptorem maximè confirmet & indicet. Nondum enim tum temporis Epiſcopos ſupra Presbyteros conſtitutos, ſed æquales fuiſſe adparet, quia Diotrephes ambitioſus, & in ipſum Johannem procax, primatum gerere volebat: contra Johannes ſemet Seniorem, h. e. Presbyterum nominat, ut Petrus ſemet Sympresbyterum. 1.Pet.5.1. Et meritò quidem, quia & ætate, & ordine præcedebant. (e)

3. Joh. Epiſt. §. 5.) In tertia Epiſtola Johannes laudatâ Gaii hoſpitalitate, eidem quoſdam Evangelii Miniſtros commendat, & ambitioſi Doctoris Diotrephis petulantiam perſtringit. Ineptè hunc Lutzenburgius Dioptren vocat. Ad hæc Blondell. (f) *jam prima illa ætate erat Diotrephes τῆς ἐκκλησίας φιλοπρωτεύων, quem humilitate fundati in dominica domo regiminis adeò puduit, ut dilectum Domini diſcipulum, cunctis venerabile fidelibus caput, admittere dedignaretur.* Ita vetus fuit Antichriſti præcurſor, eo ipſo, quòd erat τὸ φιλόπρωτον ἐπιζητῶν, primam Cathedram ambiebat, & inter alios Johannem πρεσβύτην, Seniorem carpebat. Certè quidem Apoſtolis primæ in ſingulis Eccleſiis

(c) *De Epiſc. p.500.* (d) *Cœleſtin. epiſt 5.* (e) *Arnd. Antiq. l. de Epiſc. §.2. & 8.* (f) *de Epiſc. præf. p.4.*

cleſiis debebantur, & quaſi primi Presbyterorum erant, quos enim inſtitue- Ann. 99.
bant, jure ipſo præeminebant: unde tamen non ſequitur vel Apoſtolos, vel alios fuiſſe Epiſcopos à Presbyteris diſtinctos, ſive illis prælatos, ut hodie fit, ſed illud revera, Diotrephen anteſignanum Antichriſti fuiſſe, quia primatum ambivit. Oppidò bene Fulmen brutum (*g*) nec Jacobus, nec Johannes, nec Judas Apoſtoli, in ſuis Epiſtolis Catholicis i. e. ad omnes Chriſti Eccleſias ſcriptis ullius primatûs, ſive Romanæ, ſive aliarum Eccleſiarum meminerunt. Ita nec in Apocalypſi Johannis, ubi inpr. cap. 2. & 3. maximam ad VII. Aſiaticas Eccleſias occaſionem habuiſſet. Ita refert Euſ. ex Clem. l. 3. c. 23. Johannem ab exilio revocatum moderatum eſſe Eccleſias Aſianas, eâſque paſſim conſtituiſſe, atque ordinâſſe Epiſcopos, quod minime feciſſet, ſi Rom. Pontifici ſoli hanc poteſtatem tribuiſſet.

g) pag. 325.

JESU CHRISTI *Annus* 100.
TRAJANI *Imp. Annus* I.

§. 1.) Clementis an. 8. Coſſ. Nerva Aug. IV. & Trajanus Cæſ. II. Ner- *Nerva*
væ morbo conſumto anno æt. 65. m. 10. d. 10. imperii menſe 16. M. Ulp. Tra- *ſuccedit*
janus, Eutychio Nerva Trajanus, item Adrianus, ſucceſſit: natione Hiſpanus, *Trajanus.*
primus ex externis Impp. vid. Oroſ. l. 7. Dion. l. 68. Vir, juxta quoſdam, in optimum quenque pronus & benevolus, at quia collegia & conventus nocturnos edicto prohibuit, anſam ſuis præbuit exagitandi Chriſtianos: qua occaſione Clemens Rom. Epiſcopus in inſulam, quò jam circiter 2000. *Clemens*
Chriſtianorum ad ſecanda marmora damnata erant, ultra mare Pontum, *relega-*
Cherſonam deportatus. Platina cauſam adfert, quòd Fauſtinam de ſanguine *tur.*
Nervæ, Siſinniúmque virum illuſtrem, cum conjuge Chriſto ſubdidiſſet. Tandem alligatâ ad collum anchorâ mari merſus fuit, ut ſuo loco audiemus. Atque ita tertia perſecutio mota, cujus initium plerique ad hunc annum *Tertia*
collocant; ea XIX. al. XIV. annis totum penè orbem pervagata innumera- *perſecu-*
bilem Chriſtianorum ſanguinem abſumpſit. (*a*) De hoc Eutychius (*b*) *Hic* *tio.*
Imperator, inquit, *magna in Chriſtianos mala excitavit, ac diuturnæ ipſis triſtitiæ & doloris author fuit, dum multos martyres neci dedit. In ſervitutem etiam redigi juſſit Chriſtianos, utpote quibus, ex ipſius ſententia, nulla eſſet religio, aut lex. Præ dura autem, quam paſſi ſunt Chriſtiani, ſervitute, & gravibus, quibus ſublati ſunt, cædibus miſericordiâ erga ipſos affecti ſunt Romani, ac teſtati apud Imperatorem ipſius Conſiliarii ac duces, eſſe Chriſtianis religionem fir-*

a) vid. Kortholt. de perſec. à p. 65. (b) p. 348.

An. 100. *firmam ac legem bonam. Juſſit ergone amplius ſervi fierent, & à malo ipſis inferendo* abſtinuit. Nimirum alludit ad Plinii II. ſcriptum ad Imperatorem, unde reſcriptum, *Hoc genus inquirendum non eſſe, oblatos verò puniri oportere.*

§. 2.) In hac perſecutione non pauci metu cruciatuum defecere, & ſacrificia idolis obtulere. (*c*)

Hoc eodem anno *Abilius*, quem III. Alex. Epiſcopum faciunt, cùm ſediſſet annos XIII. ex hac vita migravit cui Cerdo ſucceſſit. Rectiùs autem alterum Eccleſiæ Alex. Parœcum Euſ. l. 3. c. 17. vocat Abilium, Anianum verò primum. Cerdo Eutychio dicitur Gordius, anno Domitiani XV. creatus. (*c*) Hic Cerdo alius longè ab hæreſiarcha, qui nec Epiſcopus fuit, & 50. demum annis poſt hunc vixit.

§. 3.) De Marone Bar. §. 12. item Martyrol. ad 15. Apr.

De *Victorino* Amiternino Epiſc. Bar. 12. ad 5. Sept. de eodem Blondell. (*d*) Anno circiter 90. (ſi qua Legendis fides) electus ab univerſo populo Amiterninæ urbis ſacerdotium adipiſcitur.

Sulpicius & *Servilianus* Romæ capite cæſi: Bar. §. 12. & Martyrol. ad 20. Apr.

Hyacinthus: ad Julii 26. Bar. 12.

Romæ ſublati *Nereus* & *Achilleus* ſ. Archileus, Eunuchi Flaviæ Domitillæ: 12. Maii. In eorundem actis agitur etiam de Marcello & Apulejo: de quibus ad 7. Oct. Multa autem de Nerei & Achillei, (*e*) Domitillæ atque aliorum plurium Titulis ſeu Eccleſiis jactitant, ut antiquitatem illarum nobis oſtentent. Sic Gallia Chriſt. T. 2. p. 174. S. Auſpicium primum faciunt Aptenſium Epiſcopum, ordinis Senatorii inter Romanos civem, & B. Fl. Domitillæ Domitiani Imp. neptis educatorem, S. Nerei & Achillei diſcipulum. Verùm nonniſi ex incertiſſima traditione. De his Titulis Blondell. de Epiſc. (*f*) graviter diſſerentem audiamus: *Acta illa omnia longè poſt martyrum, quorum agones deſcribunt, conſummationem ſcripta, ſciolorum temerè, quicquid ſacrilega audacia dictavit etiam abſurdiſſimum infarcientium, impuróque omnia fœdantium contactu peſſimè excepta fuiſſe; ſed ut cuncta pro legitimis habeamus; loca omnia, etiam privata, quæ congreſſu ſuo vel ſemel ſancta plebs cohoneſtavit, Eccleſias, ex antiquorum idiomate dicta, imò in Eccleſias verſa credita fuiſſe meminerit prudens lector. Idolaum Ponticum ob unam Thaumaturgi pernoctationem* μετασκευασθῆναι εἰς προσευχῆς οἶκον, *in orationis domum mutatum, cenſuit Baſilii M. germanus Gregorius Nyſſ. Tryphana* δωμάτιον *pio concurrentium ad fidem ſuſcipiendam mulierum ſtudio ſanctificatum* ἐκκλησία μᾶλλον ἦν ἢ παροικία *Eccleſia potiùs, quàm advenarum habitatio (ſi quidem Theclæ ſcriptori credamus) erat. Domitillæ domum inſtar Eccleſiæ cujuſdam fuiſſe teſtantur acta. Sub Trajano carcer, quo concluſi eum Alexandro Papa martyres, non multùm*

Tituli Romæ.

(*c*) *vid. Euſ. l. 3. c. 32. l. 5. c. 30 Magdeb. c. 1. Dreſſer. millenar. IV. p.* 74. (*c*) *ib.* 347. (*d*) *de Epiſc.* 422. (*e*) *vid. Greg. M. homil.* 28. (*f*) *p.* 247.

multùm ab Eccleſia diſcrepavit. Ex illo die, quo illic Chriſti peractum eſt baptiſma Cæciliæ domus Eccleſia Dominica facta eſt. Valeriani regia tota quæ piis complebatur Dei Eccleſia, Dinonyſio auctore, fuit. Potuit igitur qualiſcunque Maronis & Sabinæ tumulis ſuperſtructa ςάσις, ob piorum ad preces concurſum, isque in quo Martina deprehenſa eſt locus ob Collectas Eccleſia, & domus orationis appellari, licet utrobique privatorum habitatio fuerit: potuit Hilarinæ domus, ex quo in Eccleſiam mutata, i. e. ſacris conventibus aperta eſt, ejuſdem ut antè propria, ſed fraternitati ad ſynaxes permiſſa poſſeſſio eſſe: orationis domos prophanorum manibus vaſtatas verè deplorare potuit actorum Gordii ſcriptor, etſi nullas alias ædes, præterquam privatorum fraternitatem clàm colligentium pervaſerit παναλαςόρων Gentilium furor: clauſas denique ſub Diocletiano Eccleſias, aptè & ex vero dixerit actorum Geneſii ſcriptor, etſi privatarum ædium nobiliores partes, quibus excipi ſolebat fraternitas, fuiſſe quis contendat. An. 100.

Ad initium uſque IV. ſeculi in domibus convenire ſolebant fideles, unde Dionyſ. Alex. apud Euſeb. l.7.c.22. *πᾶς τόπος πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον, ἀγρὸς, ἐρημία, ναῦς, πανδοχεῖον, δεσμωτήριον.* (g) Non tamen negamus, tandem talia loca in Templa erigi potuiſſe. Hinc titulatus, titulare i. e. Eccleſiæ certæ aliquem præficere. Inde diſt. 70. In qua Eccleſia quilibet titulalatus eſt, in ea perpetuò perſeveret. Omnino autem in duabus aliquem titulari non licet. Pius P. Juſto Epiſ. *Antequam Romæ ſoror noſtra Euprepia Titulum domus ſuæ pauperibus aſſignavit, ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes Miſſas agimus.* Ergo privatis ædibus initio uſi ſunt Chriſtiani. Confer Zepperi polit. Eccl. l. 1. c. 27. p. 285.

§. 4.) Voto, quod Baronius pro opere hujus ſeculi perfecto, ſolvit SS. Triadi hæc ſubjungit: *Nec non & ſanctiſſimæ Dei genitrici Mariæ, ut conciliatrici divini Numinis* (gratias immenſas ago.) *Ipſi námque, ſicut hæc omnia noſtra accepta ferimus, ita pariter & offerimus* &c. Similia habet etiam in apparatû §. 131. & initio Tomi 2. atque ſic deinceps. Planè extra omnem antiquitatem & orthodoxiam, prout hoc Dallæ. de adorat. l. 3. c. 18. à p. 455. clarè docet.

Huc pertinet quæ habet Uſſerius: (h) *Illud*, inquit, *notandum diligenter, quod in Poëſſica reſponſione retulit Carolus Lotharingus Cardinalis: De quindecim à Chriſto ſeculis, primum verè eſſe aureum; reliqua quò longius abſcederent, eſſe nequiora atque deteriora. Ideo ſeculo illo verè aureo calicibus contenta ligneis, Sacerdotibus Eccleſia fruebatur aureis.*

Claudimus tandem integrum hoc ſeculum Bellarmini dicto (quod habet l. 3. de Verbi Dei interpretatione cap. 6.) *In omnibus ſeculis in Eccleſia exorta ſunt nova dubia, & ſemper eodem modo terminata ſunt, nimirum judicio Pontificis Rom. & Epiſcoporum, qui tunc erant.* Hunc ſequitur Staravolſcius, (i) dum ait: ultimam Synodum uſque ad Conſtantinum M. habitam fuiſſe

(g) *Caſalinus c. 9. p. 73.* (h) *de ſucceſſ. Eccl. c. 1. § 19. p. 22.* (i) *de Conc. p. 1.*

Digitized by Google

An.100. fuiſſe Act.21.18. de qua ad an.58.§.45. Interea tamen Epiſcopos Rom. totum orbem Chriſtianum rexiſſe. Verùm aliud ex hoc & ſeqq. ſeculis intelligimus. Excepto Concilio Hieroſ. nullum fermè eſt coactum Concilium, & tamen dubia bene multa fuiſſe diſcuſſa certum. Paulus 1.Cor.7. aliquot explicavit, damnavit Hymenæum & Philetum, Johannes Diotrephen, ſic contra Ebionis, Cerinthi &c. hæreſes ſcripſit, non tamen Petri aſſenſum vel judicium expectârunt. Aſt tu mihi obſerva, ubi in hac Bellarmini ſententia quicquam de Verbo Dei ſive S. Scriptura, ceu norma & cynoſura & credendorum & faciendorum. Nimirum ergo præferunt illi Papæ Rom. vocem.

ECCLE-

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

Ubi (c) *caput denotat, & ſequens numerus verſum,* (a) *annum ſignificat, numerus autem proximus ſectionem.*

GENESIS.
Cap. X. v. 6. 13. 14. an. 45. §. 7.
XLIX. v. 10. a. 1. §. 10.
EXODUS.
Cap. XII. v. 8. an. 34. §. 34.
XVIII. 12. an. 34. §. 34.
XXXIV. 15. a. 34. 34.
v. 18. a. 34. 65.
v. 25. 24. a. 72. 2.
LEVITICUS.
Cap. XXIII. 10. a. 34. 65.
v. 27. a. 34. 65.
NUMERI.
Cap. VI. 18. a. 53. 14.
XXVIII. 26. a. 34. 65.
DEUTERONOMIUM.
Cap. IV. 2. an. 34. 41. & v. 20. a. 44 59.
V. 32. a. 34. 41.
IX. 29. a. 44. 59.
XII. 8. a. 51. 21. & v. 17. a. 34. 34.
XV. 4. a. 33. 45.
XVI. 19. a. 34. 65.
XVII. 8. a. 31. 4. & a. 34. 6. v. 10. a. 33. 15. & a. 34. 15.
JOSUA.
Cap. XV. 48. a. 31. 1.
I. SAMUELIS.
Cap. II. 36. a. 33. 45.
IX. 12. 13. a. 34. 35.
XXV. 2. a. 31. 1.
I. REGUM.
Cap. XIX. 18. a. 97. 7.
II. REGUM.
Cap. II. 26. a. 31. 3.
XXV. 18. a. 31. 3.
I. PARALIPOMENON.
Cap. XXIV. 2, 3. a. 31. 3.
XXV. 26. a. 57, 29.
II. PARALIPOMENON.
Cap. XIX. 11. a. 34. 10.
XXVI. 17. ſeq. a. 31. 11.
PSALMI.
II. 8. a. 44. 59. & a. 34. 44.
LV. 18. a. 51. 45.
CXVI. 3. a. 34. 34.
CXIX. 64. a. 34. 75.
ESAIAS.
Cap. II. 3. a. 34. 60. & a. 58. 21.
IX. 2. a. 34. 6. v. 8. a. 34. 12.

XXVIII. 16. a.57.7.
XXIX.13.14. a. 51.21.
XXXIII.22. a.34.41.
LII.15. a.41.6.
LIII.11. a.63.5.
LVI. 11. a.45.18.
LX.14. a.41.2.

JEREMIAS.

Cap. VII. 4. a.72.1.
XXV.9.a.58.25.

EZECHIEL.

Cap.XIV. 10. a. 34.12.

DANIEL.

Cap.IV.27.a.72.1.
VII. ſeq. a. 53. 3. v. 12. an. 97. 8. v.25.ib.
XI.38.a.34.39.
XII.7.a.97.8.

MICHEAS.

Cap.V.2.a.1.10.

MALACHIAS.

Cap.II.7.a.33.15. & a.34.15.
IV.4.a.97.11.v.5.a.32.5.

MATTHÆUS.

Cap.I. 1. ſeq. an. 1.9.v.18.an.1.9. v.23.a.41.5.v.24 a.1.9.
II.1.ſeq. an.1.10.& 13.v.4.5.an.1. 15.v. 13.ib.
III.2.an.58.13.v.6.an.31.2. v. 16. a.31.7.
IV.1.ſeq. an.31.7. v.12. an.31.13. v. 16. a. 34.6. v.18.a.31.8.& a. 33.7.v. 18. ſeq. a. 31.7. v. 18-22. a.31.13.
V.14. an.33.31. v.24. an. 45.20.
VII. 15. a.31.17. a.33.42. a.53.5. an. 99. 3. v. 23. an. 34. 58.
VIII. 14. a.69.15.
IX. 15. a. 31.12. v. 18. a. 31. 3. v. 20. ſeq. a.31.16. v.38. a.32.3. a. 34. 18.
X. 1. ſeq. an. 32.2.3. v.2. an.31.8. a.33.7. v.10. a.52.2. v.16. a. 32.3. v.24. a.32.4. v.25. a.4. 19.a.60.7. v.40. a.33.40.
XI.1. ſeq. an.32.5. v.21. ſeq. an.32. 5. v.25. a.32.5. a.57.6.
XII.1.a.32.1.
XIII. 14. a. 58.23. v.55. a. 68.8.
XIV. 1. ſeq. a. 33. 1. v. 14. a. 33.4. v.23. a.51.47. v. 28. a.34. 27. v.29. a.33.2.
XV.3.an.33.4. an.34.6. v.9. an.33. 4. v.14 a.33.42. a.34.12. a.57. 43. v.15. a.33.5.
XVI. 6. an.33.4. v.14. ſeq. an.33.5. v.16. a.33.3. a.34.12. v.16. ſeq. a.31.8.9. v.18. a.31.10. a. 34. ſ.1.19.25.57. a.51.37. a. 57. 7. & 34. v.19. a.33.9. & 26. a. 51. ſ. 19. & 33. v.21. a.34.27. v.22. a.33.5. v.22. ſeq. a.31.9.
XVII. 1. ſeq. a.33.15. v.4. a.34.27. v. 5. a. 34. 15. v.10. a.33.5. v. 24. a.32.4. v.24. ſeq. a.33. 16.
XVIII. 1. a. 33. 18.19. v.15. a.33. 19. v.15. ſeq. a.59.13. v.17. a. 33. 10.21. a.34.63. a.53.5. a. 58.13. a.59.14. v.18. a.31.9. a.33. ſ.9.11.13.26. a.34.52. v. 19.

Digitized by Google

19.a.34.59.a.33.28.v.20.
a.58.26.v.21.ſeq.a.33.31.
XIX.5.6.an.33.44.v.20.21.an.
33.45.v.27.a.33.44.v.28.
a.33.18.& 45.a.34.22.
XX.17.an.34.1.v.20.an.33.45.
v.23.a.34.§.57.v.24.a.34.
19.v.25.ſeq.a.44.48.v.26.
a.45.16.v.26.27.a.44.60.
XXI.2.3.an.34.7.v.12.ſeq.an.34.
7.v.19-23.a.34.8.v.33.a.45.
19.a.60.7.v.42.a.34.8.
XXII.15.an.34.9.v.16.an.1.16.
v.21.a.32.4.a.34.9.v.31.a.
34.44.
XXIII.2.a.34.12.v.3.a.60.16.v.
6.a.34.15.v.10.a.58.26.a.
33.15.a.34.15.v.11.a.34.
15.v.11.a.34.15.v.29.a.34.
15.v.34.an.69.3.v.35.an.
1.15.v.38.a.72.1.
XXIV.tot.a.34.16.v.2.a.72.1.
v.5.a.34.18.a.53.5.v.11.a.
53.7.a.58.43.a.68.6.v.20.
a.34.17.v.23.a.34.18.v.24.
a.33.8.a.38.18.a.53.5.7.10.
a.58.43.a.97.9.v.29.a.97.
7.v.30.a.34.18.v.36.a.34.
67.v.44.a.34.67.v.45.a.
34.18.v.48.a.33.43.
XXV.6.a.58.37.
XXVI.tot.a.34.19.v.17.ſeq.a.
34.42.v.26.27.a.34.33.v.
30.a.34.75.v.30.ſeq.a.34.
42.v.33.ſeq.a.34.27.v.37.
a.33.15.v.38.a.34.27.v.
39.a.58.44.v.45.a.34.43.
v.52.a.34.27.a.58.25.a.59.
7.v.59.a.34.6.v.70.ſeq.a.34.
27.& 43.
XXVII.46.a.41.5.v.56.a.33.35.
XXVIII.10.a.34.49.v.18.a.97.
7.v.18.a.34.29.& 59.v.18.
19.a.34.5.v.19.a.44.11.a.
34.55.& 57.a.69.14.v.19.
ſeq.a.34.26.a.61.63.v.20.
a.33.28.40.a.59.21.

Marcus.

Cap. I.3,ſeq,an,31,1,v,14,an,31,
13,v,16,a,31,8,v,16,ſeq,a,
31,13,17,v,24,a,33,5,v,30,a,
33,44,v,44,an,53,5,v,60,a,
31,1.
II.7,a,33,9,v,14,a,44,29.
III.14,a,32,2,3,v,17,a,31,10.
IV.24,a,31,14.
V.18,a,33,45.
VI.3,a,12,1,a,52,2,v,7,ſeq,a,32,
2,v,13,a,63,5,8.
IX.34,an.33,18.
X.41,a,34,19.
XIII.32,a,34,67,v,33,a,58,37.
XIV.8,a,63,8,v,19,ſeq,a,34,27,v,
26,ſeq,a,34,42,v,37,an,34,
42.
XV.21,a,33,33.
XVI.1,9,a,32,6,v,7,a,34,49,v,12,
a,34,49,v,14,ib,v,15,a,34,
87,& 61,v,15,ſeq,a,34,58,v,
20,a,34,59.

LUCAS.

Cap.I. v,14,ſeq, an,1.4,an,39,3,v, 18-20,a,1,4,v,26,ib,v,30, ib, v,33, a,60,15,v,39,an,31,1,v, 42,a,1,4,v,57, a,1,5,v,80,an, 31,1.
II.7, a,1,5,9,v,8, a,1,6,11,v,11,an. 1,10, v, 21, an,1,12,v,25-36, an,1,15,v,46, a,12,1.
III.2,an,31.3,v,18,an,31,1,v,29,a, 33,35.
IV.16,ſeq,a,31,13,a,44,61,v,17,a, 46,8,v,20,ib,v,38,a,34,8.
V.3,a.34,53,v,3,ſeq,a,31,17,v,6,7, a,31,17,v,10,ib.
VI.1. an,32,1,v,2,ſeq, a,34,70,71. v,13,an,34,69,v,14,an,33,7, v,39,a,33,42.v,40,a,32 4.
VII.37,a,32,6,v,38,a.58,34.
VIII.2,a,32,6,v,3,ib.
IX.1,ſeq,a,32,2,v,58,a-33,45.
X.1,ſeq, a, 33,32, v,11, a, 3,4,73,v, 16, an,33,40,v,16,ſeq,an,33, 32.
XII.14,an,33,31,41,v,13,14, a, 34, 44,v,37, a,57,8,v,39-41, an, 33,42,v,42,ib.
XIV.33,a,33,43.
XV.5, a,33,43.
XVIII.8,an,53,3, v,13,an,58,44,v, 17,a,34,71.
XIX. 44, a,72,1.
XXII.2,a.34,30,v,15,a,33,31,v,21, ſeq, a, 34,19, v,24, a, 45,16, v,25,an,34,50,an,33,41,a,45, 16,v,25,26,an,44,60, an,58, 25, v, 26, an,34,1,21,44, an, 45,18,v,29, a,33,18,v,31,an, 34, 23, v,36-38, an, 34,28, v. 39, ſeq, an,34,42, v,41,a,58, 44,v,49, a,34,28.
XXIII. 2, an, 34, 44, v,40, an,34, 45,v,43,a,34.45.
XXIV. 11, an, 34, 49, v, 13, an, 34, 49, an,58,8.v,18, an, 34,39. an, 63,12, v,26, an,34,59,v, 31,an,34,49,v,34, an,34,49, v, 35, an,34,32, an, 58,35, v, 45-48.an,34,49,v,45,ſeq, an, 34,58, v, 47, an, 34,60,v.53, an,34,72.

JOHANNES. an.99.11.

Cap.I.36.40-44.an.31.8. v.37.an. 31.8.v.42. an.31.9.v.43.an. 31.10.v.46.& 50.an.31.9.
II.4.an.31.10.v.13.an.31.11.v.17. an.34.7.
III. 1. & 21.22.26.an.31.12.v.8. an.51.27.v.29.an.31.12.an. 57.7.an.59.26.v.35.an.53.5.
IV.2. a.31.12.an.32.3.v.13. an.31. 13.v.23.an.31.13.v.45.ſeq. an. 31.13.
V. 1.an.32.1.v.29.an.51.28.v.39.a. 32.1. an.52.1.v.43. an.32.1.
VI.tot.an.33.3.v.4. an.33.1.v. 15. an, 33,2.an.34,44, v,66.an. 33.3.v.68.an.33.3.v.69. an. 33.5.v.70.an.33.3. v.70.an. 32.3.
VII.2.ſeq.an.33.31.
VIII. 1.ſeq. an.33.31.v.11.an.33. 41.

41, v, 12, an, 33, 31, v, 34, an, 57, 14, v. 17. ſeq, an, 33, 29.
IX. 13, an, 33, 31, v, 22, an, 59, 13.
X. 3, & 27, an, 33, 42, v, 4, 5, an, 58, 42, an, 33, 42, v, 11, an, 33, 43, a, 45, 19, v, 14, an, 45, 19, v, 16, an, 33, 43, v, 22, an, 33, 42.
XI. 7, an, 34, 1, v, 16, an, 33, 44, v, 28, an, 32, 6, v, 47, ſeq, an, 34, 6, v, 54, an, 34, 7.
XII. 1, ſeq, an, 34, 7, v, 6, an. 34, 81, v, 7, an, 63, 8, v, 20, ſeq, an, 34, 8, v, 26, an, 34, 8, v, 32, an, 34, 11, v, 42, an, 59, 13.
XIII. 1. an, 34, 30, v, 1, ſeq, an, 34, 42, v, 5, ſeq, an, 34, 22, v, 15, an, 34, 45, v, 16, an, 34, 50, an, 35, 7, v, 23, an, 34, 22, v, 25, an, 33, 31, v, 29, an, 34, 31, v, 31, ſeq, an, 34, 40.
XIV-XVII. an, 34, 19.
XIV. 6, an, 34, 15, 40, an, 57, 7, v, 16, an, 34, 40, 41, v, 16, & 26, an, 33, 13, v, 17-26, an, 34, 41, v, 18, an, 34, 65, v, 22, an, 68. 8. v. 26. an. 34. 40. & 63.
XV. 15, an. 34. 41. v. 26. an. 33, 13.
XVI. 12. an. 34. 41. v. 13. an. 34. 41. v. 12. 13. an. 33. 13.
XVII. 11. an. 34. 25. v. 20. an. 34. 23.
XVIII. 1. ſeq. an. 34. 42. v. 11. an. 34. 29. an. 58, 14. v. 13. an. 31. 4. v. 28. an. 34. 42. v. 31. an. 58. 23. v. 36. an. 33. 41. an. 34. 21. an. 45, 16, v. 36. ſeq. an. 44. 48.
XIX. 11, an, 32, 4, an, 34, 10, 44, an, 33, 16, v, 12, an, 34, 44, v, 14. an, 34, 30, v, 23, an, 44, 45, v, 27, an, 33, 44, v, 34, an, 34, 45.
XX. 6, an, 34, 49, v, 21, an, 44, 11, 42, v, 20, ſeq, an, 32, 3, an, 33, 9, 26, an, 34, 26, v, 21, an, 34, 50, an, 58. 12, 13, v, 22, an, 33, 13, an, 44, 57, v, 23. an, 34, 51, v, 30, ſeq, an, 34, 64. v, 30, ſeq. an, 33, 15, v, 31, an, 99, 1,
XXI, 1, ſeq, an. 33, 44, v, 6, an, 34, 53, v, 7, an, 33, 2, v, 15, an, 34, 57, an, 51, 33, v, 15, ſeq, an, 31, 8, an, 33, 9, an, 34, 53, v, 16, an, 59, 23, v, 16, 17, an, 33, 30, v, 18, an, 59, 15, v, 24, an, 97, 2.

ACTA APOSTOLORUM.

Cap. I. tot, an, 34, 67, ſeq, v, 1, an, 34, 66, v, 6, an, 33, 5, v, 6, 7, an, 34, 67. v, 7, an, 51, 27, v, 8, an, 34, 53, 60, an, 44, 11, an, 58, 17, v, 13, an, 34, 68, 72, an, 51, 13, v, 14, an, 34, 73, an, 57, 15, v, 15, an, 34, 68, an, 48, 6, v, 17-20, an, 58, 41, v, 24, an, 57, 39, v, 24-26, an, 34, 59, & 69, v, 26, an, 44, 60.
II. 2, an, 34, 72, v, 5, an, 34, 6, & 73, v, 36-39, an, 34, 73, v, 41, an, 35, 3, v, 42, & 46, an, 34, 74, v, 42, an, 34, 32, an, 58, 35, v, 43, an, 34, 76, v, 44, an, 34, 81, v, 45, ib, v, 46, an, 34, 34, & 72.
III, 1, an, 34, 72, & 75, v, 1, an, 34, 76, v, 6, an, 34, 76, & 81, v, 21, an, 36, 2.
IV. 5, 6, an, 34. 6, & 77, v, 6, an, 31, 3, v, 8, ſeq, an, 34, 77, v, 11, an, 34, 8, v, 12, an, 34, 40, & 70, an, 57, 30, an, 63, 5, v, 19 37, an, 34, 77, v, 23.

23, ib, v, 32, an, 34, 77, v, 33, ſeq, an, 34, 59, v, 36, an, 33. 35.
V. 1, ſeq, an, 34, 78, v, 15, ib, & an, 55, 2, v, 29. an, 33, 4, an, 57, 29, v, 37, an, 1, 16, v, 43, an, 51, 44.
VI. 2, an, 34, 9, 32. 34, 68, 77, an, 51. 13, 16, an, 59, 6, v, 4, an, 48, 6, v, 5, an, 33, an, 68, 9, v, 9, an, 45. 9, cap. 6. an. 34. 79.
VII. 55, ſeq, an, 36, 2, v, 60, an, 58, 44.
VIII. 1. an. 35, 1, an, 44, 6, v, 1, ſeq, an, 34. 85. v. 7. an. 35, 6, v, 14, an, 35, 4, an, 48, 6, v, 14, an, 44, 12. v, 15. an, 35, 7. v, 16, an, 35, 5, v, 19, 20, an, 35, 8. ſeq, v, 20, an, 68, 13, v, 20, ſeq, an, 57, 29, v, 26, an, 35, 4, v, 27, an, 33, 35, v, 36, ſeq, an, 35, 10, v, 38, 39, a, 35, 6.
IX. 1, an, 31, 5, v, 2, an, 36, 1, v, 4, an, 36, 2, v, 10, an, 35, 1, 6, v, 15, an, 36, 1, v, 17, an, 36, 2, an, 39, 3, v, 17, ſeq, an, 35, 6, v, 20, an, 36, 2. v, 26, an, 39, 10. v, 27, 28, an, 39, 3, v, 29, an, 39, 4, v, 31, ſeq, an, 39, 2, v, 32, an, 39, 4, 10, a, 51. 41.
X. 1. ſeq, an. 41, 1, v, 13, an, 35, 10. an, 41, 1. v, 26, an, 41, 2, v, 34, an, 35, 6, v, 41, an, 33, 3, v, 44, an, 41, 2, v, 48, an, 35, 6.
XI. 2. an. 51. 4. v. 2. 3. an. 41. 3. v. 3. a. 51. 38. v. 4. an. 48. 6. an. 52. 1. v. 19. an. 35. 1. an, 41. 1. 3. an. 43. 3. v. 20, ſeq. an. 39. 5. v. 22. an. 41. 3. v. 25. ib. v. 26. an. 58, 8. an. 34. 36. an. 41. 4. an. 43. 3 v. 28. an. 33. 35. an. 44. 53. v. 29. an. 39. 10. v. 30. an. 41. 3. a. 44. 53.
XII. 5. an. 44. 4. v. 6-8. an. 44. 60. v. 8. an. 44. 55. 64. v. 12. an. 45. 21. v. 17. an. 39. 10, an. 44. 13. 46. v. 20. an. 44. 4. v. 23. a. 46. 7. v. 25. an. 45. 21.
XIII. 1. an. 33. 33. 35. an. 43. 3. a. 44. 36. an. 58. 8. v. 2. a. 34. 37. 53. 87. an. 36. 2. an. 48. 6. an. 58. 14. an. 59. 12. v. 2. 3. an. 44. 55. 57. 60. 65. v. 4. an. 46. 8. v. 5. an. 36. 2. an. 46. 8. v. 11. an. 34. 78. v. 14. an. 58. 39. v. 14. ſeq. an. 44. 61, v. 15. an. 46. 8. v. 46. 34. 73. an. 46. 3. v. 47. a. 59. 15. v. 48. an. 53. 10. v. 51. an. 47. 1.
XIV. 1. an. 36. 2. an. 47. 1. v. 6. a. 48. 1. v. 12. an. 59. 21. v. 15. an. 44. 66. v. 17. an. 34. 36. v. 22. an. 34. 23. v. 23. an. 34. 68. an. 44. 53. 64. a. 48. 6. a. 57. 30. a. 58. 1. 4. 14. v. 26. an. 49. 1.
XV. a. 39. 10. v. 2. a. 48. 7. a. 51. 5. & 17. a. 71. 2. v. 2. ſeq. a. 44. 53. v. 2-28. a. 51. 8. v. 2. 3. a, 31. 5. v. 4 a. 51. 15. v. 5. 6. a. 51. 10. v. 6, a. 51. 13. v. 7. a. 41. 1. a, 51. 19. an. 59. 18. v. 7. ſeq. a. 44. 13. v. 9. a. 51. 21. v. 10. a. 51. 18. 21. v. 12. a. 51. 15. ſeq. 21. v. 14. 33. 7. an. 51, 21. v, 15. an, 51, 22, v, 19. a, 51.

51,13,v,20, a.51,23,v,21, an, 46,8,v,22,a,33,35, a,51,6,14, 23,24,v,22.23. a.51.15,18.v. 23.a.39.7.a.51.14.17.24.25 v.28.a.51.22.27.30.v.29. a. 43.7.v.30.a.51.41.v,32,a,51. 24.v.34.an.51.41.v.36,ib.v. 37.an.45.21.

XVI.v.4.an.31.5.an.44.53.an.48.7. 8.14.an.51.5.25.26.28.43.v.3. an. 51.42.v.14.an.51.44.v.25. ib.& 58.37.

XVII.1,an.57.25.v.5.an.33.34.v.11. an. 32. L. an. 51.43. v.12.an.51. 28. an.52.3.v.11-14. an.52,1.v. 23. an.44.66.v.34. an.52.1.

XVIII.1 an.52.2.v.2.an.44.49.an.51. 1.an.58.32.v.4. an.36.2.v.6.an. 34.73.an.46.3 v.8.an.52.5.v.8. & 17.an.46.8.v.11.an. 53. 1.v. 14.an.54.1.v.18.an. 51.42. an. 53.14.v.19.ſeq.an.54.1.v.21.a. 39.10.

XIX.1.an.33.34.an.54.1.an. 55. 1.v. 6.an.35.5.v.9.an.33.35.v.11.an. 34.78. an.55.1.v.12. an.55.2.v. 13.an.56.1.v.16.an.34.20.v.18 an.56.3.v.21.an.57.1.an.58.20. v.22.an.57.26.v.29 a.33.34.

XX.1.ſeq,an,57,26,v,2,an,58,1,v,3, an,58.19,v.45,an,33,35,v,6,7, an. 58,35,v,7,a,34,30,36,v,7-11,a,34.74,v,7,a,51,47,v,8,an, 58,36,v,11,a,51.46,v,16,a,39, 10,an,58,39,v,17,an,45,17,an, 58,5.& 41,a,60,3,v,17,& 28,a, 33.38,v.28.a,34.53.64 a.44.55 a,45,17,ſeq,a,51,14,a,57,7,31, an,58,41,a,59,23,a,60,3,v,29, a,53,7,a,68,6,v,29,30,an,34, 18,& 40,v,30,an,58,43,an,34. 6,v,36,an,58,43.

XXI. 5,an,58,43,v,8,an,35,4,v,9,a, 58.45,v,10,an,33,35,v,15,ſeq, an, 39,10,v,16,an,33,35,v,18, an,34,68,an,51,13,an,57,38,a, 58,45,an,100,4,v,20,an,58,39, v,23,an,58,45,v,24,an,51,42, an,53,14,v,25,an,51,13.

XXII.v.5.an.31.5.v.17.an.34.53,v, 21.an,58.49.v.30.an.34.77.

XXIII.2.5.an.58.49.v.10. an.53.9.

XXIV. 3.ſeq.an.59.8.v.5.an.96.1.v. 10.an.34.10.

XXV. 1.ſeq.an. 59. 8.v. 11. an.57. 12.

XXVI.10.an.35.1.

XXVII.9.an.58.51.v.35.an.34.32.a. 58.35.

XXVIII.8.11.an.34.10.v.11.an.59. 1.v.21.22.an.59.1.v.22.an.58. 32.v.30.an.34.66.

AD ROMANOS.

Epiſt. tot. an. 58.19. v.8.an.58.21. v.9.10.an.58.31. v.11.an. 44.49. v.13.14. an. 58.22.v. 16.an.57.7.

II. 16.an, 59.13. v.19.ſeq.an. 58. 22.

V.10.an.63.5.v.19.21. an.44.49.

VI.16.an.57.14.a.58.22.

VII.3. an.57.32.

VIII,8.an.57.32. an.58.22.v.34. an.59.21.

IX.33.an.34.8.

X.9.

X.9,10,an,34,43,v,17,18,an,58,22, v,18,an,58,21.
XI.8,& 17,ſeq,an,58,23,v,13,an,41, 6,v,17,an,34,73,v,18,ſeq,an, 58,21.
XII.2,an,33,40,v,5,an,33,24,an,58, 23,v,5,6,an,57,21,ſeq,v,6,7,a, 34,82,v,6.8,an,44,53,v,8,an, 34.21,&44,an,44,64,an,45, 18,an,52,9.
XIII,1,an,58,25,v,1,ſeq,an,33,10, an,45,13,an,68,8,v,4,an,57, 33,v,7,an,33,16,v,14,an,34, 38.
XIV,13,an,33,17,
XV.8,an,34,80,an,57,33,v,14,an, 58,21,v,15,an,58,31,v,19,20, an,58,31,v,19,&27,an,58,23, v,20,an,41,6,v,28,an,58,31.
XVI,7,3,9,an,58,31,ſeq,v,5,an,33, 33,an,58,34,v,7,an,33,33,35, v,8,9,10,11,an,33,34,v,13.33, 33.34.v.14.15.an.33.34.v.16. an.45.20.an.58 34.v.17.an.57. 43.an.58.32.v.19.an 58.21.v. 21.an.33.33.an.44.36.v.21. ſeq.33 34.v.22.an.45.22.v.23. an.33.34.an.58.34.

I. Ad Corinthios,

Cap. I.an.57.2.v.2.an.57.5.v.4 an. 52.5.v.5.6.an.58.21.v.12.an. 32.2.an.51.35.an.57.3.18.v. 18 an.60.4.v.20.ſeq.an.45.15. v.26.an.32.5.an.57 6.v.30.an. 34.15.an.57.7.
II. 1.5.an.57.6.v.5.an.57.7.v.16.ib.
III,2.an.69.3.v.4.an.57.3.v.5.an.34. 80,an.44.64.an.57.8.v.6.an. 57.5.v.6.ſeq.an.39.5.v.7.an.58 13.v.8.10.an.57 6.v.11,an.57. 7.30.an.63.5.v.12.an.34.2.v.21 ſeq.an 57.3.ſeq.v.22.an.51.35. an.57.8.
IV.1.an.33.42.an.34 2.an.57.8.an. 44.60.v.1.2.an.34.64.v.5.an. 57.20.v,6.an.33.34.v.15.16.a. 57.5.v.21.an.51.28.an.57.9.ſeq. 58.15.
V.2.an.58.9.v.3.4.an.57.5.an.58.11. an.51.28.v.4.an.33.23.an.51. 26.an.57.9.ſeq.& 38.an.58.13. v.5.an.58.15.an.59 14 v.7.an. 34.38.v.9-11.an.57.2.v.12.an. 57.12.
VI.1.ſeq.an.57.12.v.4.an.33.25.v.4. 5.an.33.22.v.11.an.57.14.v.12 an.34.63.
VII.tot.an.57.14.v.2.ſeq.an.60.16 v. 23.an.57.14.v.35.an.34.21.53. an.45.16.an.57.9.14.15.31.an. 58.12.40.
VIII.6.an.57.14.an.59.23.
IX.1.an.36.2.v.4.5.an.57.15.v.5.an. 32.2.an.34.8.& 68.an.51.35. an.69.15.v.7.ſeq.an.57.16.v. 12.an.33.17.v.13.an.57.43.v. 14.an.57.16.
X.3.an.34.34 v.6.an.57.10.v.15.an. 58.21.v.16.an.34.32.33.v.17. an.57.17.v.18.an.34.34.v.21. an.34.31.ſeq.an.57 17.v.25.an. 51.28.v.26.an.57.17.
XI,2.an.52.4.an.53.11.an.57.14.17. v.3.an.57.7.17 v.4.an.52.4.v. 5.9.an.80.2.v.20.an.34.30.36. v.18.21.an 57.18.v.21.v.34.34. v.22.an.34.34.an.57.19.v.23. an.33.15.an.34.30.an.57.17. an.59.14.v.24.an.44.57.v.24. ſeq.an.34.33.v.25.34.30.v. 26.28.

26-28. an.57.20. v. 27. an. 34.31.36.
XII. 4,an,57,21,v,5.an,34,18,v,8, ſeq,an,57,22,v,11,ſeq,an,57, 21,v,12,an,59,12, v,28, an, 33,9,an.34,50,an,44,64,a, 57,22,ſeq.
XIII.5,an,57,24,v,9,10,an,33,29.
XIV.11,ſeq,an,57,24,v,23, an,41, 4, v, 26,an, 57, 25, v, 29,an, 57,13,v,29-32,a,57,25,v,32, an,52,1,v,34,an,57,19.
XV, 5, an,34,49, v,10, an,57,25,v. 29,an,57,25,v,32, an,55,1.
XVI,3,4,an,48,6, v,1.an,34,36, v, 17,an,33,35,v,19, an,58,34, v, 20, an, 45, 20, an, 58, 34,v, 22, an, 57, 25.

II. Ad Corinthios.

Tot, an,58,11.
Cap,I,1, an,57,26,an,58,12,v,19, an,33,35,v,24,an,34,21,an, 45,16, v,24, an,34, 2,44,50, 53,an,45,19,an,52,4, an, 57, 9,14,31,an,58,12.
II,6,an,33,23,an,58,11,v,8, an,57, 11,v,12,an,58,3.
III,6,an,34,30 80,v,17,an, 51,21, an,59,19.
IV,5, an,34,2,an,45,15, an,58,12, v,10,an,58,48.
V,18-20, an,58,13,v,20, an,34,2, 64,an,57,8.
VI,14,an,44,66,v,16,an,58,14,a, 60,15,a,72,1,v,17,an, 53,9.
VIII,17, ſeq,an,58,3,ſeq, v,18,19, an,58,8,14,v,19,an,48,6.
X,4,an,34,4,42,44,an,58,14,25, v,6,an, 58, 15, v, 10, an, 44, 14,an,57,10,an, 58,15,v,16, an,59,19.
XI,2,an,31,12,an,59,26,v,5, an,58, 16,18,v,6,an, 33,24, v,22,an, 60,2,v,28, an,34,53,an,51,28, an,58,17.
XII.11,an,58,18,v,20,ſeq,an,58,18.
XIII.2,an,51,28,an,57,10,an,58,18, v,12,an,58,34 an.45,20.

Ad Galatas.

Tot.an,59,11.
Cap.I,1,an,33,3,an,44.55,an.69,14, v,1.ſeq.an,59,11,v,5,an,33,25 v,6,an,59,19,v,8,an,57,7,v,10. an.33,40,v,12,an, 59,14,v,17, an,39,3,v,17,ſeq, an,51,32,v,8, an,33,40,an,39,2,10,an,51,13. an,54,1, an,59,8,13,15,an,60, 16,v,19,an,59,16.
II.1,an,39,10,v,1,ſeq,an,51,32,v,3, an, 51,42,v,6, an.48,6,v,6,ſeq, an,59,15,ſeq,v,7, an,34,53,an, 39,10,v,9,an,32,2,an,51,35,an, 44,17,an,45,7,an,51,9,an,59, 17,v,9,ſeq,an,39,7,v,11,an,33, 19,an,34,40,an,39,5,an.44.48, an,51,36, NB. v, 11, ſeq,an,59, 18,v,14,an,34,24,40,an,51,42, v,14,ſeq,an,34,27,v,20,21,an, 60,4.
III.1,an,59,19,v,2,an,60,4,v,27,an, 34,38.
IV,4,an,34,45,v,9,an.60,7,v,10,an, 44.66,v,14,an,54,1,v,31,an,51 21,an,59,19,v,8,an,59,19.

V,1, an,51,21,an,59,19,v,2,an,44,66,v,2,3,an,51,42.
VI,16,an,59,13,19,

AD EPHESIOS.

Tot.an,59,20.
Cap,I,v,10,an,59,20,v,18,an,59,26,v,20.23,an,57,7.v,21,ſeq,ann,59,21,26,v,22,an,31,12,an,34,63,an,57,17,an,59,20,an,60,7,v,29,an,59,26.
II,6,an,34,8.v,10,an,59.26,v,14,an.41.1.v.20.an.31.12.an.45.12.an.57.7.23.an 59.21.ſeq.
III.7.an.34.80.an.57.33.v.17.an.34.38.
IV.4.an.57.14.v.4.ſeq. an 59.23.v.7.an.59.23.v.7.ſeq. an.57.21.ſeq.v.8.an.59.24.v.10.an.59.21.v.11.an.32.3.an.34.82.an.44.55.60.an.45.17.an.58.41.v.11.ſeq.an.34.59.an.59.20.23.v.15.an.57.17.an.58.26.an.59.20.24.26.v.28.an.33 45.
V.2.an.60.15.v.19.an 34.75.an 59.25.an.60.10.v.23.an.34.59.63 an.57.17.an.59.20.26.v.26.an.57.14 v.29.an.59.21.
VI.17.an.59.27.v.18.an.34 75.v.19.an.59.27.v.20.an.58.13.v.21,a.33.34.

AD PHILIPPENSES.

Tot.an.60.1.
Cap.I.1.an.33.23.38.an.34.82.an.44 53.an.57.32.an.58 41.ſeq.ann.60.1.3.v.10.an.60.4.v.12-18.an.59.2.v.13.an.60.1.v.20.an.60.2.
II.1.2.an.34.45.v.6.8.an.34.59.v.9.an.34.77.an.59.21.v.19.an.57.26,an.60.1.v.25.an.33.34.an.44.53.an.60.1.v.25-28.an.60.1.v.27.an.63.7.
III.4.ſeq.an.60.2.v.16.an.59.19.v.18.an.60.4.
IV.1.an.58.21.v.2.an.33.34.v.3.an.33.34.an.69.23.v.6.an.51.44.v.18 an.33.34.an.44.53.v.21.ſeq.an.60.2.v.22.a.33.35.

AD COLOSSENSES.

Tot.an.60.2.
Cap.I.6.an.60.6.v.7.an.33.35.an.44.64.v.14.an.60.4.v.17.an.60.7.v.18.an.31.12.an.45.19.an.57.7.17,an.58,26.an.59.20.26.v.20.an.57.30.an.60.4.v.23.an.60.6.v.23-25.an.34 80.
II.4.8.18.an.33.40.v.8.an.57.14.an.60.7.v.11.an.57.14.v.17 an.34.6.v.18.ſeq.an.60.7.ſeq.v.19.an.60.7.8.v.19.an.45.19.v.22.an.60.8.
III,16.an.60.9.ſeq.
IV.an.60.6.v.6.an.58.12.v.7.an.33.34.an.45.21.v.14.33.34.35.an.61.2.v.15.an.58.34.v.15-17.an.33.35.v.16.an.46.8.a.60.11.

I. AD THESSALONICENSES.

Tot.an.52.3.
Cap.I.7.8.an.58.21.
II.11,12.an.58.43.v.13.an.59.8.
III.1.an.57.26.v.9.an.59.19.v.10.an.34.75.

IV. 2.an.57.14.v.8. an.52.4.v.11. an.33.45.
V. 2. an. 34.67. v.12. an.44.64.v. 14.an.34.23.v.21.an.99.3.a. 33.40.v.26.an.45.20.

II. Ad Thessalonicenses.

Tot.53.1.
Cap.I.6.an.53.5.
II.1.ſeq.an.44.44.v.2.an.53.2.v. 3.an.57.35.v.4.an.34.18.a. 53.7.an.58.43.an.68.6.an. 97.8.v.4.ſeq,an.45.17.v.7. an.53.9. an.58.25.an.99.3. v.8. an.99.3.v.9.an.53 4.v. 12.an.53.5.v.15.an.53.11.
III. 2. an.53.10.v.3.an.53.11.an. 57.43.17.v.11. an.33.45.v. 14.an.59.14.v.17.an.44.44 an.53.2.10.v.17.ſeq.a.60.13.
Cap.IV.2.a.57.17.

I. Ad Timotheum.

Tot. an.57.28.
Cap. I.3, an,58,5,v,3,4, an,57,26, v,4, an, 69, 25, v,18,an, 57, 39,v,20,an,57,29, an,59,14.
II.2,an,45,13,an,57,29,an,58,26, v,5,an,57,30,v,6, an,34,77, an,57,30,an,60,15,v,8,an,57 30.an,58,44.
III.an,57,30,v,1,an,57,31,an,34 53,82,an,45,18,an, 69,12,v, 2,an,44,60,an,45,14,an,57. 15,32,an,58,6, v,2-7. an,58, 4,v,3,an,45,16,v,6-8, an,57, 33,v.8,an,57, 32,v,15,an,57, 34.v,16,an.1.7.
IV.1,an,53,3,4,an,57,35,an,97,10 v,3,an,57,35,v,11, an,45,18, an,57,31, 37,v,12,an,57,26, v,14,an,33,24,an,44,57,64 an,57,38-40,an,58,41,an.59 5.
V,1,an,58,43,v,6-9,an,58,6,v,8, an,59, 7,v,9,an,57,40,v,9- 14,an,57,32,v,17,an,45,17, an,52,3, an,57,40, v,19,an, 57,10,41,an,58,5,15,v,20,a, 33,21,an,59,13,v,22, an,44, 57,an,57,42.
VI,3-5,an,57,43,v,20, an,53,11.

II. Ad Timotheum.

Tot,an,59,4.
Cap.I.5,an,33,35,v,6,an,48,6,an, 57,38,an,59,5, v,16,an,33, 34,v.16-18,an,59,9.
II,2, an,59,5,v,4,an,33,41,an,59, 6,v,16,17,an,59.5. v. 17. an. 59.7.v. 19.an. 33.8.an.59. 80.
III.6.an.57.37.v.16.17.an.59.8.
IV.5,an.57.26.an.59.8.v.6.7.an. 59.4.v.10.an.33.33.34.an. 58.1.2.an.59.3.10.v.11.an. 45.21.v.12.an.33.34.35.v. 13.an. 59. 10. v. 16. ſeq.an. 59.4.8.v.21.an.33.34.35.a. 44.36.51.an.59.9.

Ad Titum.

Tot.an.58.1.
Cap. I. 5. an. 45.11. an.44.16. an. 48.6.7. an.57.4. an.58.42. v.5-7.an.58.1.v.6. an.57.15.

32.an.58.6.v.7.an.33.42.a. 45.16.an.57.8.v.9.an.57. 31.

II.15.an.57.37.an.58.7.

III.1.an.34.9.an.58.7.25.v.1.2. an.45.13.v.9.an.69.25.v. 12.an.58.3.v.12.13.an.33. 34.

AD PHILEMONEM.

An.60.11.v.2.an.58.34.v.10.an. 33.35.v.13.an.33.35.

AD HEBRÆOS.

An.60.12.ſeq.

Cap.I.3.an.34.59.

II.tot.an.60.15.

III.6.an.45.19.an.60.7.

V.1.2.an.60.15.v.4.an.34.18.an. 60.15.

VII.v.5.6.an.34.20.v.15.an.60. 15.v.23.ſeq.an.60.15.v.24. an.57.30.

IX.7.an.31.3.v.24.an.57.30.v. 24.ſeq.an.60.15.an.34.20.

X.11.an.34.37.v.12.an.57.30.v. 25.an.60.15.

XI.5.an.97.8.

XIII.7.an.34.21.44.an.44.64. an.45.18.an.58.5.an.60.16. v.17.an.57.29.37.an.58.41. ſeq.an.60.16.v.18.ſeq.an.60. 12.v.20.an.45.19.an.60.7. 15.v.25.an.60.13.17.

JACOBI.

Epiſt.an.63.3.

III.13.an.51.21.

IV.12.an.34.41.an.57.14.an. 63.5.

V.8.an.34.67.v.14.an.63.5.

I. PETRI.

An.45.7.ſeq.

Cap.I.1.an.59.22.an.57.23.v.1. ſeq.an.45.18.v.3.an.34.77. v.4.an.33.40.

II.4-6.an.45.12.v.6.a.34.8.v.7. an.57.17.an.59.26.v.9.an. 34.89.v.13.an.34.9.an.45. 12.an.58.25.v.13.ſeq.an. 33.10.17.an.58.50.an.68. 8.v.17.an.34.34.v.24.an. 63.5.v.25.an.33.43.an.69. 12.

III.19.an.59.24.

IV.7.an.34.67.v.11.an.34.82.an. 44.60.

V.an.45,14,v,1,an,44,64,an,45, 12,an,58,5,an,99,5,v,2,an, 34,53,v,2,3,an,34,2,4,68, an,57,31,v,3,an,33,31,39, 41,an,34,20,ſeq,& 44,an, 44,48,59,an,45,15,an,57, 14,an,58,12,v,4,an,45.19. an.57.7.v.9.an.34.34.v.12 an,45,19,v,13,an,45,7,21, an,69,13,v,14,an,45,20,an, 58,34.

II. PETRI.

An.45.10.ſ.

Cap.I.1,an,45,18,an,57,23,an, 68,4,v,12,ſeq,an,68,4,v,14, an.

an,69,13,an,44,48,an,68,3, v,16,an,68,3,v,19,an,33,15, an.53,10.v.19,ſeq.an.45.19 v.2.an.59.8.
II.1.an.34.18.an.53.7.an.58.43. v.2.ſeq.an.68.6. v.10.an.58. 27.an.68.6.8.v.19.an.57.14. an.58.22.an.68.7.
III.1.an,68.3.v.2.an.57.23.v.10. an.34.67.v.15.an.68,7.an. 60.13.

I. Johannis.

Item 2.& 3.an.99.1-5.
Cap.I.1.an.97.2.
II.18. an.53.5.an.99.3.v.22.an. 53.7.v.19-22.an.51.4.v.22. an.99.3.
IV.1.an.33.42.an.52.1.an.57.25. an.99.3.v.3.an.51.4.an.53. 7.an.99.3.

II. Joh.7.an.99.3.

III. Joh.9. an.99.2.

Judæ.

Epiſt.an.68.8.v.8.an.34.9.an.58. 27.v.12.an.34.34.

Apocalypsis.

An.97.
Cap.I.9.an.92.2.v.10.an.1.6.
II.6.an.68.9.v.6.8.an.97.6.v.13. an.93.5.v.15.an.97.6.v.20. ſeq.an.68.9.v.24.an.97.6.
III.7.an.33.9.an.34.59.an.57.11. an.97.7.v.12.an.72.1.
VI.4.an.66.2.v.9-11.an.97.7.v. 12-14.an.72.1.
VII.3.4.an.97.9.
VIII.12.an.97.7.
IX.1-12.an.97.7.v.20.21.an.53.4.
XI.an.97.8.v.1.an.72.1.v.13.14. an.58.21.v.15.an.97.7.v. 23.an.53.5.
XII,an,97,8,v,1,an,97,4,v,13,an, 53,7,v,14,an,97,7,8.
XIII.an.97.9.v.3.an.53.9.v.5. an.66.2.an.97.8.v.7.8.an. 97.7.v.10.an.97.10.v.13.a. 53.4.an.97.9.v.14.an.53. 10.
XIV.an,97,10,v,8,an,34,24,an. 53,10,v,39,an,58,23.
XVI.13,an,97,8,10.
XVII.an,97,9,v,1,2,an,53,9,an, 97,10,v,3,an,53,9,v,3-9,an, 97,10,v,5-9,an,97,9,v,8,an, 53.9.v.9.an.34.24.an.97.10 v.10.an.53.4.v.12.an.53.9. v.16.an.97.10.v.18.ſeq.an. 45.10.
XVIII.2.an.97.9.v.3.an.53.9.v. 4.an.97.10.
XIX.2.an.97.10.v.12.15 16.a.60. 7.v.12.an.45.19.v.13.an.53 4.v.15.16.an.45.19.a.97.7. v.16.an.45.19.v.20.a.97.8.
XX.an.97.11.
XXI.2.an.59.26.v.9.an.97.8.v.12 an.97.11.v.14.an.59.22.a. 34.50.v.18.an.97.11.
XXII.3.an.59.19.v.18.1an.9. 97.1.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICUS

In Centuriam I.

אב בית הדין 31. §. 3.
Abaddon. 97. §. 7.
Abdias Babyl. Epiſc. 44. § 47
Abgarus Rex. 31. §. 14. & 43. §. 10.
Abilius fit Alexandr. Epiſcop. 87. §. 1. obiit: 100. §. 2.
Abſolvendi poteſtas quæ & quibus data: 33. §. 9.
Abſtemius an Paulus fuerit in voto Nazir. 58. §. 46.
Abundantius Trident. Epiſc. 40. §. 2.
Achates Apoſtolus. 44. §. 39.
Achilleus mart. 100. §. 3.
Acoluthi. 44. §. 62.
Acta Apoſtolorum: 34 §. 66. quouſque ſe extendant: 61. §. 1.
Actus Andrææ &c. 44. 44.
Ἀδελφόθεος. 63. §. 1.
Aderitius Epiſc. 75. §. 1. & 98. §. 6.
Adiaphora. 51. §. 42.
Adorari voluit Caligula: 43. §. 1. noluit Petrus: 41. §. 2.
Adulteram Chriſtus non judicat: 33. §. 31.
Æchmalotarcha: 31. §. 5. & 45. §. 7.
Ædituus: 44 §. 61.
Ægiſtus Ger. Apoſtol. 33. §. 35. & 44. §. 36. & 46. §. 4.
ex Ægypto redit Chriſtus: 8. §. 1.
Ægyptiorum Apoſtolus: 44. §. 30.
Ælfricus Epiſc. Angl. 57. §. 23.
Æneas à paralyſi ſanatur: 40. §. 2.
Æquicolarum Apoſt. 46. §. 4.
Ætates Eccleſiæ ex Apoc. 97. §. 4.
Ætherius Epiſc. 46. §. 5.
Æthiopes converſi. 35. §. 10. horum fides quæ: ib. Apoſtolus Andræas: an. 44. §. 20. 27. 29. 32.
Afra 44. §. 36.
Africæ Apoſt. 44. §. 30.
Agabus: 33. §. 35.
Agapæ: 34 §. 30. & 34. variæ: 57. §. 20.
Agenda: 34 §. 37.
Ἁγιομάρτυς. 47. §. 1.
Agnus Dei: 58. §. 38.
Agones Capitol. Domitianus inſtituit. 88.
Agrianus: 43. §. 2. & 44. §. 1.
Agrippa major exaltatur. 39. §. 1. fit tetrarcha. 40 §. 1. & 43. §. 2. Judæis utilis, ibid. confer 42. §. 1. Phthiriaſi perit: 46. §. 7. Junior Rex Chalc. 50. §. 1.
Agrippina Imperatorem maritum necat: 56. §. 4.
Agrippinenſium Apoſtol. 44. §. 39. Concilium: ib. f.
Agroecius Epiſc. Trever. 44. §. 39.
Ἀκρόασις: 59. §. 14.
Albati: 34. §. 49.
Albinus Judææ præſes: 62. §. 1.

Albingenſes: 97. §. 10.
Alcair, algier: 45. §. 7.
Ἀλεκτοροφωνία: 51 §. 45. ſeq.
Aletinenſis Eccleſia: 68. §, 15.
Alexandrina ſchola: 45, §, 9. Primi ibi Epiſcopi: §, 6. ejus electio & ordinatio: 45, §, 24, & 87, §, 1, & 64. §, 1, illa ſedes Antiochiæ præfertur: 46, §, 2, ibi perſecutio contra Judæos: 42, §, 1.
Alexander Ærarius: 59, §, 7.
Alimonia ſpiritualis: 34, §, 37.
Aliptæ: 63, §, 7.
Allegant Latini ſuppoſita: 44, §, 45.
Altare i.q. menſa: 34, §, 32, olim nulla: 57, §, 17, author: §, 20, erant portatilia: ib. in ſolius Dei honorem conſtructa: 55, §, 3.
Altinus Aurel. Apoſt. 33, §, 35, & 46, §, 5.
Amaſianus Epiſc. 45, §, 24.
Ambivius Judææ procurator: 12, §, 3.
Ambroſius laicus vocatus: 44, §, 58.
Amiternin. Epiſc. 100, §, 3.
Amplia, atus: 33, §, 34, 36, & 98, §, 6.
Amuleta: 58. §. 38.
Anacletus quotus: 69, §, 2, ſeq. an i. q. Cletus: 93, §, 1, an diaconus Petri: 63, §, 11.
Ἀνάγνωσμα: 44, §, 61.
Ἀνάμνησις: 34, §, 38.
Ananus fit Pontifex Jud. 62, §, 1.
Anathalo Mediol. Epiſc. 44, §, 34, & 53, §, 14.
Ananias: 33, §, 35, ſeq. & 35, §, 1, convertit Paulum: 36, §, 2, Ananiæ & Sapphiræ pœna: 34, §, 78.
Anaphora S. Cœna, 34, §, 38.
Anaſtaſia mart. 69, §, 27.
Anathema, 59, §, 13.
Andeolus, 44. §, 35.
Andochius, 44, §, 35, 37.
Andreas quos docuerit, 44. §, 20, tranſlatus: ib. Paſſio ejus: §. 23, & 69, §, 15, ejus actus, 68, §, 8, liturgia: 44, §, 23.
Andronicus: 33, §, 33, 36.
Angeli an creârint mundum: 74, §, 1, Angelus an in Apocal. i. q. Epiſcopus: 97, §, 6.
Angelici: angelolatria: 60, §, 8.
Anglia, vide Britannia. Angloſaxonum confeſſio de Maria: 1, §, 3.
Anianus Epiſc. Alex. 64, 1. & 100, 2. moritur: 87. §. 1.
Animæ occiſorum: 97, §, 7.
Anna Propheteſſa: 1, §, 15. Annæ feſtum: 1, §, 3.
Anni exordium: 1. §. 12. duplex: ib. aliqui ab incarnatione, alii à nativitate Chriſti inchoant: 1, §, 5, & 12. Nov. Teſt. calculus: ib. à Chriſto nato quando añus ſcribi cœperit: §. 1. incerta ratio, ib.
Annunciatio Joh. Baptiſtæ & Chriſti, 1, §, 4.
Ἄνομος, 53, 6.
Antelucani cœtus, 44, §, 4, & 58, §, 37.
Antichriſtus, 53, §. 3, ſeq. ejus ætates ſeu gradus, §, 10, ejus deſcriptio 97, §. 9. an ex Dan: §. 7. num ſingularis homo: 32, §, 1, plures ſunt: 99, §, 3, an Nero, 66, §, 2, & 70, §, 1, quis & ubi ſeſſurus, 34, §, 16, 18, ejus adventus, §, 17, in Eccleſia ſurget, 68, §, 6, in templo Dei ſedebit, 72, §, 1, num anteultimum diem extinguendus, 97. §, 10, illius perſecutio, 97, §, 8, duratio, ibid. ejus præ-

Digitized by Google

præcurſor Diotrephes, 29, §, 5.
Ἀντίδωρον: 34, §, 33.
Ἀνληκείμενος: 53, §, 7.
Antiocheni à quo converſi: 33, §, 36 & 41, §, 3, ſeq. & 43, §, 3, plures ibi Epiſcopi: ibid. an Petrus VII. annos ibi ſederit: 39, §, 5, 9, ibi Petrus Epiſcopus non fuit: 45 §, 5, ibi peccavit: 51, §, 39. illa ſedes Romæ præferenda: 39, 6, 9, in annis ſedis non conveniunt: §, 10, Antiochenæ ſedi Alexandrina præfertur: 46, § 2, an ibi duæ Eccleſiæ: 39, §, 7, quæ ibi ſynodus: 43, §, 7, ſucceſſio quæ: 71, §, 2.
Antipas Pergamenus: 93, §, 5, alius, Herodis F. 8, §, 1, Romam proficiſcitur: 40, §, 1, relegatur, ib.
Antiphoniæ: 44, §, 62, unde: 57. §, 24.
Antiquitas vera: 100, §, 4.
Antiſtes: 44. §. 64.
Ἀντίτυπα: ἀντίδωρα: 34. §, 35, 38.
Apelles: 33. §, 33.
Ἀφορισμός: 59 § 14.
Apocalypſis in Pathmo ſcripta: 92 § 2, editur: 97. ubi inde à § 1. multa de illa.
Apollo unus ex LXX. 33 § 34, 36, inſtituitur: 54 § 1.
Apollinaris Ravenn. Apoſtolus: 44 § 36, 39, occumbit: 75 § L.
Apollonius Tyanæus impedit Evangelii curſum: 68 § 15. alius vetus Theologus, quem Baronius flagellat: 39 § 1 L.
Apoſtaſia ultimorum temporum: 57 § 35, quando facta: ib.
Apoſtoli litigant pro primatu: 34 § 1 & 19, primi plantatores dicti: 33 § 33, primi in Eccleſia: 57 § 23, à Petro non emiſſi: 44 § 10 quando diſceſſerint in orbem: ib. non erant particulares: § 16 an à paſtoribus differant: 32 § 3. an ab Epiſcopis: 34 § 87 an à LXX. 33 § 37. ſeq. Apoſtolorum terminus: 44 § 4. Apoſtoli Judæorum: 31 § 5. Apoſtolorum vita per pſeudabdiam: 44 § 57. Apoſtolatus an ordo, § 60 Apoſtolicus: § 40. Apoſtolici viri non fuere Epiſcopi propriè dicti: 40 § 2.
Apoſtolicum non i. q. Romanum: 43 § 4, 6, & 58 § 48, f. Apoſtolica poteſtas eſt ſuprema: 34 § 50, Apoſtolicæ Eccleſiæ 31 § 5.
Ἀποσυναγωγία, 59 § 13.
Apparitio Chriſti prima: 34 § 49.
Appellare licet Clericis ad Magiſtratum: 58 § 50. vide forum &c.
Appion contra Judæos agit: 42 § 1.
Aptenſis Epiſcopus: 100 § 3.
Apulejus mart. 100 § 3.
Aqua luſtralis Gentilium: 44 § 65.
Aquenſium Apoſt. 33 § 35. & 44 § 35, & 35 § 2.
Aquila: 33 § 34, 36. Epiſc. 54 § 1.
Aquileg. Patriarch. unde: 45 § 22, ſeq.
Aquitaniæ Apoſt. 43 § 38.
Arbitratores: 57 § 12.
Arbogaſtus Argentor. Epiſcop. 44 § 39, f.
de Arca fœderis: 72 § 2.
Archelaus: 8 § 1. relegatur: 16 § 1.
Ἀρχιερεύς: 31 § 3.
Archiepiſc. novus ordo: 44 § 64.

Archimandritæ,44 § 62.
Archiſynagogi : 31 § 13,& 46 § 8.
Arelat. Apoſtolus : 33 § 35, & 46 § 5,& 59 § 10,illa ſedes prima in Gallia: 44 § 38.
Argentorat.Epiſcopi: 44 § 39,f.
Ariſtæa ſpurius: 34 § 76.
Ariſto Smirn. Epiſc. 45 § 6, alius ex LXX. 33 § 33.
Ariſtarchus: § 34.
Ariſtobulus: 33 § 34, 36, Britann. Epiſc.44 § 25.
Ariſtocratia eſt in Eccleſia: 31 § 6.
Arma Chriſtianorum: 58 § 14,15.
Armenorum Apoſt. 44 § 18.
Arnoldi abbatis confeſſio: 44 § 45.
Arrivagus Rex Brit. 44 § 25,& 82 § 1
Artemas: 33 § 34, 36.
Artificia exercebant Rabbini & doctores: 12 § 1,& 52 § 2.
Arvernor. Apoſt. 44 § 38,& 46 § 5.
Aſcenſio Chriſti: 34 § 65.
Aſcetæ: 64 § 4.
Aſiam moderatus Johannes: 99 § 5.
Aſino inſidet Chriſtus: 34 § 7.
אשמורה 51 § 45, ſeq.
Aſprenas Apoſtolus: 46 § 4.
Ἀσθένεια: 63 § 7.
Aſyncritus: 33 § 34, 36.
Athanaſius Spirenſis Epiſcopus: 44 § 39,f.
Athenis Paulus prædicat: 52 § 1,ibi plures Epiſcopi eodem tempore: 98 § 5.
Atinenſes Epiſcopi: 95 § 5.
Audiendus ſolus Chriſtus: 33 § 15, qui audiendi: § 40, quatenus Miniſtri: 34 § 13,an mali paſtores: § 12,ſeq.
Audientia Epiſcoporum quid: 58 § 28
Avenio ſedes Papalis: 69 § 2.
Ἀνάγκη: 51 § 46.
Auguſtus moritur: 16 § 2.
Avilianus Epiſcopus: 98 § 6.
Aurelianenſium Apoſt. 33 § 35.
Auſpicius Apoſt. 100 § 3.
Auſtremonius: 46 § 5.
Azyma an in S.Cœna: 34 § 31.

B.

Babylas quis: 69 § 4.
Babylon duplex: 45 § 7, an Roma: § 9,& an,97,§,5,8, ibi Synagogæ, 45 § 7, ibi primus Epiſcopus quis: 44 § 47, hodiernæ caſus: 97 § 10.
Bactrorum Apoſt. 44 § 27.
Baculus Petri: 74 § 2, à mortuis excitat: 44 § 39.
Bagdadi ſynedrium: 31 § 5.
Baptiſmi epitheta & efficacia: 57 § 14 baptiſmus tempore epiphaniæ: 31 § 7, pro mortuis: 57 § 25, baptizatus à quo Petrus: 31 § 12.
Baptiſteria nulla olim: 35 § 11, quando olim baptizati: ib.
Baraſtius quis: 98 § 4.
Barbæ tonſura: 58 § 48.
Barcæorum Apoſt. 45 § 24.
Bardovic. Apoſt. 44 § 39,f,& 46 § 6.
Barnabas: 33 § 33, Apoſtolus: 44 § 34 ubi docuerit: 51 § 41, Romæ primus docet: 69 § 17,& 59 § 2, ejus epiſtola pſeudepig 68 § 8,& 44 § 34, vita: 45 § 23, ejus corpus inventum: 44 § 29.
Barſabas: 33 § 33.
Bartholomæus ubi prædic. 44 § 27, inpr. 28.
Baſilica: 57 § 18.
Baſiliſſa martyr: 69 § 27.
Beatus Scot.& Helvet. Apoſt. 44 § 26 34.

Bellovac. Apoſt. 98 § 6, primus Epiſc. 40 § 2.

Benignus: 44 § 37.
Bergom. Apoſt. 56 § 4, & 75 § 1.
Berillus Apoſt. 46 § 4.
Berytenſis imago: 34 § 48.
Beſtia Apoc. 53 § 9, & 66 § 2, dux: 97 § 9.

Bethphania: 1 § 11.
Bethſaida: 16 § 1.
Biblia legenda & tractanda ab omnibus, 60 § 9.
Bituric. Apoſt. 46 § 4, ſeq.
Bona Eccleſiaſt. in 4. partes diviſa: 44 § 54. immobilia an olim Eccleſia habuerit: 34 § 81, & 57 § 16.

Borboritæ: 68 § 9.
Brachmanum Apoſt. 44 § 27.
de Britanniæ inſula & R. 82 § 1. partem Romani occupant: 46 § 7, & 82 § 1, amittitur: ib. ejus Apoſtoli XII. 44 § 25, ſeq. & § 30, item an. 33 § 36, & 35 § 2, 3.
Brixenſ. Apoſt. 56 § 4, & 60 § 18, Epiſc. 53 § 14.
Bucolus Smirn. Epiſc. 45 § 6.
Bullæ S. 58 § 38.
Bundivica inſignis fœm. 70 § 2.
Burdigalæ Stephani templum: 74 § 2, ad eos Martialis epiſtola: § 4.

Byzantinor. Apoſt. 33 § 36, & 69 § 15, illa ſedes non eſt Apoſtolica: 44 § 18, an ibi Apoſt. Andræas: § 21, ſeq.

C.

Cæciliæ domus: 100 § 3.
Cæſar: 33 § 35, ſeq. cæſari reddenda ſua: 34 § 9.
Cæſarea Philippi, 16 § 1.
Cajaphas fit ſummus ſacerdos: 19 § 1, moritur: 37 § 1.
Cajus, 33, § 34, 36, Mediol. Epiſc. 44 § 34.
Cajus Caligula fit Imp. 39 § 1, confoditur: 43, § 1, quæ beſtia: ib.
Calaminæ Apoſt. 44 § 17.
Calatrina urbs: 44 § 27.
Calculus à condito orbe: item à N. T. incertus: 1, § 1.
Calicis S. forma: 34 § 31.
Campanarum uſus: 58 § 44.
Candelarium feſtum: 1 § 14, & 58, § 36.
de Cantu Eccleſ. 59. § 25. & 60, § 10, quid olim, quid nunc apud Lat. 44, § 62, canebat olim etiam populus: § 54.
Cani de Legendis teſtimonium: 98 § 3.
Canon 59 § 19, canon miſſæ non eſt Apoſtolicus: 63, § 9, Ca-canonicæ epiſtolæ: § 4.
Canonici: 44, § 63.
Capellani:
Ib. Capitolium reſtauratur, 88.
Captivitatis princeps: 31 § 5.
Capuanorum Apoſt. 46 § 4.

Capitus

Capitis acceptio: 31 § 3, ſignificat etiam ordinem: 33 § 13, initio in Eccleſia nullum erat viſibile caput, neque Romæ: 35 § 1, in Eccleſia eſt unicum; 57 § 3, ſeq. 7, 14, 21, ſeq. an. 60 § 7, ſolus Chriſtus: 34 § 20, & 45 § 19, & 58 § 23, & 59 § 20, 23, 25, 26, an caput Petrus: 33 § 6, caput ſynedrii: 31 § 3, capita S. Script. veterum 44 § 61.
Capitilavium: 34 § 7.
Capitatio: 33 § 16.
Caramanarum Apoſt. 44 § 27.
à Carnibus abſtinent Ebionitæ: 74 § 1, carni vivere: 58 § 22
Carpus: 33 § 35, 36.
Caſtritianus Mediol. Epiſc. 44 § 34.
Catajæ Apoſt. § 27.
Catalaunor. Apoſt. 46 § 4, 5.
Cataldus Epiſc. 45 § 24.
Catalogus ſucceſſionis Rom. Epiſc. 45 § 4, & 69 § 18, 19, 20, 21, 25.
Catechumeni Chriſtiani dicti: 43 § 4.
Cathedra Moſis: 33 § 4, & 34, § 12, Hieroſ. fuit ordinaria, quæ aliàs ſynedrium: 31 § 6. cathedra principalis, præcipua, apoſtolica: ib. Jacobi: 34 § 89. Petri feſtum: 45 § 1.
Catholici dicti Chriſtiani: 43 § 4, 6, ita dicti Epiſcopi. ib. Catholicum non eſt idem quod Romanum: 45 § 3, catholicæ epiſtolæ: 58 § 17, 63 § 4.
Cavendi falſi Prophetæ: 31 § 17.
חכמים 44 § 59.
Cellarii: 57 § 33.
Celſus mart. 69 § 27.
Cenoman. Apoſt. 33 § 35, & 46 § 5
Cenſura Eccleſiaſtica 57 § 9. ſeq.
Centrum communionis 43 § 4, 5.
Cephas 33 § 36.
Ceratius Epiſc. 44, 38.
Cerdo fit Alex. Epiſc. 100 § 2.
de Cereis: 58 § 36. ſeq. illorum uſus: 55. § 3. efficacia: 58. § 38. Gentilium 44. § 65. Cerei dicti Chriſtiani: 66 § 1.
Ceroferarii: 44 § 62.
Ceremoniæ Moſaicæ ſpepultæ: 58. § 39. multas Latini à Jud. & Gent. habent: 44 § 66. aliæ hæret. 60 § 7 à ceremoniis liberi ſumus: 51 § 21.
Cerinthus 51 § 4. contra illum Johannes ſcribit: 99 § 1. 2.
Character beſtiæ: 97 § 9.
Chatzinzarii: 60 § 4.
Χειροθεσία: 57 § 42, votiva: an. 44 § 55, varia: § 57.
Χειροτονία: 48 § 6.
Cheruſci: 12 § 2.
Χιλιασμὸς: 69 § 15.
Chiliaſmus: 97 § 10, Chiliaſta Cerinthus ex Apoc. Johannis 97 § 2, an. 51 § 4.
Chorepiſcopi: 44 § 64.

Chriſti nativitas 1 § 5.6.9, illa ab incarnatione differt. § 5. ejus epitheta: § 2. parentes: § 3. unde carnem habeat § 4. nudum hominem ſtatuit Ebion. 74. §. 1. non verum hominem Menandriani dixerunt § 1,2, ejus educatio & curſus annorum 31 § 7. quando paſſus 34 § 42, ejus nomina incommunicabilia, § 77. Deus eſt 99 § 1,2, non eſt Rex terrenus 33 § 2, ſolus Caput & ſummus paſtor &c. 45 § 19.

Chriſtiani ubi primitus dicti 43 § 3. ſub Nerva mitè tractantur 98, § 4.

Ciborum prohibitio 57 § 36, & 43, § 8.

Ciborium quis inſtit 34 § 18.

Circuitus Pauli & Theclæ 34 § 67. & 74, § 1.

Circumciſio Chriſti 1 § 12, eam urget Cerinthus 51 § 4, circumcidit Paulus Timotheum § 42.

Clades Rom. à Germ. illata 12 § 2.

Clatheus Epiſc. 53 § 14, & 60 § 18.

S. Claudia, uxor Pudentis 44 § 26, 36.51.

Claudius fit Imp. 43 § 1. perit. 56 § 4. Æthiopis Regis confeſſio 35 § 10.

Claves quid. 33, 59. ſeq. Davidis 97, §. 7. ſcientiæ & poteſtatis; errans & non errans 33 § 13, claves habet Eccleſia 69 § 20, quid comprehendant 33 § 22, i.q. ligare & ſolvere § 26, & an. 34. § 51. i. q. cenſura 57 § 10. ſeq.

Clavi Chriſti 34 § 48.

Clemens 33 § 34, 36. Metas mittitur 44, 36, 39. quotus Papa 69, § 3. f. 19. ſeqq. an. 93 § 3. relegatur 100 § 1, martyr 98 § 1. Corinthiis ſcribit 95 § 1. illius Conſtitutiones: 44 § 45. an Diaconus Petri 63 § 11.

Cleobius hær. 35 § 9.

Cleopa 33 § 33, 36. an. 34 § 49, f.

Clerus quis 45 § 15. clerici unde 34. § 68, an. 44 § 59, ſubjecti Magiſtratui 34 § 10, an. 45 § 13, 17, gladium ſecularem non habent. 58 § 25.

Cletus fit Papa, 80 § 3, quotus 69 § 2, ſeq. an i. q. Anacletus 93 § 1, martyr fit. ib.

Cohen. 31 § 3.

Cochleari utuntur Orientales in S. Cœna 34 § 31 & 57 § 20.

Contra cœcam fidem 58 § 43.

Cæcilius Hiſpan. Apoſt. 46 § 6.

Cœlibatus cler. 11 § 1, & 57 § 14. ſeq. 32, an. 58 § 6, an. 59 § 7. an. 60 § 16, an. 69, § 15, Apoſtolorum. ib. & 33 § 45, ex Theclæ hiſtoria probant 47 § 2, cœlibatûs votum fictum 74 § 4.

Cœmiteria extra urbem fuere Romæ. 66 § 2.

Cœnacula Templi 34 § 72.

Cœna Chriſti triplex 34 § 30. S. Cœnæ celebratio Apoſtolica 57 § 20, ejus reſiduæ particulæ quibus datæ, 34 § 33 S. C. mutilant Ebionitæ, 74 § 1.

Cœtus frequentandi 60 § 15.

Cognitor quid 57 § 13.

Collecta 34 § 36, pro Chriſtianis Hieroſ. 44 § 53, de illo termino § 54.

Colonienſium Apoſt. 33 § 35 & 44, §. 39.

§ 39. & 46 § 4. 6. ibi baculum Petri habent 74 § 2. vid. Agripp.
Columna Chriſti 34. §. 48. columna veritatis Eccleſia 57. §. 34.
Corban. 28. §. 1.
Comam nutriunt Nazaræi 74. §. 1. mulierum. 57. §. 17.
Communis vita fidelium, 34 § 81.
Communio corporis Chriſti. 34. 32. ita dicitur S. Cœna 34. §. 30. & 57. 20. communicant omnes aliquotiens in anno 34. §. 74. privata ib. ad ſolum Deum dirigitur: ib.
Communicare cum Rom. Eccleſia 45. § 3.
Competentium Dominica. 34. §. 7.
Compoſtell. templum. 44. §. 1.
Concilia prima N. T. 100. §. 4. & 34. §. 68. quot. ib. neceſſaria ſunt. 51. §. 7. an à ſolo Papa convocanda. 33. §. 30. an. 34. §. 55. an. 58. §. 45. an errent. 33. §. 28. ſeq. an. 34. §. 41. 43. ſunt ſupra Papam 33. §. 23. ſeq. an. 41. §. 3. Papæ ſuſpecta. an. 33. §. 29. Conciliis laici etiam adſunt. 41. §. 3. Hieroſol. 51. 1. ſeq. quæ cauſa. §. 4. omnium optimum. §. 5. an œcum. ib. præſes. §. 6. forma § 8. materia. ib. & § 9. quis indixerit § 10. & 13. Petrus an præſes § 11. 22. qui convocati § 14. ſeq quis concluſerit. §. 22. An Concilia errent § 27. quæ illorum poteſtas § 28. quatenus ligent. 29. ſeq. an ſola à Papa approbata non errent. 30. qui ſubſcribant. 31. Conciliorum origo an humana. ib. num ſubſint Papæ. 38.
Conciones quomodo olim habitæ, 46 § 8.
Confeſſio Petri. 33, § 5, auricularis, 34, § 52, & 56, § 3, confeſſio ante communionem, 57 § 20.
Confirmationis Sacramentum, 35. § 4, 5, & 44. § 57, l. q. S. Cœna, 34, § 30, an Petrus vel Papa confirmet infirmos, 48, § 8 confirmare fratres quid. 34, § 26.
Conjugium ſacerdd. 57. § 32, vid. cœlib.
Conſcientiam quæ obligent. 58. § 30.
Conſtantienſis primus Epiſc. 44. § 39.
Cpolitana ſedes erecta, § 22.
Conticinium, 51. § 46.
Conventus Chriſtianorum nocturni, 100. § 1. conveniebant ubique. ib. § 3, & 57, § 18.
Converſio varia eſt, 44. § 38.
Convocet Concilia quis, 51, § 10, 13, ſ. qui convocandi: § 14.
Coponius è Judæa vocatur, 12 § 3.
Corinthi docet Paulus, 52, § 2, eorum ſchiſma, 95, § 1, ſeq. I. ad Cor. 57. § 2. II. ad eoſdem 58, § 11, illis ſcribit Clemens: 95, § 1.
Cornelius centurio, 41, § 2,
Coromandelorum apoſt. 44. § 27.
Corona Papæ triplex, 34, § 89.
Corpus Chriſti unum, 59, § 23, myſticum, 60, § 8.
Credo quod Rom. Eccleſia, 34, § 15.
Cremon. Epiſc. 55, § 5, ſ.
Creſcens, 33, § 33, 36, Apoſtolus, 44, § 39. an Gallorum Apoſt. 46, § 4, 5, & 59. § 10, 11.
Cretentibus Titus prædicat: 58. § 1.
Criſpi converſio, 52, § 2.
חֵרֶם 59 § 13. ſeq.

Crucis ſignum 57 § 43. an. 97 § 9. varia forma 69 § 15 ejus adoratio & hoſtes 60 § 4. inventio. item ſignare ſe cruce § 5. crux Chriſti 34 § 47.
Cryptæ: 57 § 18.
Cteſiphon Hiſpan. Apoſt. 46 § 6.
Cumanus Judææ procurator 50 § 1.
Cuſpius Fadus Judææ præfectus 46. § 7.

D.

Daduchus: 31 § 3.
Dallæus de fermento: 34 § 31. de Gallorum Apoſt. 44 § 38.
Dalmatarum Apoſt. 33 § 36, & 58, § 1, 3, & 50 § 10.
Damaſus ſublatus: 69 § 17. ejus Pontificiale: 69 § 20, & 80, § 2.
Damnati an ſerventur: 34 § 46.
Dan tribus: 97 § 7.
Davidis ſtirps: 72 § 2, & 73 § 1, illi inſidiatur Domitianus: 93 § 4.
Decalogi præcepta: 42 § 3, diviſio 96 § 2.
Decanus: 44 § 64.
Decimæ: 57 § 16.
Decretales epiſtolæ priorum Pap. ſuppoſitæ: 44 § 44, & 80, § 2.
Decretum an Petrus fecerit in Concilio Hieroſ. 51 § 12. decreta Conciliorum qualia: 51 § 43.
Dedicationum templorum Higinus author: 34 § 72.
Defectio: 53 § 3. vide apoſtaſia.
Deficiunt Chriſtiani ob cruciatuum metum: 100 § 2.
Roma deficere poteſt: 58 § 23.
Demas: 33 § 34.
Derthon. Epiſc. 75 § 1.
Deſcenſus Chriſti ad inferos: 34 § 46.
Deſertum Johannis: 31 § 1.
Deus vocari vult Domitianus & alii: 88, Deus erit Anichr. 53 § 3.
Lucius Dexter. 44 § 1, 3.
Diaconi VII. primi à quibus electi: 34 § 79, ſeq. eorum officium § 80, Diaconi duplices: 57 § 33, Diaconi etiam V. Miniſtri vocantur: 44 § 60, 64.
Diaconiſſæ: 34 § 83, ſeq. & 57 § 40.
Diaconicum: 57 § 19.
Διαπροθυμένοντες: 44 § 64.
Διασποραὶ duæ: 45. 8.
Dicere Eccleſiæ: 33 § 21.
Διδάσκειν 34 § 61.
Diei diviſio: 51 § 45, ſeq.
Dignitatum Eccleſ. ordines apud Lat. 44 § 61.
Dimas 34 § 45.
Dioclet. æra: 1 § 5.
Diœceſis: 93 § 2.
Dionyſius Areopag. converſus: 52 § 1, fertur funeri Mariæ interfuiſſe: 48 § 4, item Romam veniſſe: 98 § 5, ac miſſus in Galliam: ib. ubi docuerit: 44 § 35, num in Gallia, 44 § 38, & 46 § 4, ejus legenda 55 § 5.

Dio-

Dionyſ. Exiguus, 15 § 1, 5.
Diotrephes præcurſor Antichriſti: 99 § 2,4,5.
Diſciplina Eccleſ. 58 § 18.
Diſpenſator fidus: 33 § 42. diſpenſat Papa contra legem: 53 § 7.
Dives Papa: 34 § 76.
Diviſio orbis inter Apoſtolos: 44 § 17,& 51 § 33,ſeq.
Divitianus Epiſc. 46 § 5.
Divortium: 57 § 32.
Δοχή: 34 § 32.f.
Doctores qui: 44 § 64. doctor unus: 34 § 15.
Δώματα: 34 § 34.
Dominicalia: 58 § 39.
Dominicum idem quod S. Cœna: 34 § 30.
Dominium in Eccleſia prohibetur 34 § 20. dominari Clero: 45 § 15, fidei: 58 § 12.
Dominica palmarum: 34 § 7, adventûs: 1 § 7.
S. Dominici miracula: 47 § 2.
Domitianus fit Imperator: 83. crudelis eſt: an. 85. & 98. 4. occiditur: ib.
Domitilla: 98 § 1, ejus titulus 100. § 3.
Donatianus mart. 70 § 2.
Donatio, Stifftung: 44 § 54. donationes: 34 § 81.
S. Donatus: 68 § 15.
Donum i.q. S. Cœna: 34 § 33.
Δῶρα: 34 § 34.
Dorotheæ acta: 44 § 44.
Dorothei ſynopſis: 44 § 45, de LXX. diſcipulis: 33 § 36, mendax: 69 § 4, errores, 44 § 30.
Doſitheus hær. 35 § 9.
Draco interficitur: 44 § 35.
Ductoribus obediendum: 60 § 16.
Dula: 34 § 45.
Dulciſſimus Apoſt. 56 § 4.
Δουλεύειν: 59 § 19

E.

Ebion hær. 74 § 1. contra illum Joh. ſcribit: 99 § 2.
Ebroic. Epiſc. 95 § 5.
Eccleſia habet claves: 69 § 2. eſt columna veritatis: 57 § 34. errat: 34 § 64.& 68 § 6. non ſemper conſpicua: 97 § 7. Eccleſia non ſolus eſt Papa, vel Prælati: 33 § 25. ejus regimen non eſt monarchicum: 34, § 69. Eccleſia repræſentativa, 33 § 21, Eccleſia tota Conciliaria tractat: 41 § 3. jus eligendi habet. 34 § 68. an Antiochiæ duplex: 45 § 5.
Edeſſeni docentur: 31 § 14.
Edicta principum num conſcientiam obligent: 58 § 30.
Ἐκφάντωρες: 44 § 64.
Eleucadius Ravenn. Epiſc. 75 § 1.
Electio Dei immutabilis: 95 § 8. Miniſtrorum: 44 § 55, & 58, non dat poteſtatem: 58 § 27. à clero & plebe facta, 44 § 41. & 48 § 6. ſeq. & 69 § 26. & 34 § 71, 79, ſeq. electio Epiſcopo-

ſcoporum Hieroſolym. 63 § 12. Alexandr. 64 § 2. malè ſolus Papa eligit: 34 § 68, 69.
Elias eſt Johannes B. 31 § 1. & 32 § 5.
Elymas excœcatur: 46 § 8.
Emere & vendere prohibentur fideles: 97 § 9.
S. Emerita: 44 § 36.
Emiſſarii pontific. 75 § 1.
Encænia: 33 § 42.
Enſis à P. benedictus: 53 § 7.
Enthuſiaſt. origo hær. 60 § 7.
Epænetus: 33 § 33, 36.
Epaphras: 33 § 35.
Epaphroditus: 33 § 34. 36. Apoſtolus: 46 § 4. quorum: 60 § 1. 3.
Epheſiorum Apoſtolus: 33 § 33, 36 & 44 § 19. epiſcopi ibi plures: 92 § 1. an Timotheus: 57 § 25. triennium ibi Paulus moratus: 55 § 1. ad illos Pauli Epiſtola: 59 § 20.
Epiphania: §. 7. 11. 13.
Epiſcopæ: 34. §. 84.
Ἐπισκοπεῖν: 45. §. 14. qui epiſcopi & unde dicti, quibus ſucceſſerint, 33. §. 38. de epiſcopis, 57. §. 30. a. 58. §. 1. ſeq. origo non Apoſtolica, 64. §. 2. novus ordo, 44. §. 64. an. 51. §. 23. an. 57. §. 23. an. 97. §. 6. an. 59. §. 24. primi non fuerunt epiſcopi ſpecialiter ſic dicti, 40. §. 2. an duo epiſcoporum genera, 33. §. 39. an. 57. §. 23. an. 35. §. 4. eodem tempore plures uno in loco. 45. §. 5. ſeq. an. 69. §. 24. ſeq. hodierni an ab Apoſtolis: §. 26. epiſcopus i. q. presbyter, 44. §. 14. an. 57. §. 27. 31. 38. ſeq. an. 58. §. 41. ſeq. an. 60. §. 3. an. 63. §. 5. an. 95. §. 3. ii qui Apoſtoli & Eccleſiarum plantatores atque Miniſtri: 60. §. 1. an. 69. §. 12 plures uno in loco. 60. §. 3. olim nulli in Ægypto. 45. §. 24. qui Corinthi. 57. §. 5. unde orti ſpeciales epiſcopi. 45. §. 6 ſit unius vir uxoris. 57. §. 32. præ presbyteris prædicandi munus ſibi ſumpſere, 33 § 39 eos Latini faciunt primos præcones. 56. §. 4. an ſoli in Conciliis. 60. §. 3.
Epiſcopatus quid. 45. §. 15.
Ἐπιτίμησις. 59. §. 13.
Eraſma. 60. §. 18.
Eraſtus. 33. §. 34-36. quorum Apoſtolus. 60. §. 3.
Erravit Petrus. 34 §. 23. 27. errant Papa & Concilia. 34. §. 6. 41
Eſſæi, eni. 42. §. 2. an. 64. §. 4.
Ἑταιρεῖαι. 34. §. 34.
Eubulus: 33. §. 35.
Evangelium unde exierit. 34. §. 60. Ægyptiorum. 45. §. 23. alia ſuppoſita. 44. §. 44. Iſcariotæ & aliorum. 68. §. 8. Jacobi. 63. §. 11. Evangelium æternum. 97. §. 10.
Evangeliſtæ qui, 33. §. 39. quot, qui, 41.

41.§.7. illorum ſymbola & emblemata. ib. an Timotheus fuerit. 59.§.8.
Eucharius Apoſt. 59.§.10.an.44.§.39.an.46.§.6. baculum Petri accipit. 74.§.2.
Euchariſtia. 34.§.33.
Εὐχέλαιον. 63.§.7.
Evellus. 69.§.27.
Eulogia. 34.§.33.
Eunuchus ex LXX. 33.§.35. baptizatur. 35.§.10.
Evodius. 33.§.36. Antiochenus Epiſcopus. 39.§.7. primus quidem, ſed non ſolus. 45.§.5. ſeq. à presbyteris ordinatus. 44.§.55. an ei Ignatius ſuccedat. 71.§.2.
Evodia. 33.§.34.35.
Euphemia. 60.§.18.
Euphraſius Hiſp. Apoſt. 46.§.6.
Euphrades Arianus Epiſcopus. 44.§.39.
Euphroſyne R. 44.§.29.
Euphroſyna mart. 98.§.1.
Euprepiæ domus. 100.§.3.
Euprepius Apoſt. 46.§.4.
Euſebius quid de Petri cruce. 69.§.7. Vercellenſis fuit reform. 44.35.
Euthalius quid ſcripſerit. 69.§.1.f.
Εὐθυμία. 63.§.7.
Eutropius epiſcopus. 46.§.5.an.98.§.6. ubi docuerit. 44.§.35.
Excommunicatio. 59.§.14. legitima quæ. 33.§.19.20. temeraria & injuſta non valet. 33.§.13.an.57.§.25. nemo excommunicandus ſine Eccleſiæ conſenſu. 33.§.23.
Exemplo graviter peccatur. 51.§.37.
Exemtio Cleri. 45.§.13.an.53.§.7
Exomologeſis. 56.§.3.
Exorciſtæ. 44.§.62.an.56.§.1.
Ἐξορκίζειν. 34.§.20.
Expurgat. indices. 44.§.44.
Exuperius conſulit Romam. 44.§.35.

F.

Fames ſub Claudio. 44.§.53.
Fauſtina convertitur. 100.§.1.
Feliciſſimus Gall. Apoſt. 44.§.38.
Feliculæ paſſio. 68.§.13.f.
Feriæ quid. 58.§.39.
Fermentum panis in S. Cœna. 34.§.31.38.
Ferreolus. 44.§.56.
Feſta pauca initio. 58.§.39. in ſolius Dei honorem. §.40.
Feſularum Apoſt. 46.§.4.an.56.§.4.an.98.§.6.
Ficui maledicitur. 34.§.8.
Fideles dicti qui baptizati. 43.§.4. fidelitas prælatorum erga Magiſtratum. 33.§.17.
Flamines. 34.§.89.
Florentin. Apoſt. 56.§.4.
Florianus. 44.§.36.
Fortunatus Apoſt. 33.§.35.an.46.§.4.an.68.§.15.
Forum Eccleſ. 57.§.12.13.an.59.§.8.

Digitized by Google

§.8.apud Latinos 45.§.16.17.
Foſſarii,44.§.62.
Fractio panis,34.§.32.74. an. 58. §.35.
Franci i.q.Chriſtiani,43.§.4.
S.Franciſci miracula,47.§.2.
Fratres dicti Chriſtiani,43.§.4. fraternitates Papiſt.34.§.72.
Frontinus Epiſc. 56.§.4.
Fulgentius Epiſc. atin.95.§.5.
Fundatores Eccleſiarum dubii.44. §.35.fundare Eccleſiam quid. 39.§.5.
Fundamentum unum.57.§.7.quomodo Apoſtoli.59.§.22.

G.

Galilæa occupatur à Rom. 69. §. 27.Galilæi i.q.Chriſtiani.43 §.4.8.
Galli,Galatæ,horúmque Apoſt. 59. §.10.an.33.§.36.Galatis prædicat Paulus.54.§.1. iisdem ſcribit.59.§.11.Gallorum Apoſtolus Philippus.44.§.24. ſeq.alii.§.25.Martialis.74.§. 2. quando & à quibus converſi.44.§.41.ſerò converſi. §.38.ab Aſianis Apoſtolos accipiunt. 98.§.5.illius Eccleſiæ libertas.59.§.10.quandiu libera à Romana. 44.§.35. ejus doctores.§.36. primum templum ib.converſa.§.37.
Gallicinium.51.§.46.
Gaudentius Epiſc.51.§.47.
S.Gaudus Epiſc.95.§.5.
Genealogia Chriſti.1.§.3.
Gentes an à Petro vocatæ,41.§.1. ab iis multa habent Latini, 44.§.65.ſeq.an.58.§.36.38.
Genuflexio in precibus,58.§.44.
Germanorum Apoſtoli,46.§.6.Jacobus major,44.§.31.alii,§. 36. Germania quando converſa,44.§.39.f.
Gervaſii & Protaſii acta,44.§.44.
Gildæ duo,35.§.3.
Gladii duo,34.§.28.Gladio utitur Petrus:§42.Eccleſiæ quis.58 §.14.ſeq. Gladium quis portet,58.§.30.
Gnoſtici,68.§.9.
Gog & Magog,97.§.11.
Gorthœus hær.35.§.9.
Græcorum ordines,44.§.62.
Gratianus Apoſt.Gal.46.§.4.ſeq.& 44.§.38.
Grex & paſtor unus,33.§.43.
Griſantius Apoſt.46.§.4.

H.

Hæmorrhouſa.31.§.16.
Hæreſes an in ſolis Concil.diſcut. 33.§.29.hæretici N.T.primi 35.§.9.
Hariminus Ger.R.12.§.2.
ad Hebr.Epiſt.60.§.12.ſeq.
Hegeſippus quis,69.§.6.
Helecæ fragmenta,44.§.30.
Helena R. Chriſtianis ſuccurrit, 44.§.53.
Helleniſtæ,45.§.11.f.

Hel-

Helvetiorum Apoſt Beatus, 44. §. 26. 34.
Henoch & Elias an redituri, 97. §. 8.
Heracl. Epiſc. 54. §. 1.
Herculanus mart. 57. 43.
Hercules Alexiacus. 68. 15.
Herma & Hermes. 33. §. 34. 36.
Hermagoras Apoſt. 46. §. 4. 6. Aquileg. Epiſc. 45. §. 23. ſ.
Hermogenes, 33. §. 35. ſeq. an. 59. §. 5.
Herodio. 33. §. 34-36.
Herodes M. perit. 8. §. 1. tertium templum non extruxit, 72. §. 1. Rex Chalcidis moritur. 50. §. 1. Herodis morbus, 44. §. 4.
Herodias malè Romam proficiſcitur, 40. §. 1.
Herodio, 69. §. 27.
Heſychius Hiſpan. Apoſt. 46. §. 6.
Hierarchia Pap. 44. §. 60.
Hieros contra nos ſcribit. 68. §. 15.
Hieruſal. primi Epiſcopi. 44. §. 30. 31. quis primus, 34. §. 86. catalogus epiſcoporum ib. prima eſt Eccleſia, §. 88. 90. ibi Concilium, 39. §. 10. inpr. 51. §. 1. ſeq. loci prærogativa, 31. §. 5. ſ. prodigia in templo ante obſeſſionem, 68. §. 16. à Veſpaſiano occupatur, 72. §. 1. deletur, §. 2. quare deſtructa 63. §. 2. Hieruſal. cœleſte: 97. §. 11.
Hierotheus funeri Mariæ intereſt, 48. §. 4.
Hilarinæ domus. 100 §. 3.
Hilarius Pictorum Reformator, 44. §. 35.
Hircanor. Apoſt. §. 27.
Hiſpanorum Apoſt. 33. §. 36. an. 44. §. 1. 2. an. 46. §. 6.
Holocauſtum, 34. §. 35.
Horæ canonicæ, 34 §. 75. & 51. §. 47. Horarum diviſio. §. 45. horologium non habent Æthiopes, §. 45.
Hoſtia, 34. §. 35.
Huſſitæ, 97. §. 10.
Hyacinthus mart. 100. §. 3.
Hymenæus, 57. §. 28. & 59 §. 7.
Hypante, 1. §. 14.

I.

Jacobus major & minor 44, ſ, 31. Jac. primus Hieroſ. Epiſc. 34 ſ 86. à quo initiatus, ſ. 87. decrevit. in Concil. Hieroſ. 51. ſ. 12. liturgia, 63. ſ. 9. ſuppoſita. ſ. 10. frater Domini 33. ſ. 33. Juſtus martyr. 63, ſ 1, ejus epiſtola, ſ 3, filii Zebedæi itinera, 44. ſ. 17. decollatur, 44, ſ 1, an Hiſp. Apoſt. ib. ſeq.
Janitores qui hodie, 44, ſ 61.
Janus VI. clauditur, 73, ſ, 1.
Jaſon, 33, ſ, 34, 36.
Idaletius Hiſp. Apoſt. 46, ſ 6.
Jejunium quot horas duret. 58 ſ 44: an abſtinendum à certis cibis. 57, ſ, 36, quatuor temporum 58, ſ, 51.
Ἱερομάρτυς, 47, ſ, 1.

Ἱερουργία, 34. §, 35.
Jeſus Hierol. vates, 65, §, 1.
Ignatius Antioch. 39, §, 7. an Evodio ſuccedat, 71, §, 2, an ei Maria ſcribat, 48. §, 5.
ἡγούμενοι. 34. §, 21, an. 44. §, 64, an. 45, §. 18, an. 60, §, 16.
Illyr. Apoſt. 58, §, 2.
Imagines ſunt illicitæ, 96. §, 2. Judæi non ferunt, 28. §, 1, pro illis fingunt Antioch. Concilium, 43, §, 7, 8, imago Chriſti, 34, §, 48, ad Abgarum miſſa 31, §, 14, ſeq. B. Mariæ, 48. §, 5, imagines ex ſymbolis formant, 33, §, 43.
Imperator externus primus, 100. §, 1. imperium factum electivum poſt Ner. 70. §, 1, ab imperio deficiet Antichriſtus, 53, §, 3, 4, an ſublatum, §, 9.
Incarnatio Chriſti quomodo negetur, 99, §, 3.
Incendium Romæ, 82, §, 1, à Nerone, 66, §, 1.
Inceſtuoſus excommunicatur, 57, §, 11.
Independentes errant, 51, §, 5.
Indorum Apoſt. 44, §, 27, multa de Deo ſciunt: ib. & §, 28, 31.
Infantes qui 32, §, 5.
Infanticidium Her. 1, §, 15.
Infulæ Prælatorum 34 § 89.
Inquiſitio Hiſpan. 36. §, 1, an. 58. § 14.
Intempeſta nox. 51, §, 46.
Intentio bona an excuſet: 98, §, 3.
Inveſtitura 68. §, 14.
Joachimi feſtum 1, §, 3.
Johannis Bapt. nativitas 1, §, 5, quis 32, §, 5, munus aggreditur 31, §, 1, ejus decollatio, 33. §, 1, reliquiæ ib. Zebedæi ſors & itinera 44. §, 19, Presbyter 33, §, 33. Romæ oleum fervens expertus 92, §, 1, Evangelium quando ſcriptum, 99, §, 1, quare ib. epiſtolæ 2. ſeq. Apocrypha, 97. §, 2, Johannes Marcus 33, §, 35. 36.
Jonatanis Targum 50, §, 1, alius fit Pont. Max. 37, §, 1, movetur 39, §, 1.
Joſephus Pater Chriſti, ejúſque feſtum 1, §, 3, Arimath. ſepelit Chriſtum 34, §, 46, Apoſtolus eſt 35, §, 2, 3, in Britannia 44, §, 25, unus ex LXX. 33, §, 33, 36. hiſtoricus bello capitur à Rom. 69, §, 27, Romæ ſcribit. 84. § 1. quid de Chriſto 34, §, 66, diſting. à Joſippo, 72, §, 2, ejus hiſt. quouſque extendatur. 96, §, 1, ubi plura de illo, ac de Xri teſtim.
Joſes, 33 §, 35.
Jovinus primus Trid. Epiſc. 40. §. 2.
Iphigenia 44, §, 29.
Irudus 43, §, 2.
Iſcariothis Evang. 68, §, 8.
Ἱστορεῖν 39, §, 3.
Judæi Romanis præferuntur, 58, §, 23, horum Apoſt. eſt Petrus 59. §, 15, ſub Agrippa R. bene vivunt 43, §, 2, illorum ſeditio & clades 50, §, 1, Româ pelluntur, 51. §, 1, in eos judicia D. 58. § 23, horum tumultus 67. §, 1, tributarii facti, 72, §, 2, eos perſequitur Domitianus, 93, §, 4, Judaici ritus ſepulti, 58, §, 39. eos revocant Latini, 44, §, 65. ſeq.

ſeq. Judæorum Apoſtoli §, 29, Judæa Syriæ abjicitur, 16 § 1.
Judas Galilæus 1, §, 15, 16. Lebbæus 44, §, 30. ejus epiſtola. ib. & an. 68, §, 8.
Judex controv. an Papa 51, §, 20, & 100, §, 4. judex Pauli Cæſar. 58, §, 50, judices in Concil. qui. 51. §, 15.
Julianus Cenoman. Apoſt. 33, §, 35, & 46, §, 5.
Juliana æra, 1, §, 5.
Juliobon. Apoſt. 45. § 24.
Julius Africanus mendax 44, §, 29.
Junias 33 § 33, 35, ſeq.
Juramento obſtringere fratres & conſervos 45 §, 16.
Jurisdictio Eccl. 57 § 13, epiſcopalis §, 37.
Juſtificatio gratuita, 58, §, 20.
Juſtina. 60, §, 18.
Juſtus, 33 § 33.
Juventius Apoſt. 46. §, 4.

K.

Καγκπάθεια 63, § 7.
Καλιμάρτυς. 47. § 1.
Καρπώματα. 34. § 34.
Karwochen 34 § 7.
קדש 31 § 3.
Κατακυριεύειν 34 § 20. an. 45 § 17.
Κατήχων. 53 § 6, 9.
Κατηχησιάζειν 34 § 20.
Κεφαλή non i. q. Cephas 31 § 10.
Κεφάλαια N. T. 58 § 34.
Kermeß 34 § 39.
Κῆνσος 33 § 16.
Κλάσματα. Κλασός 34 § 35. & 58. 35.
Κυβερνῆται 44 § 64, f.
Κυριεύειν 34 § 20. & 45 § 17.

L.

Laborantes 44 § 62.
Laici Concilio adſunt 51. § 14. ſeq. etiam jus eligendi habent 34 § 69. ad miniſterium vocari poſſunt 44 § 58 laicus docet 54 § 1.
Lamina Jacobi 34 § 89.
Lancea Chriſti 34 § 45.
ad Laodic. epiſtola 60. 11.
Λατρεία S. Cœna 34 § 38. is cultus cruci exhibetur 60 § 4.
Laureac. Apoſt. 46 § 4, 6.
Laurentius Apoſt. Laureac. ib.
Lauretana ædes 9, 1.
Lauſanenſ. Apoſt. 44 § 39.
Lazarus ſuſcitatur. 34. §. 6. de illo 35 § 2. & 69. § 27. ubi docuerit 44. § 35. & 34. § 6. Brit. Apoſt. 44 § 25. Lazari parabola 33. § 43.
Lebbæus. vid. Judas Lebb.
Legebant Judæi Legem in Synagogis 46 § 8. lectio S. S. ib. lecta olim in Eccleſia etiam non Canonica 95 § 1. lectiones N. T. quæ 58. § 34. lectiones, lectionaria 44. 61. lectores qui ib.
Legendarum origo 44 § 54 legendæ mendaces § 43. ſeq. an. 55. 3. ſeq. an. 47. § 2. an. 48. § 5. Legendiſtæ Rom. 98 § 1. 2 3.
Legati Chriſti ſunt Apoſtoli 58 § 13.
Λειτουργεῖν 44 § 65.
Lemovic. Apoſt. 44 § 38. an. 46 § 4.
Leodienſ. Apoſt. 74 § 2.
Leucorum Apoſt. 44 § 34.
Leontius Senon. Epiſc. 46 § 5.
Levi vid. Matthæus.
Levitæ qui Papiſtis 44 § 59.

Digitized by Google

Lex Moſis ſublata, 51.§.21. 29.legem conſcientiis imponere, 52.§.3. legem cum Evangelio confundere, 51.§.4. leges an ductores Eccleſiæ præſcribant, 60.§.16.
Liberatores qui, 34.§.46.
Libertas Chriſtiana, 59.§.19.
Libri fatidici Romæ delentur, 18. §.1. libri laicorum, 44.§.9.
Libyæ Apoſt. 44.§.30.
Lidorius Gall. Apoſt. 44.§.38.
Liechtmeß 1.§.14.& 58.§.36.
Ligare quid. 33.§.26.
Limina Apoſtolorum inviſere, 69. §.10. & 93.§.2.
Lingua nota, 57.§.24. in miſſa 44. §.43.& 63.§.9.
Linus, 33.§.34.36. ejus initium, 70. 1. Veſontin. Apoſt. 44.§.36. Rom. Epiſcopus tempore Petri. 69.§.17. an Diaconus Pauli, 63.§.11. quotus & quando acceſſerit, 69.§.19. ſeq. ejus martyrium & ſedis tempus, 80 §.1. ſuppoſita ib. Linus ante Petrum mortuus, 44.§.18. illius acta de Petri & Pauli paſſione falſa, 44.§.44. ann. 66.§.3. an. 69.§.4.9.
Lintea Chriſti, 34.§.48.
Lipſamus, 55.§.2.
Literatus i.q. ſtigmatiz. 97.§.9.
Liturgia quid ſignificet, 44.§.65. quid Hebr. 58.§.44. i.q. S. Cœna, 34.§.37. liturgici libri ib. liturgiæ plurimæ ſunt, 44 §.44.& 63.§.9. Jacobi ib. Petri, 68.§.7. Matthæi, 44.§.29. Matthæi apud Æthiopes in uſu, 35.§.10. Marci, 45.§.23.
Livius moritur. 19.§.3.
Λογίαι 34.§.86. & 44.§.54.
Longinus, 34.§.45. al. Syriæ præfectus, 46.§.7.
Lotharing. Apoſt. Manſuetus, 44.§. 18.36.
Lucas num alius à Lucio, 61.§.2. ubi ſepultus, ibid. an unus ex LXX. 33.§.33. Gallis prædicat 59.§.10. actuum ſcriptor qualis, 34.§.67. de Luca, 58.§.8. ejus translatio ib. qua occaſione ſcripſerit, §.9. ſeq. an pictor, & Mariam depinxerit, 48.§.5.
Lucenſium Apoſt. 46.§.4.
Lucernæ, 58.§.36. ſeq. lucernariæ preces, 51.§.44.
Lucianus Apoſt. 98.§.6.
S. Lucina, 69.§.27.
Lucius, 33.§.33.36. Cyrenenſis ubi doc. 44.§.36. alius Angl. R. ib. & 35.§.3.
Lugdunenſes unde ſuos Apoſtolos habeant, 44.§.35.
Luminarium dies, 1.§.7.11.14.
Lupa Regina Hiſpan. 44.§.3.
Lux mundi, 33.§.31.
Lycaonum Apoſt. 44.§.28.
Λυχνοκαῖα. 58 §36.
Lydia. 51.§.44.

Ly-

Lytrum Chriſti unicum, 57. §. 30.

M.

Macedonum Apoſt. 44. §. 29.
Macerin. Hercules dictus. 1. §. 13.
Magi, 1. §. 13. Simon Magus quando extinctus. 68. §. 10. ſeq.
Magiſtratûs poteſtas, 57. §. 12. ſumma, 58. §. 26. in hæret. etiam 57. §. 29. ei omnes obedian', 45. §. 13. & 58. §. 7. etiam clerici, §. 25. Magiſtratum contemnere, 68. §. 6. 8. de eo quid Patres. 58. §. 28.
Magnoſius Trident. Epiſcop. 40. §. 2.
Malabaror. Apoſt. 44. §. 27.
Manahen. 33. §. 35. & 44. §. 67.
Mandata hominum. 34. §. 63.
Manducatio ſpirit. 33. §. 3.
Manſuetus collega Beati, 44. §. 34. à Petro miſſus. §. 18. inpr, 26.
Manuum impoſitio, 59. §. 5. & 44. §. 55. varia, §. 57. bis impoſitæ catechumenis, 43. §. 4. i. q. benedictio, 57. §. 40. 42. an ordinem det. 44. §. 60.
Manuſc. Petri & Pauli, 69. §. 1. ſ.
Maranatha, 57. §. 25.
Marcella, 35. §. 2. in exilium pellitur. 44. §. 25.
Marcellus Mart. 100. §. 3.
Marcus Evangeliſta, 33. §. 3. ex LXX 33. §. 33. 34. Evangelium ubi ſcripſ. 45. §. 7. 21. quis ibid. an Gr. ſcripſ. § 22, Matthæi epitomator § 23, ei falsò adſcr. ib. plura de ejus prædicatione & morte § 24. tollitur 64 § 1, transfertur § 3. ei ſuppoſita 68 § 13. f. alius Marcus æquicolarum Apoſt. 46 § 4.
Mariæ diverſæ 1 § 9. Chriſti an cœlibatum voverit § 4. aſſumptio ſeu tranſitus 48 § 2. ſeq. an peccatrix § 4, & 1 § 4. ejus feſta, reliquiæ, cultus apud Latinos § 3. an aliquid ſcripſerit 48 § 5. ejus imagines ib. de ea ſcribunt Gnoſtici 68 § 9. ei vota facit Baronius: 100 § 4.
Maria Magdalena: 32 § 6, & 35 § 2, in exilium pellitur 44 § 25, 35.
Marius Atinæ Epiſcopus: 44 § 67.
Marmora ſecare coacti Chriſtiani 100 § 1.
Maro mart. 100 § 3.
Marſus Syriæ præf. 46 § 7.
Martha: 35 § 2. in exilium pellitur 44 § 25, 35.
Martialis Gall. Apoſt. 44 § 36. 38 & 46 § 4. ſublatus: 74 § 23, ejus epiſtola: § 4. vita § 5. legenda: 55 § 5.
Martianus Apoſt. 46 § 6. & 75 § 1.
S. Martinianus: 68 § 15, & 69 § 11.
Martyrologia depravata: 44 § 44, & 98 § 2, 3. martyrium varium: 47 § 1. eorum memoria: 55 § 3. ſepulturæ ſeparatæ Romæ: 93 § 2. i. q. martyria ib.

Digitized by Google

Maſbotheus hær. 35 ſ 9.
Maſſilienſ. Apoſtoli 34 6. & 35. 2. & 44 25. 35.
Maternus 74. 2. & 44. ſ. 39. & 46. ſ. 4. 6. & 59. ſ. 10. Colonienſ. Apoſt. 33. ſ. 35. plures Materni. 44. ſ. 39.
Mathematici Romæ exagitantur. 18. 1.
Μαθητεύειν. 34. 61.
Matrimonii prohibitio 57. ſ. 35. vid. cœlib.
Matthei Evangelium 41. ſ. 5. quare ſcripſ. ſ. 8. ejus partes 41. ſ. 8. corruptum. 44. ſ. 28. ubi docuerit ſ 29. & 44. ſ. 32. ejus liturgia & alia 44. ſ. 29. 32.
Matthias 33. ſ. 33. illius electio 34. ſ 68. ſeqq.
Maurit. Apoſt. 44. ſ. 30.
Maximianus Apoſt. 35. ſ. 2. in exilium ejicitur 44. ſ. 25. ubi doc. 35.
Maximus in regno cœlorum 33. ſ. 18.
Maximus Apoſt. 46. ſ. 4. Aquenſ. 33. ſ. 35. Maximi Barcinon. fabulæ 44. ſ. 1.
Medaille 58. ſ 38.
Mediator unus 57. ſ. 30.
Mediolan. Eccleſiæ fundatio 44, 34.
Medorum Apoſt. 44. ſ. 27.
Μεγαλομάρτυς. 47. 1.
Mellonus Epiſc. 98. 6.
Memmius Apoſt. 46 ſ 4. 5.
Memoria martyrum 55. 3.
Menandriani, 74. 1.
Mendicantes Monachi 74. 1.
Menſa Domini 34 ſ. 32. & 57. ſ. 17. menſa communis & ſacra. ſ. 20.
Meretrix Babyl. 97. 10.
Μερίδες 34. ſ. 35.
Μεσονύκτιον 51. 45.
Meſopotamiæ Apoſt. 44, 30.
Meſſiæ adventus 1. ſ. 8. tempus inſtare crediderunt Judæi ſ. 5. apparuit 72. 1. Xriſtus Meſſias. 1. ſ. 10.
Μεταβολή 34. 38.
Μετάληψις 1. q. S. Cœna. ib.
Μετάνοια quid 31. 1.
Metaphraſtes ſubleſtæ fidei 69. ſ 17. etiam Latinis. 58. ſ. 10.
Μεταστροφή 34 ſ 38.
Metenſium Apoſt. 33 ſ 36.
Metrophanes primus Patriarcha Cpolit. 69. ſ 15.
Metropolitanorum nova dignitas. 44. ſ. 64. metropolitarum honos unde 45. ſ. 11. cur in veneratione 34 ſ 60.
Michaëlis Angeli cultus 60 ſ 8.
Minæi 51. 4.
Miniſtri requiſita 59. ſ. 5. nutriendi ſunt 57. ſ. 40. miniſterium S. non eſt dominium 44 ſ. 60. & 57. ſ. 8. & 58. ſ 12. ſeq.
Miracula ex V. D. æſtimanda 99. ſ. 3. ficta 47. ſ. 2. hodierna 34 ſ 58. infidelium. 71. ſ. 1. edet Antichriſtus 53 ſ 4. & 97 ſ 9.
Miſericordiæ fratres 57 ſ 33.
Miſerit an ſolus Petrus 44 ſ 12. vel ſoli Papæ R. ſ 41. ſeq. ſine miſſione aliqui docuere ſ 42. miſſio an ſemper neceſſaria 35 ſ. 1. mittantur quomodo Apoſtoli 34. ſ. 50. in totum terrarum orbem ſ 61. mittere major ſolet 35 ſ 7.
Miſſa unde 34 ſ 38. & 44 ſ 54. privata 34 ſ 30. veterum hodiernam evertit 63. ſ. 11. ſola oratione Dom. per agebatur. 44 ſ. 43.

Mitra

Mitra.34 § 89.
Mizraim op.45. §. 7.
Mnaſon ex LXX.33.§ 35.
Mogunt. Apoſt. 33.§.36.an.46.§.5. an.59. §. 10.
Monachatus an ex Joh. Baptiſtæ vita.31.§.1.
Monachi olim non erant otioſi.52.§. 2. Monachorum prælaturæ.44. §.61.
Monarchia in Eccleſia prohibita 34 §. 2. ſeq. Monarcha erit Antichriſtus 53.§.3.
Monſtranz.34.§.18.
Moſchovia vid. Ruſſi.
Mundi finis. 1.§.8. an Angeli mundum creârint.74.§.1.
Myſtagogia. 34. §. 37. myſtagogæ Cyrilli. ib.
Myſteria Dei quibus retecta 32.§.5. myſterium cur Antichriſtus 53. §.10.

N.

Narbon. Apoſt.44.§.38. & 46.§.4.
Narciſſus 33.§.34.36.
Narnus Epiſc.75.1.
Narſingæ regnum 44.27.
Νάρθηξ 57.19.
Natalitia quid vett.58.§.40.
Nathanael ubi doc.44.§.35.
Nativitatis Chriſti feſtum.1.7.
Navis Petri 34.§.53. templi 57.§.19.
S. Navitus 74. 2.
Naziræi 51.§.4. hæret. 35. 9. Nazireatus 53.§.14. Nazareni dicti Chriſtiani 43. §. 4. Nazarethi habit. Chriſtus.8.§.1.
S. Nazarius 35.2. martyr. 69.27.
נזיר 59 § 13. ſeq.
Neapolit. Apoſt.33.§.36. an.46.§.4.
Nectarius confeſſionem auric. ſuſtulit 56.§.3.
Negocia ſecularia Cler. prohibita 57. §. 12. an. 59. §.6. an. 33. §.41.
Nemetum Apoſt.44 §. 39.f.
Νεόφυτος clericus 57 § 33.
Nereus 33.§.35. an.100.§.3.
Nero fit Imp. 56. §.4. ejus perſecutio 66.§.1. debacchatio 67 § 1. & 69 § 27. perit. 70 § 1. Antichriſtus habitus 66 § 2.
Nerva Coccejus fit Imp. 98 § 4. bonus ib. obiit 100 § 1.
Nethinim.44 § 59.
Nicanor Diac. 33 § 33. & 34 § 85.
Nicaſius mart. 98 § 6.
Nicodemus ſepelit Chriſtum. 34. §. 46.
Nicolaus 33 § 33.36. Nicolaitæ 68 § 9. & 97 § 6.
S. Nicomedes 68 § 13. f. & 69 § 27. converſio 44 § 46.
Niger 33 § 33.
Nilus de Papa 51 § 40.
Nocturni conventus prohibiti 58 § 37.
Nominum impoſitio 35 § 4. ſeq. mutatio 36 § 1. nomen Petro mutatum 31 § 10. nomina Chriſti an Papæ communia 59. §. 21. nomen beſtiæ 97 § 9.
Noph. op. 45 § 7.
Notæ Eccleſiæ 34 § 16, 18.
Notarii Rom. VII. 98 § 1.2.
Noviſſimi dicti Chriſtiani 43 § 4.
N. Teſt. i. q. S. Cœna 34 § 30. quomodo à V. diſtinguatur 51 § 29.
Νουθεσία 59, 13.
Nox concubia 51. §. 46. nocturnæ preces § 44.
נשיא 31 § 3. & 58 § 49.

Numerus beſtiæ 97 § 9.
Numus tributi 1. 16.
Nuptiæ Galilææ 31. 10.
Nyctages 51. 44.
Nympha 33. 35.

O.

Obediendum non ſemper hominib. 33 § 4. quatenus ſuperioribus 34 § 77. & doctoribus malis 31. § 17
Oblatio. Opffaten 34. §. 34. oblatio quid olim 44 § 54. oblationes 57 § 16.
Oeconomia i. q. S. Cœna 34 § 37. οἰκονομία 57 § 2. œconomi 34. §. 82. Oecumenicus eſt Antichriſtus 57 § 7.
Officium i. q. S. Cœna 34 § 37.
Olei S. Conſecratio quæ apud Orient. quæ apud Occid. 63 § 8. ejus miracula 58 § 38.
Olympas 33 § 34.
Omnipræſ. corporis Chriſti 36 § 2.
Ὁμοούσιον, in liturgia Jac. 63 § 10.
Onkeloſi Targum 50 § 1.
Oneſimus 33 § 35. ubi doc. 69 § 15.
Oneſiphorus 33 § 34 36. & 59 § 5.
Oniæ templum deletum 73. 1.
Onuphrius Petrum priùs Romæ, poſtmodum Antiochiæ collocat 44 § 15.
Opera urgent Pſeud-Apoſtoli 51 § 4. illis juſtif. tribuunt Nazaræi 74 § 1.
Opes contemnunt Ebionitæ 74. 1.
Ὀψία. ὀψέ 51, 45.
Orandum ſemper & ubique 34 § 75. & 51 § 47. orantium ritus 58. § 44. Oratio Dom. omnibus diſcenda 1. §. 4. & 44. §. 8. ſola oratio Dom. olim in Miſſa 34. § 74.
Orcades inſulas Romani occupant. 46 § 7.
Ordo an Sacramentum 44 § 55. 57. 65. ordines ſacri quot 33 § 17. ſeq. & 34 § 82. & 57 § 22. ſeq. 32. & 59. § 23. duo nonniſi in N. T. 57. § 30. & 60 § 3. & 95. § 3. quot Latinis 44 § 61. quot Gr. ib.
Ordinatio quid 44. § 57. quomodo neceſſaria ib. & § 58. Presbyteri & Epiſcopi eadem 57 § 38. quid ſit. ib. ſeq.
Oreſius Maſſil. Epiſc. 44, 35.
S. Orontius 68 § 5.
Os reliquorum Petrus 33 § 6.
Oſulum varium 45 § 20. ſacrum 58. § 34. oſculum pacis 34 § 34.
Oſanna, quæ hebd. dicta 34. 7.
ὄσιος unde 64. 4.
Ovis amiſſa 33 § 43 oves Chriſti vocem audiunt § 42.
Ovidius moritur 19, 3.

P.

Pancratius Epiſc. 46 § 4.
Panis quotidianus, Angel. 34 § 37. communis in S. Cœna 57 § 20. & 34 § 74. materia & forma 58. §. 35. olim unus 57. §. 17. domum olim portabatur 57. § 20. frengebatur 34 § 74.
Pantænus Alex. doctor 45, 9.
Papa errat 34 § 23. ſeq. 41. an. 60 § 15. an. 51. §. 37. parere debet Conciliis § 38. ſeq. & audire Eccleſiam § 40. juxta Latinos non abſolutè aliquid poteſt Eccleſiæ obtrudere, ſed per conſenſum 51 § 7. excommunicari poteſt 33 §

33. ʃ 25. ejus potentia 97 ʃ 9. an omnes mittat 44 ʃ 42. Judæorum doctor. 59 ʃ 15. ejus dignitas 44 ʃ 61. ſubjectus Magiſtratui 45 ʃ 13. ſe olim Imperatoris ſubjecit, nec temporalem poteſtatem habuit 34 ʃ 10. ejus exemtio, poteſtas, tituli 53 ʃ 7. num Antichriſtus ʃ 10.
Papatûs origo 44 ʃ 64. deſcriptio 97 ʃ 7.
Papia lex. 11. ʃ. 1.
de Papia 69 ʃ 5. fabulis addictus 44. ʃ 13.
Papienſ. Apoſt. 46 ʃ 4.
Paracletus Spir. S. 34 ʃ 40.
Paradiſus quid ʃ 45.
Παραγγελία 57 ʃ 17.
Parendum Paſtoribus an ſemper 58. ʃ 43.
Pariſ. Apoſt. 46 ʃ 4. & 44 ʃ 38.
Parmena Diac. 34 ʃ 83.
Parthorum Apoſt. 44 ʃ 27.
Paſcere gregem 45 ʃ 15, 17. ſeq. oves, agnos 34 ʃ 53 ſeq.
Paſcha i. q. S. Cœna 34 ʃ. 38. Chriſti quot 31 ʃ 7. primum 31 ʃ 11 ſecundum 32 ʃ 1. ultimum 34. ʃ 30. num anticipârit ʃ 42.
Paſtophorium 34 ʃ 18 & 57 ʃ 19.
Paſſio Chriſti 34 a ʃ 42. ejus reliquiæ ʃ 67.
Paſtor unus 33. ʃ. 43. an ordinarius Petrus ʃ 6.
Paſtores Chriſtum inviſentes 1 ʃ 11.
Paſtoris titulus 44 ʃ 51.
Patefactio Chriſti 1 ʃ 11.
Paternus Epiſc. 44 ʃ 38.
in Pathmum relegatur Johañes 92 ʃ 2.
Patres erraverunt 34 ʃ 58. etiam juxta Latinos 60 ʃ 8. eos quomodo tractet Baronius 39 ʃ 11.
Patriarcharum origo 44. ʃ. 64. ſedes unde 69 ʃ 12. quando, quot 39. ʃ 8. & 44 ʃ 22. Cpolitanus 44. ʃ 21.
Patronatûs jus 57 ʃ 16.
Patrobas 33 ʃ 34, 36.
Paulus perſecutor 36, 1. varia de illo & quantus 44 ʃ. 33. an factus Epiſcopus ʃ 55. ejus Hieroſ. itinera quot 39 ʃ 10. Antiochiam vocatur ʃ. 5 quantus ib. venit Romam 59 ʃ 1. illam Eccleſiam fundavit 41 ʃ 6. convertitur & nomen mutatur. 36 ʃ 1.2. plus laboravit 57 ʃ 25. æqualis Petro 58 ʃ 16. nil à Petro accepit, nec illi ceſſit 51 ʃ 32. ſeq. non minor Petro. 59 ʃ 12. ſupremus Apoſt. 34. ʃ. 51. etiam mittit Apoſtolos 68 ʃ 15. objurgat Petrum 51 ʃ 36. quomodo: ʃ 37. Paulus potiùs Papa R. quàm Petrus 69 ʃ 21. 23. 16. ſeq. paſſus ʃ 1. ſeq. ejus ſepulchrum ʃ 10 ſeq. ei ſuppoſita 44. ʃ 44. & 53 ʃ 3. de illius paſſione acta efficta 66 ʃ 3. is rejicitur ab Ebione 74. 1. de alio Apoſt. Gal. 46. ʃ 4. Pauli Narbon. legenda 55. ʃ. 5.
Paulinus Epiſc. & Apoſt. 46. ʃ 4. & 70. ʃ 2.
Pauper eſt Davidis ſtirps 93 ʃ 4. pauperum curatores 57 ʃ 33. paupertas Monachorum ſpontanea 33 ʃ 43, 45. & 52 ʃ 2.
Pax i. q. Cœna 34 ʃ 34. quid Latinis 45 ʃ 20.
Pax tecum 60 ʃ 17.
Peccatum varium 59. 13.

Digitized by Google

Peculium Domini,45,18.
Pedum lotio,34,22.
Pellam abeunt fideles, 63 § 12. & 68 § 16.
Pen.idolum Gentium,34 § 65.
Pentecoſtes feſtum,34 § 65.
Perdam nomen Babyl. 45 § 10.
Peregrinationes ſacræ,57.30.
περίβλημα 44 § 55.
περικαθ. § 61.
S.Perinus Epiſc.51. 47.
Periodi Pauli & Theclæ, 34 § 67.
S.Perpetuus,69.27.
Perſarum Apoſt. 44 § 27.30.
Perſecutio duplex, 97 § 8. Hieroſ. 35 § 1.ſub Nerone, 66 § 1. ſecunda,92.tertia,100 § 1.
Peruſin.Apoſt.57 § 43.
πέζαλον 34 § 89.
Petra Chriſtus,45.12.
Petroncla,69.15.
Petronius in Syriam venit, 41.9.
Petri primatus,34 § 2.3. primo loco nominatur,32 § 2. habet privilegia perſonalia,58 § 18 primus vocatus, 31 § 8. primatus § 9.an omnes Eccleſias inſtit.46 § 1.non eſt univerſalis, 44 § 10,14. æqualis cœteris, 58 § 16. an petra, 33 § 7.ſeq. Petrus ubique Epiſcopus,etiam Hieroſolymis, 44 § 40.an ordinarius paſtor,33 § 11. rationem dat Concilio, 41 § 3.an præſes in Concilio 34 § 68.& 51 § 6. inpr. §. 11. ſeq.§ 18.an ipſe decretum fecerit § 12. an & quando Romam abierit, 44 § 12.13.48. ſeq.a.51 § 2.an.68 § 10.quando Magum extinxerit ib. an XXV. annos Romæ ſederit, 68 § 1.ſeq. quomodo ibi Epiſcopus,45 § 4.Romanæ ſedis inſtitutio,45 § 1. Româ abeſt, 59 § 2. 8. non numeratur in catalogo Epiſcoporum Romanorum,69 § 17.ſeq. in Judæa degit, 29 § 2. ſeq. ejus Antioch.ſedes § 5. Judæorum Apoſt.59 § 15.17. ejus itinera & ſors, 44 § 17. in Britannia docet § 26. erravit, 33 § 14. reprehenditur à Paulo, 59 § 18. peccavit ſimulando, 51 § 36. Satanas eſt,33 § 13.ſeq. pro illo orat Chriſtus,34 § 23 variè lapſus § 27.paſſus 69 § 1 ſeq.an Romæ fuerit &c. § 2. ſeq.ejus ſepultura § 7. auctorum diſſenſio § 9. ejus ſepulchrum § 10. ejus cum Paulo æqualitas, 10. ubi ejus reliquiæ, 11.illius ſedes Rom.12. an ordinarius Epiſc.Rom.69 § 12. num Romæ fuerit § 13. ſeq. non omnes ille Miniſtros conſtituit,nec per ſe,nec per alios § 14.Petri prior epiſtola,45 § 7.poſterior,68 § 3. quæ illi afficta,44 § 43.liturgia & alia,68 § 7.

Φελόνη

Digitized by Google

Φελόνη 59 § 10.
Phibionitæ, 68. 9.
Philemon, 33 § 34. 36. an. 60 § 11.
Philetus, 57 § 28. an. 59 § 7.
Philetius Epiſc. Alex. 87 § 1.
Φίλημα 45 § 20.
Philippus Herodis F. 8 § 1. Philippi plures, 44 § 24. ſeq. eorum prædicatio ib. & § 26. Philippus ex LXX. 33 § 33. 36. Diaconus, 34 § 83. Apoſtolus, 35. § 3. & 46 § 4. tollitur, 54 § 2. filiæ, 58 § 45. Philippenſibus Paulus ſcribit, 60 § 1. horum Apoſtolus ib. & §. 3.
Philo pro Judæis agit Romæ, 43 § 1. 2.
Philologus, 33 § 34. 36.
Philoſophi ſe opponunt Chriſtianiſmo creſcenti. 75 § 1. in philoſophos debacchatur Domitianus, 85. philoſophia an mala, 60 § 7. an hæreſ. cauſa. ib.
Phlegon. 33 § 34. 36.
Phœbe, 58 § 34.
Photinus Lugdun. Apoſt. 44 § 35.
Photina, 31 § 13.
Φωτισμὸς i. q. baptiſmus, 57 § 14.
Φρεγτεία 34 § 34.
Phrygum Apoſt. 46 § 4.
Phthiriaſis, 44 § 4.
Phygellus, 33 § 35. 36. an. 59 § 5.
Φυλακὴ 51 § 46. i. q. ſtatio. 58 § 44.
Pictoria ars olim prohibita, 58 § 10.
Pilamines, 34 § 89.
Pilatus præſes fit Judææ, 28 § 1. removetur & perit. ib. an de Chriſto ſcripſerit. 34 § 66.
Piſana Eccleſia, 51 § 47.
Piſcatio Petri, 31 § 17. an. 34 § 53.
Plautilla mart. 69 § 27.
Plebani, 44 § 63.
Plinii II. interceſſio, 100 § 1.
Ποιμαίνειν 34 § 57. 61.
Pœnoſa hebdomas. 34 § 7.
Politica poteſtas differt ab Eccleſ. 32 § 4.
Polycarpus à Johanne ordinatus, 69 § 3. Polyc. plures miſit, 98 § 5. ejus duæ epiſtolæ ſuppoſitæ, 74 § 4. Polycarpus primus Smirnenſ. Ep. 45. §. 5. ſeq. Gallis mittit Apoſtolos, 44 § 37.
Pœnitentiæ gradus, 59 § 14. longa, 56 § 3.
Polydori Verg. Confeſſio de primatu R. 44 § 14.
Polygamia, 57 § 32.
Polyxena, 61 § 3.
Pompejus Apoſt. 46 § 4.
Ponti Apoſt. 44 § 30.
Pontificis nomen generale, 44 § 14. & 45 § 4. Pontifex Max. 31 § 3. Chriſtianorum, 69 § 7. Judæorum ultimus, 58 § 23. Pont. Max. poteſtas, 31 § 3-5. an. 36. 1. electio penes quem, 46 § 7.
Populi conſenſu ordinatio fit, 57. § 38.

Digitized by Google

§ 38.ſeq.Romanus eligit, 69. § 26.
Portæ inferor. 33 § 7. ſeq. templi XII. 34 § 76.
Potentianus Gall. Apoſt. 46 § 5.
Potentiana, 44 § 51.ejus titulus § 52.
Potentiſſima epiſt, 95. 1.
Poteſtas Eccleſ,quid.58 § 7.à polit. differt, 32 § 3. 4. 33 § 10. 12. ordinaria & delegata, 34 § 51 Clericorum ſecularis, 34 § 44 ſumma quæ, 58 § 26.
Potinus primus Benevent. Epiſc. 40. 2.
Potterus de Antichriſto, 97. 9.
Prædicatio Joh.Bapt. 31 § 2.
Prædia an Eccleſia habeat, 34 § 81. olim non habuit, 57 § 16.
Prælati unde, 34 § 20. qui, 44 § 61. ordo, ib. aliis non præferendi 32 § 5.
Præponitur Jacobus Petro, 51. 35.
Præputium Chriſti, 1 § 12.
Prærogativæ in Petro quales, 31 § 8 & 33 § 2.
Præſides in Conciliis olim electi, 51 § 12. an Petrus § 25. an. 34 § 68.
Praxedes, 44 § 51.
in Precibus ritus varii, 58 § 44.
Presbyteræ, 34 § 84.
de Presbyteris, 58 § 1.ſeq.varii, 57 § 40. ſeq. unde dicti, 33 § 38. quibus ſucceſſ.ib. veri ſunt V. D. Miniſtri, 44 § 63. ſeq. officium, 45 § 14. interdum i.q. ſenatores ex utroque ordine, 51 § 14. 17. æquales Epiſcopis 34 § 2 & 48. 7. & 57 § 5 & 58. § 41. ſeq. & 60 § 3. & 57 § 38. ſeq. § 40. etiam ordinant. ib. interſunt Concilio Hieroſ. 51. §. 25. etiam decernunt in Conc. § 43. Alexandriæ eligebant & ordinabant Epiſcopum, 45. §. 24. Johannes eſt presbyter, 99 § 4.
Presbyterium à presbyteris dictum 57 § 39. eſt ſenatus Eccleſ. 44 § 64. ſeq. illius nomine Romana Eccleſia ſcribebat, 95. § 2. 3.
Prima ſax. 51, 46.
Primatus Petri, 32 § 2. & 33 § 18. unde habeat Roma, 45 § 2. & 39 § 8. eſt Antichriſtianiſmus 99 § 5.
Primitiarum feſtum, 34 § 65.
Princeps ſedis, 69. 25.
Priſca, illa. 33 § 34-36. an. 44 § 51.
Priſcus Apoſt. 46 § 4.
Probare ſpiritum, 99 § 3. ſe ante communionem, 57 § 20.
S. Proceſſus, 68 § 15. & 69 § 11.
Prochorus ex LXX. 33 § 33. 36. fit epiſc. 44 § 46. ejus pſeudepig. de Joh. ib. & 44 § 19.
Procurator quid, 57 § 13.
Prodigus Caligula, 39 § 1.
προεςῶτες 34 § 21. & 45 § 18.

Pro-

Profectio Apoſtolorum in orbem, 44 § 6.
προϊστάμενοι § 64.
πρόναος 57.19.
Prosdocimus Apoſt. 46.4.
πρόσκλαυσις 59.14.
προσφορὰ 34 § 35.
S.Protaſius Epiſc. 44 § 39.
Provinciæ Sedib. reſpondent. 39. § 8.
Pſalmorum cantus, 60 § 10. Pſalmiſtæ, 44 § 62.
Pſeudapoſtoli. 35 § 9. & 51 § 4.
Publius Athen. Epiſc. 98 § 5.
Pudens, 33 § 34. ejus hoſpes Petrus 44 § 51. ejus domus an templum, 57 § 19. pudentiana, vid. potent.
Ptolomæus Apoſt. 46 § 4.
Purificationis feſtum. 1 § 14.

Q.

Quadrageſ. jejunium. 57.§.36.
Quadratus Athen. Epiſc. 98.§.5.
Quartus 33.§. 34, 36.
Quatuor tempora 57.§.36.
Quinquageſima 34.§. 49.
Quirinus mart. 98.§.6.

R.

ראש־גלות· ראש· 31.§.3.5.
Rauracorum Apoſt. 44.39.
Ravenn. Epiſc. 98. 6. & 75.§. 1. Apoſt. 44.§.36.39.
Ratisbon. Apoſt. 33.36.
Rebaptizatio. 55.§.1.
Rebellârunt nunquam fideles afflicti 66.§.2.
Reconciliatio cum fratribus 33.§. 19.
Reditus quos olim hab. Eccleſia. 57.§.16.
Reformat Paulus circa S. Cœnam 57.§.20.
Regiones Rom. VII. notariis diſtributæ. 98.§.1, 2.
Regimen Eccleſiæ quale. 57.§. 7. 11. eſt Ariſtocr. 33.§.23.
Regnum Chriſti triplex. 34.§.44. ſpirituale 93.§.4.
Reges omnes tollere cupit Domitianus 93.§.4.
Reges Eccleſiaſtica tractant. 34.11. Rex ſacrorum 31.§.3.
Regem nemo judicat. ib.
S.Regulus Apoſt. 31.§. 13. & 44.§. 38.
Religioſorum ordo. 44, 63.
Relinquere omnia 33.§.44.
Reliquiæ. 34.§.78. & 97.§.7. quæ inprimit. Eccleſia. 34.§.89. Chriſti ex nativit. 1.§.10. Johannis Bapt. 33.§.1. illarum cultus 34.§. 15. virtus. 55.§. 2. ſeq. unde tot Romæ 93. §. 2.
Reſurrectio Chriſti 34.§.49. reſurr. qui negent. 59.§.7.
Rhemenſ. Apoſt. 46.§.4.5.
Rhetor. Apoſt. 44 §.36.
Ritus Latin. ex Jud. & Gent. 44. §.65. ſeq.
Romæ Apoſtoli. 33.§.36. qui primi doc. 59.§.2. plures habuit
Epi-

Digitized by Google

Epiſcopos ſimul 69. §. 17. à quo fundata 58. §. 20.31.34. non à Petro 57. §. 1. ſed à Paulo. 44. §. 48. & 58. §. 34. an ibi Petrus fuerit, 68. §. 1. ſeq. quare illum eò adducant. 69. §. 2. quando eò venerit. 44. §. 48. & 51. §. 2. an Petri Sedes. 69. §. 12, 14. & 44. §. 5. eam deſeruit. 58. §. 32. Romæ primatus unde 39. §. 8. & 45. §. 2. non à Chriſti inſtitutione 45. §. 7. & 58, § 21. non eſt infallibilis ibid. Roma deficere poteſt 58. §. 23. Romæ caſus. 97. §. 10. eſt Babylon. 97. §. 5. 8, 10. ſedes Antichriſti 66. §. 2. quæ ſucceſſio. 69. §. 18. Antiochiæ non præferenda 39. §. 6. inceditur à Ner. 66. §. 1. aliud 82. 1. ibi presbyterii nomine Epiſcopus agit 95. §. 2. Roma quandiu trans alpes nullam poteſtatem habuerit Eccleſ. 44 § 35. ad Rom. Epiſtola Pauli, 58 § 19. illius Eccleſiæ merita, 43 § 5.

Romanum an i.q. Catholicum, 34. § 15. & 43 § 4. & 45 § 3.

S. Romulus Apoſt. 46 § 4. & 56 § 4. & 98 § 6.

Roſarii origo, 1 § 4.

Rothomag. mart 98. 6.

Rufus, 33 § 33, 36. & 58 § 34.

Ruſſor. Apoſt. Andr. 44 § 20.

S.

Sabbathum Chriſtianorum, 58 § 35. 39. ſabbathi opera, 32 § 1. iter. 34 § 17. ſabbatho jejunare, 57 § 36.

Sabinæ domus, 100 3.

Sabinus Epiſcop. 55 § 5. f.

Sabinianus Senon. Apoſt. 33 § 35.

Sacellani. 44 § 63.

Sacerdotes an dentur in Nov. Teſt. 44 § 63.

Sacrarium, 57. 19.

Sacramenta nonniſi duo, 44. 65.

Sacrificium, 34 § 35.

Salmaſius de Epiſc. 58 § 1.

Salome filii comes. 44 § 30. Britannis prædicat, § 25.

Salutatio Angelica, 1 § 4. olim non diſcebatur, 44 § 8. ſalutem Apoſtolicam quis invenerit. 93 § 2.

Samaria converſa, 35 § 4. illa mulier. 31 § 13.

Sancti dicti Chriſtiani, 43 § 4. olim non invocati, 63 § 10.

Sanguis Chriſti oſtenditur, 34 § 48 ſanguinis eſus, 51 § 6. 19. 23.

SanctonumApoſt. 46 § 5. & 98 § 6.

Satanas Petrus, 33 § 13. 14.

Sarmentitii Chriſtiani, 66, 1.

Satisfactio Eccleſiaſt. 56 § 3.

שבועות feſtum. 34 § 65.

Saturninus Apoſt. 44 § 38.

Savinianus Gall. Apoſt. 46. 5.

Scenopegia, 33 § 31.

Schiſma interdum licitum, 57 § 43.

Schola

Schola Chriſtianorum Alexandr. 45 § 9.ſcholaſtici,60 § 7.
סקרי 59,13.
Scotorum Apoſt.44 § 34.
Scribæ Romanæ Eccleſiæ : 98.§. 1,2.
Scribebant ſæpe ad alias Eccleſias ſoliciti & pii Patres: 95 § 1.
S.Scripturæ perfectio ; 34 § 64. & 97§ 11.& 99 § 1. perfectio & utilitas ; 59§ 8.divinitas; § 15. ſumma authoritas: § 13.per ſe nota : 53 § 10.unicum fidei fundamentum ; 68 § 5. unicè legenda & tractanda ; 60 § 9. illarum intelligentia non omnibus data Epiſcopis ; 34 § 58.ſcrutanda: 32 § 1. examinanda:52 § 1.norma in Conciliis : 51 § 19. Scripturæ S. N. Teſt.initium ; § 23.
Scripta veterum ab hær.depravata: 44 §44.
ScytharumApoſt.44 § 24.illud vocabulum.ib.
Sebaſtiana mart.98 § 6.
Secretarium. 57 § 19.
Sector quid : 57 § 13.
Secularia negocia ; 33 § 41. ſecularium ordo ; 44 § 63. ſeculum aureum &c.100 § 4.
Secundus ex LXX.33 § 35.
Sectæ ortæ : 74 § 1.
Sedes Petri lignea Romæ : 45 § 1. cœteræ an à Petro conſtituta:69§ 14.Epiſcoporum quare ita dictæ:44§ 14.juxta provincias inſtitutæ: 39 § 8.
S.Sedonius: 35 § 2.
Seminarium Eccleſiaſticorum: 44 § 62.
Semo:68 § 10.
Senecæ ad Paulum epiſtolæ ; 66. § 3:
Seniores præſidebant : 57 § 39.
Senonenſ.Apoſt. 33 § 35.& 46 § 5.
Senogall.Apoſt.33 § 35.ſ.
Septem tempora;34 § 75.VII.Diaconi ; § 8.tot Romæ;98 § 2. VII.ſigilla,tubæ &c. 97.
LXX.an apoſtataverint: 33§ 32.ſeq. 38.quomodo differant ab Apoſtolis:§37.ſeq.LXX.Verſio: 45 § 8.
Septimana in albis: 34 § 49.
Sepulti olim martyres & ſancti: 34§85.& 55 §3.& 69 § 11.ſepulturæ extra Romam fuêre : 80§1.Chriſti : 34§46.
Sequanorum Apoſt.44 § 39.
Sequi Chriſtum:33 §45.
Sergius Paulus convertitur ; 46.8.
S.Servatius:74,2.
Servilianus mart. 100,3.
Servus fidelis ; 34,18.ſervus ſervorum; 15.
Severinus Senon.Apoſt.44 § 39.& 46 § 5.
Sevilianus Epiſc.46 § 5.
סמלה 44 § 59.
סרגן 31 § 3.
Siculorum Apoſt.46,4.

Digitized by Google

Sidonius laicus vocatus: 44,58.
Sidoniorum Apoſt: 44,4.
Signa S. Cœnæ: 34,35,t.
Sihonis cœnaculum: 34 ſ 72.
Silas, Silvanus: 33 § 35, 36. an Apoſt. 51 ſ 41.
Silius Italicus. 70 ſ 1.
Simeon ſenex: 1 ſ 15. Simon Zelotes: 44 ſ 30. plures Simones ib. aliàs Cannæus: 31 ſ 11, in Anglia prædicat: 35 § 3, & 44 § 25. Cleophæ: 63 § 12. fit Epiſc. Hieroſol. ib. & 63 § 2, de Simone Mago: 44 § 48. quando extinctus: § 50 ſeq. quando Romæ: 68 § 2, & ſtatua: 51 § 2, Simonia quid: 35 § 8, quinam illam exerceant: 68 § 14.
Sinarum Apoſt: 44 § 27.
S. Sincius Epiſc. 46 § 4,5.
Siniſtra an honoratior dextrâ: 69 ſ 10,12.
Sirmondus de fermento: 34 ſ 31.
Siſinnius convertitur: 100 § 1.
Sixtus Apoſt. 46 § 4,5. Petri diſcip. 44 § 36.
שמתא 59 § 13.
Smyrnæ plures Epiſcopi eodem tempore: 69 ſ 24.
Sodoma an Roma: 97 ſ 8. Sodomitæ an liberati: 34 ſ 46.
Sogdian. Apoſt Andr. 44 ſ 20.
Solicitudo pro omnib. Eccleſ. 58 ſ 17.
Sophi qui: 1 ſ 13.
Sophronii ſcriptum pſeudepig. 46 ſ 1.
Soſipater: 33 ſ 34, 36.
Soſthenes: 33 ſ 33, 36. & 52 ſ 3.
Spend. 34, 36.
Spinæ Chriſti: 34 ſ 47.
Spiritus S. Vicarius Chriſti: 34 ſ 40. ſpiritus à quo examinandi: 99 ſ 3.
Spongia Chriſti: 34 ſ 48.
Sponſus Eccleſiæ: 31 ſ 12.
שׂרי הכהנים vel המקדש 31 ſ 3.
Stachys: 33 ſ 34, 36. Apoſt. 69 ſ 15. Byzant. 44 ſ 21.
Status in mundo duplex: 34 ſ 10.
Stationes in precibus: 58 ſ 44.
Staurolatræ: 60 ſ 4.
Stephanus Diac. 34 ſ 83, 85, & 63 ſ 11. ex LXX. 33 ſ 33. Stephani templum: 74 ſ 2.
Stephana: 33 ſ 35.
Στεφανοφόρος: 34 ſ 89.
Στίχοι 58 ſ 34.
Stifftung: 44 ſ 54.
Stigmata militum: 97 ſ 9.
Stola ſummi Pontific. 19 ſ 1. penes quem cuſtodia: 46 ſ 7. & 37 ſ 1.
Stratiotici: 68 ſ 9.
Stremonius Apoſt. 44 ſ 38. & 46 ſ 5.
Subdiaconiſſæ: 34 ſ 84.
Subeſt Chriſtus Magiſtratui: 34 ſ 9.
Subſcribunt in Conciliis qui: 51 ſ 31. ſubſcriptiones Epiſt. N. Teſt. non authenticæ: 57 ſ 26

Sucueſſio

Succeſſio vera 69.§.2. Apoſtolorum an diſpar.33.§.11.quæ illius vis 31.§.11. non nota Eccleſiæ 34. §.13. Romana 45.§.4 & 69.§. 12.illa hodie non datur 69.§ 16. ſeq. 20. 24. ſeq. incertiſſima §. 17. ſeq. primorum Epiſcoporum Rom. quæ 93.§.3.
Sudarium Chriſti 34.§.48. Pauli 55. §.2.
Sueſſion. Apoſt.46.§.4.5.
Suffraganei.44.§.64.
Sulpitius mart.100.§.3.
Summus quid 31.§.6. ſolus Chriſtus 57.§.7. Summ. Pont. 31.§. 3. etiam judicatur. ib. & 58.§.49.
Superattendens 44.§.64.
Suppoſita Apoſtolis ſcripta multa.44. §.43. qui ſuppoſitis utantur.68. §.14.quæ Ebionitarum 74.§.1. Martialis. §.4 5. ſuppoſita Latini allegant.44.§.45.
Supputandi diverſa ratio 1.§.5. juxta agones Capitolinos.88.
Surius multa mutuatur 44.§.38.
Symbolum Apoſt.34.§.38. compoſitum 58.§.45. & 44.§.6. ſeq. NB. non præjudicant Scripturæ §.9. ediſcendum omnibus §.8. & 1.§.4.
Sympoſium 58.§.35. & 34.§.22.
Sympresbyter Petrus 45.§.12.14.
Synagoga 34.§.36. & 44.§.54. i.q. collecta. Synagogas frequentat Paulus 37.§.1.
Synaxis S. Cœna 34.§.30. i.q. collecta 44.§.54. συνέλδυσις 34.§. 36.
Syncellus 31.§.3. & 44.§.64.
Synedrium 31.§.6. poteſtas 34.§.44. 77. & 44.§.64. f. quid in V.T. tract.33.§.22.
Συνείσακτοι. 57.§.32.
Syneſius laicus vocatus 44.§.58.
Syriæ Apoſt. 44.§.28.29.& 46.§.4.
σύσκοι 59.§.14.
συντηρεῖν 1.§.3.

T.

Tabellarii ſacri 60.§.6.
Tabitha ſuſcitatur 40.2.
Tacitus hiſtoriam ſuam inchoat.16.2.
Talaſius Epiſc.98.§.6.
Ταμεῖον. 34.18.
Taprobanæ Apoſt.44.§.27.
Tarentini Archiep.45.§.24.
Targum Onkeloſi.50.§.1. alia.
Taurinus Ep.95.§.5.
Tegenus Brit.R.82.1.
Telete 34.§.38.
Τέλη.33.§.16.
Templa 57.§.18. ejus partes §.19. olim nulla 39.§.6. & 44.§.51. & 58.§.34 & 100.§.3.i.q. Eccleſia 97.§ 8. martyrum 55.§. 3. in honorem Mariæ 1.§.3. templum Dei fideles 58.§.14. in templo D. ſedebit Antichr. 53.§5--8.& 72.§.1.Hieroſolymitanum Apoſtoli frequentant. 34.§.72. id purgat Chriſtus 31. §.11. tertium non reædificabitur 72.§.1.
Terracinæ Apoſt.60.1.
Tertius 33.§.34.36.
Teſtimonium Eccleſiæ in admittendo canone 60.§.12.
Thaddæus Edeſſæ Abgarum docet. 31.§.14. & 43.§.10. vid. Judas Lebb.
Thebutes hær.35.9.

Theclæ acta 47 § 1. ſeq. & 60. § 18.
Theodora mart. 98, 1.
Theodoretus erravit 60, 8.
Theodoſius quomodo excommunicatus 58 § 29.
Theologi 44 § 64. ita dicitur Johannes. 97. §. 2. θεολογία, εἰν quid. ib.
Theophania 1. § 7. 11.
Theophili domus Antiochiæ 39 § 6. Lucæ quiæ. 34 § 67.
Θεόπνευστοι 59 § 15.
Θεοςηγδλαί. 64 § 4.
prior ad Theſſal. 52 § 3. poſterior 53 § 1.
Tholoſſan. Apoſt. 44 § 38. ad illos Martialis epiſtola 74 § 4.
Theudas 1 § 15, 16.
Thomas ubi doc. 44 § 27. ejus inſula. ib. Thomæi. ib. illius ſcripta. ib. f.
Θρόνος i. q. cathedra 34 § 89.
Thyrſus 44 § 37.
Θυσιαςήριον i. q. menſa Dom. 34 § 32.
Tiberius fit Imp. 16 § 2. Chriſto favet 34 § 66. moritur 39 § 1.
Ticinenſ. Apoſt. 46 § 4.
Timon. Timo 33 § 33, 36. & 34 § 83
Timotheus extraord. fuit 59 § 8. Epheſ. Epiſc. 57 § 25. prior Epiſt. 57 § 28. poſterior 59 § 4. obitus 57 § 27. plures ib.
Tintinnabulor. uſus 58 § 44.
Tituli S. Sripturæ 44 § 61. tituli Eccleſiaſt. inanes & profani ib. tituli i. q. templa. 44 § 52. Romæ inſtituti 93 § 2. & 100. § 3. titulares,ati ib. & 44 § 56.
Titus 33 § 36. ejus epiſt. 58 § 1. Imp. moritur 83 § 1.
Tondet caput Paulus 53 § 14 detonſura 58 § 47. ſeq.
Torpetus 69. § 27.
Torquatus Hiſp. Apoſt. 46 § 6.
Tractatores 44 § 64.
Traditiones 33 § 4. & 34 § 64. & 60 § 9. Apoſtolicæ 44 § 7, 8. & 57 § 17. & 53 § 11, 12. an Scripturarum fundamentum ib. origo hæreſium 60 § 7.
Trajanus fit Imp. 100. 1.
Transfiguratio Chriſti 33 § 15.
Tranſitiones an licitæ 44 § 5.
Translatio Petri & Pauli 69 § 10.
contra Tranſubſtant 63 § 11.
Treverenſ. Apoſt. 44 § 39 & 46. § 4. 6. baculum Petri habent 74. § 2.
Tribocorum Apoſt. 44 § 39.
Τριβώνιον 59 § 10.
Tributum 33. §. 16. dandum 34. §. 44. munus 1. § 16. ſolutio 33. 16.
Trident. primus Epiſc. 40. 2.
Τελώνιον 63 § 10.
Trophimus Apoſt. 46 § 4, 5, & 33 § 35. Arelat. 59 § 10, & 44 § 38.
Tryphæna & Tryphoſa: 58 § 34.
Tungrenſ. Apoſt. 44 § 39, & 46 § 6.
Tunica Chriſti: 34 § 47.

Turon.

Turon.Apoſt.44 ſ38.& 46ſ4,5.
Tychicus: 33ſ34,36.& 60ſ6,7.
Tyrannus ex LXX. 33 ſ 35.

V.

Valedicere omnibus:33ſ43.
Valeria ſponſa R.Galliæ: 74 ſ4.
Valerius Apoſt.44 ſ 39, & 46 ſ4. & 59 ſ 10. Valerius Gratus decedit de provincia 28 ſ 1.
Valeriani domus: 100ſ3.
Vangionum Apoſt.44ſ39,f.
Varenſe Regnum: 44 ſ 27.
Vectigal: 33 ſ16.
Velato capite mulier non ingrediatur Eccleſiam:80ſ2.
Vendere omnia: 33 ſ45.
V.D.omnia ſolvit: 100 ſ4.
Veronenſium Apoſt. 46 ſ 4.
Veronica ſudarium Chriſti: 31 ſ 15,& 34ſ48.
Verſio Syriaca: 64ſ3.
Verſus SS.veterum: 44 ſ61.
Veſontin.Apoſt.44 ſ 36.
Veſpaſianus Hieroſol.occupat: 72 ſ1.moritur:81,1.pro Chriſto agnitus: 71,1.
Veſtitus ſacerd.34 ſ90.
Veſuvius mons eructat: 81ſ1.
Vetus Teſtamentum typus Novi: 1 ſ2.
Viaticum i,q,S,Cœna: 34 ſ37.
Viator Epiſc.53ſ14.& 75ſ1,martyr: 88.
Vicarium Chriſtus non habet: 34 ſ 64,& 53 ſ5, & 60 ſ15.Papæ: 34 ſ4.Vicarius vicarium non conſtituit: 58 ſ13.
Victor Vangionum Epiſc.44ſ39 f.
Victorinus Epiſc, 100 ſ 3,
Victricius conſulit Romam: 44 ſ 35 f,
Viennenſis Gall.Apoſt,46 ſ4,5,& 59ſ10,& 33ſ36,
Vigiliæ: 58ſ37,& 51ſ44,quid in V,Teſt, ſ45, ſeq, Gentilium: ſ 65,illarum abuſus: 58 ſ44,
Vigilantius an erraverit: 51 ſ47,
Vincentius mart,Hiſpan,44,3,
Vindelicorum Apoſt,44ſ36,& 46 ſ4,
Vindocinorum Apoſt,44ſ39,
Virga Apoſt,quid: 57ſ9,ſeq,
Virgo Eccleſia quandiu: 35 ſ 9,
Viſiones Johannis: 97,3,
Viſitat Paulus Eccleſias: 51ſ41,
Viſitatio Mariæ: 1 ſ 5,
Vitellius Syriæ Præſes: 37 ſ 1,& 39,1,
Lud.Vivis querela de Legendis: 98 ſ 3,
Ukovvalliſtæ: 34ſ46,& 68ſ8,
Umbra Petri ſanat: 34ſ78,
Unctio extrema: 63 ſ 5,ſeq,
Unius uxor vir: 58,6,
Vocatio Miniſtrorum: 44 ſ 55, legitima: ſ 58, diſcipulorum 31 ſ 8, ordo ib,
Volaterranorum Apoſt,56ſ4,
Jac,de Voragine:44ſ44,
ὑστερῷον 34 ſ 72,
Urbanus: 33ſ34,36,
Urſinus Apoſt,46 ſ 4,5,ejus legenda: 55ſ5.

Wal-

Digitized by Google

W.
Waldenſes: 97 § 10.
Wicleſitæ: ib.
X.
Xantippe: 61 § 3.
Xantonum Apoſt. 44 § 35.
Y.
ὑπόδημα 44 § 55.
ὑπάπτωσις 59 § 14.
Z.
Zachariæ feſtum: 1 § 5. non fuit Pont. Max. ib.
Zacharias Viennenſis Gall. Epiſc. 59 § 10.
Zebedæus: 44, 25.
Zelotæ orti: 69 § 27.
Zenas: 33 § 34. 36.
S. Zeno: 69 § 11.

Er-

Errata curſim notata, ſic corriget benevolus lector.

Pag.18.lin 12.Veritam,minori 11.
p.23. in circulo ita diſpone numeros 4.2.1.3.
p.26. lin. antepen. c.97. pro 79.
p.35.lin.17. corriguntur: adde neque iu præſenti capite.
p.36. lin.1, Matth.11. 1,ſeq.
ead pag. lin. ult, lege c.5.§.11.12.
p.38. lin.25. Ioh. 6.70.
p.39. lin.21. oſtendunt, pro oſtendent,
p.44.lin.17. omnibus aliis: pro omnibus Apoſtolis.
p.47 lin 9. à f. Atque, pro atqui.
pag.56. repone metum. & lin. 22, Chriſto pro Chriſti.
p.57. lin. 26. ex pro &
p.59. Chryſoſtomus. ita p.421. lin.8. Chryſoſtomum.
p 70, lin.8, ἄρχειν.
p 74.lin,10, faſtum pro factum.
p.81. lin,4, triennium. & lin.21. pyxides.
p.110. lin.16. Ioh. pro Luc.
p.115 §.55. lin.4. eædem pro eadem.
p.123 §65, lin,13. alumni. pro alni.
p.135. lin. Antep. Vmbræ.
p.137. lin.10. acceperint.
p.164. init.34. pro 39.
p.166. lin ult. potuerit.
p.193.lin.5. f. duceres.
p.194.§.20.lin.14. ex pro &
p.197.lin 6. Gallo--Græcos.
p.223.lin.14 f. Chriſtianos.
p.227.lin. penult. commendantur.
p.240. lin 6. f. 86 pro 68.
p.245. med, marg. Chriſtus.
p.250. lin.4. Apoc.21.18. pro 21.21.
p.261 lin. 2. phthiriaſis.
p.266.lin.7. f. ita repone: Act.14.23. 1.Tim. 4. 14.c.5.22.2.Tim.1.6.
p.286 lin.6. fateatur.
p.307. lin.17. ingentem.
p.310.lin. 13. emenda Oeconomicis.
p.331.lin. 15. cauſæ pro caulæ.
p 337.lin 1. c.4 pro 14.
p.346.lin 12. operationem pro oppoſitionem.
p 360.lin. 11. f. Calliſtus tollatur.
p.376. lin.19 f extitiſſe pro non extitiſſe.
p.399.lin. 16. temporibus: adde ſuis.
p 417 lin 6 hujus cap v 8. pro Col.2.19.
p 436. ln. 16 f. Venetarum.
p.445. lin 17. à f. borboritæ.
p 447 lin.9. Simone & lin.19. inito.
p 458 § 21. pro.11.
p.491 lin.20. illius adde lectione.
p.492 lin.2. Eccleſia Dei, pro Eccleſiæ Dei. ib. lin.6 regimini.
p.493. lin 5. f. ovili.
p 496. lin. 9 48. pro 84.
p.510. f. eum pro cum.

Digitized by Google

Digitized by Google

gle